BIBLIOTECA NACIONAL
14
21 P
8

B. II 10

S. B. ex D. f. ℔. P. O.

PRÆCLARISSIMA

COMMENTARIA IN EPISTOLAM BEATI PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

AVTHORE R.P.F. RAYMVNDO PASQVALIO,
Ordinis Prædicatorum, & Sacræ Theologiæ Doctore celeberrimo.

Nunc denuò in lucem edita.

Vbi præter lucidissimam literæ intelligentiam quicquid in scholis, & hac scripturæ parte controuertitur, stylo apertissimo explicatur, & ad morum compositionem plurima etiam sacris oratoribus afferuntur.

Opus profectò omnibus Sacræ Scripturæ studiosis, præcipue Theologis, Concionatoribus, ac Lectoribus, animarúmque Curatoribus, perutile & opportunum.

Cum duplici Indice, Altero locorum Sacræ scripturæ, Altero verò rerum notabilium.

BARCINONE,
Apud Iacobum Cendrat.
M. DC XI.

PRAEFATIO AD CHRISTIANOS ET CANDIDOS LECTORES, QVA INVITANTVR AD AMOREM, ET STVDIVM SANCTARVM SCRIPTVRARVM.

OMNIS SCRIPTVRA DIVINITVS INSPIRATA,

Vtilis est ad docendum, ad arguendū, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.

2. Ad Timo. Cap. 3.

SEMPER omni laude maius mihi visum est eorum hominum institutum, christiani candidiq; lectores, qui rationes suas omnes, consilia cuncta, vires singulas, totosq; neruos, & (vt vno dicam verbo) actiones suas vniuersas eo referūt vt prætermissis alijs rebus, quæ homine sunt longe inferiores, principem ac præcipuam habent considerationem dei illo. Neq; temere sane. Si quidem quemadmodum nulla esset grauior ac culpabilior incuria, quam hominis obliuio: ita certe nulla contingeret suauior & iucundior, quam de ipso recordatio atq; tractatio. Quandoquidem tametsi plurimæ sint res, & hæ quidem nobilissimæ in hoc nostro terrarum orbe: tamen illa certe (hominem dico) præcæteris, & nostros habet suspensos oculos, & admiratione mirabili retinet mentes. Nec immerito quidem. Nam si naturam consulas, prodigium vel grande homo tibi videbitur. Si autem cū naturæ auctore componas, imago non picta, sed viua, eius tibi mōstrabitur. Fecit namq; Deus illum ad imaginem & similitudinem suam. Rursusq; voluit ille rerum omnium artifex, ea quæ condidit opera, sigmaculo quodam siue sigillo insignita esse, vt a quo edita forent, esset, qui ignoraret nemo. Verum homo tanto magis ad viuum sutum prodit auctorem, quāto maiori excellentia reliqua superat omnia. Atqui belluis, plantis, saxisq; durissimis, atq; rebus alijs omnibus, quantum, quæso, præstat homo? Eo sane præstātior est, quo illis dominatu est maior. Dominamini, inquit Deus, piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs terræ. Quasi diceret; Non vos ego formaui homines, vt aliarum rerum serui essetis, sed vestrum omnium esset rerum dominium. Dominamini igitur, mandate exequutioni, ostēdite vos aliarum rerū dominos, in quorū gratiā reliqua creata sunt omnia. Quod si hoc parum vobis videbitur; piscibus, auibus, reliquisq; id generis rebus rationis expertibus domi nari; si hoc, inquam, non est vobis satis: addam maiora obsequia & munera, ipsas quippe mentes super cœlestes vestri faciam seruitrices. Angelis mandabo (qui mihi etiam famulatum præstant) vt vestri sint administratorij spiritus; custodiant, protegant, defendant vos ducant. O ter quaterq; beatum hominem! Quid est homo, aut quæ eius conditio? Conditio quidem fœlicissima sane. Homo est, ait Propheta quidam, sed quis cognoscet eum? Quis? Ipse solus

Princeps inter creatas res de homine debet esse considerātio.

Homo grande prodigiū est.

Gen. 1.

Homo non fuit creatus vt aliarum rerū seruus esset sed vt dominus.

Gene. 1.

Mentes super celestes hominū seruitrices sūt.

Hebr. 1.

A

se solus qui condidit eum. Cum igitur, bone Deus, tu solus sis qui nosti eum; dic nobis, quæso, quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Homo inquit, pergrandis magnaq; res est. Mundi dominus, creaturarum rerum rex, Angelorum conciuis, & germanus, Christiq; consanguineus, Trinitatis opus, Deitatis effectus, bonitatis fructus, & deniq; diuinitatis particeps. Quid igitur amplius in homine desiderari potest? Certe nihil. Nam si Dei perfecta sunt opera, homo qui eorũ epilogus & finis esse debebat, non potuit non esse perfectus: vt iam verum sit quod apostolus in nostri thematis verbis pronunciauit, dicens: Vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Tãta est sane hominis dignitas, vt nec Demosthenes ille, græcæ facundiæ princeps, nec Romanæ eloquentiæ fons, Mar. Cicero explicare possent: quanto minus ego, cui nullus eloquentiæ torrens contingit, id præsumere tentabo? Absit. Non enim sum mei tam nescius, vt non videã rẽ hanc tanti esse momentũ & negocij, vt nec ame, nec ab his qui in laudãdis rebus fœlicissimis fuerũt, pro rei meritis satis exactè præstari possit. Est nãq. in homine tanta bonorũ fœcunditas, tãta donorũ maiestas, tanta copia rerũ, tantus deniq. gloriæ splendor: vt ferme in eo omnia, præter autem eum nihil, aut parũ reperias. Proculdubio, vt homo de homine censurã ferat, & vno verbo multa concludam (nisi fallor quod non existimo) certè ille mihi omnium creaturum rerum epilogus & summa quædam esse videtur. Hæc de fœlici hominis statu & conditione. Sed pròh dolor! homo cum in tot tantisq; honoribus esset positus, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus similisq; illis effectus. Facta est rerum vicissitudo: Qui omnibus dominabatur, factus est omniũ seruus. Incidit in latrones, expoliatus bonis, semiuiuus relictus est, & tandem mutatus est color optimus. Quem cum contemplaretur Psaltes ille, qui prius eius dignitatem vehementer mirabatur, videns eius mutatã vicem, non potuit eum non assimilare vanitati, dicens. Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt. Cui vanitati quæso? Omne quod transit vanitas est. Homo primo conditus veritati similis erat: at peccando, vanitati similis est effectus. Nec mirum quidem; quando, quę maior vanitas quã peccatũ, quo spreto illo summo bono, caducis & vanis rebus inhæret homo? Eundẽ etiam intuens ille patientię exemplum Iob, eius infœlicitatem in hunc modũ deplorauit, dicens. Pereat inquit, dies illa in quadictum est; conceptus est homo. Cur sic bone vir? Respondit. Homo namque natus de muliere, breui viuens tempore repletur multis miserijs. Quasi dicat: Qui prius multis erat repletus bonis, iam nunc factus est miserarũ cumulus. En depinximus iam (etsi paucis) & alium hominis calamitatis statum, in quo cum diu, perpetuòq; manere, nec boni, nec iusti ratio ferebat. Proinde hunc cum vidisset ille pater misericordiarum Deus super benedictus, multis necessitatibus expositum, va rijsq; vndiq; circumuallatum miserijs, & præcipue maxima ignorantia laborantem eum consolari volens, hunc in modum est per Prophetam adloquutus, dicens: ego sum, ò homo, Deus tuus, qui doceo te vtilia: quasi diceret; Bono animo esto, ingredere meam scholam, ero præceptor tuus, docebo te, nõj nenias, non friuola, sed vtilia. Non sicut ille primus tuus institutor mendaci pater, qui te transgredi docuit, medio mendacio, dei mandatum. Ego qui veritas ipsa sum, docebo te vera, vtiliaq. Verum enimuero qui alios docendi prouinciam assumunt, librorum aliquem, in quo doceant, proponere docendis solent. Quis est domine liber, in quo doces tu hominem vtilia? Vnus atque alter propositus fuit homini liber. Prior quidem qui dicitur naturæ

Multa & varia homi. encomia.

Homo creatarum rerum epilogus est.

Psal. 48. *Luce. 10.* *Tren. 4.*

Peccatum vanitas est.

Psal. 143.

Iob. 3. *Iob. 13.*

Homo miseriarum cumulus.

Isaia. 48.

Ioan. 14.

Geminus liber hominis propositus.

turæ: in quo & mundi machinam, & quæ in eo facta sunt omnia, conspicere, & contemplari poterat homo, si voluisset, sicut elegantissimè monstrat Paulus in hac nostra ad Rom. lepidissima epistola. Sed héu dolor! homo tam malè vsus est priori illo libro, vt vnde conspicere Auctore suum debebat, inde magnam sibi reportauerit cæcitatem: nec ipsius libri culpa factum est: Iaq; cæcus factus, in eo libro legere nesciebat. Vnde ad alium inuitauit Deus librum, dicens, Sume tibi ô homo librū grandem: Acsi diceret, iam liber ille prior obscurus, atque difficilis tibi factus est, Mitte illum, & cape grandem librum. Quis est quæso liber grandis, qui homini proponitur sumendus? Sacra scriptura diuinitus inspirata, certissimè est. Quæ grandis dicitur liber, nō verborum tantum, aut foliorum multitudine, sed mysteriorum & sacramentorum magnitudine. Sume igitur, inquit Deus, ô homo hunc librum grandem, qui vt nostri thematis verba asserunt, vtilis est ad docendum, arguendum, ad corripiendum, ad eruiendum in iustitia: vt perfectè euadas homo dei, ad omne opus bonum instructus. Si quis igitur est homo, qui vult vitam, & dies diligit videre bonos, hunc grandem librum amplectatur, habeat, teneat, voluat, reuoluat, mediteur, osculetur, amet, atque studeat. Quā doquidem inter studia hominum hoc perfectius, hoc iucundius, hoc sublimius, hoc vnum denique est præstantius. Iucundius dico: quoniam totum quod in alijs est tœdij atque labo ris, in hoc est solatij, & voluptatis. Non enim habet amaritudinem conuersatio eius. Perfectius autem, quia ad perfectam nos ducit beatitudinem. Scriptum quippe est: Qui elucidant me vitam æternam habebunt. Sublimius verò est: quoniam eo diuinæ similitudinis particeps efficimur. Audiamus Sapientem: Quo qui, inquit, vti sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Et vt semel finiamus, scripturarum studium quouis alio negocio præstantius est. Nam per illud nobis via paratur ad æternitatis regnum comparandum. Auscultemus grandem illam Aquilam in sua Apocalyp. clamantem. Beatus, inquit, qui legit, & qui audit verba Prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Sed qui legit, ait Christus, intelligat. Intelligentia igitur opus est. Legere namque & non intelligere, vt vulgo dicitur, negligere est. Quo loco non possum non stomachari in istos mundi nouatores (Lutheri discipulos dico) qui nescio qua dementia conati sunt rudi vulgo persuadere (nam doctis inæternum non poterunt) sacras literas ex se tam esse claras, & earum intelligentiam tam cuiq; perspicuam, vt neq; interprete, neq; expositione egeant. & proinde non recusarunt eas indiscriminatim commitere non solum legendas, verum etiam tractandas, & discutiendas, ipsis etiam mulierculis; Quod sanè pudor vel maximus est audire. Quis quæso ferre poterit, videre mulierculas nescio quas aculina egressas ad scholas literas sanctas, sacras, atq; diuinas, magistraliter (vt ita loquamur) tractantes? Certè res est magni dedecoris, & magna animaduersione digna. Si quidē si Oza iure percussus est, quoniam Arcam bobus commiserat, cum eam suis humeris gestare teneretur; si inquam Deus Arcam illam mysticam (quę typum sacræ scripturæ gerebat) tanti faciebat, quanti quæso facturum arbitramur, verā Dei Arcam, nempe scripturam sacram? in qua non illud antiquum manna, non virga, non tabulæ testamenti reconditæ sunt, sed tria illa quæ testimoniū dant in cœlo, Pater, verbum, & Spiritus sanctus. Et si ille merito percussus est, quia bobus cōmisit Arcam: quid faciet illis Deus qui non sacerdotum, hoc est doctorum, humeris, sed mulierculārum linguis credunt, quæ hebetiores sunt multo ipsis bobus? Nam cognouit bos possessorem suum, & asi-

Scriptura diuinitus inspirata liber grandis est.

Isa. 8.

Psal. 33.

Sap. 8.

eccle. 24.

Sap. 7.

Apoc. 1. & 2.

Matt. 24. & Ma. 13.

2. Reg. 6.

1. Ioan. 5.

nus præsepe domini sui, mulierem autem cognoscentem quis inueniet? Quæ re talia asserere res est certè ab omni aliena ratione, & indigna quę audiatur. Verum hæc missa faciamus, & ad id vnde digressa est, nostra reuertatur oratio. Veniamus itaq; ad alterum nostrę orationis partem, quæ in laudibus sanctarum scripturarum versari debebat. Magna est profecto sacræ scripturę dignitas atq; vtilitas Ipsa quippe est, quę nos certos reddit de his ceu rebus quæ sũt nostrę salutis. Ipsa arca est, in qua sunt thesauri absconditi sapientiæ, & scientiæ Dei. Ipsa est manna de cœlo allatum, ipsa paradysus voluptatis, multis fontibus irrigata, & pulcherrimis arboribus vallata. Ipsa denique est totum mortalium bonum. Si igitur hæc vera sunt, omni cura, omniq; studio illi intendere, atq; incumbere debemus: & non segnes, & oscitabundi eam adipisci, conari curemus. Mittamus iam illas disputationes, de instantibus, de relationibus, de minimo & maximo: & deniq; alijs huius farinæ rebus. Satis dedimus Aristoteli, diu versati sumus in Platone, valeat Galenus, sileat Demosthenes, recedat Hometus, taceat Cicero; Loquatur nobis Christus, qui habet verba vitæ æternæ. Non enim habet verba vitæ æternę Plato, non Demosthe. non Gal. sed sola sacra pagina est quæ habet verba vitę æternæ, quæ Authore nostro Pau. vtilis est, addocendum, &c. Vtilitatem igitur scripturæ sacræ quis audebit inficiari? Ipsa namq; est, quæ docet volentes, redarguit contradicentes, corripit impios, erudit rudes, atq; ignaros. Quamobrem sola scriptura hæc digna est, quæ dicatur diuina, sacra, & sancta: omni certè honore ac veneratione dignissima. Nam si iure optimo tantum honoris defert christiana pietas & religio rebus illis quæ Christo vsui fuerunt, vt si quis demonstret eius vestẽ, vel quippiam aliud simile, statim aspicientes capita discoperiunt, genua curuant, procumbunt, adorant, atq; deosculantur: nõ improbo ceremonias illas, quin potius tamquam pias ac sanctas, quantũ possum commendo, sed illud magis mirari nequeo apud multos quid sit causæ quod consimilis honor sacris litteris non exhibeatur. Nam sanctæ literæ expressius, efficaciusq; quàm illa, Christum referunt, exprimunt, atq; representant. Illæ quidem res cum muta signa sint, non ita clarè vt sanctæ literæ in nostris auribus Christum Dei benedictum resonant. Visis igitur & decursis scripturæ sacrę vtilitatibus, atq; commodis, hoc vnum nobis restat peragendum, vt repellamus scilicet eorum rationes qui sunt ci male affecti, quales in primis sunt (vt gradatim illos recensemus) qui Philosophię nomen sibi vendicarunt. Hi sane eam penitus neglectui habuerunt, & quod magis dolendũ est, odio sunt prosequuti: vt sermo Christi impleatur in eis; Quia odio habuerunt me gratis. Nam si causam requiras, nihil certè video causse esse, ob quam flocci facienda esset ab eis. Nisi fortè dicamus id ideo esse factum, quoniam illi se se indignos tali doctrina fecerunt. Non enim est scriptura sacra superborum, aut elatorum doctrina, sed paruulorũ & humilium. Existimantes namq; sese sapientes, veram sapientiam, quę in sacris literis docetur, tamquã sues præciosissimas margaritas neglexerunt. Neq; mirum: nam illis non spirabant. Hanc puto ipse (nisi mea me fallat sententia) fuisse illius rei causam. Nam illam, quæ datur à quibusdam, scilicet, ideo scripturam contẽptam fuisse à Philosophis, eò quòd doctrinam absque probatione proponat: non puto esse verã, nec certam causam. Si quidem habent Philosophi suà pronunciata, & placita multa, quę absq; probatione vlla ab eis recipiuntur. Non omnia demonstrationibus tenent, sed pleraq; bona fide tantũ. Non erat igitur quod rejicerent sacram paginã hac sola de causa: Sed fortassis quia suis moribus, & inflatæ eruditioni erat inimica & contraria. Sed iã

Ioan. 6.

Preclara scripturæ sacræ laudes.

Honos habitus rebus quibus vsus est Christus

diuinis literis quoque habendus foret.

Taxatores diuinarum scripturarũ

Ioan. 15.

dede

dederunt miseri suas pœnas. Cum suo malo satis experti sunt in quot errores & labyrinthos proiecerit illos sacrę scripturę voluntarius contęptus. Porro hos sequuti sunt alij quibus parum grata visa est sacrę paginę lectio. Non quod in ea mendacij, vel falsitatis quicquam esse crederēt (vt falsò & iniquè existimarunt duo illi infensissimi nostrę fidei hostes, scilicet: Celsus, & Porphyrius) Sed ideo eis displicet, quia orationis politie, & eleganti sermone non essedicūt ornatam. Desiderāt namq; vel maximè qui Rhetorices studiosi sunt, in sacris literis longe maiorem sermonis splendorem, & orationis candorē. Et cum non videant speciosa vocabula (nihil aut parum de eruditione, & doctrina curāres) statim eis nauseosus videtur omnis scripturæ sermo. Quò fit vt mox eam à se procul pellant. Sed sane qui in scriptura sacra tā polita verba desiderant, facilè hanc iniuriā (si talis eis videtur) scriptoribus sacræ scripturæ condonare possent, si modo intelligerēt istud totū esse factū Spiritu sancto volente, & suggerente, qui præstantissimus est scripturę sacræ Auctor. Nā dicito obsecro lector bone, Si Apostoli loquuti sunt varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis: credisne tu illum non potuisse, si ita expedisset, illis, puta Apostolis, Prophetis & alijs, politiores linguas, & elegantiores sermones concedere si voluisset? Quis dubitat? An non est Spiritus sanctus Cicerone eloquentior, & Demosthene facundior? Absque dubio est. Si igitur Spiritus sanctus, cuius lingua loquuti sunt sancti Dei homines, data opera hanc secularem eloquentiam contempsit, nulla profectò culpa eorum qui scripserunt factū est, si sermonis ornatus sit aliquantisper prætermissus. Quod si obiectes dicens, hoc vel illud, nō est Ciceroniane dictū. Non eo inficias: Sed neque Spiritus sanctus Ciceronianus erat, neq; Ciceronianis loquutus est, sed Christianis. Quorū bona pars, cū rudis foret & parū literis imbuta, diuina quidē prouidētia factū est, vt sacra scriptura populo illiterato sub cōmunibus verbis, & nō intricaris traderetur. Neq; sit aliquis rā audax atq; temerarius, qui existimet in tradēda sacra scriptura Spiritui sancto defuisse Rhetorices peritiā per quam poterat magis tersa, polita, atq; ornata, scripturæ sacræ fieri oratio. Quare dicat mihi is qui politā magis exoptat in sacris literis orationē: Si scriptura sub cōmunibus tradita vocabulis, obscura est; quid quæso futurū erat, si sub selectis, & exquisitis nobis donata esset? Certè additus fuisset labori labor. Quare ne Spiritus sanctus duos nobis afferret labores, alterū in rerū, alterū in verborū intelligentia, factū est vt scriptura sacra sub planis verbis scripta sit. Quare tantū abest, vt de Spiritu illo sancto conqueri debeamus; vt eidem magnas habeamus gratias in dies habituri maiores, vr pote qui, nos liberos ab altero effecerit labore. Cæterum vt iā finiamus, non erit silencio inuoluendum aliud genus hominum, qui inuisam habent sacram scripturam eamq; abominantur, non ex ratione qua primi, vel secundi, sed eam ob causam, quòd eis nimium obscura atq; intellectu difficilis videatur. Existimant enim nil referre scriptum esse quod vix vnus intelligat, & parum vtilitatis in ea scriptura esse putant quæ vel omnibus vel saltim multis non est notissima. Verum siquis hanc rationem expendere diligenter voluerit facilè reperiat parum validam fore huiusmodi causam. Quandoquidem licet inficiari non possumus, vel beato Petro Apostolo asserente, scripturarum partem aliquā intellectu esse difficilē: nō id circo tamen mox sequitur totam exibilandam & de medio esse tollendam. Quoniā non absq; magnis causis Spiritus sanctus, primarius scripturæ auctor & cōditor, voluit nobis scripturas tradere obscuras & intellectu difficiles. Vna nāq; causa est propter fideles & studiosos. Alia vero est ob malos & impios.

Quare quibusdam cōtemptui habentur literæ sacræ.

Non absq. magnis causis tradite nobis fuerūt scripturæ sacræ obscuritate involutæ.

Ἀπο. 2.

2. Pet. 1.

2. Pet 3.

Studio-

Studiosos quidem non terret obscuritas, imo excitat. Nam quæ labore quæsita est veritas, delectat magis. Quæ verò nullo negotio, vel saltim exiguò cõparatur, non in tanto prætio & æstimatione habetur. Quod multis exemplis demonstrari posset, nisi timerem orationis prolixitatem. Hoc vnum tamen nullus mihi negare poterit. tanto scilicet suauiorẽ esse aquã quãto quis magis lassus & sitibundus accesserit ad eã bibendã. Et inter eos qui mirifice curãt cum; hæc cõmunis est sentẽtia, quòd caro venatu habita, tãto est delicatior, tenerior, & gustui suauior: quãtò bestia syluę fortius fugata, agitata, atq; vexata fuerit. Cędo, quid fecit cibũ illũ sapidiorem? Certè nõ tantũ agitatio, quantũ assũptus labor. Sic fanè est in scripturę lectione. Labor quẽ exercẽt studiosi, reddit illis scripturam dulciorẽ. Possem si vellem copiosius in hac re extendere sermonem, sed non est opus. Hęc diximus eatenus, quatenus aduersariorum dictis respõsa daremus. Quibus audacter dicimus, ea quę sunt necessaria ad nostram salutem, omnia plana & clara esse: & non tantum ab vno sed à multis intellecta. Sed quid longius abeo? cur de re per se nota probationes inuestigo? Quod temporis terendum erat in re luce meridiana clariori, id iustius erit si in ea laudanda consumatur. Laus etenim eius etsi partim descripta sit, istud tamen factum impar est omni laudi, qua ipsa digna est. Quare si liceat mihi de tota sacra scriptura dicere, quod licuit illi aureo ori Chrysostomo de vna sola parte, iam quæ dicta sunt prope nihil videbuntur, quandò recensita fuerint omnia illa quæ nunc dicere molimur. Planè non aberrabit quicunque sacręq; paginę studium existimabit assimilandum esse prato suaui & florido, nec nõ & horto iucundissimo. Nã scripturę diuinę lectio, suauitatem multò spirat maiorẽ. In prato quid inuenire est nisi fœnum, quod hodie floridũ est, & cras in clibanũ mittitur? Exiccatũ est fœnũ, inquit Isaias, & cecidit flos eius. Et in horto quid intueri licet, nisi flores & rosas; at flores mox marcescunt, & rosę nunquid inter spinas versantur? Si hortus est conclusus, eius murus circumuallatus est spinis vt custodiatur. Hortus solatio & iucunditati est hominibus çstate, non tamen hyeme. Hortus oblectandi gratia quęritur & constituitur; at scripturæ sacræ lectio & studiũ, multò melius & efficacius hoc confert quàm hortus, quantumcunque sit amoenissimus. Affert namque scripturæ lectio voluptatem multò maiorem. Hortus aduenientę frigore fructibus, imo & folijs denudatur: at scripturæ fructus & folia nunquam deficiunt. Ceterũ hortus, quem terra colit, aduersum habet flantem Aquilonem, qui flores, fructus, & ipsas quoq; arbores adurit: at Scripturæ hortus ab Aquilone liber est, atque immunis. Cur non immunis? Nunquid hoc in horto nõ resident Auster, qui fugat Aquilonem? Audi scripturam dicentem: Surge Aquilo, & veni Auster, & perfla hortum meum; quasi dicat: Discede tu Aquilo, & veni tu Auster; tu, inquam, qui arboribus, & hortis gratissimus esse soles. Abeat ille, qui frigidissimus ventus est, & fructibus, arboribusq; nimium noxius. Prętera horti ingressus non omnibus patet, sed quibusdam tãtum at hortus scripturæ nulli clausus, sed omnibus patens est. Ad istum inuitat Sponsa dicens: Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructus: non tantũ oculis suis voluptatem præbeat, sed fructus comedat. In alijs hortis inter multos fructus prohibitus est aliquis, & suo tantũ domino reseruatur (vt in paradiso illa pulcherrima videre est) verum in scripturæ horto nihil est prohibitum, nec veritum: nec reseruatum. De omnibus fructibus (nullo excepto) fas est cuique excerpere, colligere, imo & edere. Hîc poma selecta, hîc pira mirifica

Qua labore comparata est veritas delectat magis.

Simile.

Simile.

Sup. Psal. 116.

Simile.

Isai. 40.

Cant. 5.

Gene. 2.

Lepidasseri pturæ sacræ similitudo abamœno hortopertæ.

fica, hîc persica præcocia dulcissima, hîc malapersica delicatissima, hîc ficus profert grossos suos, hîc castaneæ, hîc amigdalæ, &(vt finiamus) hîc abundantissimæ & florentes vineæ, quæ dant nedum odorem suum, sed producunt racemos illos terræ promissionis, quorum vnus à duobus asportabatur hominibus, præ suæ magnitudine: non enim poterat ab vno deferri. Quid igitur moramur? Cur tardamus hunc ingredi amœnissimum hortum, & de eius fructibus legere, & edere? Edant diuites, & pauperes quoq; veniant, Imperatores, Reges, duces, comites, principes quique intrent, & illustres qui titulis carent: accedant ciues, qui pro tuenda gubernandaq; repub. laborant nocte dieq. & sua recreent corpora defessa. Appropinquent & artifices, quibus etiam aditus patet. Nullus foris remaneat. Amplissimus est locus: fructuum magna est copia. Hoc solum restat & supereſt, vt ingrediamur. Iam inuitati & ingressi, cum Propheta dicamus. Sicut audiuimus, ita esse videmus. Sed vt securi ingrediamur, quem proponemus nobis ducem? Quis tutam viam monstrabit? Quis per tam (pacioſum hortum nos ducet & reducet? Multos habemus (Deo sit gratia) duces, qui loca abdita & secreta, in hoc pulcherrimo scripturæ sacræ hortulo nobis indicabunt, manifestabunt, & si opus est, digito monstrabunt. Interroga patrem tuum, & narrabit tibi, maiores tuos, & annunciabunt tibi. Ipsi nos docebunt varia arborum genera, fructuum varietatem. Optimos & præstantissimos cum illis colligemus fructus. Nullus erit nobis vetitus. Sed quid moramur? Veniant, surgant, & vnà cum illis lætantes ingrediamur hunc scripturæ pulcherrimum hortum. Et vt cum illo doctissimo Hieronymo loquamur, si ingressuri sunt Romani, secum ducant Camillos, Fabricios, Regulos, & Scipiones: si philosophi, Pythagoram, Socratem, Platonem & Aristotelem. Si Poëtæ, Homerum, Virgilium, Menandrum & Terentium. Si Historici, Saluſtium, Herodotum, & Liuium. Si Oratores, Demoſtenem, & Marcum Tullium. Veniamus ad nostros. Si fuerint Theologi, quos illis proponemus, adducemus que Duces? Quos? Non alios, nisi Origenem, Hieronymum, Basilium, Chryſostomum, Cyprianum, Ambroſium, & Augustinum. Reliquos autem tum Græcos, tum Latinos, qui suo iure, & merito nominari poterant, missos modo fecimus breuitatis gratia. Vnum tamen post istos recensitos, nimirum D. Thomam Angelicum doctorem, silentio præterire, nec sua illustris valde doctrina permittit, neque nostrum debitum, absque magna ingratitudinis nota, istud finit. Quare, vt magis perspicuũ fiat, quantũ christianus orbis ei debeat, opportunũ iudicauimus carminibus aliquot, ad memoriam lectoribus reuocare simulq. illius egregias laudes nõ ad vmbilicum (quod aiunt) sed per transennam decantare sicque nostræ orationi coronidem dare.

Cant. 2. Num. 13.

Psalm. 47

Deut. 32

In

IN LAVDEM DIVI THOMAE AQVINATIS CARMEN.

ANgelico quantum Doctori debeat Orbis,
Describam paucis lector amice tibi.
Nã celebris fama hæc, totũq. vagata per or
Doctoris sancti, dicere plura vetat. (bem
O currit pariter nobis nunc altera causa,
Quod solem turpe est irradiare face.
Hic igitur Doctor Gentiles instruit apte,
Errores purgans, dogmata praua quoque.
Hicq scholis Christi infulget rutilantior astris:
Doctrinam fundens, eximiumq. modum
Obscuram certe olim multum secula prisca
Doctrinam sacram continuere diu:
Quam tamen illustris Thomas sic tradidit arte
Diuina prorsus, mirificoq stylo.
Hic etiam vates aperit, tum biblia cuncta
Diuine quantum fecerit alter homo.
Hæreticos prostrat, mactat vel nomine solo:
Ordinis hic nostri gloria liliferi.
Vnde ipsum merito doctorem Ecclesia fecit,
Quattuor & reliquis associauit eum.
Huius doctrina implentur iam Concilia ipsa:
Scriptaq. nunc prope sunt regula sancta tua.
Tu firmari audis doctrinam voce perenni,
Nempe immortali testificante Deo.
Nam Crucifixus adest, qui sic est ore locutus:
Scripsisti Thoma pulchra, beate, bene.
Ergo age propterea, dic quæ nunc præmia posci?
Protinus hic, te, inquit, Christe beate volo.
Est igitur Thomas toto venerabilis orbe:
Libri digni, quos audiat omnis homo
Sed iam quo tandem properas nunc fistula nostra?
Angelicas laudes, Angelus ipse canat.

RRæsentium tenore Ego Frater Ioannes Vincentius, S. Theologiæ professor, ac Proninciæ Aragoniæ ordinis Prædicatorum humilis Prior Prouincialis & seruus, licentiam concedo, vt in publicum proferantur commentaria in Epistolam B. Pauli Apostoli ad Romanos, edita ab A.R. Patre Magistro fratre Raymundo Pasqual eiusdem Ordinis, dum modo examinentur prius & approbentur iuxta S. Concil. Trident. decreta, & nostri ordinis instituta ab A. R R. PP. fratre Paulo Ginoues, Magistro & Priore nostri Conuentus S. Catharinæ martyris Barcinonæ, & Fratre Thoma Roca Præsentato, quibus in muneris speciáliter & expresse committo, In nomine Patris, & Filij & Spiritussancti, Amen. In quorum testimonium præsétibus subscripsi nostro sigillo paruo roboratis in nostro Conuentu Prædicatorum Barcinonæ, die octauo Februarij, Anno, 1611.

Frater Ioannes Vincentius,
Prior Prouincialis.

EGo Frater Paulus Ginoues, S. Theologiæ professor, & Prior Conuentus S. Catharinæ Martyris, Barcinonæ ordinis Prædicatorum, ex commissione A. R. Patris nostri Prioris Prouincialis, legi qua potui attentione hæc commentaria in Epistolam B. Apostoli Pauli ad Romanos, quę A.R. Pater frater Raymundus Pasqual S. Theologię doctor egregius, non vulgari stylo composuit, in quibus nihil reperi non orthodoxum, non doctum, non denique illo tam fœlici auctoris ingenio dignum. Siquidem vniuersa quæ in hoc opere difficilia sunt intellectu, & ab impijs hominibus, vt B. Petrus aiebat, de prauata ad suam ipsorum perditionem, interpres noster adeo serio ac erudito pertractat, vt omnino manifestæ relinquantur, hæreticorum fraudes, Sophistarum cauilli transfugarum quorundam techne & imposturæ, denique de Catholico & receptissimo Patrum sensu nullus dubitandi locus superesse videatur. Quapropter censeo dignum opus quod per manus omnino feratur, non modo tyronibus in hoc studiorum genere ob facilitatem vsui futurum, sed etiam ijs qui ad maiora eruditionis incrementa cupiunt peruenire, in cuius rei testimonium has litteras dedi propriæ manus subscriptione firmatas in conuentu nostro S. Catharinæ martyris Barcinonæ die 25. Februarij, anno 1611.

Frater Paulus Ginoues,
Magister qui supra.

RRecensui ex iniuncto A.R. Patris nostri Prioris Prouincialis, & per lege non sine fructu & delectatione lucubrationes istas quibus A.R. Pater frater Raymundus Pasqual, S. Theologiæ grauissimus doctor, in Epistolam B. Apostoli Pauli ad Romanos, non sibi solum modo, sed omnibus inquirentibus veritatem per annos multos laborauit, & comperi experimento quanto fortius à boue lasso figantur vestigia, cernens in hoc auctore solidæ antiquitatis in scribendo grauitatem, sententiarum pondus cum vere Christiano doctrinæ candore, censendi modestiam, ac in formandis moribus piæ charitatis affectum, longius relegatis omnibus ijs quibus politiores quidam plus nimio prærer antiquorum PP. consuetudinem institudijs huiusce modi delectantur. Breuiter Christianus pater hæc scripsit Christianis, & eruditus, cupientibus eruditi. His accedit in controuersis componendis mira facilitas qualem non temere inuenias in multis Scholasticis auctoribus quando ad scripturarum elucidanda testimonia ventum est, quod non reputabit extremo loco ponendum his cui hujus epistolæ nodi plusquam Gordiani perspecti sunt. Habent etiam concionatores vnde cum nominis laude & fruge non modica Sacra oracula reuerenter tractare addicant, nullam, vt sæpe fit, vim scripturis inferentes cum eruditarum aurium offensione. Denique censeo è re omnium studiosorum fore si hæc commentaria in publicum edita fuerint ad Christi gloriam. Barcinonæ apud Prædicatores Nonis Februarij, natali B.P.N. Vincentij Ferrarij, anno 1611.

Fr. Thomas Roca,
S. Theo. Præsematus.

EGo frater Ioannes Pedrolo Carmelita, Artium & sacræ Theologiæ Doctor, Prior Prouincialis Cathaloniæ eiusdem ordinis, ex mandato & speciali commissione admodum Illustris ac Reuerendissimi Domini D. Ioannis Dimæ à Loris Dei & Apostolicæ sedis gratia Barcinonensis Episcopi, quanta potui attentione perlegi eruditissima commentaria in Epistolam B. Pauli Apostoli ad Romanos edita ab A.R. Patre Fratre Raymundo Pasqual, S. Theologiæ doctore, Ordinis Prædicatorum, vizo vndequaque doctissimo, in quibus nihil inueni quod fidei orthodoxæ, S. Matris Ecclesiæ dogmatibus, Conciliorum decretis aut bonis moribus vllo modo repugnet, immo potius non mediocriter admiratus sum viri huius penne diuinam ingenij felicitatem in abstrusioribus Apostoli testimonijs elucidandis, quorum in ac Epistola magna copia est: ita namque stylo facili & aperto cuncta in lucem profert: vt accessum facem densioribus tenebris intulisse videatur. Nusquam lectorem delicatum offendeat verborum lenocinia, aut sermonum longiores ambages tenebunt suspensum, nihil denique fucatum aut fictum quis poterit in hoc auctore suspicari, sed omnia sinecram pietatem ac solidam religionem manifestant. Qua propter dignum iudico vt prælo committatur opus tam insigne, in vtilitatem non solum eorum qui Christi Verbum prædicant, sed illorum etiam qui scholasticam Theologiam profitentur. In cuius censuræ testimonium his litteris subscripsi. Dat. in nostro Conuentu B. Mariæ de Monte Carmelo Barcinonæ, die octaua mensis Februarij, anno 1611.

Ioannes Pedrolo Carmelita.

SEMINARIA SIVE PRAELVDIA APPRIME VTILIA AC NECESSARIA AD TVTAM, VERAM, synceram atque catholicam diuinarum scripturarum intelligentiam comparandam: præoculis habenda; tam ab his, qui accedunt auditores; quam ab illis, qui cupiunt fieri earũ explanatores.

Certi canones sub quibus statuendis ad cognitionem sacræ scripturæ vehementer conducibiles.

VTHÆC præludia, quæ (Deo adiuuante) ad germanũ scripturarum intellectum paramus, eõ modius multò lectot (quicunq; sit ille) capere possit, & tenacius memoriæ configere; opere præcium duximus, sub certo canonum numero ea redigere, atq; complecti.

In omnibus pertractanda a definitione exordiendumest.

De scriptura diuina atq; canonica tractationem habituri, ab eius definitione exordium sumere oportere eẽ suimus: Tale namq; in omni redisserẽda præceptum a diuino Platone & ab eius discipulo ingeniosissimo Aristotele, necnon a principe eloquentiæ Ciceronе, nobis relictum est, & ad imitandum propositum. Rei namq; cuiuslibet definitio, gnomon & certissima regula est eorum omnium, quę de qua q; re iudicanda & examinanda sunt.

Nomẽ scripturæ per multorum oratorẽ sæpe sumitur. Definitio scripturæ sacræ.

Cumigitur nunc de scriptura sacra, deq; eius canonicis libris nobis ferẽdum sit iudicium, iustum res est, vt in primis & ante omnia dicatur, quid nomine scripturæ sacrę intelligere debeamus. Licet enim hoc nomen per multorum ora vagetur: tamen quid præseferat, non omnes capiunt.

Est igitur scriptura sacra doctrina quædam non ab homine prodita aut naturali ratione excogitata, sed a Spiritu sancto fabricata, ab eodemq. catholicæ Ecclesiæ diuinitus reuelata, cui refragari impune nemo potest: vtilis maxime ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendũ in iustitia, ad perficiendumq. hominẽ opere in omni bono.

Circumcisio copiosa explanatione.

2. Ad Ti. cap. 3.

Explanatio diffinitionis.

Scriptura non omnis, doctrina dicimeretur, sed ea tantum, quæ à doctore proficiscitur, sicut disciplina quæ à discipulo suscipitur: At palam est non omnem scripturam à doctoribus emanare: Cæterum sacra scriptura a doctore doctorum Spiritu sancto (qui solus doctoris nomine dignus est) fluere & emanare manifestum est: quare doctrinę nomen merito sibi vẽdicat: Ipse namque est eõ. ũnus ecclesiæ doctor, qui docet hominem scientiam.

Diligenter singulæ particulæ descriptionis scripturæ diuinæ considerantur.

Psal. 93.

Quædam

Vox hæc singularitatem quandam insinuat sacræ scripturæ: Non enim cõmunis est cum aliis scripturis quarum non modica pars profana & indigna est quæ legatur. Aliavero per

mixta & respersa varijs permultisq, erroribus. Rursus alia rota scarer friuolis & fabulationibus, Prophera clamãte ac dicente. Narrauerunt mihi iniqui inquit, fabulationes, sed non vt lex tua, hoc est scriptura tua, quę multis prætoganuis ac singularitatibus post se omnes alias relinquit, Illę quidem adulterari possunt, in illis errata conuerteri, illæ deleri, illæ aboleri, illæ cassaris illæ propter hominum fraudes & dolos eorumque infidelitatem inuẽræ fuerunt. At de scriptura sacra horum aliquid vel cogitare, nefandissimum scelus esser. Literæ rursus humanæ, quo fidem faciant, sigillis ceræ sculptis indigent. Atqui diuinæ literæ Ecclesiæ decreto opus solo habent: non vt sint puræ, integræ & sanctæ, sed vt a nobis tanquam tales recipiantur. Denique scripturæ ipsæ humanę in medium adduci solent, vt testes sint, sed non sunt semper veraces; at diuinæ literæ nullo pacto possunt esse fallaces: Prærerea illas, qui edidit, inficiari aliquando audet. has nempe diuinas, solus effrons & inuerecundus, audax, & temerarius homo præsumit hæreticus.

Psal. 118.

Sequitur.

Non ab homine, aut naturali ratione excogitata.

In hoc discriminãtur aliæ scripturæ à diuina, quòd omnes illę artificio & ingenio hominum sunt inuẽtę & efformatę. Opera enim hominum sunt, eorumque calamo reseratæ & depictæ tales, quales earum scribæ. Verum diuinæ literæ ab vno solo scriptore, cuius lingua calamus erat scribæ velociter scribentis. Quis togo, estiste scriba, cui calamus lingua est, nisi Spiritus sanctus? Nihil mirum si velocitet sint scriptæ, nam velociter currit sermo eius. Cuius eius? Eius qui scribebat diuinas scripturas. Humana nãque ratio in scripturis humanis bene currit, imo discurrit, sed non velociter, sed sensim & pedetentim. Tarda enim & morosa humana ratio est ad humanas literas inueniendas ac perficiendas: tempore multo eget, nec labore minore. At in literis diuinis (docente illarum doctore) breui fiunt homines literati & docti. Nunquid de repente Apostoli ex hominibus idiotis euaserunt in viros doctissimos? Quanto tẽpore in scholis versati sunt? Per quos præceptores edocti? Quot euoluerunt codices? Quot frequentarũr gymnasia? Sane nihil horum opus illis fuit. Si quidem diuinę literæ nec in libris hominum, nec in gymnasijs philosophorum inueniuntur, sed è cœlo venerunt, secum illas attulit doctor ille qui docet hominem scientiam, nimirum Spiritus sanctus quando factus est repente de cœlò sonus spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi (qui futuri erant Ecclesiæ doctores) erant sedentes. è cœlo sanè originem habent diuinę literæ, non è terra: tam enim præclaros fœtus atque fructus, non valebat gignere terra maximè tribulis & spinis repleta. Nil tetreni redolent scripturæ diuinæ, sed cœlum sapiunt: quo nomine cœlestes literę appellatæ meritò sunt. Non solum quod de sursum venerint, sed etiam quia à cœlesti lumine ac diuino scaturierunt. Ab humano namque lumine fieri non poterant. Oportet enim inter potentiam & obiectum proportionem esse. Naturæ lux tam Angelicæ quam humanæ si cum diuinis rebus conferatur, tenebra est. Tenebra est humana ratio, tenebræ sunt omnes doctrinę humanæ, tenebra intellectus creatus, tenebræ sunt sensus, tenebra visus, tenebra auditus, tenebra tactus, tenebra Plato, tenebra Aristote. tenebra Sol, tenebra Luna, tenebra homo, tenebra Angelus, & quo semel finiam, tene-

Psal. 44.

Psal 147.

Actor.

tenebra mundus totus. Quæso te, à tot tantisq; tenebris quomodo subo riri tanta lux (quanta est diuina scriptura) poterat? Lux de luce lucet & nō detenebris. Tenebrę eam non com prænderūt. Tenebræ super faciem abissi erant, sed spiritus domini (scripturæ sacrę autor) ferebatur super aquas. Quarum nomine si populos in telligas, bene habet Apoc. n. 17. Aquas quas vidisti populi & gentes sunt. Cæterum forte melius si ad scripturas sacras referas. Super eas namq; Spiritus domini fouens, conseruans, tuens, mutriens, ac ab hostibus suis eas defendens, ferri dicitur. Habet enim scriptura sacra hostes non paucos.

Ioan. 1.
Gen. 1.
Apoc. 17.

Sequitur.

A Spiritu sancto fabricata & ab eodem reuelata. Hic palam fit quem autorem habeat sacra scriptura. Non hominem, non Angelum: sed Spiritum Sanctum. A tali namq; doctore & auctore non poterat nisi tale prodire opus. Qualis enim artifex est, tale & eius opus. Vnde manifesta fit harum literarum præstantia, quæ solæ habent Deum pro authore. Cęterum cum dicimus Spiritum Sanctum authorem, principalem & primarium intelligere volumus. Prophetę enim Euangelistę, & Apostoli, organa sunt potius quā authores. Nā nō sunt illi qui loquuntur, sed Spiritus sanctus loquutus est per illos: iuxta illud, sicut loquutus est per os sanctorum &c. Et alibi Christus, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et rursus alio in loco dicitur. Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Ex quibus non multum interesse constat quis author sit scripturę, si modo de principali nempe Spiritu sancto manifestum sit. Ipse namque est primaria causa, radix, fons & origo, vnde originaliter dimanauit scriptura. Prophetæ autem, Apostoli, & Euangelistę, Ecclesiæ doctores, & reliqui sancti scripturæ interpretes, quasi aquæ ductus sunt, per quos ipsa scriptura ad nostras irrigandas animas traducitur. Et hoc nomine quodāmodo authores illos solemus appellare. Non quod ipsi ingeniorum suorum vi & virtute, aut mētis acumine, eas fabricauerint aut inuenerint. Non sunt enim sacrę scripturæ per studij exercitiū, aut per ingenij inuentionem elaboratæ, veluti humanæ disciplinæ.

Luc. 1.
Mat. 10.
2. Pet. 1.
Simile.

Sequitur.

Cui refragari impune nemo potest

Alia excellentia diuinarum scripturarum hic aperitur, videlicet esse eas irrefragabiles. Quo priuilegio nullæ aliæ gaudent. Nec mirum quidem: sole enim istę Spiritu sancto inspirante sunt editæ & scriptę. Quare qui illis aduersatur, Spiritui sancto earum autho ri refragatur. Humanis siquidē scripturis suffragari, nulla nos cogit necessitas. Libere namq; philosophamur, atque impunes quod magis lubet affirmamus aut negamus: quinimò qđ semel placuit, mox nobis incipit displicere. At tanta libertas in diuinis literis nobis dari, nec debet, nec licet. sed qui eis resistit, perinde pœnas dare habet, ac si Deo sese opponeret. Quare iure ab Ecclesia anathematis gladio feriuntur, qui libros canonicos, in quibus residet & scripta manet sacra scriptura, vel non recipiunt, vel si recipiūt, nō tamquam à Spiritu sancto editos & compositos: sed quemadmodum si essent hominum libri eos legūt, eisq; fidem præbent. Magna quippe fit in hoc Spiritui sancto iniuria, qui suo calamo nobis reliquit scriptos. Qui namque Regis literas spernit, regem spernit.

Simile.

Sequitur.

Vtilis. Cū esset hæc scriptura diuinitus

Scriptura sacra quanti sit

momẽti & vtilitatis.

nitus reuelata (quo titulo nullæ aliæ scripturæ gaudent) non poterat non esse vtilis. Scriptum quippe est Isaie. 48. Ego sum Deus tuus, docens te vtilia, scilicet bonitatem, disciplinam, & scientiam: quæ tria hominibus oppidò vtilia sunt. Neq; hinc inferas scripturã sacram non fore in se honorabilem, eo quod dicatur vtilis. In disciplinis namq; nec honesti ratio tollit vtilitatem, nec vtilitas honorẽ. Sicut enim vtilitate omnes alias superat: ita omnibus illis honorabilior est. Honestatẽ, inquit sapiens, illius, non abscondo. Tacita honestate (quæ germana est omni doctrinæ & scientiæ) tantum Paulus aperuit vtilitatem dicens, Scripturas diuinas fore vtiles. Quod forsan eò fecit, quòd intelligeret plerosque esse homines qui magis trahuntur rei vtilitate quam honestate. Et idcirco Apostolus, quò omnes ad studium & amorem sacrarum literarum inuitaret, earum non qualemcunque vtilitatem ob nostros statim voluit ponere oculos, dicens, eas esse diuinitus inspiratas, & fore quoque nobis perquam vtiles. Sed cædo Paule, quot, & quæ sunt sacræ scripturæ vtilitates? Numera tu nobis qui optimè calles.

Sap.7.

Respondet Apostolus in summa quatuor esse dicens; quòd ad earum numerum pertinet. Prima est docere, hoc est, valet scriptura sacra ad docendum id est ad doctrinam, non qualemcunque, sed ad eam quæ necessaria est ad nostram salutem. Non enim vt doctissimè docet Diuus Thom. 1. par. q. 1. ar. 1. & doctores Theologi in 1. sen. doctrinæ physicæ nobis satis erant. Quare eleganter quidem loco citato doctor sanctus colligit & efficaci ratione cõcludit, præter physicas disciplinas necessariam esse doctrinam aliam. Et hęc vtilitas non solum ponitur ad ignorantes docendos, verumetiam valet ad doctos doctiores efficiendos. Scriptum quippe est; Audiens sapiens, sapientior erit. Et alibi; Beatus qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Secunda vtilitas scripturæ est arguere. Ista enim duo sunt officia eorum qui sunt professores alicuius doctrinæ. Isti namque duo hæc præstare debent. Primum circa ignorantes, secundum autem circa illos qui veritati repugnare volunt; per easdem scripturas nempe sacras, ambo docendi & arguendi sunt. Humiles enim & ingenio dociles, sacræ literæ tantum docent: at arrogantes, elatos & pertinaces, qui doceri nolunt, redarguunt scripturæ. Docilitas autem christiana non tam ab ingenio bono quam ab humili fide & obsequio scripturarum petenda venit. Tertia vtilitas ad corripiendum peccatores & legis transgressores valet. Iuxta illud Christi præceptum: si peccauerit in te frater tuus, vade & corrige illum. Hæc namque scriptura est quæ dicit; Non patieris maleficos viuere super terram. Hæc dicit; Argue, increpa, non solũ opportunè sed etiã importune. Hæc clamat, dicẽs: Quasi tuba exalta vocẽ tuã, annuntia populo meo scelera eorum. Hæc dicit; Beatus homo, qui corripitur à Domino; & reliqua huiusmodi multa. Reliquæ autem scripturæ ad blandiendum, adulandumque, magis sunt aptæ quàm ad corripiendum. Quarta vtilitas, ad erudiendum in iustitia. Hac sacra doctrina eruditos fieri homines nemo ignorat, nisi qui eam nunquam legit. Aliæ disciplinę si reddunt homines eruditos, non intus & foris, hoc est, in vtroque homine: hęc autem scriptura inspirata, hominem non modò exteriorem, sed etiam interiorem eruditum facit. Rursus, aliarum multæ tantum mentem eruditunt: sed non alteram facultatem, nempe voluntatem. Vnde si reddunt hominem doctum, & eruditum, non autem pium & bonum. Philosophicæ enim & Mathematicæ

Apoc.1.

Matth.18.

Exod. 22.

2. Timo 4

Isa 58.

Iob.5.

Scriptura sacra docet credẽda ſperanda, & ſ peranda & fruenda.

Hanc rationẽ. Ex D. Tho. lector mutuet ſi vo'et.

Prou.1.

ticæ disciplinæ si efformant & reddũt hominem Philosophum, aut Mathematicum, non tamen virum bonũ & virtutis studiosum, eo quòd mentẽ duntaxat illustrant ac perficiunt: hæc autem scriptura diuina vna & eadem opera simul mentem illustrat, & affectum inflammat, veritatem docet, tam naturalem, quam supernaturalem: & ad eatum amorem voluntatem mouet, excitat, & impellit. Cæterum hæc eruditio in iustitia no quoniam in hoc nulla est personarum acceptio. sed ex æquo in hac doctrina eruditur diues & pauper, nobilis, & ignobilis, sapiens, & insipiens: peritus, aut imperitus. Sapientibus, inquit Paulus, & insipientibus debitor sum. In iustitia quidem sit hæc eruditio, hoc est, in æqualitate, quam iustitiæ nomen præfert. Ecce quatuor commoda quæ nobis prouenũnt ex diuina scriptura, per quę maximè perficitur, illustratur, & decoratur ánima nostra. Quæ cum ab artifice suo Deo decorata sit, vna & altera potentia, scilicet, intellectus & voluntas; duabus illis primis vtilitatibus perficitur altera nempe intellectus: duabus vero posterioribus regulatur, dirigitur, instruitur & eruditur voluntas. Hæc sunt quatuor scripturæ sacræ munera & officia, dicam melius beneficia, ad quę omnes aliæ vtilitates quę multo plures sunt, reducendę veniunt. Et vt eas vna periodo concludamus, in medium adducere non grauabor, quod de hac re doctissimus Ambrosius quodam breui epilogo scriptum nobis reliquit, dicens. Scriptura sacra ad hoc data est, vt proficiat imperitis, & instauret deformes attrahens iniquos ad iustitiam, vt homo Dei in omni opere bono perfectus sit. Hæc ille.

Pusillũ & Magnũ erudit pagina sacra. Rom. 1.

Quatuor cõmoda reportatqui sacris litteris operã dat.

Scriptura diuina nobis data fuit quonos red ad omne opus bonum instructus.

Et finis & scopus omnis scripturæ diuinę. Cui alludit illud quod ad Romanos scribit. Scriptum est: Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Hoc est, ad nostram vtilitatem. Non enim data sunt scripturæ tantum in illorum vtilitatem qui eas scripsere, sed etiam in commodum omnium hominum. Perficiunt igitur scripturæ diuinæ suos auditores, eatenus, quatenus fiant homines Dei, quod præstare ne quaquam possunt solæ aliæ disciplinæ.

dant hõines Dei, & in omne opere bono perfectiores eius. facit homines perspatetticos, & Platonicos, sic doctrina Dei diuinos.

Sequitur.

Vt perfectus sit homo Dei.

Cuis sit homo Dei.

Homo Dei dicitur, qui scripsum totum Deo cõsecrat. Nam qui partim est mundi, & partim Dei, non solet appellari homo Dei. Totum enim vult Deus hominem. Quod vetusto verbo palam insinuauit, cum ait: Nemo potest duobus dominis seruire. Nullus enim esse potest perfectus, nisi sit homo dei. Perfectum autem illud dicitur, cui nihil deest, eorum quę habere debet. Homini autem Dei nihil deest. Siquidem paratus est ad omne opus bonum non solum ad illud quod necessarium est ad eius salutem, vt sunt Dei præcepta, sed etiam ad alia quæ in consilio posita sunt. Quare adolescenti dixit Christus, Si vis perfectus esse, hoc tibi vnum deest, vt vadas, & vendas quæ habes, & des pauperibus & veniens sequaris me. Hinc manifestò constat sacram scripturam ad perficiendos nos perinultum vtilem esse. Quo nomine toris viribus nos in eam incũbere oportere. si modo tales esse cupimus, quales ipsa efficere nos potest.) Et hactenus de scripturæ sacræ definitione deq; eius copiosa elucidatione.

Matt, 6.

Matt. 19. Luca. 18.

Finis plenissima scripturæ finitio nis.

Succincta & cõpendiosa sacræ scripturæ definitio.

Porro si volumus, definitio sacræ scripturę paucioribus assignari potest, dicentes; quod est doctrina,

ſpeculatrix Dei, & eius attributorum, hominem neceſſaria ad ſalutem docens: diuinitus inſpirata, & ad eũdem hominem perficiendum vtiliſſima. Doctrina generis loco ponitur, vt pote quæ latius pateat: reliqua autem, differentiæ loco habenda ſunt. Per ea enim ab omnibus alijs doctrinis hæc ſacra diſcriminatur, atq; differt. Eu hæc eſt ſuccinta & compendioſa ſacræ ſcripturæ tatio.

PRIMVS CANON.

QVi elucidare ſacram cupiũt ſcripturam, non abs re mihi facere videtur, ſi priuſquam accedant ad iuſtam operis explanationem, aliquantulã habeant de duabus illis rebus conſiderationẽ. Sunt autem duę illæ res huiuſmodi: altera ſcripturarum legitimus canon altera vero genuinus ac germanus earũdem ſcripturarum ſenſus. De his enim præcipua cura tam ab auditore, quã à lectore habenda eſt, ſi fœliciter in lectione diuinarum ſcripturarum cupit verſari. Quare vnum vel præcipuum principium ſibi proponere debet ante omnia, videlicet libros quibus Eccleſia vtitur & nobis propoſuit legendos, canonicos & per ſpiritum ſanctum eſſe dictatos.

Secundus canon.

SAcra ſcriptura ex ſolis libris canonicis conflatur & conſtat. Alios verò quantumcumq; doctos, orthodoxos & pios, ſub nomine ſcripturæ ſacræ minime dicimus eſſe comprehendendos, etſi non modicè venerandos. Sunt igitur tantum illi canonici, qui recenſiti & numerati ſunt, approbati tamen iudicio & Eccleſiæ decreto, ſine quo tales eſſe atq; dici nequaquam digni forent.

Appendix.

ECcleſia hoc diſcernẽdi iudicium, per quod dignoſcitur quæ humana, quæ ve diuina ſit ſcriptura, à Chriſto ſeruatore, & ſpiritu ſancto ſacrarum ſcripturarum autore mutuata eſt. Non enim iſtud per rapinam habet, ſed ſuo iure vtitur, cum de ſcriptura ſit iudicium.

Secunda appendix.

HInc conſtat falſiſſimè Lutheranos atq; hæreticos hallucinatos ac peſſime Dæmonis aſtu deluſos; aſſerentes quidem ſacras literas neq; Eccleſiæ neq; alterius indigere teſtimonio aut approbatione: quò pro canonicis habeantur: ſed per ſeipſas aſſerunt ſatis eſſe fide dignas. Addunt q; quod ſi eas dijudicare volumus, non per hominum teſtimonia, ſed per ipſaſmet fieri oportere.

Error pernicioſus hic eſt, ſiquidẽ ſcriptura per ſcripturam probari nõ poteſt.

Tertius canon.

ECcleſia in admittendis aut repellendis ſacris libris errare nullo modo poteſt, ſicut nec in rebus fidei. In vtroq; enim negotio, vno eodemq; ductore, nimirum veritatis ſpiritu protegitur, fouetur, docetur, atq; ducitur. Quare eũ approbat illos, nec ipſa falli, nec nos fallere poteſt. Comitata enim tanto duce, quomodo à vero deuiabit?

Appendix prima.

ECcleſia non vnica tantũ approbatione neq; tẽpore vno omnes canonicos effecit libros: ſed pro temporum ſucceſſione. Quare ſicut fides temporis ſucceſſu aucta fuit, ſic ſacrorum & canonicorum librorum numerus incrementum ſuſcepit. Quare quòd vno tempore fuerint pauciores & alio plures, nulli mirum videri debet. Caute tamen capiat iſtud lector, nec credat nos dicere numerum ſcripturarum canonicarum ſecundum ſubſtantiam rerum aut ſcripturarum accepis

ſę

se augmentum: sed quo ad nostrā acceptationē istud volumus esse dictū.

Secunda appendix.

QVi semel receptus liber fuit, perpetuo in ecclesia pro canonico habitus est: at ille qui in vno tempore non receptus fuit, dignus est tamen qui in alio recipi possit. Ceterum semel explosus, nunquam receptus. Cōstans enim sibi est in hoc negotio iudicium Ecclesiæ. Semel enim deiectos libros, nunquam recepit tanquam canonicos: sicut illos quos semel approbatos habuit nunquam irritos fecit.

Libri qui aliquando erant incerti Autoris procedente tempore meruerūt Autoritatem, quam semel consequutam, nūquam amiserunt.

Tertia appendix.

HInc colligitur, quod quemadmodum approbatio canonicorum librorum penes Ecclesiæ authoritatem manet: ita & apocriphorū repudiatio ab eiusdem iudicio pendere debet. Nam si approbatio Ecclesiæ canonicum facit, repudiatio & reprobatio eiusdem sane redder librum apocriphum & suspectum. Par enim est in vtroq; negotio Ecclesiæ iudicium. Approbare namq; & reprobare cum contraria sint, ad eandem potestatem & autoritatem pertinere & spectare videntur.

Quibbri in catalogo sint reponēdi aut ab eo exibilandi ex ecclesia decrete pendet. Ne quis alundo nobis cō stare possit scripturam aliquam fore diuinam tametsi diuinitatem, reuerentiā & autoritatem ex se ipsa habeat.

Quarta appendix.

EX illo etiam cānone liquido constat, generale concilium canonizare posse, hoc est, librum aliquē ad certum librorum canonem reducere & reuocare. Non enim minoris potestatis & autoritatis iudicari debet generale concilium in hac re, quam in fidei rebus In quibus si suborta fuerit quæstio iudicio & censure concilij stabitur: quo prolato nullus remanebit dubij scrupulus. Quin etiam huius rei iudicium & potestatem à capite Ecclesiæ, Summo Pontifice nimirum, nullus dimouere debet: maxime si in ea (quæ vera est) sententia sit, quę Pontificem superiorem super concilium constituit.

Quartus canon.

NVllum est ius aut potestas vlla apud seculares homines (quacunq; polleant dignitate) sententiam ferendi in controuersia mota de canonizatione canonicorum librorū. Nā sicut nemo ex classe populi potest ac valet controuersiam de fide finire, discernere & determinare: pari modo, nec iudiciū ferre quibit in ea quæstione quę agitatur an liber sit canonicus nec ne. Sicut enim in controuersijs secularibus & forensibus non quiuis secularis & laicus homo tamquam iudex admittitur, sed tantum hi, quibus de mandata est hęc prouincia: quomodo igitur promiscuè & confusè parebit aditus cuiuis priuato & seculari homini adiudicandum, vel de scriptura, vel de canonicis libris? Quod si forsan temeritate hac prędita, istud tētare aliqui præsumpserint, tunc iuste eorum cuilibet, ęgreferentes scripturæ sacræ, dicere possent illud scilicet; Quis vos constituit iudices super nos? Obmutescite, obmutescite, & cauete ne veniat super vos illa Appellis sententia, videlicet; Ne sutor vltra crepidam hoc est, vltra calceos non iudicet.

Exo 2. Non quiuis de plebe scripturæ sacræ aquus iudex esse debet: sed qui ad hoc accitus est a Deo. Nemo igitur sibi arroget hanc censuram, in discernēdis scripturalibris.

Quintus canon.

IN his quę nobis catholicis credenda proponuntur nihil verius æsti

æstimare debemus quàm libros eano nicos approbatos & confirmatos ab ecclesia. Si enim vel in vna scripturæ parte etiam minutissima, tantillu falsi tatis inuenire liceret, prius tota de ve ritate suspecta esset.

Inter credibilia primas tenet scriptura diuina & in veritate primum locum obtinet. Testimoniatu credibilia falsa sunt nimis. Psal. 92.

Prima appendix.

EX hoc satis exploratũ & dubio pro cul est, sacras videlicet scripturas (si modo rectè intelligãtur) nullius er roris falsitatis, aut deceptionis fomẽ ta esse. Quòd si male intelligãtur, tũc

Scriptura sacra nõ est genitrix erroris, aut hæresis: sed extorta intelligentia hanc etiam polluit.

hæresis non de scriptura scaturit: sed de venenata, ac deprauata intelligen tia surgit, & oritur.

Secunda appendix.

VEritatis sacræ scripturæ vires: ab au toritate potius quàm ratione ema nare, fidelis quisq; existimare debet. Quare merito in eius explanatione ecclesiæ autoritas & iudicium princi pem locum tenebit. Post quam congruè vt pedissequa sequi poterit ratio: nõ sriuola, aut triualis, sed ea quæ au thoritati aduitrix esse poterit. Illa qui dem ad prompte recipiendam scripturam absq; vlla contradictione valebit; ista autem ad iam receptam tuendam, fouẽdam, & ab hæreticorũ mor sibus eripiendam præstabit.

Tertia appendix.

QVi iudicium ferre debent de ip sis libris expungendis, aut am plexandis, veritatis infallibilis esse de bent. Vnde palã sit, ex doctoribus nul lum posse esse regulam fixam & certã, ad iudicandos libros canonicos. Iudi cium namq; istud ad fidei rem facere videtur. Hinc q; non sine magna Dei prouidentia, hoc negotium commis sum fuit ecclesiæ, & eius capiti: cui di ctum est; Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.

Iudiciũ de diuinis scripturis, non casu, sed diuina prouidentia, Ecclesia, & eius capiti creditum est.

Luca. 22.

Sextus canon.

IN enumerandis atq; recipiendis ca nonicis libris, consulere oporter ge neralia concilia: & præsertim ea quæ nostræ ætati proxima sunt. Eo quòd in eis copiosior & vberior reperitur eorum index & catalogus. Non enim omnes libri autentici quos nunc habet ecclesia, in quouis concilio sunt adnumerati, vt pote non simul ab eccle sia recepti & approbati. Qui vbi et sci re qui sint & quot, cõcilii Tridentini cõsulat & illos tamquam sacros & cã nonicos veneretur atq; suscipiat.

Appendix.

LIcet de aliquot libris aliquan do dubitatum sit, quorum es sent Autorum, propter illorũ incertitudinem: tamen adueniente Ecclesiæ decreto iam prorsus euacua tum est totum dubium. Neq; incerti tudo Autoris a libro tollit, quod non sit canonicus. Fieri namq; potest, du bio existente Autore, vt doctrina diui na, & canonica sit. Vnde, vt liber au toritatem habeat vel ad refellendas hereses, vel ad confirmãda fidei dog mata, ei satis est vt ab Ecclesia adnu meratus sit cum alijs in catalogo. Vn de sit, quod aliquando Spiritus san ctus Ecclesiæ reuelat catholicam do ctrinam celato Autoris nomine & è contra, cognito doctrinæ Autore, eius doctrinam tamquam canonicam nõ patefacit. Vnde vides scripturę canonizationem non tam pendere ab Au toris nomine, quam aliunde. Hacte nus de canonicorum librorum iudi cio & censura. De qua re multò plura dici poterant: sed habita præludij ra tione, ista nobis visa sunt satis. Ex alijs curiosus lector plura his & melio ra colligere poterit.

Cæterum dicto iam de auctoritate discernendi sacras literas a secularibus & humanis: restat proximè dicendũ penes quos sit et resideat potestas & iudicium easdem interpretandi. Hę enim duæ sunt non infimæ claues, si ne quibus nulli patere poterit aditus & introitus ad diuinas literas capescẽ

das

das. Hanc secundam clauim & quæ ad eam spectant, sub certis propositionibus, vel si mauis regulis, velut aliã recolligere integrũ iudicauimus. Sit igitur prima regula. Verus atq; germanus scripturæ sensus, ab eodem quo condita est, venit petendus. Quare nõ incongruè pater & egregius doctor Augustinus asserit scripturarum lectionẽ orationibus fore adiuuandam & exactius mentem intelligentiam ãDeo esse petendam. Quisnam quæso rectius ac verius interpretari valet scripturam, aliquam quam is, qui fuit Autor, aut eius scriptor? Quis dicas, scripturæ sensum, mentem, atq; intelligentiam, ad viuũ magis penetrat? Si scriptura non secundum interpretis mentem interpretanda venit, sed iuxta conceptũ & mentem scribentis nũquid aptior erit interpres ille qui auctoris mentẽ exploratam habet, quam quiuis alius? Res sanè expedita est hec, & ab omni procul dubio aliena.

Scripturas sacras non expedit exordiri, nomine inuocato primum diuinoq; flatu script. sacræ & eius intelligentiæ, precibus adiuuanda est. Iacob primo si quis indiget sapientia, postulet a deo & sapiet. 2 inuocant. & venit Spiritus sapientiæ.

Secunda regula.

POst imploratam à Spiritu sancto opem & fauorem ad rectè & certò intelligendam sacram scripturam, ad magistram & matrem nostram Ecclesiam recurrere debet proximè fidelis omnis, qui optat consequi verum & genuinum scripturæ sensum. Eius namq; expositio ac elucidatio haud minus certa, irrefragabilis, & infallibilis est, quàm sit ipsamet scriptura. Quinimo aliquandò nobis certior, eo quò clarior.

Appendix.

HInc deducitur, quod in ea quæstione quæ mouetur de vero ac genuino sensu sacræ scripturæ, siue sit cum catholicis, siue cũ hæreticis: in primis & ante omnia recurrere oportet ad magistram Ecclesiam postposito & neglecto omni proprio sensu. In illa namque facultas potestasq; est iudicandi, discernẽdi, vnum sensum ab alio, germanũ ab adulterino, verum à falso, & istud quidem absq; erroris formidine: Ecclesia namq. ab Spiritu sancto scripturæ Auctore edocta, nec fallere, nec falli potest.

in venando vero scripturæ sensu, ab ecclesia nec

vel pilũ de flectere de bemus.

Secunda appendix.

SAcram scripturam cum non modo catholici, verum etiam hæretici tractent & pręmanibus habeant: & ipsos catholicos decipere nitantur: occidentem literam deosculantes, de spiritu verò nihil gustantes, per verba legis legem impugnant. At catholicis auditoribus & lectoribus alia debet esse cura: nempe, vt fracto nucleo, corticem & literam relinquentes, ad eum quo intus latet spiritũ, peruenire procurent.

Tertia appendix.

VNde fit luce clarius, nos ex hæreticorum vigilijs, elucidationibus, & commentarijs, nihil boni sperare posse. Si enim ex ossibus medullas extrahas, quæso ad quid valent nisi vt canibus rodenda mittãtur? Et si à nucepucleum subtrahas, cortices dicito ad quid vtiles erunt? Relinquamus igitur nos illis ossa & duros cortices (vt qui habeant caninos dentes, etiã ad mordendum Ecclesiam, Christi pastoris mansuetissimam ouiculã) & nos edentuli in lacte Ecclesiæ matris nostræ educati ex vberibus, hoc est Ecclesiæ doctoribus, medullas sacrarum scripturarum & nucleos id est, spirituales sensus, pro nobis seruemus.

Ab hæretici interpretationibus scripturas, nihil venit nobis emolumenti multũ quare illis nulla fides adhibenda. tametsi passim allegent prædicant, quibus nulla præbenda est auctoritas. Ecclesia doctores vbera nutrientia sunt.

Tertia regula.

FIdeles (qui soli digni sunt) in sacris versari literis & eas interpretari) pro raro atq; firmissimo fundamẽto supponere debent, etsi non in omnibus locis, tamen in multis, difficultatem habere scripturas ipsas diuinas! Quæ dificultas bona ex parte obuenit propter obscuritatem. Non proin

de taxan

elucidatione, an in ea ne suo sit loquutus, aut de Spiritu Dei. In hac igitur perplexitate posito, salubrius remedium dari non potest, quàm confugere ad Ecclesię Romanę patrocinium atq; iudicium. Ipsa namque vt verus, ita & viuus iudex est. Nemo enim iudex esse debet causa in propria. Facilis est hallucinatio, ac facilior lapsus. Nam de rebus obscuris & intellectu difficilibus, semper verè dicere, non est nisi hominis habentis Dei donum quod sibi vendicare, solius hominis arrogantis est.

Ecclesiane eius caput nouas scripturas possit cudere? licet veteres possit approbare.

Sexta regula.

SCriptura sacra tametsi à Deo tantum sit, eam tamen tradere per se ipsum nobis noluit, sed per ministros suos medios ad nos deriuata est. Deus enim sua prouidētia, omnia suauiter disponit, omnia sapienter, infima per media, gubernat. Vnde sicut alijs in rebus (quas solus ipse præstare poterat) adiutrices voluit habere causas secundas: sic etiam scripturarum collatio ad nos vt veniret, non immediatè sed per ministros suos voluit ipse quoque. Neque quicquam autoritatis ob hoc ab illis detractum est.

In tradenda nobis scriptura sacra, ministros voluit habere Spiritus sanctus.

In sacris bibliis aliqua sibi ad inuicem videntur secundum facie aduersari: Kauera tamen omnia sunt consona

Appendix prima.

SIcut scripturæ diuinæ collatio non est immediatè à Deo facta, vt nūc nunc dicebamus, ita neq; eiusdem explicatio. Vrrūque enim per suos præstat Deus ministros. Illud per Euangelistas, Apostolos, & Prophetas: istud autem per Ecclesiæ doctores, fidelissimos sacræ scripture interpretes. Ad primos attinet quod Christus dixit: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, sapiētes, & Scribas: ad secundos verò spectat quod Pau. dixit in ecclesiā Dei alios esse doctores &c.

Matt. 23. Ephe. 4.

Secunda appendix.

HInc veruntamen non inferas, interpretationes illas quæ fiunt à doctoribus (quibus incumbit explicatio scripturæ) recipiendas esse seu scripturas sacras. Nam licet sint veræ & certę, tamen non sunt reputandæ, & tanti faciendæ quanti fiunt sacræ scripturæ vt quidam falsò crediderūt. Quinimo, nec quæ Pontificis decreto sunt firmata, neq; quæ generalis concilij diffinita iudicio constant. Isti siquidem sacras nec condere, nec augere possunt scripturas.

Septima regula.

SCriptura sacra sicut necessario indiget explanatione, ita & sæpe conciliatione. Illa necessitas est propter loca non pauca captu difficilia: ista verò ob multa quæ in scriptura sunt, nō re ipsa, sed tantum secundum apparētiam compugnantia.

Appendix.

AD diuinarum scripturarum interpretationem multa exiguntur. Hinc q. fit, vt id muneris non omnibus incumbat. Quinimo nec omnibus commune esse debet, sed illis solis, qui possunt & valent instruere, & fidem nostram cōfirmare. Si enim omnium istud officium esset, scripturarū cognitio quoq; ab omnibus foret exigenda. At talis cognitio tametsi omnibus vtilis sit, non tamen ab vnoquoq; necessario repetēda. Quemadmodū enim fieri potest, vt quis sit fidelis & ignorans: ita christianus, & scripturā nesciens.

Octaua regula.

QVæ interpretes apponunt vel interpretando, vel cōciliando scripturæ loca, neq; sunt additiones, neq; diminutiones, sed tantum interpretationes. Neq; etiam quando ab interpretibus citantur varię lectiones ab ecclesia toleratæ, vel quando expungūtur aliquot dictiones tamquam redūdantes, vel adduntur aliæ maioris elucidationis gratia: ista & similia nō sunt appositiones, aut subtractiones, dicē

dæ

de. Non enim causant alienũ sensum ab illo qui intentus erat à Spiritu sancto.

Appendix prima.

INterpretibus scripturę non est eis data aut facta copia interpretandi eam iuxta illam versionem quę illis magis arridet & approbatur, siue illa sit græca, hębrea, siue latina: sed quem admodum in exponendo Ecclesię iudicium sequi tenentur, sic versionem tantum amplecti eam, quę proposita & approbata fuerit per Ecclesiam. Maxime in his quæ faciunt ad fidem, & quæ spectant ad bonos mores. In a lijs vero maior potest concedi facultas. Neque id temere dicitur. Siquidẽ in vertendis scripturis ex vna in aliam linguam, error contingere potest.

Appendix secunda.

DE fide, de moribus, de quę hæresibus refellẽdis quando ferendũ est iudicium, non per aliam versionem quam per veterem atq; vulgatam fieri debet, tametsi ad hæc alię versiones iuuare possint. In ea enim iam concilium Tridentinum statuit ac definiuit falsi nihil contineri maximè in his quæ ad fidem mores q; spectare, possent. Et eam tam in disputationibus, lectionibus, concionibus, alijsq; rebus tamquam authenticam habendam declarauit. Quare à catholicis & Ecclesię filijs non est reijcienda, aut parui faciendа: sed amplectenda, retinenda, & semper prę oculis habenda.

Appendix tertia.

HInc factũ est vt iam inter fideles non sit opus illas quæstiones quę interdum inter illos controuertuntur finiendas & resoluendas esse per exẽplaria græca, aut hæbrea. Diffiniri enim atq; concludi tuto & verè possint, per hanc nostram latinam & vulgatã editionem. Quare ad alias recurrere necessario minime oportet. Neq; existimes incommodi aliquid sequi si latina translatio ante ponatur exemplaribus græcis & hæbraicis, ex quibus ipsa scaturiuit. Neq; propterea græcarũ aut hæbrearum literarum peritiam damnamus, quin potius laudandam approbamus. Vt pote quæ in multis interpretationi scripturæ adiumento esse possit.

Nonnullorum demus literarum græcarum & Hebraarũ neglectum.

Sess. 4.

QVIS ABIGENDVS
QVISVE RECIPIENDVS SIT SACRAE scripturæ auditor, & explanator.

Ingenitus est omnibus veritatis agnoscendæ amor.

QVANQVAM homines omnes, natura duce, sciendi desiderium habeant, & nullus sit ingenio tam agresti præditus, qui veritatis agnoscendæ non sit studiosus: nihilominus tamẽ non quiuis ad quamuis scientiam ac disciplinã iudicari debet aptus & ideneus auditor. Namlicet omnium vnũ sit sciendi desiderium, non autẽ omnium vnum est ingenium. Materias namq; grandes (vt doctissimus asserit Hierony.) ingenia parua non sufferũt

Quare ingeniorũ delectus in admittẽdis auditoribus ad scientias ediscendas & profitendas, prius habendus est.

Appendix prima.

HInc fit vt qui ad vnam capax & idoneus est, ad multas incapax & ineptus sit. Oportet namq; interingenium & naturalem dispositionem cuiusq; ediscentis, & illã scientiã cui ineũbere vult, proportionẽ & correspõdentiã esse, quod secus esset, vtaiũt, perdere olcum & operam. Quare nõ

in

in arbitrio auditoris relinquēda est scientię & disciplinę electio, sed iudicio peritorum stare debet huiusmodi discretio. Sicut enim ad pingēdi aut citarizandi artē non omnes promiscuè idonei sunt: nihil minus ad Philosophiam, Mathematicam, Medicinam, aut Theologiam apti erunt. Nō enim indiscriminatim natura parens omnes dispositos & aptos effecit ad omnes & singulas disciplinas capescēdas. Et experientia satis exploratum est, quod vbi natura defecit, parùm potest valere ars.

Simile.

Appendix secunda.

EX eodem fonte optimo cōsequitur, quod quemadmodum in humanis disciplinis, nulli debet patere aditus, nisi prius examinatus quale scilicet sit sortitus ingenium: fortius multò id fieri debet in diuinis literis, quę rei præstantia, & altitudine, & difficultate etiam cęteras alias superant & excedunt. Non igitur est admittendus quicunq; indifferenter pro auditore, sed ille solus qui habilis, aptus & idoneus peritorum iudicio fuerit approbatus. Non enim scripturæ sacrę quę margarite sunt prætiosę, mittende veniunt ante porcos, & quod sanctum est, non esse dandum canibus, Christi elegantissima sententia fuit.

Matt. 7.

Regula.

CVm humilium & mansuetorum Spiritui sancto semper grata & accepta fuerit hominum conditio (super quem enim requiescit spiritus Domini, ait Propheta, nisi super humilem & mansuetum? haud dubiè qui spiritu sunt humiles & mansueti, donorum Dei recipiendorum maximè sunt capaces. Ar peculiare exinium q; donorum, sanctarum scripturarum exhibitio ipsa est. Proinde homines qui huiusmodi sunt, scilicet mansueti & humiles, adnumerari merito inter idoneos scripturæ auditores possunt & debent.

Isa. 66.

Appendix.

POrrò hi qui superbi & desides sunt tanquam indigni abigendi & exibilandi. Abscondita namq; hęc est sapiētia inflatis & elatis, humilibus autem (quibus patet introitus) iure reuelata & distributa est. Qua propter non altè sapientes, sed humilibus consentientes esse debent qui ad diuinas scripturas accedere volunt.

Superbi & desides a sacris literis abigendi tā quam indigni.

Sanctarū scripturarum tanta non est cla ritas humilibus. Rom. 2.

Si prodignitate scripturarum, sanctarum eligendus esset auditor, Deū immortalem, quam paucos hodie esset reperire aptos & idoneos auditores. Sunt namq; scripturæ istæ, sanctæ, purę, immaculatę, sine fuco, absq; dolo eloquia casta, argentum examinatum, vasa munda, manna cœleste, paradysus voluptatis, & multa alia bis similia. Quare qui intromittendus est in hanc paradysum amœnissimam, vt eā exeolar, non minoribus deberet esse ornatus donis quam fuerit primus ille incola & agricola: cui tradidit Deus primam illam voluptatis custodiendam paradysum. Illa quidem prima, vel in nullo, vel in modico superior est hac nostra secunda. Nam si delicias cum delicijs conferas, scripturarum diuinarum paradysus illam retro in multis reliquit. In illa cecidit homò in haesurexit: in illa rapuit eum edax mors, in ista restituitur ei vita: ab illa cito exul factus est homo, in ista quamdiu lubet perseuerat: in illa mortiferum gustauit fructum, in hac gustat salutiferum: in illa à requie ad laborem expulsus fuit, iuxta illud; In labore tuo vescēris pane, in ista a labore extrahitur, & ad requiem remittitur: secundum illud; Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Cum igitur hæc res ita se habeat, si pro rei dignitate expiscandus & requirendus foret auditor, talē eum oportere esse, qualem nos eam suis coloribus depin

Epiteta sacrarum scripturarum.

Gen. 3.

Matt. 11.

depinximus scripturam: scilicet, immaculatum, purum, sanctum, non fucatum, non dolosum, sed verum Israë-
Ioan. 1. litam, in quo dolus non esset, castum & vas mundum, in quo tam pretiosus liquor scripturę sacræ reponēdus est. Sed heu, hūc quis inueniat? Tales hoc nostro infelici tempore rarissimi sunt. Purgetigitur suas sordes prauioperis quicunque cupit auditor fieri. Animā
ep. 1. nō habeat maliuolam, in quam haud intrat Sapientia. Et tunc suplex sanctarum scripturarum Autorem, Spiritū, nempe sanctum oret, vt eum reddat (etsi non pro excellentia rei, auditorem condignum) tamen pro sua necessitate aliquantisper habilem, idoneum & sufficientem. Ipse namque
Rom. 8. Spiritus sanctus, Pau. teste, est qui postulat pro nobis, etiam gemitibus ineffabilibus.

Appendix prima.

Expende prudens lector haſce qualitates & conditiones quibus debet esse præmunitus ſcripturæ ſanctæ auditor.

ILle quidem tutus aliquantulum ad eas euoluendas, tractandas, librandasq; accedere poterit, qui in Spiritu humili, animo non elato, intellectu captiuato, parum aut nihil de se presumens, de sola diuina luce confidēs nullum non diuinum auxilium petēs infallibili Ecclesiæ regulæ omnia sub mittens, illis scripturis non segniter intendens, eas non superficialiter legēs, neq; de proprio arbitrio intelligens: qui huiusmodi fuerit inter auditores sanctarum scripturarum admitti sanè poterit.

Appendix.

HInc quoq; temerarium fore clarum est, velle eas aggredi pertractandas vel ex sola grammatica, vel ex sola linguarum peritia, aut ex sola seculari literatura, vel ex ingenij acumine, aut ex assidua & iugi earum lectione, aut deniq; ex commentariorum & librorum copiosa multitudine. Multa enim alia præter ista recensita habere debet, qui hanc sibi assumit prouinciam.

Regula.

INitiādus in sacris literis, vt in eis proficiat, principio ediscentis formam induere procuret. Ediscentis autem è multis vna est conditio, vt credat. Oportet, inquit Arist. ediscentem credere. Quare licet in primo ingressu videatur ei difficilis & obscura scriptura, propter quædam quæ continentur in ipsa profundissima mysteria, & abstrusa sacramenta, quæ à captu hominis sunt remotissima, si non penetrat, tamen firmiter credat, neq; mox desponde at animo, sed memor sit quod Apostoli (etiam post resurrectionem) non intelligebāt scripturas, quibus Christus dignatus fuit aperire eorum sensus vt eas intelligerent. Non est enim necessum vt statim quoquis accedit ad scripturas salutandas, eas intelligat. Satis erit ei si initio docilem suo se præbeat interpreti docenti, & non recalcitret. Sinon capit, saltim patientes habeat aures. Scriptum quippe est, qui credit, non festinet, Quod si festinare vult (vt in prouerbio dicitur) festinet lentè.

Quia cæpere non pauci sunt auditores tyrones credere tamen poterunt. Luce. 24.

In credendo non est festinandū Isai. 28.

Quas aures debeat habere auditor sanctarum literarum.

ADaudiendas sacras literas, quæ suos beāt auditores, iuxta illud; Beati qui audiunt verbum Dei, non quæcunque idoneę sunt aures. præter has carneas quas natura homini dedit, alias debet habere auditor qui cum fructu eas audire cupit. Ille quidem primæ, surdæ sunt, & ad hoc munus parum accommodæ. Quo fit vt auditor scripturæ quaternis opus habeat auribus. Duabus ad ea quæ carnis sunt audiēda, & duabus ad ea quę spiritus intonat spiritualia audienda. Vnde (si meo auditor stare vult consilio) illas carnis aures claudat & alias aperiat, quando accesserit ad scriptu-

Luce. 11.

ras

ras. Sic namque fiet, vt cum in scriptura audierit vel legerit, aliqua exilia & quasi futilia: & quę prima fronte risu digna apparent, non erit illi scriptura diuina scãdalo, sicut vsu venit illis qui
Ioan. 6. carneis auribus Christum audierunt dicentem: Nisi manducaueritis carnẽ & biberitis meum sanguinem &c. Qui mox dixerũt, Durus est hic sermo, & quomodo potest hic dare nobis carnem suam ad manducandum? Quare scandalizati abierunt. Sed nihil mirum. Tantummodo enim carnales habebant aures, quæ pronę sunt ad scandalum.

Regula.

APud auditores sanctarum scripturarum in primis ratum atque firmissimum, & tamquam principium indubitatum recipiendum est hoc, scilicet necessarium esse ad eas intelligẽdas magistrum siue interpretem aliquem, qui syncere & catholicè eas enucleet, explanet, atque declaret. Nã putare quẽlibet per se ipsum ad hoc esse sufficientem, grandis est arrogantia, & maior dementia. Quod enim obscurum & abstrusum est, interpretatione egere quis negabit, nisi solus mentis inops? Quod si quis audet inficiari sacras literas esse difficultate inuolutas, is expertos consulat: Origenem Hieronymum, Augustinum, & multos alios interroget. Hi dicent ei si habẽt sacræ literæ difficultatẽ, nec ne. Quod si istis credere non vult, faciat ipse periculum. Probet, tentet, atque experiatur. Quare profectò apud fideles & orthodoxos, in controuersiam vocare vtrum scriptura facilis, aut difficilis sit: obscura, aut clara, friuolum & inane est. Melius multo esset ijs, qui in hac quęst. tempus terunt, vt illud conuerterent & reponerent in perquirendo vnde veniat in ipsa scriptura difficultas. Quod vt intelligat prudens auditor, nihil ei nocebit.

Appendix.

EX multis fontibus atque capitibus scripturę difficultas scaturit: De qua aliâs latior habebitur ratio. Nunc tantum per transennam breuiter & paucis intelligat auditor, oriri scripturæ difficultatem ex ipsius inet altitudine & profunditate. Abyssus multa, fœcundissimaque est, in mysterijs à nostra intelligentia remotissimis. Neque tantum ex fœcunditate oritur difficultas, verumetiam ob variam eorum quæ continet intelligentiam: varij etenim sunt interpretes in ea interpretãda. Quæ varietas etsi magis aperiat eius fœcunditatem & amplitudinem, tamen auget difficultatem.

Dicto de auditore, proximè restat & superest dicere de explanatore & interprete. De quo (quantum Deus dederit) duo in summa & breuiori sermone quàm de auditore fecimus præfari intendimus. Quædam enim de auditore quę diximus, cõmodè conuenire quoque & lectori planè intelligimus. Non paucas namq; habent auditor & interpres in hoc munere cõmunes leges ac conditiones: in quibus parum; aut nihil interest siue sit auditor, siue explanator. Cęterũ duo illa quę summatim pertractanda veniũt, huiusmodi sunt. Primo quæ sint illa quæ faciunt interpretem peritum doctum, & acutum: & quæ eundem reddunt pium, orthodoxum & verè christianum. Et cum pietas anteponẽda sit iure eruditioni & doctrinæ, dicemus prius quibus poterit interpres fieri pius & christianus, & subinde, per quę euadet doctus atque peritus. Ad institutionem igitur christiani: & pij interpretis hæc sunt quę pertinẽt. ante omnia prima curâ ei esse debet vt de suo parum fidat ingenio. sed ipsẽ omnem in Domino collocet, agnoscens imbecillitatem, & humani ingenij inopiam, & tenuitatem. Quoties ad interpretandam sacram scripturã

acces-

2. Cor. 2. accesserit, prius precibus & orationibus Deum sibi faciat propitium. Nam si non sumus sufficientes ex nobis, qua si ex nobis, aliquid cogitare, sed nostra sufficientia ex Deo est: nec dicere dominum Iesum nisi in Spiritu sancto, sicuti abunde docet noster Apostolus Pau. absurditas magna, & ingens arrogantia esset, illotis, quod aiunt, manibus tantam prouinciam aggredi vel le. Sit igitur in hac re pio interpreti, D. Tho. Aquinas ille, non minus pius, quam doctus; sit illi, inquam, exemplum. Qui cum ad studium se conferebat, sic solitus orare erat. Creator inconfabilis, qui verus fons luminis & sapientiæ diceris; da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem, addiscendi modum & facilitatem & interpretandi subtilitatem. &c. Hoc si fecerit interpres scripturæ, forsan audietillud quod Thomæ nostro dictum fuit, scilicet: Bene de me scripsisti Thoma. Secunda cura esse debet interpreti scripturæ, vt opere perficiat. Nã, vt autor est D. Hieronymus, scriptura sacra intelligitur quãdo perficitur. Vnde super illa verba: Amandatis tuis intellexi, idem sic dicit. Scilicet, vt postquam mandata complesset, tunc se sciret mereri intelligentiam scripturarum. Scriptum quippe est: Qui autem fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Et alibi: Cœpit Iesus facere & docere. Turpe sane esset doctori & interpreti, si in eum retorqueri potest, quod Pau. dicit: Qui prædicas non furandum, furaris? Vel in eundẽ obiici posset quod scriptum est: Vtique dicetis mihi, medice cura te ipsum.

1. Cor. 12.

Psal. 118.

Matt. 5.

Act. 1.

Rom. 2.

Luc. 4.

Tertia.

Ioan 1. CVm scientiam legis Dei nemo accipere possit, nisi data sit ei à patre luminum: qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; 1. Cor. 1 qui interpretatur eam, abstinere se debet à doctis humanæ sapientiæ verbis. Illam namque (si Pau. credimus) destructurus est Deus, & perditurus, sicut scriptũ est. Perdam sapientiam sapientum. Sed vtatur interpres verbis simplicibus. Pia enim eruditio contenta est simplicibus verbis. Melius namque est vt videatur interpres vel minus eloquens, vel minus erudi tus, quam minus pius. Non enim tantum in rebus, sed etiam in verbis Iesum Christum spirare debet christianus interpres. Et quò humilis & mõdestus ostendatur, semper præferẽs potius pietatem in verbis quàm seculari literaturæ pompam & iactantiã.

Quarta.

SAcra scriptura cum diuina & arcana mysteria contineat, magna cũ veneratione ad eam accedere debet, tam auditurus, quam interpretaturus: & summa cum reuerentia pertractare ipsam oportet. Bestia enim quæ tetigerit montem lapidanda in lege vetiebar. Mons sanè Dei est scriptura sacra, mons pinguis, mons sanctus, mõs altus, mons in quo habitat Deus. Mõs in quem ascendere debet, omnis qui se saluum facere cupit. In hunc nõ potest ascendere, nisi is qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Hic namque mons sine macula est quem si tetigerit bestia, hoc est, animalis homo, lapidibus obruetur. Animalis quippe homo, Pau. teste, non percipit ea quæ Dei sunt. Cędo, quæ sunt magis Dei, quàm quæ reserata in ueniuntur in diuina scriptura? Et denique magnus ille Moses legis veteris promulgator iussus est, non ab homine, sed à Deo, vt solueret calciamẽta de pedibus suis.

Exod. 19.

Scriptura sacra prius amanda atque veneranda quã discenda & enucleanda.

Quinta.

Cum omnis scripturarum intelligentia ex fide maxime pendeat, & ad fidei regulam referenda sit: ortho doxus & fidelis vt sit earum interpres operę prętium est: fidelibus namque ac ma-

ac maximè credentibus solis sacra est scriptura credita. Virtus enim, inquit Pau. est in salutem omni credenti: Vnde fides præuia, & anticipata intelligentię esse debet. Non enim intelligimus, vt credamus: sed credimus, vt intelligamus. Non est ausus regius Propheta loqui, priusquàm crederet. Credidi, inquit, propter quod loquutus sum. Quare, sine orthodoxa fide, vanus erit labor omnis, circa intelligentiam scripturarum. Sit igitur quicunque ad interpretandas scripturas accedit fide roboratus.

Scripturarum notitia ex fide pendula est.

Sexta.

Quid facturus sit interpres ante quam accedat ad interpretandam sacram scripturam.

DIligens scripturæ interpres, ante quàm hoc munere fungatur, memor sit secũ mente, & animo non semel, sed sæpè reuoluere tanti muneris dignitatem, & maiestatem, quanta est diuinę scripturæ interpretatio. Quam maiestatem vel ex eo agnoscere poterit, quod tantum munus nõ quibus, & qualibuscunque pater cœlestis de mandauit, atque commisit: sed prouincia hęc primò de mãdata fuit à patre suo vnigenito filio, qui est summa sapientia, & totius mundi præceptor, & doctor. Quod licet ex multis locis sacræ paginę ostendi possit, vnos tamen tantùm contenti erimus, videlicet ex Christi propria confessione, quæ talis est. Ego, inquit, ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundũ, vt testimonium perhibeam veritati. Nec huic soli creditum fuit huiusmodi officium, verùm etiam sanctis prophetis, & eorum filijs Apostolis, quibus succedere disertissimi, & sanctissimi Ecclesiæ doctores. Neque mirum quidem, cum hoc munus sit tam arduum, tamque difficile. Non enim minor est in eo difficultas, quàm sit ipsa dignitas. Iuxta quas duas res, iure ab interprete requirimus alias duas, nempè summam diligentiam, & animi candorem, & puritatem.

Fundamentum agnoscitur scripturæ sacræ dignitas & maiestas: ex illis scilicet, quibus de mãdata est. Ioan 18. Christo, Prophetis & Apostolis, sanctisque Ecclesiæ doctoribus credita fuit scriptura sacra elucidatio.

Tanta est scripturæ difficultas, quanta dignitas & vtilitas.

Duo requiruntur ab interprete scripturæ diligentia & animi puritas.

Ex his, quę nunc diximus satis apertè liquet, eos, qui volunt fieri scripturę interpretes (vt idonei sint ministri) debere habere cor mundum, & labia purgata, vt Prophetes Hieremia habebat: iuxta illud; Bean mundo corde. Et alibi; Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuã. Adde tu, quòd Moses non fuit dignus accipere legem ante, sed postquàm se præparauit per quadraginta dies ieiunando. Sed quid commemoro Mosen, nonne accõmodatius nobis Christus est exemplum, qui docendi munus non exercuit, quin prius in deserto quadraginta dierum spacio ieiunauerit? Quod magis fecit exempli causa, quã quòd ipse indigeret, qui vna totius erat sanctitatis, & puritatis: sed eò fecit, quo Ecclesię interpretes, & doctores discerẽt quãta innocẽtia, & puritate pollere deberẽt, quãdo esset eis animus interpretandi scripturas.

Interpretibus scripturæ duo sunt necessaria: videlicet vt dis mandatis, & illorum laborũ a Deo aperiatur.

Matt. 5.

Psal. 50.

Ieiunium aptat vt est ad intelligẽdas atque rimandas sacras literas. Quanta deceant pollere puritate, ac sanctitate qui interpretes scripturæ esse cupiunt.

Septima.

INterpretandi munus quãdo cõmissum alicui fuerit (vocatus enim accedere debet tanquàm Aaron, & nõ à se iniectus) ipse interpres, quicunque fuerit, operã dabit, vt tale suũ ministeriũ, non aliò destiner, quã ad Dei gloriam, & hominũ salutẽ. Sicquè ex tanto labore cõfidenter sperare poterit tũ meritum, tũ prœmium, illud quidẽ, quod Deus benedictus pollicitus est ijs, qui elucidant scripturam diuinã. Secùs, per totã noctẽ laborans, nihil capiet, & talentũ à Domino sibi datum im multiplicatũ reddet. Nõ igitur curat spõte sua ad tantũ muneris obeundũ, nisi vocatus, & bene preparatus.

Interpres scripturæ vocatus accedere debet, & non ase ipso intrusus.

In quem finem & scopum sit scriptura interpretatio desiderata.

Admonitio.

TAmetsi ornamento, atque adiumento sint interpreti scripturæ, omnes virtutes, vt quò plures habet tãtò se magis ad hoc officiũ dignũ præbeat: tamẽ sine ois habere nequeat, saltim absq. hisce duabus, scilicet humilitate, & charitate, quę inter alias palmã tenẽt, accedere nõ præsumat. Hæ nãq. duę

Quidam ex scriptura interpretationes fructus & emolumẽti multum referunt. Alij vero eorum nonnullo laborant.

Luca. 5. Matt. 25.

res sunt non modicè necessariæ ad hoc munus vtiliter obeundum. Huius militas quidem; vt se imparem ad tantum munus agnoscat. Charitas autem quæ non quærit quę sua sunt, vt in gloriam Iesu Christi, & suorum proximorum vtilitatem, tale munere fungatur. Hęc dicta sunt de interprete pio ac bono, quæ si paucis complexi sumus, id opera data fecimus: ne lectori caudido fastidio essemus. Pluribus nam que admonere interpretes potera mus: si nobis cordi fuisset. Verum ex his paucis ingenioso lus interpres, plura & prestantiora admonita colligere poterit, etiam facili negotio; neque egrè feremus si lectori christiano ac docto aliquid amplius super addere libuerit non enim omnia possumus omnes.

Postquam dictum est qua rectitudine atque vitæ puritate oportebat eum qui accedit ad interpretandas sacras literas esse munitum & ornatum: nunc vt consummatũ & perfectum demus scripturæ diuinæ interpretem, dicere necessium est quę reddant ipsum peritum & doctum. Non enim satis est preditum illum esse vitę sanctimonia. Porro peritus & doctus ille iure dici potent scripture sanctæ interpres qui nihil omiserit in ea declaranda eorum que requirit & exigit huiusmodi officium. Inter istud autem & concionatoris munus, aliquid interesse videtur. Interpretis namque officium non tam latè patet vt concionatoris. Istius siquidem tres vt habeat functiones oportet: alterius vero vna tantum est contentum. Cæterũ quod attinet ad materiam subiectam, vtriusque vna esse videtur, videlicet sacra scriptura tam vetteris quam noui instrumenti. Scriba enim doctus vterque dicitur in Ecclesia; qui de thesauro suo proferte debet noua & vetera. Quæret forsitan aliquis dicens quę sint illæ functiones tres quas concionator habere debet & non interpres. Cui mox respondentes dicimus, esse docere, delectare, allicere & suspensum siue admiratum tenere auditorem. Ex quibus tribus functionibus, primam tantum modo fore necessariam interpreti credimus. Non enim munus interpretis, saltim primarium est delectare auditorem, sed docere illum, & quamuis ille eloquentię peritus Rodolphus Agricola, dicat docere esse rem facilem, illud in disciplinis humanis putauit intelligendum ipse; nos autem munus difficile, (si nõ fallimur) existimamus in literis diuinis in quibus licet non desit materia & seminarium, etiam latum, ad alias duas functiones, tamen istud facere, magis est Oratoris & concionatoris quã interpretis; Cuius munus est quod datur abditum & obscurũ, reddere clarum & perspicuum.

Quis sit peritus & doctus scriptura sacra interpres.

Discrimen inter munus interpretis et concionatoris.

Matt. 13.

Quę & quot sint functiones concionatoris.

Que cauere debet et quę obseruare, interpres scripturæ ne decipiatur & hallucinetur.

INstruendus quippe est interpres nonnullis cautionibus & admonitionibus: non quidem pro negotij lõgitudine (quæ magna est) sed potius pro necessitate eorum interpretum qui nouiter incipiũt tractare, rimari, & explanare, scrutarique scripturas diuinas. Nam qui diu multumque in hoc negotio sunt versati ijs admonitionibus opus non habent. Qui nam que viam sciunt, nec duce indigent, neque de cauendis vię periculis eos admonere necessum est. Iam per se se sciunt vbi prolabi possunt.

Lepida similitudo.

Prima admonitio.

ADmonendus primo venit studiosus & diligens scripturæ interpres, vt habeat codicem emendatum & correctum quoad fieri poterit. Nam que sacram scripturam interpretari in translatione corrupta & deprauata absurditas magna esset. Quomodo obsecro poterit ex versione corrupta, sensũ germanũ & genuinũ hauri re interpres, cũ vnius literæ additio vel detractio, alium, & alium faciat

Codicibus corruptis & depravatis qui vtitur in interpretatione scripturæ non potest in absurda non incidere.

sensum? quid erit si tota dictio depraua-
ta fuerit? vt videre est in illo loco
vbi legendum est, si eum volo manere;
ponatur; sic eum volo manere;
sic pro si. Et quia hic error non tan
tum in prophanis libris, sed etiam in
codicibus sacris offenditur non qui-
dem raro, sed passim; ideirco strenue
& diligenter operam dare debet, in-
terpres, vt in numerato habeat om-
nia illa loca sacræ scripturę, quæ hoc
vel consimili vitio laborant: vt ad mi
nus cum peruenerit ad huiusmodi lo
ca, ea sciat emendare ac corrigere. Ne
que in hoc se præbeat nimium scru-
pulosum. Fieri quidem istud potest e
tiam sine fidei aut scripturę sacrę ia,
ctura, aut iniuria. Quoniam vix appo-
ni potest cura, & diligentia aliqua,
qua omnino impressionibus & typis
tollatur, & euitetur omnis error. Et
hoc propter inconsiderationem, ne
dicam ignorationem typographo-
rum. Quibus solummodo cura est de
characteribus siue literis, non autem
de sensu sermonis.

Interpres scripturarum non rehandebet scripturæ loca deprauata. Correctio quando egeat aliqua scriptura versio, siue sit græca, siue Hebraica siue latina citra iniuriam & sacrilegium fiat.

Seruare libros quo impressioni mandantur ab omni errore in hoc nostro seculo perdifficile est. Typographi si hoc tempore essent magis literati, codices haberemus quoque magis emendatos.

Admonitio secunda.

AD complendam huiusmodi ad
monitionem, iuuari poterit in-
terpres, duas per illas res, scilicet, per
exemplaria bibliorum quæ ei vide-
buntur magis correcta & emendata.
Quare non vno codice esse debet cō-
tentus: sed si habere potest, plures si-
bi comparet, quo possit quando res
postulauerit, eos ad inuicem confer-
re. Ex qua collatione constabit quę
versio sit emendatior. Altera vero res
quæ adiutorio esse potest interpreti
est vt diligenter animaduertat, notet-
q; apud grauissimos interpretes scrip-
turæ, tam græcos quā latinos, ea loca
quę adnotata sunt ab illis tamquam
errata & deprauata. Ex hac namque
lectione euadet profecto in hoc ne-
gotio doctus, & peritus interpres. Ca-

Duabus rebus studium interpretis adiuuari potest: prima per exemplaria delegenter emendata.

Adnotatione depraua torum loco

rum apudgrauissimos interpretes tā græcos, quā latinos adnotatur interpretis munus.

Quæ debet cauere scriptura sacra interpres.

ueat tamen, ne aurem præbeat in hac
re hæreticis, qui passim deprauant sa-
cras scripturas, maximè quando vi-
dent illas suis prauis dogmatibus esse
aduersas. Tunc ad commune eorum
refugium confugiunt asserentes de-
prauatas esse scripturas. Sicque sua te
meritate eas velle emendare; dicen-
tes non sic haberi in græco, vel cor-
rupta esse nostra exemplaria, vel ali-
quid tale.

Admonitio tertia.

INterpres non debet accedere ad
textus explanationem, nisi præmit-
tatillam protestationem, quam do-
cet præmittendam beatus Augustinus
multis in locis. Neque sanè ipse solus,
sed fermè omnes alij antiquissimi &
doctissimi sacrarum literarum tracta
tores, idipsum admonent. Est autem
ista protestatio facienda de regula fi-
dei quę necessaria est ad scripturas di
uinas intelligendas. Ex fide namque
venit intelligēda scriptura, non ēcon
tra, vt falso credunt hæreticorum ali-
qui. Qui cū fidem non habeant, certo
scimus illos nec intelligentiam scrip-
turarum habere. Non enim, sicut an-
tea nos animaduertimus in regulis,
scriptura sacra data est alijs quam fide
libus. Quare recte colligitur vt ipsa ne
queat intelligi, nisi præmissa catholica
& orthodoxa fide. Hac igitur claui vi-
tatur interpres qui scripturę esse cu-
pit, & ad eam aperiendam agnoscat
aptissimum esse medium, & ad intelli
gentiam illius oppido necessarium.

Protestatio præmittenda ante scripturæ sacrainterpretationem.

Quomodo venit intelligēda scriptura.

Regula fidei medium est aptissimum atque necessarium ad intelligentiā scriptura.

Admonitio quarta.

ALiud sibi proponat medium
interpres si in suo munere erra
re nō vult, videlicet vt semper præocu
lis suis habeat vsū & consuetudinē Ec
clesię. Ex ea enim multa in sacris literis

Vsus & consuetudo Ecclesia multum valent

ad scripturas vite & recte intelligendas.

recte intelligi valent: maxime multa loca quæ extant in Epistolis. Pau. Quo tũ intelligentia tota pendere videtur ex praxi & vsu Ecclesiæ. Et ideo si incidat interpres in aliquem illorum locum, velei consimilem, mox consulat generalem Ecclesię consuetudinem & morẽ, & in interpretatione illius loci non discedat ab Ecclesiæ cõsuetudine & vsu. Curabit autem diligens interpres consuetudines illas primitiuæ Ecclesiæ pro virili sua habere perspectas & exploratas. Quas comparare poterit ex varia doctorum lectione. Nos vero hanc admonitionẽ multis exemplis & locis sacræ scripturæ locupletare & illustrare quoque bene poteramus. Facere autem noluimus, ne plus iusto in admonitionibus prolixiores essemus. Vnum tamen si lector optet, exemplum præ multis illi esse poterit, quod Paulus ad Corinth. docet, de velando & discooperiendo capite in Ecclesia. Ad quæ verba sanè intelligenda necessaria scitu est illa consuetudo Ecclesię: & in multis alijs quoque par est necessitas.

Interpres diligens debet habere notas Eccle siæ consuetudines.

Admonitio quinta.

EST quoque & alia via siue ratio huic finitima & proxima, tuta & admodum secura ad bene interpretandas scripturas, quam si sequutus fuerit interpres minimè aberrabit. Est autem via huiusmodi. Obseruantia traditionum quę semper fuerunt in Ecclesia à patribus nostris antiquissimis magna veneratione habitæ: certa & infallibilis methodus & ratio est ad interpretandas sacras scripturas. Has traditiones interpres in promptu habeat & magni faciat. Nam qui eas vilifecerunt (veluti nostri tempo ris hæretici) ob id meritò in infinitos quasi errores adducti sunt. Proinde vt catholicus interpres ex aliorum eratis cautus effectus, secura viam amplectatur: pro certo & explorato principio in hac interpretandi arte teneat, quòd inter omnia media quæ deseruire possunt huic functioni, vt non est aliud accommodatius, ita nec magis necessarium. De qua re cum certissimũ præbeant omnes doctores testimonium, nostra hîc diligentia vana esset. Vnum tantum dicere audebo, quod tale est. Qui in rimandis exponendisque diuinis literis, traditionesque Patrum dissimulat, ac negligit, similis illi mihi esse videtur, qui ad videndum, à se solem expellere procurat.

Similc.

Admonitio sexta.

OBseruabit etiam sedulò interpres vt ab errore immunem se custodiat, Patrum antiquorum tum latino rum, tum græcorum methodum & normam interpretandi scripturas, & illorum vestigia sequetur. Caute tamen & discrete illos legere debet. Nam non omnia probare debet, quæ in illorum commentarijs legerit (scelerius est) quoniam res in suo tempore non erant ita decisæ & determinatæ, vt modo sunt in Ecclesia. Ideo si illi hac nostra ętate venissent, de rebus multis aliam cantilenam cecinissent. Res sanè doctis est explorata, in sanctorum commentarijs & scriptis reperiri errores, quos iam videmus esse adnotatos. Non igitur nostra admonitio de sequendis autoribus in expositione scripturæ sacrę, tam prę sè & tam scrupulosè recipienda venit, vt neque per vnum iota ab eis sit discedendum doceamus. Tantũ abest ab hoc vt necessarium duxerimus ad monendum interpretem, vt caueat ab illis erratis, quę vel ab ipsis, vel ab alijs calumnioſe in eorum libris sunt reperta.

In sanctorũ libris aliquot mo errores sunt affixi.

Admo-

Admonitio septima.

PRæterea non possumus non tutius admonere interpretem, ne dissimulet in explananda sacra scriptura illud præclarũ valdeq; vtile medium ad illustrãdas diuinas literas: quale est decreta & determinationes conciliorum. Quę sunt viæ tutę ac certissimę tam ad intelligendas quam explanandas scripturas sacras. Hanc admonitionem non reijciet nisi ille, qui nec à limine concilia, & patrum decreta salutauit. Nam qui in illis vel modicam habet lectionem, palam confitebitur ita esse vt dictum est. Recensere verò hic aliqua concilia ad hoc probandũ necessariũ nõ iudicamus. Res quippe est quæ lectione tantum indiget. Remitto ergo lectorem ad concilium Nicenum, & ad multa alia concilia: in quibus liquidò offendet verum esse quod asserimus, est scilicet quod interpretatio decreta in conciliis, est nobis tutissima via & ratio quã nos imitari debemus. Facito tu bone interpres, & post factum nihil te pœnitebit.

Rogabit nos fortsan interpres quispiam, an sint aliæ viæ per quas patere possit aditus & ingressus ad intelligendas declarandasq; ac sacras scripturas. Cui respondemus nos, illum quoque rogantes an intelligat de vijs siue medijs quę sint aptiora & præstantiora istis à nobis hactenus recensitis, an de vijs in vniuersum. Nã si primo modo roget, vnum, si secundo modo, aliud accipiet responsum. Iuxta primũ dicitur, non esse alia media aptiora quæ vel in certitudine, vel in necessitate illis sint præstantiora. Quinimò tantum abest, vt neque paria neque æqua esse possint. Sunt namq; illa quatuor media bases, radices, fundamenta, & fontes quatuor fœcundissimi: ex quibus si hauriat interpres scripturarum intelligentiam, probè, prosperè, & diuine in explanãdis scripturis se habebit, neq; in aliquos incurret errores. Si autẽ interrogat in vniuersum de alijs modis & vijs, dicimus ei aliam esse classem mediorum, quę inferiora multò sunt istis: Ex quibus non tanta certitudo colligitur. Hæc autem sunt feruens deprecatio siue oratio, frequens lectio, iugis meditatio, commentariorum reuolutio, & alia huius generis, quę si rectè expendantur, magis sunt præludia siue præparamenta, quã media. Hæc sane sine illis, parũ valentia essent. Alia inuenere quidam quæ putant efficaciora esse, qualia sunt, expensio eorum quę antecedunt, quæque consequuntur, recursus ad fontes, collatio locorum, peritia linguarum, notitia phrasium, litera tura humana, & si quæ sunt similia. Hæc autem iuuantia esse, & adiumento non modico ipsi interpreti, non imus infitias: sed si non coniungantur cum illis quatuor fontibus, parum valere putamus. Quare si aliquid horum inuentum fuerit nõ concordare cum illis, non erit tuta & certa scripturę expositio, sed suspicio de errore oriri poterit. De hisce rebus alibi nos pollicemur esse dicturos. Interim istis sit lector contentus.

Memor sit scripturę interpres, regulam siue documentum beati Augustini. 4. de doctrina Christiana obseruare. In qua admonet expositores sactæ scripturæ, vt tales sint illorum sermones, & verba, vt multum tardus sit, qui ea non intelligat. Det operam ne expositioni opus sit expositione: sed vtatur perspicuitate docendi & methodo clara, & facili. Nam vt scriptum est. Prouerbiorum. 14. doctrina prudentium facilis. At scriptura sacra obscura & velata est, si explanatio sit quoque obscura et velata obscurũ, erit per obscurũ. Et de rebus obscuris obscuré differere, geminus auditori labor erit. Non debet igitur interpres sua dicta adeò proferre *Prouer. 14*

obscura, vt auditor difficulter intelligat, & opus habeat ad intelligendam interpretationem, alium requirere interpretem.

De libertate interpretandi scripturas.

QVæ & quanta libertas danda sit ad interpretandas sacras scripturas catholicis interpretibus, dicere nos oportet. Nã ab hæreticis quanta esse potest, vsurpata est. Nullis enim finibus eam comprehensam esse volunt: sed prosuo arbitratu dilatant, ampliant, & extendunt. Cæterum de his interpretibus, de quibus dixit beatus Pet. quod deprauant scripturas sacras ad suam & aliorum perditionẽ, nobis nulla debet esse cura: sed tantũ de orthodoxis. De quibus antequam dicamus, operę pretium erit animad uertere bifariam nos posse loqui de interpretatione scripturę. Quoniam gemina est, altera quę est de rebus illis spectantibus scilicet ad fidem vel ad bonos mores. Altera vero quæ in alijs rebus siue quęstionibus posita est. De quibus salua fide vnus sic, alius sic sentire potest. Hæc posterior sane magis libera est: illa vero prior minus. In priori stare debet sensui & interpretationi patrum, a qua nullo modo declinare potest. Astrictus quippe est catholicus interpres in omnibus ijs, & per omnia sequi suos duces, & non ab illis per nouos sensus se diuertere. Neque hoc faciens suo se priuat iudicio: Neque verbum domini facit esse alligatum. Nam sicut omnium catholicorum vna est fides, neque me priuo iudicio propterea quod idem & eodem modo credo quemadmodum patres prisci me docuerunt: ita cum sequor patrum intellectum & sensum in exponẽdis scripturis non me priuo meo iudicio. Cæterũ in expositione scripturę quæ versatur, non circa res fidei, sed alias, vt sunt aliquæ res indifferentes, curiosę, vel subtiles, vel ad formandos in melius mores magis aptę: in his alijsq; similibus non est necessum semper interpretem sensui patrum esse addictum. Et de hoc modo interpretandi scripturas venir intelligendus ille acutissimus ac disertissimus scripturæ sacræ interpres Caietanus, quando asserit, nos in exponendis scripturis aliquod habere proprium arbitrium: quod sequi possumus sine patrum iniuria. Et hanc esse eius mẽtem piè credere debemus. Demonstrare autem istud, alterius est loci, & temporis.

Gemina interpretatio scripturæ.

Pia de Caietano coniectura qua pro tãti viri ingenio & doctrina digna est vt ab omnibus accipiatur.

De difficultate scripturæ.

QVæ sint illa quæ reddunt scripturas sacras difficiles, iam tempus est vt ea persequamur. Hæc etenim si interpres perspecta & cognita habuerit futurum profecto est, vt facili negocio euadat ipse peritus atque doctus. Cęterum quæ reddunt & faciunt scripturas difficiles, multa & varia sunt, de quibus (quãta breuitate potetimus) nos disseremus. Ex multis namque doctoribus haberi potest harum rerũ exacta cognitio. Illos consulere poterit, qui plura de his optauerit. Nos pro nostra ingenij penuria tantum illa attingemus, quæ scitu necessaria magis ad hoc institutum iudicabimus. Vnum & primum ex quo scripturæ difficultas pendet, dici potest obscuritas ipsiusmet scripturę. In ea namque sunt nonnulla obscura & ambigua, vt omnibus notum esse putamus. Sed rogabis dicens, vndè scaturit, & oritur tanta ambiguitas in scripturis? Respondetur tibi, istud partim euenire à rebus, partim a vocabulis siue verbis. In his duobus versatur tota scripturæ obscuritas & difficultas. A rebus quidem, eo quòd scriptura sacra versat & tractat res non paucas, maiest-

Multa & varia sunt, ex quibus redditur scriptura difficilis.

Diuina mysteria magis miranda quàm fanda.

maiestate & celsitudine plenas, quæ humana superant ingenia, & excellentiori indigent lumine quam sit illud naturæ. Plena est diuina scriptura infandis mysterijs & sacramẽtis, quę potius admiranda veniunt, quam penetranda. Hęc sanè mysteria reddunt scripturam sacram difficillimam. Dicis & quæ sunt hęc sacramenta? Respondetur, multa. Sed ex multis colligepauca. Sacramentum beatissimæ Trinitatis, personarum trinitas in vnissima essentiæ vnitate. Arcanum & abditissimum mysterium incarnationis, quod in pluralitate naturarũ vnica tantũ est hypostatis. Et in illo sacrę Eucharistię conuiuio, quis penetrabit panem esse sine pane? Hoc est, species panis, sine panis substantia: & virginem peperisse seruata virginitate quis intelliget? Et denique, vt cum Isaia concludam, generationem eius quis enarrabit? Hęc & multa alia sunt, quę sacram scripturam reddunt difficilem: Nec mirum; cum nostrum superent captum. Et tametsi in omni parte scripturæ non reperiantur hęc difficillima, quod gratis demus, tamen in Pauli scriptura hæc difficultas manifesto reperitur. In qua agitur de electione, prędestinatione, & reprobatione, de peccato originis, de iustificatione, de libero arbitrio, de lege, de hominis ruina, de gratia; deque multis alijs in quibus beatus Apostolus Petrus palam confitetur esse in epistolis Pauli, quędam intellectu difficilia, Ad hęc & alia consimilia capienda, quis nisi mentis inops negabit prȩter Spiritus sancti opem necessarium esse nobis prȩsidium, & adiutorium sanctorum patrum? Si nemo Aristotelem, aut Platonem audet aggredi interpretandum absquę iuuamine eorum, qui in eos egregios commentarios edidere; qua fronte nudus & expoliatus miser homo, audebit aggredi sacro sanctę scripturę explanationem? Ex his sole clarius constat, vę sania, stultitia, ac dementia illorum hæreticorum qui asserunt scripturam sacram nullo egere interprete. Quod absurdum indignum est quod tefellatur. Et ex elsdem luce meridiana clarius etiam est: assignandum quoque esse scripturę sacrę, non quemcunque interpretem, sed doctum & peritum.

Pia de Christiana conformatione trium generis & distinctione ostenditur ab omnibus assentur.

Multa & varia sunt, ex quibus redditur scriptura difficilis.

2. Pet. 3.

Ad tollendam hanc scripturę difficultatem, nihil tam aptum, tamque vtile esse potest, quam peritia theologiæ, quam vocant, scholasticam. Quę licet inuisa & infamis sit Lutheranis, catholicis tamen multum debet esse chara & amabilis. Multum enim valet ad illa mysteria, quæ diximus tradi in saera scriptura: quę eius causa sunt difficultatis. Nam omnia illa sacramenta & multa alia, acute, & doctè discutiuntur in Theologia ista scholastica. Vnde non existimo benemeritum scripturę interpretem illum qui ignarus est scholasticę Theologię. Fieri non poterit quin prolabatur in multos errores quemadmodũ istud vsuuenire comperimus in hæreticis, & maximè Lutheranis nostri temporis. Qui in suis scripturæ explanationibus vix præter errores, aliud habent: eo quod scholasticam, tam quam pestem à se suisquę scholis exibilarunt. Det igitur qui volet fieri scripturę explanator, operam vt sit bene & competenter prius instructus in Theologia scholastica; & tunc poterit gradum facere ad interpretandas scripturas sacras. Quòd si quis inuerso ordine prius cupit esse scripturæ sacrę interpres & postea Theologię auditor: is mihi similis videtur, illi qui vellet prius docere philosophiam, Mathematicam, & Metaphisicam, & postea incumbere & profiteri dialecticam. Dicamus ergo & concludamus, quod ignorantia Theologiæ scholasticæ fons & origo est errorum: & eius neglectus & contemptus, hæresum causa.

Interpres scripturæ vt nomine & re habeatur catholicus, curare debet vt si quando, in his quæ non spectant ad fidei materiam, aut ad bonos mores, declinauerit paulisper à patrum consensu, & ab illorum intelligentia; vt suum sensum propr.um, moxvt ex cogitauerit, remittat illum Ecclesiæ de terminationi. Et tunc non dabitur ei vitio, neque incurret periculum, si aliquātisper se diuerterit à priscorum patrum opinione. Et tunc neque eum id fecisse temerè iudicabitur, aliqua ratione & causa eum impellente:

Quomodo liceat à patrū opinione & sensu diuertere seu inter pretem.

Caueat diligenter scripturæ interpres, ne dum hoc munere fungitur, quicquam addat, detrahat, vel minuat ex sacra scriptura. Nam in Apocalyp. vltimo Ioannes Euangelista additori, vel detractori minatur maledictiones multas. Minatio autem diuina, in hunc modum habet. Si quis apposuerit ad hoc, apponat ei Deus super illū plagas. Interpres scripturæ sit cautus, ne incidat in aliquam illarum; & ne similis efficiatur hæreticis, qui pro more habēt addere vel detrahere aliquid scripturæ. Quod si exacte non perspiciat vel agnoscat, quid sit addere, quid ue detrahere, paucis hoc ei dabimus. Obseruet in primis lector quod non est prohibita quęcunque additio, siue appositio: sed tantum illa, quæ est contraria scripturę. Alioquin gloſſa quæ vulgo dicitur ordinaria, & omnes cōmentarij essent digni maledictionibus; eo quod suprà textum literæ videntur aliquid addere. Sed cum illę additiones sint consentaneæ, & nō discordes à sensu literæ, non sunt intelligendę sub nomine illarum de quibus loquutus est Ioannes. Commentarij autem hæreticorum digni sunt maledictionibus, eo quod contrarij sunt scripturis sanè intellectis. Et vt aliquo exēplo hanc rem illustremus, hoc vnum proponimus. Verbi gratia, illi Iudęi, qui ex dilectione amicorum colligebant odium inimicorum; addentes legi, quod nec lex somniauerat, illa verba; odio habebis inimicum tuum: isti digni erant, vt eis adderentur plagæ multę: propterea quod verè erant addi tores, & detractores scripturę.

Apo. vlt.

Quid fit addere, quid ne detrahere scriptu. Non omnis additio scripturæ est nociua.

Glossemata hæreticorum digna sunt maledictionibus.

Iudei vere erant scriptura addi tores sicut Lutherāi sūt detractores.

Secunda res quę facit scripturam difficilem, esse potest varia & multiplex consuetudo, quæ est in nationibus, & populis, hoc est, varij ritus, variæ ceremoniæ, & viuendi consuetudines. Iuxta hęc namque scriptura passim loquitur: & qui hæc ignorant nō possunt eis non scripturæ, esse difficiles. Nam nisi nouerit eas exacte & perfecte intelligere nequibit. Et hinc fit vt dicamus harum rerum cognitionē fore necessariam, ad intelligentiā scripturarum. Cedo quomodo poterit quis intelligere illa loca scripturę in testamento veteri que tractant de sacrificijs, oblationibus, ceremonijs, ritibusque quos obseruabāt in ministrādis sacramētis, & inablutionibus, & alijs similibus: nisi in istis sit edoctus & instructus? Sane fieri nequit. Et quod dicimus de testamēto veteri, id ipsū de nouo dicere oportet. Præcipuè in epistolis beati Pauli ad quarū rectā intelligentiā per quā necessaria est profecto harum rerū notitia, & cognitio. Siquidem epistolæ illæ abundant & plenæ sunt huiusmodi rebus. Vndè quod illas redditin multis locis obscuras, hoc vnum est non infimum. Proinde det operam interpres vt ista nón lateant eum: sed nota & cognita habeat. Quod facere poterit, sicut eū admonuimus in admonitionibus nostris supradatis ex varia doctorum lectione & interpretum diligentissimorum. Ex empla non subijcimus, tum quod in promptu sint multa, tum etiam, quòd quandò Deo dante Paulum explanabimus, vel digito istud demonstrabimus.

Ritus & cōsuetudines variæ, stigmentur, scripturam vel dunt difficilem.

Notitia cō suetudinū & rituum multum valet ad Paul. epistolas intelligendas

Vnde potest interpres habuisse notitiam consuetudinū & rituum.

Admonendus præterea quoque est interpres vt caueat errores in scriptura, & interpretatione: vt diligentem ha

Interpres diligen

beat curam de phrasibus & tropis qui

phrasibus. & tropis

bus vtitur scriptura sacra passim. Hęc namque cura quam vtilissima est ad interpretãdas scripturas. Nam nemo est scripturę sacrę tam negligens inda gator qui planè non confiteatur præcipuam partem intelligendarum scripturarum positam esse in phrasibus, tropis, & modis loquendi. Qui eatenus vtiles sunt, vt ijs ignoratis, necessũ sit ignoratam iri scripturam. Ac proinde æquum duximus hac de re admonere etiam candidũm interpretẽ; scientes maximè adiuuari posse sanã & rectam scripturę interpretationem harum rerum peritia. Porro si harum rerum tam accommoda est cognitio, bene colliget peritus quisque, à contrario sensu, quàm incommoda & pernicio sa sit harũ rerum ignoratio. Cautus tamen sit oportet is quem hoc loco admonemus, nẽ plus iusto tribuat tropis & phrasibus: confidere namque tantummodo in vi phrasis periculosum est. Nam licet phrasis viavtilis & accommoda sit, non tamẽ omnibus modis via certa, & infallibilis est. Non enim in tota scriptura est vna phrasis, vnusque loquẽdi modus sed multiplex, secundum autorum multiplicitatem: & vnusquisque illorum peculiarem habet loquendi modum. Et hinc fit vt vnus alio eloquentior & facundior sit, vt videre est inter prophetas. Quis enim non agnoscit aliam phrasim in Esaia, quàm in Amos? Ille quidem politè & curialiter vt pote in curia enutritus loquitur: Amos autem pro more pastorum, vt qui talis esset. Et quod dicitur de Prophetis, idipsum intelligi potest de Apostolis. Aliam enim phrasim habet Pau. aliam vero alij Apostoli: Denique ad tollendum periculum in hac re, vtamur consilio beati Augustini, sępe numero nos admonentis, vt in omnibus adiungamus regulam fidei, sicq, omnia bene habebunt. Cęterum phrasium multitudinem & peritiam deligere poterit interpres tum à prisscis, tum à neotericis doctoribus, qui de hac re egregie scripsere.

Sana & recta scripturę intelligẽtia adiuuatur troporum & phrasiũ peritia.

Tropi & phrasibus non est plus iusto tribuendum.

In vniuersa scriptura nõ est vnus & idem loquendi modus.

Attende ledorbone tã salutiferũ consiliũ: & caute re.

Vnde sumtha benda & colligẽda phrases.

Collatio locorum scripturę vtilis ad intelligẽtiam scripturarum diuinarum

Non leuem opem suppeditabit interpreti scripturæ ad rectè eam interpretandam, si fuerit diligens in conferendis, conciliandisque locis scripturę. Hęc namque collatio, si sanè & rectè fiat, multum iuuabit interpretem. Hunc modum interpretandi sacras literas, nõmodo nõprohibet beatus Augustinus, quinimo suadet & monet. Nec temere. Nam in scripturis sanctis hoc experimur, vt quod vno in loco dicitur obscurius, in alio proferatur clarius. Et ideo vnus locus pandi & illustrari ritè potest per alium. Verumtamen sit maximè cautus interpres quãdo vtetur collatione, diligentissimè consideret vt ad eam non accedat nisi fidei regula præmissa, quam semper præ oculis debet habere. Alioqui periculosa erit illa collatio. Qui confert namque scripturam cum scriptura, non debet hoc facere ex propria sententia & sensu. Nam cùm ipse sit addictus & affectus suo proprio sensui, dicet (nõ pro re ac pro veritate) sed pro sua praua affectione, quod non est re nera simile existimabit tale esse, vt passim hodie faciunt hęretici quò suos errores tueantur. Hęc res cùm aliquã tulum sit obscura, æquum est vt exemplis istud illustremus. Contulit Origenes doctor alio qui peritissimus, colũbam, quę descendit super Christi caput in eius baptismo; cum columbis & turturibus quàs beata virgo obtulit in templo, pro implenda lege purificationis; dicitque quod sicut columba illa non fuit verum volucre & animal: ita illud par turturũ, non erat verorum turturũ. Sed hęc collatio profecto, magis facta est pro suo voluntario, & affectato sensu, quam pro rei veritate. Item aliud potest esse exemplũ de illis verbis videlicet; Hoc est corpus meum; quę collata sunt cum multis alijs verbis scripturę. Primo cum illis; Petra autem erat Christus, & cum illis; Ego

In sacris literis quod in vno loco dicitur obscure in alio clare effertur.

Collatio nõ debet fieri ex propria & voluntariosensu: alioquisequetur aliquando error.

Ex diui T. sentẽtia in 3 parte columba illa verum animal erat.

lis;Ego sum vitis vera,&vos palmites: Et etiam cum alijs,ex quorum collationibus semper falsissimi &pernicio sissimi emanarunt sensus,eoquodverba proprie dicta,conferebantur cum alijs quę dicũtur de Christo metaphoricé.In hoc errore frequẽtissimi sunt hæretici & Lutherani.Sit igitur cautus orthodoxus in hac re interpres

Gemina collatio.

Bonus vsus collationis.

Post collationem vnius loci cum alio,opus est vt dicamus de alia;quæ est vniusversionis cum alia.Videlicet græca,&Hębrea,cum latina.Hęc sane collatio,sicuti diximus de alia, vtilis esse poterit interpreti:si tamen ea bene vtatur.Nam sicut illa prima nõ est certa & infallibilis via explanandi scripturas(præcipuè si sit sola) ita & hęc secunda collatio,quæ est vnius idiomatis cum alio,non est certum, & infallibile medium.Proinde vti in illa diximus esse tenendum modum: sic in ista fieri volumus,quò errores caueantur.Licet namque nullus doctus in arte interpretandi diuinas literas,neget hanc collationem adiumento esse interpreti;siquidem quod in vna versione est obscurius,in alia poterit esse clarius,fieri nãque poterit vt culpa vertentis locus aliquis sit in scriptura obscurus,qui si versus forer ab alio esset paulo clarior:Et ideo ad illustrãdum declarandumque quod vertens vertit obscurè,ista collatio suam vim & efficaciam habeat: Verum interpres in hac re cautus esse debet: ne plus iusto donet &tribuat ei,nec in ea sola fiduciam ponat.eaq; tantum fretus intrepide accedat ad interpretandas diuinas literas,Sed hac via prudenter vtatur.Neq; nunc oportet interpretem scripturæ esse solicitũ de versionibus.Nam iam habemus certam & autenticam vnam tam in nouo quam in veteri instrumento approbatã Tridentino cõcilio.Quare recursus ad fontes cum Hębraicos,tũ Græcos,non est nobis multum necessarius:sed contenti esse debemus latina

Collatio incertum & fallibile medium.

Nota ista, o prudens lector.

Sublata est a nobis solicitudo & anxietas de versionibus tractandis, & curiose perquirẽdis

editione vulgata,siue sit Hieronymiana,siue non.Ipsam tamquã firmã anchorã teneat ipse catholicus interpres Quod si in omnibus &per omnia scripturæ fontes tamquam metrum & mensuram reciperemus,consequens esset vt multo minorem sacram bibliam & breuiorem haberemus.Nam tunc expungere oporteret trium puerorum & Susannæ historiam, & mulieris adulteræ; & multa alia quæ ex fontibus non habentur, quoniam in illis non sunt:vt videre est in exemplaribus græcis,&hæbraicis,quæ nunc extant apud nos. Non proinde prorsus auertat se interpres à fontibus,vt illos contemnat, vel neglectui habeat. Nam non frustra beatus Hierony. August.& cæteri patres diligentiam circa istos laudant,approbant & consulunt.

Fontes non sunt metrũ & mensura cum omni ex parte non sint puri. Et proinde eorum inspectio nõ est tamnecessaria.

Fontes trũcati & mãci sunt.

Patres approbãt fontes.

Obseruet rursum diligens interpres,quod in versionibus quando ex vno idiomate aliquid vertitur in aliud cõtingere potest obscuritas. Eo quod in tali translatione fit mixtio phrasium hoc est,quia phrasis vnius linguæ est commixta cum alia. Quæ res maximè contingere adsolet, quando aliquid transfertur verbo ad verbum. Tunc & sermo & sensus orationis cõ surgit obscurus.Imo aliquando ex tali modo sequitur mutatio sententię: quoniam ad viuum non semper modus loquendi vnius linguæ potest bene conuerti in aliam, eo quod ita est peculiaris vni linguę,quod non alteri.Et quando fit translatio verbo ad verbum,nıox sequitur obscuritas sensus.Vt verbi gratia: Iacob vocauit filium suum,filium dexteræ,& mater eius filium doloris.Res certa est,quod nec dextra, nec dolor, genuit filium: sed sic dicendum erat,scilicet, filius cuius dolore partus mater mortua fuit:& filius dextræ,id est filius fœlix & bene fortunatis. Et Hæbrei quando vident aliquem hominem alicui rei maximè esse deditum & dedicatum, illum

Quando phrases diuersarũ linguarũ miscentur, illa permixtio solet reddere scripturam obscuram.

Verso qua fit de verbo ad verbum licet sit fidelior, aliquãdo tamen obscurior & infidelior est

Obserua ista dioste lector Hebreorũ cõsuetudinẽ inloquendo.

illum appellant filium illius rei. Et sic Christus Iudam appellauit filium perditionis: & se ipsum passim nominauit filium hominis; vt illic. Filius quidem hominis vadit. Que loquutiones sunt secundum hæbraicam phrasim. In quarum vltima aperitur duplex mysterium: alterum secundum communem interpretationem, quæ est, Filius hominis, hoc est: Virginis: aliud vero si spectetur phrasis hæbrea, secundum quam perinde valet vt modo diximus ac si dixisset; Filius hominis id est, homo maxime deditus, & propensus, & studiosus salutis & reparationis hominis. Qui tales nam que sunt digni profecto sunt vt dicantur filij hominis; hoc est studiosi salutis hominum. Harum rerum multa sunt in sacra scriptura exempla, eam consulat diligens lector.

Matt. 26.

De obscuritate scripturę quæ consurgebat ex rebus, hactenus illa pauca diximus: nunc verò de alia quæ scaturit, ex natura & conditione dictionis siue vocabuli, nobis restat dicendum, vt in hac re studiosus interpres nihil desideret. Hæc autem gemina est, altera quę posita est in dictione metaphorica, altera quę venit ex dictione proprie accepta. Cæterum in scriptura sacra multas esse metaphoricas loquutiones, vel mediocriter in ea versatus palam agnoscit Quare autem Spiritus sanctus miscuerit loquutiones illas metaphoricas, qui scire velet, beatum Tho. t. p. q. t. a. 10, alioſque doctores consulat. Nos autem hic obiter & quasi per transennam rationes aliquot subindicamus. Modus loquēdi in scriptura sacra per metaphoras à Spiritu sancto fuit excogitatus: primo, quia ingenium hominum tale est, vt manuducatur ad intelligibilia per sensibilia. Et sic Deus disponens omnia suauiter ducit vnam quāque rem secundum suam naturam. Secundò factum est, vt res diuinę tenacius hęrerent memoriæ. Tertio voluptatis & solatij gratia. Nam res diuinæ multum remotę sunt à nobis & ideo oportuit eas inuolui rebus sensibilibus: quò mens nostra maiorem caperet voluptatem. Quartò vt in maiori pretio haberentur. Quę namque facili negotio inuenimus, facili quoque contemnimus. Vnde ortum fuit prouerbium illud; Difficilia quæ pulchra. Quinto vt summa cum auiditate sacramenta & mysteria inuestigaremus. Siquidem mirum dictu est, quantum sit homo curiosus ad inuestiganda arcana mysteria. Sexto, vt vna & eadem litera scripturæ pluribus gauderet sensibus, historico, & alijs. Septimo factum est, vt mysteria nostræ fidei occulta forent indignis. Et denique addi potest alia ratio, vt tolleretur de medio fastidium. Solet namq; in scriptura idem sæpe narrari, quod cum dicitur sub diuersis figuris, non generat lectori fastidium: quin potius delectat ipsum. Huius rei exrant plura exempla quę per seipsum poterit lector adinuenire. Nos autem breuitati studentes, missa fecimus. Porro in hoc negotio de obscuritate dictionis duo diligenter obseruabit interpres, alterum est quod in eadem periodo siue sententia aliqua dicūtur propriè alia secundum figuram. Alterum est, quod idem verbum diuersissima significat non solum in diuersis locis positum, sed etiam in eadem sententia: ac proinde oportet interpretem aperire bene oculos, & ptæ illis semper hanc obseruationem habere, nisi errare velit. Et ideo quando interpretabitur aliquem locum qui mixtus est ex loquutione propria, & figurata, caueat ne omnia intelligat & interpretetur secundum figuram: sed tantum illud quod figurate dicitur. In qua re peccarunt multi: ideo operępretium duximus hoc locò admonere interpretem. Cętcrum quod diximus de eodem nomine ex beato Augustin. lib. 3. de doct. Christ. mutuo accepimus.

Diction is obscuritas bina est.

Quare spiritus sanctus intertexuerit in scriptura sancta metaphoras.

Expende acute lector hasce rationes, quas breui cōpendio fecimus tibi propositas.

Modus loquendi metaphoricus a spiritu sancto fuit adinuentus.

Prs. causa.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Quemodo sunt interpretanda quæ sunt mixta.

In scriptura sacra magna est silua nomi

Quare

num æquiuocorum.

Quare de eius veritate haud quaquã dubij esse debemus: tametsi pateat manifesto istud in nomine leonis, & in altero, scilicet, fermentis, in multisq; alijs quæ sunt homonyma nomine. Porrò ad hanc obseruationem reduci possunt parabolæ quæ extant in sacra scriptura, tam in veteri quam in nouo testamento: vt sunt omnes illæ parabolæ quibus in Euangelio Christus est vsus: de quibus, & in quibus doctores non oportere omnia adimpleri ad literam. Ad hunc quoque locũ spectabunt loquutiones hyperbolicę, figuratæ, & quæ habent suos tropos. Circa quę omnia oportet interpretẽ esse bene instructũ, vt suo munere fœliciter fungatur. Hęc namque scripturam nõ parum difficilem reddunt, & eorum ignoratio interpretem errare haud raro facit.

Ad quam obseruationẽ reducẽdæ sint parabolæ loquutiones hyperbolica, & quæ habent ironiã. Scrutari curiosè cuncta in parabolis non oportet.

Curabit deinde diligens interpres scripturæ sacræ, quò commodius eã interpretari possit, vt diligentem exhibeat operam in obseruanda serie, nexu, & ordine scripturæ. Non enim facile est semper inter partes siue capita scripturæ agnoscere seriem & nexum earum. Ex ignorantia enim huius rei multa loca lectori & interpreti sunt obscura: quæ haud forent, si series vnius textus cum alia esset manifesta. Cæterum quando non est, tunc difficultas tota consurgit ex eo, quod non constat, qualis sit nexus vnius textus cum alio qui sequitur illum. Quare vnus labor, & non omnium infimus, qui versatur in explanandis Pau. epistolis, est, inuenire nexum & seriẽ contextuum. Sed de hac re, fauente Deo, nos fusius loquemur cum ad ea rum epistolarum explanationem perueneremus: Et tunc quod modo verbo admonemus, digito tangemus. Huius rei tot sunt exempla in Pau. vt modo vel vnum non sit opus attingere, alio in loco multa occurrent.

Ordo series & contextus si ignoretur, obnubilat scripturæ intellectum.

Paulina epistola difficilem habet seriem & nexum, quo nomine & ipsa difficiles sunt.

Tametsi scripturæ sacræ interpretem non ad hoc restringamus vt sit in verbis copiosus, in loquendo eloquens, in linguis vehementer peritus, trilinguis aut bilinguis; & in omnibus rebus bene instructus, tamẽ si hęc omnia ipse sibi posset comparare, multo commodius tunc suo fungeretur officio. Nam aliud est dicere peritum linguarum omnino esse necessẽ, aliud asserere, fore perquam vtilem. Nam permulti, tã antiqui, quã neoterici interpretes, scripturã sacram gloriosè explanarunt, qui non habebant saltim magnam peritiam linguæ Græcæ, aut Hębraicæ. Verũtamen eam esse quam vtilem, nemo est ausus inficiari. Caueat tamẽ interpres catholicus ne sit adeò præceps, vt ita Græcis aut Hæbraicis faueat exẽplaribus quo existimet in illis nullas reperiri mendas. Repurgatione nam q; egent, sicut & latina. Imo in multis purior & syncerior est versio latina. Vtilitates autẽ qui vo let scire, doctissimũ Melchiorem Canum in suo illo libro elegantissimo de locis theologicis legat: in quo multas de hac re ponit vtilitates; quibus nos alias addere poteramus: sed illas octo satis esse iudicauimus ad præsens institutum. Moneo tamen; vel si mauis, rogo, non tãtum interpretem sed lectorẽ quẽlibet, vt passim eas legat, relegat q; sunt nam q; lectione dignissimæ.

Nota bene lector hanc differentiã.

Exemplaria græca, atq. hæbrea non sunt omni exparte incorrupta. Vtilitates linguarum.

Diximus nonnullas regulas siue vias ad deprehendendam scripturæ sacræ difficultatem siue obscuritatẽ; quæ deseruire possunt omni parti scripturæ; & hactenus de illis p quas tolli potest obscuritas quæ venit ex dictione, quæ his præcipuè sex capitibus continẽtur; vel quia mendosa est oratio; eo quod scriptura scateat vitio, vel quia perperam aut obscurè est versa ab interprete, vel ab æquiuocatione vocabuli, vel à tropo & phrasi, vel à figurata loquutione, vel ab amphibologia vel ab alijs figuris grãmatices; & quomodo ad hæc tollenda esset occurrendũ: nunc superesset dicere de difficultate quæ fluit non a dictione, sed de ea quę venit

nit ad extra. Veruntamen quæ ad hũc locum possunt pertinere, reducenda sunt ad illam difficultatem quę est ex parte rei: de qua iam nos supra sermonem fecimus. Nam ignorantia rei gestæ vel factæ, & ignorantia proprietatum rerum, & ignoratio naturarum rerum, lapidum, plantarum, animaliũ arborum, metallorum, Elementorum gemmarum, & multarum aliarum rerum, siue naturalium, siue artificialiũ; hæc omnia ad fontem illum primum quem diximus esse difficultatem ex parte rerum, pertinere & spectare videntur. Vnde si harum omnium rerum ignoratio obscuram & difficilem reddit sactam scripturam, consequẽs profecto est vt cognitio & notitia earum met, præstet interpreti non modicam intelligentiam.

Peritia humanarum disciplinarũ ad intelligẽdas scripturas egregie conducit.

Dialectica scripturam sacrã adiuuat.

Illud quoque hoc loco admonere interpretem æquum duximus, vt quanta poterit diligentia sibi procuret historiarum cognitionem præsertim sacrarum, hoc est veteris & noui testamenti. Nam huius rei ignorantia nonnullos coegit errare. Et huic admonitioni alludit doctrina beati Hieronymi in epistola ad Ephesios, vbi docet necessarium esse ad intelligentiam scripturarum cognoscere mores, gesta, & statum eorum ad quos destinantur scripturæ. Hæc autem sunt verba beati Hierony. Quid rursum in nouo testamento Romani, Corinthij, Galatæ, Philippenses, Thessalonicenses, Colossenses, & Hębrei, & quam nunc ad Ephesios epistolam in manibus habemus: subiungit mox; Necesse est enim vt iuxta diuersitates locorũ, & temporũ, & hominũ, quibus scripte sunt, diuersas & causas, & argumenta, & origines habeant. Hęc ille in prologo.

Historia ignoratio, erroris est occasio.

Nota pulchram Hieron. animaduertionem.

Ecclo. 37.

Ad Tit. 3.

Rhetorica scripturæ sacræ admodum est.

Scriptura sacra peculiarẽ habet rhetoricam

Sacra scriptura non est alligata humanæ rhetorica.

Neque rationi consonũ est vt obliuioni tradamus disciplinas & scientias illas quas vulgo appellant vel prophanas, vel seculares. Nam in his cever satũ esse debere interpretem scriptu ræ sacræ ad finem munus rectè peragendum, nemo non dicet. Peritia siquidẽ harum disciplinarum egregiè iuuabit interpretem. Dialectica enim quam beatus Augustinus vocat disciplinã disputationis, ad omnia genera quæstionum quę in sacra pagina sunt, penetranda & dissoluenda, plurimum valet. Tantum curabit interpres & cauebit libidinem illam rixandi, & puerilem quandam ostentationem deciendi aduersarium. Nam sermonẽ sophisticum & captiosum detestatur scriptura Ecclesiastici 37. Qui sophisticè loquitur odibilis est. Et Pau. iubet deuitare quæstiones inutiles & pugnas verborum ad Tit. cap. 3. Neque minus vtilis ipsa Rherorica ad hoc institutum iudicari debet: quin forte vtilior. Non illa quæ ad causas forenses excogitata est, sed illa qua vsus est spiritus sanctus in tradẽda scriptura. Habet namque ipsa suam rhetoricam, non humanam, sed diuinam. Non enim sancti Dei homines qui organa fuerunt diuinarum literarum, per spiritum rhetoricum; sed per sanctum afflan loquuti sunt. Ipsa nihilominus humana Rhetorica interpretandi munus in multis iuuare potest. Caueat tamen ipse interpres vt ne plus iusto ei tribuat, aut ne sacram scripturã huic humanæ disciplinæ subijciat. Nam sicut locupletissimus est testis beatus Gregorius, Sermo diuinus non debet esse subiectus regulis Donati: addo ego; neque Demosthenis, Ciceronis, aut Quintiliani. Pereat grãmatica, valeat Rherorica, dummodo salua sit pagina sacra.

Sed quid de Philosophorum literis faciet interpres? Abijcier ne illas, an amplexabitur? Philosophorum literæ non sunt sanè contemnendæ a studioso scripturarum interprete. Doctissimus etenim interpres fuit Hieronymus. & disertissimus Augustinus. & acutissimus Origenes, & alij quam plures, qui in interpretanda scriptura literas & disciplinas

In interpretatione diuinarum literarum non sunt humanæ literæ spernendæ.

disciplinas humanas non contemspere. Quod si vel vnus allarum ignarissimus Lutherus, vel alter stultissimus Agrippa contra disciplinas humanas acriter & hostiliter pugnarunt, eisque bellum fecerũt, nostra nihil interesse debet: Stolidissimos namq; in hoc se ostenderunt homines. Ille dixit non solum philosophiam esse inutilem ad sacras literas, verumetiam omnes spe culatiuas scientias fore errores. Nos verò contra istos, & quosuis alios huius farinę homines (si modo hominis nomine gaudent) dicimus omnes disciplinas ad Astrologiam vsque fore vtiles ad vtramque theologiam tã ad speculatiuã, quã ad positiuã; & hoc obnixè & intrepide atque inconcusse cõfitemur: multaq; philosophi, tã Platonici, quã Peripatetici reliquere scripta vera, & fidei nostræ accomoda, quæ vtiiubet beatus Augustinus tanquam abiniustis possessoribus surripiẽda & vendicanda nobis sunt: more filiorũ Israel, qui Aegyptios expoliarunt auro & argento: Ita fideles gentilium libros expolia re possunt, & in suos vsus ea quæ sunt aurea & argentea vsurpare. Præcipue in obsequium ipsius scientiarum reginæ & dominæ. Hanc allegoriam breui percurrimus, legat eam fusius qui volet apud beatum Augustinũ. 2. de doctrina Christ. cap. 40. Concludamus igitur, dicamusq; que peritiam humanarum disciplinarum non modo interpreti impedimento non esse, quin potius magno præsidio & adiumento. Veruntamen vtatur interpres illis prudenter, modeste, non laxatis (quod aiunt habenis) sed discretè; Hoc est, vtatur illis vt ancillis non vt dominis: Ancillę namque sunt, quas sacra scriptura ad arcẽ vocat: vt cùm eis opus habeat ad famulatum præsto adsint.

Attende hoc nelector hominum stolidi tatem.

Nam sentẽtiæ stultae & ridicula in philosophis nõ pauca sunt.

Tempus est vt postremam manũ huic negotio imponamus. Non enim omnia dicere in voto est nostro, vtqui omnia dicere insufficientes sumus: ex aliis plura & meliora, ex nobis colliget lector hæc pauca & infirmiora. Interim tamen ad interpretis memoriã reducere non grauabimur vt semel, bis, & repetitis vicibus scripturas legat totas, notasque habeat: & præcipuè Paralipomenon, quod ferme est, epitome veteris instrumenti. Cui tantũ laudis attribuit beatus Hieronymus vt dicere non sit veritus, quod si quis sinceillo scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, se ipsum irrideat. Neque obstat si per nudam lectionem scripturarum diuinarum, mòx eas nõ intelligat; lectio tamen non inutilis erit. Hoc autem non est nostrum consilium, sed beati Augustini, de doct. Christ. cap. 8. lib. 2. quod quidem consilium, vnà cum multis alijs quæ spectant ad rationem interpretandi, præmonibus debet diligens interpres habere. Hæc sunt quę studiosum scripturarum interpretem iuuare poterant: quę tamquam generalia seminaria siue documenta collecta sunt à nobis, tum ex officina grauissimorum autorum, tũ etiam ex his quæ nobis Deus dignatus est elargiri, quę iure iudicauimus admonenda ac tractanda esse antequã Paulum literam auspicari incipiremus. Quæ si alicui videbitur nimia breuitate esse comprehensa, poterit doctior quiuis & exercitatior, ea augere & locupletare. Inuentis (vt dicitur) addere facile negotium est.

Expeditis & decursis illis quæ erãt velut generalia documenta siue admonitiones, proximè restat dicendũ de sensibus sacræ scripturæ. Huius rei namque gratia has præmissimus anticipationes ne error contingeret, in eruendis signandisque sensibus scripturæ. Si nãque in hoc negotio erratum fuerit, frustra hactenus, & in cassum laboratum est.

Cæterum de sensibus scripturę dicturi ab illa communi partitione exordiendum esse existimamus. Videmus namque omnes doctores qui de hac re disseruerunt

seruerunt, vnanimi consensu in ea esse sententia vt dicant sensus scripturæ quatuor esse, videlicet literalem, allegoricum, moralem, & anagogicum. Quæ tecto apud catholicos interpretes vnanimi voto recepta est, tametsi ab ipsis Lutheranis sit explosa & reiecta. Sed nobis nõest res cum istis, sed cum orthodoxis & catholicis: apud quos si quis dixerit non esse sensus mysticos in sacra scriptura, non minus hæreseos nota foret notandus, quàm si scripturam negaret. Dicere namque non esse præter literalẽ sensum aliũ nempe mysticum, contra Christi, & Apostoli Pau. manifestam doctrinam est, quod suo loco multis exemplis monstrabimus. Vnde autem hæc varietas sensuum ortum & originem habeat, consideratione dignum est. Peculiare namque istud est huic doctrinæ; nec alteri competere potest. Et hoc vnum est non vulgare, quo sacra scriptura cæteras alias antecellit. Porrò ex duplici capite hoc prouenire, dicere possumus: ex autore eius scilicet & ex ipsis scripturæ verbis. Ex autore quidem: quia Deus est, cæterarum verò scientiarum homo. Deus autem potest accommodare non solum voces ad significandum, verumetiam ipsas res. Quare sic vt in alijs tantum voces significent & non res: In sancta verò scriptura & voces & res. Verba namque sunt diuina plena mysterijs & sacramentis. Et hinc fit vt voces significent res ad extra; & rursus illę res significent per voces, significant alias res: Quare eleganter Magister sententiarum, non ex te, sed ex pectore bean. Augu. de doct. Christ. lib. 2. dixit, sacrã theologiam versari circa res, & signa. Omnis nam que doctrina, ait Augustinus, vel circa res, vel circa signa versatur.

Ponunt Lutherani scripturam sacram nõ habere plures sensus. Iam secũdum illorum errorem nullis habet. Nãi quem ipsipsanus nullus sit errare, betur, nisi is qui ponit. Nam tantam ipse eo sedunt licentiam interpretandi, vt liceat cuiq. interpretari pro suo ingenio.

Origine multorum sensuũ conside rãda venit. Plures habere sensus in scriptura sacra familiare est & proprium. Quo titulo cæteras alias disciplinas superat & excellit. Sacra theologia tam ret quãsiq na contemplatur.

Quid autem nomine rei; & signi sit intelligendum, consulat Petrum Lombardum, in. 1. dist. 1. Sent. lector qui scire cupit. Cum igitur sacra scriptura ex vocibus & rebus conflata sit, ex illis nempe rebus, consurgit sensus mysticus, ex vocibus autem emanat literalis. Vnde obseruet auditor, quod prima significatio rerum per voces vocatur literę, vel literalis sensus, (secũda vero significatio dicitur mystica: Quæ quatenus spectat ad fidem, mores, vel ad ea quę sunt sperandа, nun cupatur vel allegorica, vel moralis, vel anagogica. Sunt autem (vt hoc admoneamus) aliqui qui sensum literę discriminantur a sensu literali: asserentes omnem sensum literalem esse literæ, non autem recurrere, hoc est, nõ omnem literæ sensum fore literalem. Quam differentiam nescio an potius sit de nomine, quam de re. Et proinde hanc differerentiam aliqui pro nihilo ducunt.

Vnde literalis & vnde mysticus emanat sensus.

Hoc differimen si de re sit, diligenter ad notãdum: si autẽ de solo nomine, nõmul tũ curandũ.

Cæterum cùm inter omnes sensus literalis principem locum teneat, inquirendum prius a nobis est quis sit ille sensus qui pro literali sit habendus. Quare obseruet interpres quod nõ vno modo sed diuersis colligendus est, Aliquando quidem ex nuda significatione vocum, vt gratia exempli in his verbis; Diliges dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut teipsum. Interdum verò vsurpatur non ab ipsis nudis vocibus, sed ab ipsa re significata per voces: vt in loquutionibus in quibus aliqua tribuũtur Deo vel alteri non secundum proprietatem, sed secundum similitudinem; vt cum Deo attribuuntur membra corporea, caput, vel manus, vel alia. Nam si istas loquutiones figuratas ad literã vsurparemus, profecto in scripturis diuinis multa absurda reperirẽtur. Quare eleganter nos admonet Augus. li. 3. de doct. Christ. cap. 5. vt cueamus quatenus figuratam loquutionem ad literam accipiamus: & cauere etiam oportet ne propriam quasi figuratam vsurpemus. Vnde vt istud ad certam regulam reducamus, hoc vnum pro certo teneat interpres, quòd vbicunq; est loquutio aliqua metaphorica;

Certa regula pro sensu literali.

aut

aut trãslatitia, aut figurata, non est dicendus sensus literalis ille, qui exprimitur primò per voces, sed ille est, qui extrahitur ex similitudine, quam habet res significata cum alia: vt cum volumus aliquem arguere, quòd sit vorax, illum solemus appellitare lupum: & cum reprehendere alium volumus, quòd sit nimis immundus, & sordidus: illum solemus nominare suem, siue porcum, &c. non est sensus, quòd reuera tales sint, sed quòd sint similes. Sic quando scriptura asserit Christum esse petram, agnum, & leonem, nõ est sensus literalis, quòd talis sit reuera: sed quòd talis est Christus per similitudinem. Debet igitur in primis obseruare, si in assignando sensu scripturæ interpres errare non cupit, vt diligenter videat qualis sit loquutio, an figurata, an propria. Caueat tamen nè, si in vno textu inueniat loquutionem esse figuratam, in omnibus alijs ita esse existimet. Magnus sanè error esset istud. Si quidem eadem vox in sacra scriptura aliquando in bonã, aliquando in malam partem vsurpatur: vt videre est in hoc nomine, leo, quod aliquando accipitur pro Christo, aliquãdo pro Dæmone. Pro Christo; vt cum dicitur, vicit leo de tribu Iuda. Pro dæmone autem, quando Petrus dixit; Tamquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Quod dicimus de istis, id ipsũ volumus in multis alijs nominibus esse intelligẽdum. Præterea, vt commodiùs intelligatur sensus literalis, sciendum est, quòd vnus est autor principalis scripturæ, scilicet Spiritus sanctus: & alius ministerialis, vt ità loquar. Principalis inspirauit sanctis Prophetis, Apostolis, & Euãgelistis, quibus reuelata fuerunt mysteria sacra. Horum ministerio voluit ipse Deus omnes alios homines, & totã suam Ecclesiã docere: iuxta illud Danielis; Est Deus in cœlo reuelans mysteria sacra. Isti dicuntur autores scripturæ ministeriales: vt sunt, Prophetæ, Apostoli, & Euangelistæ. Hoc iacto, scire oportet, quòd (vt aliqui volunt) sensus literalis non est ille, quem principaliter prætendit autor principalis, qui est Spiritus sanctus. Quoniam in figuris, & ceremonijs veteris legis, primò prætendebat Spiritus sanctus mysteria Christi, & suæ Ecclesiæ. Vndè liquidò constat, quòd hic sensus nõ est literalis, sed allegoricus. Igitur iuxta doctrinam beati Augustini erit dicẽdus sensus literalis, quem intendebat autor ministerialis, siue sit Propheta, siue sit Apostolus, aut quiuis alius. Secundum sensum literalem dumtaxat fundanda est fides, & euellanda hæresis, & instituendi sunt boni mores. Forsan rogabit aliquis dicens: Sensus intentus ab autore ministeriali nonne est quoque intentus ab Spiritu sancto? Respondetur: est quidem. Nam cùm ipse sit autor scripturæ, & præcipuus, profectò ille sensus iudicandus, & habendus est tamquàm verus, qui ab eo est intentus. Et quicunque talis non est, adulterinus reputandus venit. Nã cùm non humana voluntate sit allata Prophetia, hoc est declaratio scripturæ, sed Spiritu sancto inspirati loquuti sint sancti Dei homines: quomodò fieri posset, quòd sensus esset intẽtus ab auctore instrumentario, & non ab ipso principali? Vndè stat quod Spiritus sanctus principaliter in aliqua scriptura prætendat sensum allegoricum, & minus principaliter sensum literalem: vterque tamen prætensus est ab Spiritu sancto.

Quis sit dicẽdus sensus literalis.

Etiam in melius effer mari possunt secundum alios sensus.

Vnum idẽque verbũ in sacra pagina interdum præ-namque intelligentiã vsurpari solet, vt verbo gratia verbum, aue. Apo. 5. 1. Pet. 5.

2. Pet. 1.

Geminus scripturæ sacræ autor.

Daniel 2.

Admonuimus hactenus interpretem de sensu literali satis (vt opinor) pro nostra virilitmunc autem animus est (istius sensus vt prænior habeatur notitia) quædam, quæ ei à doctoribus attribuuntur ad memoriam reuocare interpretis, siue lectoris. Sũt autem hæc in summa duo. Alterum est, quòd in sacra scriptura sub vna litera sunt plures sensus literales, citra aliquã fallaciam. Alterum verò, quòd ex solo literali

terali trahitur efficax argumentum. Et vt exordiamur ab hoc vltimo, licet istud pro explorato habeatur apud catholicos Theologos (vt testis est beatus Tho. in 1. p. q. 1. ar. 10.) etiam exantiquioribus doctoribus cõprobatur. Primò ex Dionysij in epistola ad Polycarpum, vbi habetur quod Theologia symbolica nou est argumentatiua hoc est, ex sensibus mysticis non desumi efficacia argumenta, ad ea quę sunt fidei probanda. Subscribit D. Hieron. Matt. 13. Cùm quo consentit D. August. in epistola ad Vincent. Donatist. quæ est 48. Et tandem magna caterua doctorum tam priscorum, quã iuniorum, quos recensere nimis esset tædiosum. Rationes autem huius rei plures etiam sunt: nos autem vnica cõtenti abibimus, quę est D. Tho. quod libero 7. ar. 14. ad 4. Est autem ratio huiusmodi. Quia sensus spiritualis datur in similitudine. Vna autem res similis esse potest pluribus. Vnde non valet, Christus est leo, diabolus est leo, ergo Christus est diabolus.

Adde tu, quòd sensus spiritualis innititur humanis rationibus, quę possunt esse fallaces. Sensus autem literalis, tametsi possit habere æquiuocationem, non tamen fallaciam.

Alterum, quod dicitur de sensu literali, est multiplicitas sensuum literalium sub vna littera. Quod etiam asseritur à Diuo Thoma in articulo prę allegato, & ante eum docuit Di. Augustinus. 12. confess. cap. 20. & 24. & 26 & 31. Et lib. 3. de doctrina Christiana cap. 27. & in Gen. ad lit. cui suffragantur fermè omnes doctores catholici. Et istud quibusdam exemplis illustrari potest. Quia multa sunt testimonia in sacra scriptura huius rei inter quæ iure adnumeratur illud; In principio creauit Deus cœlum, & terram: quę scriptura plures habet sensus literales, Primo, in principio; id est, filio: secundò, id est in principio temporis: tertio, id est ante omnia. Itaque iuxta primum sensum bene habet, In principio creauit Deus, &c. ergo Deus habet filium. Secundo, in principio creauit, &c. ergo Deus condidit res in principio temporis. Et tertio: ergo cælum & terra creata sunt ante omnia alia. Vnde hæc varia sensa non mutuò se excludunt: sed sub illis verbis continerí possunt. Ex hoc exemplo multisque alijs constat hoc pronunciatum verũ esse.

Gene. 1.

Obseruet hîc diligens interpres quòd cùm dictum est à nobis scripturam habere plures sensus & etiam literales, non esse nostram mentem, quod quilibet locus habeat omnes illos quatuor, vel quilibet plures sensus literales. Nam non omnis textus sacræ scripturę habet sensus mysticos, sed quam plures loci sacræ scripturę dumtaxat astricti & coarctati sunt ad sensum literalem. Vt hic textus; Audi Israël dominus Deus tuus vnus est. &, 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, & similes. Sed forsan rogabit nos aliquis, dicens; an dari possit aliqua regula per quã cognoscere possimus quando exponi potest scriptura secundum plures sensus. Respondetur, quod beatus Thomas quod lib. 7. q. 6. ar. 15. dat hanc regulam dicens, quod quando sacra scriptura loquitur secundum sensum literalem de his quę pertinent ad Christum, potest scriptura illa exponi secundum quatuor sensus; scilicet literaliter, de gestis illic notatis: allegoricè referendo ad Ecclesiam, seu ad corpus Christi mysticum moraliter autem ad nostros actus; anagogicè verò quatenus via gloriæ nobis per Christum monstrata est.

Deut. 6.

Cæterùm de epistolis Paulinis vt dicamus, communis est multorũ doctorũ sententia omnes tantum sub sensu literali esse comprehensas, & non spectare ad alios sensus. Neq; refert quod

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

in eis sint allegoriæ & anagogiæ veteris testamenti aliquod: quia Apost. eas tractat sub sensu literali; & non allegorico, vel anagogico. Quando enim per textum aliquem scripturę fit probatio alicuius rei, talis textus ad literam debet intelligi. Secus ex eo loco non traheretur efficax argumentum: sicut supra diximus ex sententia Augusti. & aliorum doctorum. Neque mihi obijcias dicens; Non igitur epistolæ Pauli valebunt ad nostros mores componendos. Quod videtur esse contra illud quod diximus de scriptura, scilicet quòd valebat ad mores in melius componendos. Ad hoc dicitur, aliud esse scripturam valere ad bonos mores componendos, & aliud pertinere ad sensum moralem: illud quidem præstari potest non tantùm per sensum moralem, sed etiam per alios sensus. Quare non ideo quia aliquis locus scripturæ aptus est ad efformandos bonos mores, dicitur sensus moralis, vt hîc de eo loquimur.

2. Observabit lector deinde aliam regulam vt agnoscat quando sensus literalis est intentus ab Spiritu sancto: quam regulam scripsam nobis reliquit beatus Tho. 2.2.q.11.ar.2.ad 2. declarans verba beati Hierony. dicentis; quòd quicunq; aliter scripturam intelligit quàm sensus Spiritus sancti efflagitat, appellari potest hæreticus. Quæ verba in hunc modum declarat. D. Tho. Quod ille dicitur aliter exponere sacram scripturam, quàm efflagitat Spiritus sanctus, qui ad hoc retorquet expositionem factæ scripturæ quod contrariatur ei quod est per Spiritum sanctum reuelatum. Hæc Tho. Quoties igitur expositio non erit contraria his quæ sunt reuelata in scriptis, vel traditioni, & declarationi per Ecclesiam factę, omnis talis sensus reputari, & existimari potest tanquam intentus ab Spiritu sancto: & per consequens verus, & legitimus, & non extra mentem Spiritus sancti.

Fugiat interpres quoad fieri poterit, cum incident in aliqua loca obscura, vel intellectu difficilia interpretanda, ne relictis proprijs vocum significationibus, & post habito sensu hystorico ob locorum difficultatem, mox confugiat ad sensum metaphoricum, dicatquè loca illa non posse intelligi nisi secundum methaphoram, & non secundùm literalem sensum. Primò namque videre debet interpres (si non vult errare) an illa loca intellectum legitimum secundùm proprias vocum significationes possint habere. Hæc cautio profectò alicuius exempli illustratione opus habet, vt à quouis lectore planè intelligatur. Sit igitur nobis exempli gratia illud quod dicitur de productione mulieris primæ, quàm narrat hystoria diuina productam fuisse ex vna sublata Adæ costa. Hoc gestum multis videtur intellectu difficile, qui difficultate rei victi, relicto sensu hystorico, ad metaphoram confugerunt. Dixeruntquè illud tam altum, profundumquè factum, non ad literam, sed tantùm metaphoricè esse intelligendum. Quam interpretationem multi non immerito reprehenderunt, eamquè tamquam falsam, & adulterinam condemnarunt, eo quòd relicta vera hystoria, & vero sensu literali, recursum fuit ad metaphoram, & hoc citra necessitatem. Quando namque necessitas vrget confugere interpretem ad sensus mysticos, bene quidem habet: at quando non: error est istud facere. Quod si fieret post iam receptum sensum literalem, tolerabile quidem foret. Caueat igitur interpres studiosus ab hoc erroris genere, quando explanat sacras scripturas. In quem errorem ex hæreticis & Lutheranis multi prolapsi fuerunt, literalem sensuum flocci facientes. *Gen. 2.*

Præte-

Præterea oportet ad interpretis memoriam reducere, vt non erret in tradendo sensu literali, duo illa: alterum, quod satis notum est versato in scripturis diuinis, scilicet scripturam non recensere semper, & recitare res secundum illum ordinem, quo gestæ fuerunt: sed inuerso temporis ordine. Nam quæ prius gesta fuerunt, non priori tempore sunt descripta: sed è contra. Quod luce meridiana clarius est in hystoria Euangelica. Alterum verò est non minus animadertendum in sensu literali tradendo; scilicet præcipuè obseruandam esse anticipationem, & recapitulationem. Quæ duo qui non obseruarunt diligenter, in scriptura sacra vehementer errauerunt. Satis namque hic mos loquendi sacræ scripturæ est familiaris, & assuetus. Quod quia vix vni istud ignotum est, in apponendis exemplis non est hìc cur moremur. Ita enim istud euidens & perspicuum est, vt potius indigeat hæc admonitio lectione, quàm alicuius exempli maiore illustratione.

Interpres antequã consigner sacræ scripturæ sua propria, & nativa sensa, primò vitare debet diligẽtissimè ne, cum istud facit, falsi aliquid admittatur, maximè quod veritati fidei contradicat. Scripturaræ namque diuinę (quę à Spiritu sancto est) non potest falsum subesse, sicut nec fidei, quę per eam docetur: vt nos in regulis iam admonuimus interpretem. Irriderẽt namque nostunc infideles, & nostrã quoque fidem. Vnde in eodem puncto, quo interpres viderit aliquid redolere falsitatem, mox certò credat ineptum esse illud, vt pro sensu alicuius scripturæ vsurpetur. Quod intelligendum non modò volumus in sensu literali, sed etiam in quocunque alio ex illis quatuor.

Diligentissimè dabit operam peritus interpres ne cogat, & astringat scripturam ita ad vnum sensum, quod excludat omnes alios, qui veri sunt, & aptari possunt, saluis literæ circunstantijs. Hoc quippe ad præstantiam, & dignitatem sacræ scripturæ spectat, vt subvna litera plures sensus cõtineat. Et proindè non æquum est, vt ad vnum tantùm ab interprete restringatur. Ego quidèm pro me credo multa esse loca sacræ scripturę, quorum sensa omnia non sunt ad hùc ab aliquibus interprẽtibus agnita, & explorata. Et proinde in dies Spiritu sancto dictante nouos susci pere poterũt sensus. Sicut enim scriptura sacra non tota simul fuit reuelata, ita nec eius intelligentia. Hieronymus namque ad Lucinum ait: Quędam de spiritu Deus seruat clausa ad tempus.

Prima.

POstquàm hactenus certa methodo instructus est interpres quo modo deberet inuenire veros sensus literales in scriptura sacra, nunc ante quàm ad pertractandos alios sensus mysticos accedamus, non incongruũ existimamus si illum etiam aliquod regulis admoneamus quomodò agnoscet illos sensus, qui falsi fuerint. Et licet ex vno contrario reliquum agnosci possit, quia contrariorum eadẽ est disciplina, veruntamen in gratiam illorum, qui in hoc officio interpretandi non sunt tam exercitati & periti, placuit nobis monstrare non solùm monetam bonam & veram, sed etiam eam, quę adulterina est, & falsa. Non enim omnes qui veram agnoscunt, mox sciunt discerne re falsam à vera. Et sicut est quædam sophistica, quę apparet vera; vt est ea, quę ex alchimia fit: sic sunt multi sensus sophistici, qui solummodò veritatis apparentiam habent. Sit igitur ad hoc discernendum hic primus, & precipuus canon. Omnis, elucidatio scripturæ siue explanatio, quæ repugnans est intelligentiæ spiritus sancti, pro certo habenda & repu

tanda est tamquam falsa. Hęc regula appendix est ex illa quam diximus supra; quod tota sacra scriptura erat ab Spiritu sancto, sicut ab eius authore.

Secunda.

QVæ ex hac prima scaturit talis est. Omnis expositio quæ repugnat non directo spiritui sancto, sed dictis siue scriptis illorum qui spiritu sancto inspirati loquuti sunt, falsa est. Vndé emanat quòd omnis doctrina quæ repugnat scripturæ Propheticæ, vel apostolicæ, vel Euangelicæ, mala & falsa est.

Tertia.

OMnis expositio scripturæ quæ refelli & refutari potest per aliam sacram scripturam, falsa est. Tota enim sacra scriptura sibi constans est. Ista regula ortum habet ex illa admonitione qua diximus scripturam sacram secundum apparētiam tantum habere repugnantiam, non secundum veritatem.

Quarta.

QVæcunq; scripturæ explanatio quę fit secūdum humanum sensum & ingenium solum, vel falsa est, vel de falso vehementer suspecta. Hęc orta est regula ex illa qua diximus eodem spiritu esse interpretandas scripturas quo & cōditæ sunt. Sed non humana voluntate allatæ sunt: igitur nec hac explanandę veniunt.

Quinta.

QVælibet interpretatio scripturę quę non quadrat & concordat cum illis, quæ determinata sunt per Ecclesiā catholicam, maxime in negocio fidei & bonorum morum, talis interprętatio falsa est. Hęc originem traxit ex eo quod diximus Ecclesiam esse certam regulam ad ostendendum quæ scriptura canonica sit & diuina. Ita ad discernendum quis sensus sit verus, & quę interpretatio sit vera, vel falsa.

Sexta.

SEquitur, quæ appendicula est ad quintam: hęc vero talis est. Si subortum fuerit dubium de ipsis scripturarum sensibus, quis illorum sit germanus & ab spiritu sancto intentus, vt rixādi libido tollatur, & pax sit inter catholicos interpretes, tale dubium remittatur ad Ecclesię iudicium: cuius inter est sensa scripturarum discernere & iudicare. Nam si quiuis interpres pertinaciter vellet suum tueri sensum, litis nunquam esset finis; & magna cō surgeret in ecclesia turbatio.

Septima.

QVando doctores omnes Ecclesię, qui disertissimi sunt scripturæ interpretes, quos Spiritus Sanctus in id muneris destinauit, vnanimi consensu concordant & pronunciant aliquā expositionem scripturæ, illam esse à Spiritu sancto profectam catholico cuiuis credendum est, & illam quoq; esse falsam, quæ contrariatur omniū patrum expositioni, maximè in dogmatibus fidei & bonorum morum. Nam in alijs quæ ad fidem minimè pertinēt, interpretationis modus multo est liberior. Tametsi hanc authoritatem & hunc honorem in omnibus deferre deberemus maioribus nostris, tum propter maiorem illorum vitę sanctimoniam, tum propter pleniorem eruditionem. Si quidem non tā tum in his quę pertinent ad fidem, verumetiam in omnibus magis & securius fidendum est illis quam nobis ipsis.

Postquam de sensu hystorico siue literali, deq; alijs ad eum pertinentibus, locuti sumus; proximo iam loco disserendum nobis restat de sensu mistico. Licet namq; aliqui parū sint horū sensuum studiosi; multi tamen eos etiam superstitiosè venati sunt inter

quos

Proindè, non immeritò à D. Hieronotatus ac reprehensus. Quare, ne in vtramque partem peccet interpres, curabit in hac re tenere modum siue medium: nam ipsum tenuere beati. Erit autem modus talis, vt non perquirat allegoriam in scriptura nisi quando necessitas coegerit illum. Erit autem necessarium quoties res ipsa mysticum sensum postulabit. Certa quippè res est tam in veteri, quàm in nouo testamento, res esse plures quæ suo iure exigunt sensa mystica. Nam si secundum sensum literalem expenderentur, absurdus & horridus videretur ex illis emanare sensus. Istud qui legerit Leuiticum librum & alios in veteri lege, negare haud poterit: cùm in illo libro multa sint, quæ vix aliter intelligi possint, nisi iuxta mysticam significationem; vt est videre in illis, quę præcipiuntur fieri in muliere, quę peperit, & in oblatione vaccæ, quæ iubetur offerri ruffa, & quę expers fuerit iugi, & reliqua multa alia consimilia. Vrigitur in hoc negotio interpres non erret, istis nostris admonitionibus si poterit adiuuare: si eas memoria retinuerit. Et primò intelligat quid sit sensus mysticus, & quod eius munus & officium. Animaduertat igitur diligenter sensum mysticum ex diametro cõtrarium esse sensui literali. Quare oportet, vt dicatur quis sensus mysticus, vt non sit literalis. Nam quorum rationes sunt diuersę, oportet & illa fore diuersa. Cùm igitur sensus literalis sumatur secundum propriam vocũ significationem, opus est, vt is, qui mysticus dicitur, vsurpetur secũdum significationem impropriam & methaphoricam. Tum etiam; literalis sensus petitur à prima significatione rerum per voces, mysticus autem sensus in secunda versatur. Vnde colligere ex hoc interpres poterit, qua via debeat venire ad venandum sensum mysticum per sensum literalem. Nam mysticus pendere debet ex literali: quo habito etiam interpres facilè aditum per seipsum habebit ad sensus mysticos, siue ad moralem, siue allegoricum, siue anagogicum. Nam postquã comparauerit sibi literalem, si illam scripturam referat ad nostras actiones, habebit moralem: si ad Ecclesiam quæ est corpus Christi mysticum, tenebit allegoricum: si verò ad Ecclesiam triumphantem, sensum anagogicum sibi comparabit. Istud autem, quod modò dicimus, sancti doctores in hac vna dictione, videlicet Hierusalem, verificari asserunt. Primò ad literam, de illa insigni & nobili ciuitate: in morali sensu, de anima christiana: in allegorico, de Ecclesia militanti: in anagogico de triumphanti Ecclesia.

Obseruabit candidus interpres, quòd sicut diximus de sensu literali scripturæ, quòd poterant esse sub vna litera plures, non duo tantum, sed etiam plures quam duo, & hoc propter fœcunditatem scripturæ sacræ: sic pariter dicere possumus de sensibus mysticis qui possunt esse etiã plures. Non quòd dicere velimus omnem scripturę textum habere hos tres sensus mysticos: tantum enim hoc abest, vt etiam sit aliquis textus qui nullum ex his tribus habet: sed hoc dicere volumus, quod omnis textus scripturę, qui habet aliquem mysticum; videlicet moralem, potest habere plures morales: & sic de alijs. Quod si roges nos, an liceat pro nostro placito & libito componere sensus mysticos, vt facere assolent non nulli concionatores in suo munere parum periti & versati? Ego talem cuique non auderem facere copiam. Nam sic fieri posset, vt non pauci fingerent somnia & imaginationes qualdã auditu indignas. Debet igitur mysticus sensus talis esse, vt dignus sit, & non dissonans auribus non solũ vulgi, sed peritorũ

hominum.

Cæterum cùm multa sint, quæ de mysticis sensibus à doctoribus adno tantur, quæ vix à nobis breui oratione complecti possunt, maximè cum studeamus breuitati, vt pote qui nō ex actam de hisce rebus polliciti simus tractationem, sed tantùm seminaria quædam tradere, & adijcere: proinde ex alijs studiosus interpres (multi nam que sunt qui de hac re scripserere) maiorem syluā sibi coaceruare poterit. Nos autem hoc negocium expeditum dabimus: si prius tamen tradiderimus aliquot modos, per quos cognoscipossit quando scriptura propriè, vel figuratè explanari debeat: quorū primus talis est. Ad dicernendum inter propriam, & figuratam locutionem, interpres in primis hoc obseruare debet, scilicet quòd quicquid in eloquio diuino neque admorum honestatem, neque ad fidei veritatem pertinens est, ibi posse habere locum orationem, & sermonem figuratum, agnoscat.

Secundus modus, dicta, vel facta, quę mali speciem aliquam, vel habent, vel ex Dei persona, vel hominum, quorum sanctitas nobis est commendata; hæc tota sunt facta, vel dicta secundùm figuram. Tale est illud, quod Deus Prophetæ Osee dixit; Vade, sume tibi vxorem fornicationum: & alia similia. *Osee.1.*

Tertius modus, Sermo præceptiuus, qui vetat peccata, & mala, siue etiam loquutio, quę bona iubet, & præcipit, aliquando non est figurata; vt illa; declina à malo, & fac bonum. Nulla hic interuenit figura: sed tota locutio propria est. Aliquando autem locutio, etsi præceptiua sit, tamen ineptè, & stultissimè potest propriè intelligi, qualis est illa; & aliæ similes, scilicet: Si oculus tuus scandalizat te, erue eū, & proijce abs te. Quis adeò sine mente est, vt non videat hunc sermonem, *Psal.30.* *Matt 5.*

& plerosque alios consimiles, ad figuratam loquutionem esse referendos, & non ad propriam? Durum nimis esset tale Christi præceptum, si tantùm literæ corticem inspiceremus: Quod enim illo precepto Christus insinuare, quinimò & expressim præcipere volebat, tale erat; vt tolleremus occasiones scādali, tam à nobis, quàm à nostris proximis. Et hic est sensus illius loci.

Quartus modus est, omnia, vel quasi omnia, quæ sunt gesta in veteri testamento, nedum propriè, verumetiam figuratè intelligi possunt. Siquidem (teste Apostolo. Pau.) omnia in figura contingebant illis. Et ad Hæb. ipsemet dicit; Vmbram habens lex futurorū bonorum. Consideret tamen doctus interpres, cùm hæc ad eius manus venerint, vt habeat illius temporis rationem. Nam apud antiquos aliquid licitum erat; pro illius temporis conditione, & statu, quod in nostra ætate prohibitū, & vetitum est: quale erat permissum illud de libero repudij, & illa vxorum pluralitas. Quibus addere possumus etiam aliqua sanctorum patrum gesta, quæ non sunt nobis imitanda. Horum quoque peccata præter hystoriam ad nostrrm valent ædificationem, & doctrinam: ne quis superbiat, & in altum se extollat; sed qui stat, videat ne cadat. Sicquè adimpletur quod scriptum nobis reliquit Apostolo. ad Romanos dicens; Quęcunquæ scripta sunt (sermo vniuersus est) ad nostram doctrinam scripta fore. *1. Cor. 10.* *Hab. 10.* *Deu. 24.* *1. Cor. 10.* *Rom. 15.*

Admonendus quoquè verit diligens interpres hoc loco, quo modo se habere debeat in typica locutione; Cuius innumerę quāsi sunt species. Videlicet, Methaphora, Homœosis, Allegoria, & aliæ multæ. Primò quidem animaduertere debet, & diligenter scrutari quale sit fundamentum, cui innititur typicus sermo: an ve

an verum, vel fabulosum. Nam nisi veritate innitatur, quicquid super extruxerit, facilè corruet. In fabulis, & rebus fictitijs qualia sunt multa Poëtarum, intelligentiam diuinarum scripturarum minimè fundari oportet. Curet igitur cum inciderit in typicũ sermonem, vt veritati respondeat.

Non tamen oportet, vt typus per omnia, & in omnibus, veritati adæquetur. Sic namquè non typus esset dicendus, sed ipsa rei veritas. Sed locutio typica, mixta sit oportet: partim habeat veritatis, & partim figuræ adumbratę. Hæc regula, quò dilucidior appareat, vno hoc exemplo petito ex nostro

1 Cor. 10. Apost. Pau. 1. ad Corinth. 10. fieri id poterit. Sic habet Pau. locus: Omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. Hic sermo sanè typum habet. Adiungit Pau. hoc factum esse in nostri figuram. Illic aqua erat, qua filij Israël liberati fuerunt à seruitute Aegyptiorum: nos etiam per aquam libe ramur à seruitute Dæmoniorum. In scripturis sanctis, præcipuè in Prophetis, & in vtroque testamento, frequens est vsus allegoriarum. Sic namquè interpres earum gustare debet suauitatem, vt in eis non inebrietur: vt quidam fecêre. Quo nomine per quam fœdè lapsi sunt in varia portenta. Caueat igitur interpres, quem admonemus, né repudiata hystoria, scripturas reclamantes pertrahat quadam vi, & violentia ad tropicos sermones, & sensus. Nam non in omni loco scripturę locum habet allegoria. Quando enim res exigit eam, satis est accommoda, & frugifera; at vbi non: tantò pernicio siorest, quantò à litera erit remotior.

De tropicis, figuratisquè locutionibus, si pro earum qualitate nobis dicendum esset, magnum volumẽ nos edere oporteret: Quare hæc hactenus indicasse, in præsentiarum sufficiat. Perspicax interpres cætera poterit per se ipsum indagare, aut colligere ex illis doctoribus, qui de hac re fusissimè, & ad nauseam vsque scripsere. Qui plura optant, legant syluam allegoriarũ, Itagogenè Sanctes Pagnini, venerabilis Bedæ epitomen de schematibus, & tropis: Consulant græcos authores, qui troporum fuerunt inuentores: passim versent, & premanibus habeant doctissimum Driadonem, qui in hoc negotio nihil in tactum reliquit: & denique videndus est Syluester in principio illius libri, cui titulum fecit; Rosa aurea, vbi de sensibus scripturæ multa ingeniosè tractat. Nos in hoc scribendi genere no lumus esse longiores, ac prolixiores, nè fastidium stomacho lectoris faciamus. Coronidem autem imponemus, si prius tamen in medium adductæ fuerint illę regulæ, quas vehementer commendat nobis beatus Augustlib 3. de doctrina Christiana, cap. 30. & Isydorus lib. 1. de sum. bo. & fermè omnes interpretes scripturæ sacræ eas magnificiunt. Quę licet fole non sufficiant ad intelligentiam scripturarum, veruntamen bona ex parte illam adiuuant. Eas summa cum breuitate percurremus.

Prima regula est de Christo mystico; hoc est, de Christo, & Ecclesia militante: quæ dicitur corpus Christi, & mẽbra eius. sicut bonus testis est Pau. dicens. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. Quod autem nos simus corpora ex eodem met Pau. constat ad Ro. Sap. 12. sicut; inquit, in vno corpore multa mẽbra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo. Est ergo Christus caput, & sponsus: Ecclesia verò membra, & sponsa, quam Christus vnicè amauit. Hæc eò dicta sunt, vt intelligamus consuetudinem scripturæ, quæ aliquando mentionem facit de Christo, & Ecclesia, tamquam

Ephe. 1.

Rom. 12.

de vna persona, & transfert sermonem à capite ad corpus, & è contra; vt est videre in illo loco apud Esaiam cap. 61. vbi dicitur sic: Qui si sponsum decoratum corona: & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Prima verba de capite, & alia de corpore intelliguntur. Et in cant. mixta sunt verba sponsi & sponsæ, vt est istud; Osculetur me osculo oris sui: meliora enim sunt vbera tua vino. Prima verba de sponsa desiderante frui amplexibus sponsi, sunt: secunda verba de sponso Christo intelliguntur. Et aliquando Christus intelligitur in persona membrorum; sicq dicit, peccata esse sua; Verba delictorum meorum: quæ nō sua erant, quoad culpam, sed quò ad poenam. Sic Pau. dixit, Qui peccatum non fecit, factus est pro nobis peccatum; hoc est, poena peccati. Consideret igitur interpres diligens quid capiti, quidue corpori competat. Et quando scriptura loquitur de Christo ratione naturæ humanæ corruptę, vel absolutè consideratæ; vt cum dixit; Pater maior me est, aliquando ratione naturæ diuinæ, & humanæ simul; interdū verò, ratione naturæ diuinę præcisè. Quos tres modos diuinus Pau. subtilissimè, & diuinissimè sub vno textu est cōplexus dicens, ad Philip. 2. Qui, cùm in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est se esse æqualē Deo: sed humiliauit semetipsum vsque ad mortē propter quod dedit ei nomen. &c. Hoc vltimum verificatur de Christo, vt erat Deus, & homo. Hæc omnia sunt diligenter inspicienda ab ipso interpretre, si hallucinari non vult; quando viderit verba esse adinuicem permixta, vel quando scriptura intelligi potest in persona Christi, vel vice corporis. Oportet hęc nota esse interpreti, & eum in promptu habere, vt quando opus fuerit commodè adaptet, & applicet vnumquodque suo in loco.

Isa. 61.

Cant. 1.

Psa 21.

2 Cor. 5.

Philp. 2.

Secunda regula est de corpore Christi bipartito, siue de Ecclesia permixta. Repudiandum est hoc loco primùm pestiferum illud dogma hæreticorum, qui falsissimè asserunt Ecclesiam tantùm constare ex prædestinatis, & bonis. Hic error iam fuit plenissimè refutatus a beato August. contra Donatistas: quem nostris temporibus suscitarunt Lutherani. Et refutati potest ex multis parabolis, quas Christus loquutus est: vt puta per illam de sagena, & per illam de zizania, & tritico; & per alias. Quare pro certo à catholicis supponendum est Ecclesiam militantem (cuius typus elegans fuit arca Noë) constare tā ex bonis, quàm ex malis: qnemadmodum vulgò dicitur de corpore humano, quod cōstat bono, & malo sanguine. Hoc iacto ceu vero fundamento: secunda regula dicitur de corpore bipertito; hoc est de Ecclesia mixta & bonis, & malis. Dispurare autē hîc an mali sint de corpore Christi mystico, non est. nec prę sentis temporis, nec loci. Dicit autem regula secunda, quę admonet interpretem, in scriptura sacra fieri non raro transitum à bonis ad malos. Nā aliquando sermo, siue oratio, quæ destinata erat ad omnes proprer bonos, videtur spectare quoque ad malos: cū tamen re vera non sitita & vice versa euenit. Hęc regula opus habet illustrari aliquo exemplo. Illud ex Cant. scilicet; Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem: sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Hæc sunt verba Ecclesiæ mixtę: tatione malorum dicit; Nigra sum: propter bonos, quos continet ait, sed formosa. Et quod ait; Tamquam tabernacula Cædar, ad praeuos reffertur. Cędar namque fuit filius Ismael. Gen. 25. Quod ait; sicut pelles Salomonis, ad bonos; Salomonis autem nomine Deus venit intelligendus. Pelles erant quibus tabernaculū cooperiebatur: in quo Deo cultus fiebat. Ibi colebatur Deus. Ad hanc met regulam pertinent illę locutiones, in quibus

Matt. 13.

Ibidem.

Cant. 1.

Gen. 25.

quibus laudantur simul boni cum ma
Isai.1. lis: & vituperantur boni cum malis: qualis est illa Isaiæ locutio; Cognouit bos possessorem suum,& asinus præsepe domini sui,Israel autem me non cognouit,& populus non intellexit. Omnes in vnum comprædit Propheta,bonos propter malos.Hanc regulam diligens interpres curet habere in promptu.

Tertia regula vulgò dicitur de litera,& spiritu,quando videlicet in sensu literali narratur aliqua hystoria, & sub ea latet aliquod mysterium,quod principalius est intentum .Et hic sensus dicitur mysticus,& spiritualis. Huius regulæ sunt ferè innumera exempla in scriptura sacra: sed,vt multa in pauca concludamus, in primis huius regulæ exemplum esse potest hystoria illa de Iona,in quo spirituaIiter intelligimus Christum:ipsomet dicente; Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus,diebus,& tribus noctibus,ita filius hominis erit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus: sub illo litterali sensu latebat hic alius de Christo .Secundum exemplum esse potest ipse Noe;qui fabricauit arcam,cuius beneficio ipse,& qui cum eo erant seruati fuerunt. Hic typus, & figura Christi fuit:qui fabricauit arcã,hoc est, Ecclesiam:in qua non tantùm octo animæ (vt in arca figurãte)sed multò plures salui facti sunt.Et idipsum dicere possumus de Salomone,qui edificauit tẽplum, ad quod venit regina illa Saba auditura Salomonis sapientiam.Christus plus quàm Salomon:cuius sapientiæ nullus est numerus; ad quam hauriendam,suscipiendamquè venit regina Saba;hoc est populus ille Gentilis,qui in tenebris ambulabat.Patet igitur his tribus exemplis in sacra scriptura,prẽter sensum literalem, interdũ includi spiritualem simul . Postremus sensus principalius à nobis venandus & amplectendus est.Hęc res illustrari quoquè exemplo illo de manna,populo Hæbræico à Deo exhibito, potest.Nam sub illa hystoria latet abscõditum aliud sacramentum,illo longè præstantius;scilicet aliud manna prætiosius illo,& cœleste magis:quale est corpus Christi in sacramento Eucharistiæ.Frequens satis est in sacris literis *Ioan. 6.* vsus huius regulę: vt quod narratur, ad literam spectet: quod vero intus latet,ad spiritum:sicquè dici potest,fieri ibi transitum,à litera ad spiritum.Interpretis autem boni erit, hanc regulam memoriæ habere commendatam.

Quarta regula dicitur, de specie, & genere.Non illo logico,sed de specie dicitur aliquid,quando scriptura specialiter loquitur:de genere verò narratio est,quando scriptura de toto loquitur.Hic speciei nomine pars intelligitur.generis autem, ipsum totum. Assolet namquè frequenter scriptura àparte,ad totum facere transitum: sicut vna ciuitas pars dicitur esse,respectu vniuersitatis gentium. Quare ea, quę dicuntur de aliqua ciuitate, vel Prouincia,dicuntur esse dicta, secundum speciem:quæ verò secundum totũ,secundũ genus . Fit igitur transitus à specie ad genus ;hoc est,ab his quæ specialiter dicuntur, ad ea, que generaliter . Huius regulæ accomodatis illustratio erit inter alia multa lo *Isa.13* ca,illud,quod Isaias.13.cap.inscriptioni mandauit, quod tale est;Onus Babilonis super montem excelsum, leuate signum,&c.Subiungit;Ecce dies Domini venit,crudelis, & indignationis plenus: prima clausula ad Babilonem spectat;secunda,generaliter ad totum orbẽ: vt pote de iudicio vniuersali,& generali, quod omnes cõprehendet.

Quinta regula est, de Diabolo,& eius membris,siue corpore. Habet nãquè Dæmon sua membra, quemadmodum dictum est de Christo; licet non æqualance dici debeant capita. Diabolus namque suo modo, caput impiorum,& malorum dici potest. Si

cuti,te

Ioan. 8. cuti, teste Christo, appellatus est malorum pater: Vos ex patre Diabolo, inquit, estis: & desideria patris vestri vultis perficere. Sicut igitur in prima regula admonitus est interpres, vt vigil esset adconsiderandum, videndumq. quid conueniret capiti, quidue membris: ita hoc loco rursus cum commone facimus, vt oculos aperiat, & animaduertat hoc ipsum quando incidit in illa loca, in quibus aliquid tribuitur Dæmoni. Nonnunquam enim ascribitur ei quippiam, quod in ipso nõ est reperire, sed in membris eius: siue sint membra extra Ecclesiam, siue in gremio Ecclesiæ includantur. Habet namquè Dæmon duo membrorum genera: alia in ouili Christi cum bonis permixta: vt, homines fideles, sed moribus praui: alia verò, quę non sunt ex hoc ouili: vt, gentiles Idolatrę, pagani homines, Hæretici, Schismatici, Lutherani, & similes. Huius regulę illustre exemplum esse potest illud, quod scriptum est Isaię. 14. vbi cum scriptura loquebatur d'rege Babilonis, Prophetaq. subintulit dicens: Quomodò cecidisti Lucifer, qui manè oriebaris? &c. Vbi palam constat fieri transitum à membro Diaboli, puta rege infideli, ad Luciferum Diabolum, caput omnium malorum hominum. Aliud simile exemplum peti potest apud Ezechielẽ, *Ezech. 28.* 28. Vbi postquam loquutus est Propheta de principe Tyri, transit ad loquendum de Diabolo dicens; Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, &c. Hęc, & alia similia debet diligẽter interpres bonus animaduertere.

Isai. 14.

Sexta regula est de temporibus, quę multùm iuuat ad intelligentiam scripturarum. Absque autem hac regula, per multa loca in scriptura remanent obscura: & per eam quoque non pauca, quę videntur prima facie contraria, conciliantur, & concordantur: iuxta illud vulgare dictum, scilicet; Distingue tempora, & concordabis scripturas. Potrò huius regulæ geminus est fructus, alter per Synechdochẽ, alter per legirimos numeros. Figura verò Synecdoches est, quando pars pro toto vsurpatur: vel è contrario totum pro parte. Hac regula concordantur Lucas, & Matthęus: altero dicẽte Christum transfiguratum esse post sex dies, altero verò asserente, post octo. Item per hanc regulam verificatur sermo ille, quo de Christo dicitur: quod steterit tribus diebus in corde terrę: & alius locus, videlicet: Tertia die resurrexit. Et sic de multis alijs locis scripturæ dicendum est. Et fortè de eo, quod Petrus dixit: Per totam noctem laborantes nihil cępimus. Per hanc namquè figuram de medio tolluntur multę difficultates, quæ latent in scriptura sacra. Alter modus huius regulæ est, in numeris legitimis. Hi autem sunt illi qui mysterij aliquid habent. Non enim omnium numerorum æqua est conditio. Aliqui namquè sunt mysteriosi: vt, numerus septenarius, denarius, & duodenarius. &c. Sepè enim isti numeri in scriptura solita sunt poni pro vniuerso tẽpore: sicut in Psalmo: septies in die laudem dixi tibi, ideest, semper laus tua fuit in ore meo. Est alius apud sapiẽtem, qui dicit: Septies in die cadit iustus, pro. 24. Valet quo què hæc regula, sicut admonet B. Augustinus, ad multas loquutiones scriptnræ sacrę, in quibus ponitur tempus pro tempore: vt, præteritum, pro futuro: Quales locutiones frequentissimę sunt apud Prophetas, vt satis notum est illis, qui versati sunt in Prophetarum lectione: & vnus modus pro alio: vt, imperatius modus, pro optatiuo: vt in verbis sponsę cant. 1. osculetur me, osculo oris sui: non imperat Sponsa, sed peroptat.

Matt. 12. *Matt. 20.* *Luca. 5.* *Psal. 11.* *Prou. 24.* *Cant. 1.*

Septima est regula recapitulationis. Hęc sanè regula præcipua indiget cõsideratione. Ex eius namque ignoratione, facile erit interpretem, & expositorem labi in errorem, & non leuẽ. Quare diligenter debet animaduertere inrer-

re interpres, quòd in hystoria aliquãdo quædam narrantur per anticipationem: non seruato ordine temporis, vel rerum continuatione: vt exempli gratia est, illud Gen. 1. vbi dicitur lucem creatam esse prima die: quam multi interpretes nõ malè interpretãtur, fuisse solem: quam interpretationem secutus est noster D. Tho. & postea scriptura dicit, in die quarto factum fuisse solem: vbi necessarium esset admittere repugnãtiam, nisi quod dicitur in quarto die, intelligatur fore dictum per recapitulationem. Et consimiliter in nouo testamento venit intelligendum quod dicitur apud Ioannem cap. 11. de vnctione Magdalenę: quę, vt multi non citra rationem credunt, non fuit gemina, sed vnica tantùm. Nec desunt exempla ad ostendendam anticipationẽ in scriptura sacra. In Gen. nãquè. 1. cap. dicitur, masculum, & fœminam creatos esse, cum fermè ab omnibus receptum sit, fœminam creatam fuisse die septimo. Sunt igitur hæc vigilanter ab ipso scripturæ explanatore consideranda, & inspicienda, ne decipiatur: Oportet enim hanc consuetudinem scripturæ sacræ, & alias habere cognitas, & bene exploratas.

Gen. 1.

Præter has septem regulas intelligẽdi diuinas scripturas, aliæ addi possunt desumptę ex doctrina B. Augustini, qui diligẽtissimus fuit seruator scripturę: quarum altera permultum valet ad intelligendum profundissimum mysterium beatissimæ triadis: Cuius mysterij intelligentia tota posita est in cognitione naturæ diuinæ, & personarũ. Quia igitur scriptura diuina aliquando, cum loquitur de Deo, aliquid profert, quod soli vni personæ accommodari potest, aliquando verò profert, quod toti trinitati attribui valet: oportet interpretem in hoc esse bene instructum. Nam nullibi periculosius contingere posset error. Vndé sit hęc regula octaua. Omnia illa loca scri-

ptnræ scriptnræ, in quibus fit sermo de operationibus externis, commodè attribui potest, & debet non vni personę, sed toti trinitati: vt v.g. est creatio rerum, & omnia, quæ spectant ad omnipotentiam Dei, & ipsa quoque incarnatio, vt est opus, vt vulgò dicitur, ad extra. Exempla multa sunt in scriptura: inter quę vnum est illud, videlicet: In principio creauit Deus cœlum, & terram. Et illud: Omnia propter semetipsum operatus est Dominvs. Et aliud: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat; Et multa alia lota. Porrò sunt alia, quę ad ęternam Dei generationem spectant: tantummodo certis personis attribuenda: vt est illud: Ego hodiè genuite. Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis. Et sic fit, vt aliquid dicamus de vna persona, quod negandum est de alia: vt de filio non recusamus dicere Deũ ẽ Deo, lumẽ ẽ lumine: ista autẽ non auderemus de patre dicere, quia paternõ est ille filio: Filius autem a patre habet, & quod sit Deus, & quod sit filius. Pater solũ à filio habet, quòd sit pater: sed nõ quòd sit Deus. Itaque cũ in scripturis quædam dicantur, in quibus apparet ęqualitas patris cum filio: vt illud: Ego & pater vnum sumus: Ioan. 10. & alibi apud Pau. Cùm in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est, sę æqualem Deo esse: & etiam sunt alia, in quibus manifesta est inæqualitas: vt ibi, pater maior mẽ est. Neque mirum quòd tam variè loquatur scriptura de persona Christi. Nam licet in ratione personę tantùm vnica sit: tamen duabus inducta est naturis. Quare interdùm secũdùm vnùm, interdùm secundùm aliã scriptura sacra de filio Dei loquitur. Attendat igitur scripturę expositor, & videat quando sermo erit de filio Dei: an sit secundùm formã serui, vel Dei: & sic conciliabit multa, quæ inter se repugnare videntur. Et ad hæc duo, scilicet mysterium trinitatis, & naturarum Christi pluralitatem, nedum vnius, ve-

Gen. 1. Prou. 16. Psal. 27. Psal. 109. Ioan. 10. Philip. 2. Ioan. 14.

rum

rum etiam necessaria erat hec regula.

Nona regula talis est: Særa scriptura sæpe sæpius loquitur de Deo, & rebus diuinis, non eo modo quo reperiuntur in eo: sed secundum modum quo à nobis valent intelligi. Accommodauit se namque Spiritus sanctus in tradenda scriptura captui nostro, quantum fieri potuit. Vndè circa ista, hac cautela debet vti interpres, vt per petuò in his locutionibus detrahat & amoueat illud omne quod aliquid imperfectionis præferre videtur. Exēplis istud ostendi & doceri oportet: vt v.g. scriptura passim Deo attribuit passiones humanas: vt est, ira, furor, tristitia, & alia id genus, quæ fragilitas humana, dum est in hac lachrymarum valle, velit, nolit patitur: quæ si in Deo, vt in nobis, inuenirentur, nullo modo excusari posset aliquid in eo esse imperfectionis, quod absit a nobis vt tale dicamus. Sed vtendum est nobis consimili regula ei qua vtuntur scholastici theologi quoties attribuūt Deo creaturarum perfectiones: detractis & explosis priùs omnibus imperfectionibus: sic in hoc nostro proposito, cum sese offert talis loquutio, opus est detrahere & reijcere defectum & imperfectionē: quibus exclusis, quod remanet cōgruè Deo attribui potest. Huius regulę innumera possent adduci testimonia: nobis tamen vnum, & alterum sufficiet exemplum. Primum

Gen. 6. est in Gen. scriptum: quando Deus di
Hiere. 18. xit, Pœnitet me fecisse hominem. Et illud, quando dixit, Si gens ista fecerit pœnitentiam, agam & ego. Hanc regulam curet interpres quando locus requiret, præ manibus eam habere.

Præterea cum res certa sit (vt testes sunt assueti in sacris literis) in debita punctuationem, & lectionem, nō germanam, non modò reddere scripturam sacram obscuram atque difficilē, verumetiam eam mutare in alium sensum; operæpretiū existimauimus huius rei, quoque admonere interpretem, quem cupimus esse diligentem circa hæc duo: videlicet germanam lectionem textus, & sententiæ punctuationem. De prima. D. Hieroni. scripturæ sanctæ subtilissimus scrutator su-
Ezech. 40 per Ezechiēlem. cap. 40. sic dixit. Diligentem autem lectorem sic monendum puto: si tamen scientia scripturarum, & non oratorum de clamationibus ducitur: vt sciat omnia propè verba Hębraica, & nomina quæ in Greca, & Latina translatione sunt posita nimia vetustate corrupta, scriptorumq; vitio deprauata. &c. Hoc autem vitiū partim aliūdè, partim ex vicinitate vocabulorum euenit. Sicquè cum transcriptores essent imperiti, facili negocio actum est, vt vna litera poneretur pro alia: vt diligo, pro deligo: & ceruus, pro seruus, & sic de alijs. Hoc vitium in scripturis diuinis sępissimè reperitur: specialiter in biblijs impressis per typographos indoctos, & imperitos: qui vix aliquid in lucem emittunt quod multis non scateat mendis. Cōtra hoc, remedium erit interpreti (vt iam in antedictis à nobis fuit commonefactus) vt conferat varios codices ad inuicem: & ex hac collatione comperiet transcriptoris, vel impressoris erratum, quod doctus interpres emēdare ac corrigere poterit perse ipsum. Huius regulæ exempla tā multa sunt in vtroque testamento, vt pigeat nos omnia illa adducere. Verū ne ieiuni transeamus, pro nostro more, accipito tu lector bone hæc duo. Habent ali
Psal. 41. qua exemplaria; Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: emendat Hierony. dicens ponendum esse, fortem, loco fontem. Nam hicce sensus Prophetæ germanus & intentus. Et lucæ.
Luc. 15. 15. ponitur vocabulū euertit, pro euertit. Et horum magnus campus est in biblijs, maximè in malè emēdatis. Cęterùm de punctuatione alia posset cōstitui regula. Verum, ne denarium numerum transgrediamur, qui mystică habet significationem, subeadem met de

decima regula, quæ ad punctuationē, & varium accentus sonum spectant, paucis comprehendemus. Intelligat igitur interptes quod vatia punctuatio variat quoque sensum, & scripturam reddit, & parit obscuram. Proinde prouidenter quidem. B. August. in 3. lib. de doct. Christiana scriptam nobis reliquit regulam. Nō enim parui refert sic, vel sic fieri punctuationem: Aliquando enim ex mala punctuatione textus, consurgere potest non solum textus falsus, sed etiam hæreticus. Huius regulę exemplarlorum ingens & magna est sylua in vtroque instrumento. Vnum tamen proponatur exemplum, quod tale est. Christus dixit Petro; Vade retrò sathana: scandalum mihi es. Matth. 16. Non debet sic legi; sed sic: Abi post me: sathana scandalum mihi es; Verbum sathana, non est coniungendum cum verbo, abi: neq; cum Petro: sed cū verbo illo, es. Hanc lectionem amplexatus est beatus Hilarius. Quod si lector nos roget, vndè puenerit tanta diuersitas punctuationis in tot locis scripturæ: quod modò se se offert nobis respondendum, tale est; Istud videlicet ortū habuisse ex libertate nimia (dicam melius) ex temeritate aliquorum sciolorum: qui pro suo beneplacito voluerunt pūctuare scripturam sacram: non consulētes alios peritiores. Et sic fecerūt multos locos scripturæ ancipites, qui re vera non erāt. Doctus interps sequatur doctiores, relictis minus doctis, & nō errabit. Cęterum notis accentuū, quæ ab Hæbtæis sapotes dicuntur, scripturæ sensus variari potest: vt videre est in verbo ōcidi, & occīdi: vēnimus, & venīmus: & sic de alijs. Neque mirum: Nam diuersus accentus, diuersificat vocabuli significationem. Diuersa autem significatio gignit diuersum sensum. Sit igitur circa hæc minima admonitus quoq; diligens interpres.

Postremo loco ęquum putamus ad monere sacrarum literarum expositorem, quòd in sacra scriptura reperire est quamplures textus decurtatos, siue in absolutos: in quibus necesse est interpretem in illis orationibus supplere verba, vt perfectum sensum generent in animo lectoris. Neq; istud dandum est vitio scripturæ sacræ: sed existimandum est fieri hoc promore & cōsuetudine scripturæ. Nam huiusmodi loquendi modus familiaris est Hæbręis. Quare huiusmodi locutiones adnumerari debent inter hebraismos. Huius generis est illa Christi locutio, scilicet; Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam, dicens. Si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua, quę ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, &c. Hæc sanè oratio manifestè truncata est: verbis indiget, quæ suppleant hanc trūcationem. Luc. 19. Mos flentium explicatur hīc: qui præ singultibus truncatè loqui solent. Obseruet istud diligenter interpres: quoniam in explicādis Paulinis epistolis, non rarò talis textus offendemus. Cōcludamus igitur, & vela complicemus, dicentes diligenter esse obseruandas has regulas, quas hic posuimus in iuuamē & adiutorium illorum qui fungi incipiunt officio interpretandi sacras litetas. Quib⁹ regulis apprimè ob seruatis & custoditis, fœlicitet expositor versari poterit in suo munere, & absque timore errandi, eas alijs explanate. Non tamen his tantùm confidat & hæreat: sed effusis prius multis precibus illum (qui verus interpres earum est) scilicet spiritum sanctum interpellet, oret, & roget; vt suam mētem illuminet, veram intelligentiam infundat & animam eius inflammet: vt opere compleat, atq; perficiat.

Flentes trūcate loqui sōlent.

Quibus regulis iuuetur studiū sacræ scrip. Ad aggrediendā scripturæ explanationē prauia exigitur deuota oratio.

Hic est fons pus sanctæ scripturæ illuminare nostras mentes & inflamare cordo.

Non est iustum intermulta quæ diximus ād recta scripturæ interpretatione, vt silentio transeamus illa quę vix intelligūtur nisi à perito expositore: quæ, duo præcipuè sunt, scilicet, ordo dicendi in scriptura interpollatus, & subitus transitus ab vna materia in aliam

liam. Quòad primum attinet animaduertat diligenter interps in scriptura sacra interruptā inueniri seriē & ordinem: quinimò & præposteram. Vnde dicit beatus Hieronymus super illa verba; Filij Dauid, filij Abraham, Matth. 1. Ordo, inquit, præposterus, sed necessariò cōmutatus. Si enim priùs posuisset Abraham, & posteà Dauid: rursus repetendus ei fuisset Abraham: vt generationis series texeretur. Et beatus Gregorius in mor. lib. 5. cap. 29. super Iob; sacræ scripturæ, inquit, consuetudo est, vt cùm aliquid narrat (interposita alterius causę sententia) ad superiora protinus redeat. Exempla huius rei, non sunt aliunde petēda, quàm ab ipsomet Gregorio, q satis illustria affert. Dixerat Iob de reprobis; Nullus est, inquit, qui intelligat in eternū peribunt: subinde subiungit de electis; Qui autē reliqui fuerint, auferentur ex eis: statimque adiūgit, quod non electis, sed reprobis conuenit, Morientur, inquit, & non in sapientia. Idipsum docent alij doctores. Cæterū quod spectat ad transitum subitum, satis familiare est istud in Paulinis epistolis: vbi manifestè ex vna materia in aliam transitum facit Apostolus; sicq; præcedenti ex a brupto aliam annectit: vt est videre. 1. Corinth. 1. cum inquit; Non enim misit me Dominus baptizare, sed euangelizare. Istis verbis, quę precedentē materiam finiunt, adiungit Paul. hęc alia; scilicet; Non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis &c. Et B. Greg. homi. 7. in Ezech. de hac met re, tale profert testimonium. Consuetudo, inquit, Prophetiæ est, nunc ista, nunc illa conspicere: & ab alijs in aliud subitò verba deriuare. Exemplum huius rei esse possunt illa verba Ezech. 1. Ibi enim Propheta, cum de rotis loqueretur, adiungit dicens; Et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsorū quatuor. Cùm dixit, ipsorū, indicat quod subitò sermo à rotis ad animalia est deriuatus.

Matt. 1.

Iob, 4.

1. Cor. 5.

Ezech. 1. istud præponendum est præcedenti regulæ.

De necessitate epistolarum Pauli.

HActenus pro nostri ingenij tenuitate seminaria (fortè non pauca) scripta reliquimus ad totā, & quālibet partem scripturæ sacræ exponendam quàm vtilissima, & scitu apprimè necessaria: quorū fructus quàm magnus, & vtilitas quàm ingens sit, solus ille dicere sciet, qui in officio interpretandi, illis nō segniter vsus fuerit. Quæ si ad tantum munus lectori, vel interpreti hęc modica, & pauca videbuntur; his paucis facile erit plura, & meliora adiūgere: præcipuè ex tam multis doctoribus, qui de optimo inter pretandi genere sacræ scripturę multa scitu digna in suis libris scripta reliquerunt. Nobis autem hæc vnica cura fuit, videlicet seligere præcipua, & optima, & ad modum, & instar seminatoris; qui non est solitus totum suum semen, quod habet domi, in terram proijcere, & seminare, sed solūmodò eam partem, quam existimat, & iudicat aptiorem esse ad seminandum. Sic nos ad similitudinem, & modum seminantis, non nulla pręcepta, siue regulas simul cum admonitionibus haud friuolis, in lucem emittere, nobis integrum reputabimus. Quain re (nisi nostra nos fallat opinio) hic labor fortassis doctis non erit ineptus: indoctis verò (vt speramus) vtilis, atq; necessarius. Porrò eas nō ego ex meo ingenio, vel exigua eruditione genuisse confiteor: sed collectas porrigo ex doctissimorum virorum campis florētissimis, tamquàm flores, non omnes, sed meliores. Colligat eas beneuolus lector, ea auiditate, qua solēt pulcherrimi flores decerpi. Cum igitur hùc vsque occupati fuerimus in differendis illis, quæ toti scripturæ deseruire poterant, proximum & iustum est, vt sermonem faciamus de illis, quę peculiaria, & quasi propria sunt Paulinis epi-

sto

stolis. Sunt autem ista varia, ac multa; quæ volentes lectoti gratificari, & nõ fastidium parare, quanta poterimus breuitate comprehendemus. Dicamus ergo primùm an sint, quales sint, quot sint, & quorsum sint scriptę, & quo in tempore. Porro epistolas Pau. esse, ex earum necessitate monstrandum est. Quæ enim necessaria sunt, ea esse maximè consequens est. Beatus Tho. in 1. p. q. 1. a. 1. ex necessitate doctrinæ reuelatę, reliquit probatum sacram doctrinam esse. Sic nos eum æmulantes (vt boni discipuli) ex necessitate epistolarum: eas esse ostendemus. Nam licet à quibusdam hæreticis reiectæ fuerint Pau. epistolę, à catholicis tamen in magno pretio semper habitę fuerunt. Quare si tantùm negotium nobis esset cum orthodoxis, quibus nihil tam notum est, quam Pau. epistolas esse, quod modò tractamus, sub silẽtio transire potuissemus. Verùm, vt error illorum, qui eas inficiantur, reprobetur, de hac re vel tantillum dicere nõ erit abs re. Cęterùm hęc controuersia de necessitate Paulinarum epistolarum, tametsi a B. Hieronymo. sub quęstionis forma, & modo non fuerit agitata, tamen eam prorsus haud dissimulauit. Si quidẽ in prologo super omnes Pau. epistolas, nõ recusauit quærere quare post quatuor scripta Euangelia, voluerit Paulus suas epistolas ad Ecclesias destinare? Nos verò stylo scholastico in vtramuis partem eam vtilantes priùs, de in de pro ea parte, quę vera est, eam decisam relinquemus. Principiò capiat, & intelligat candidus lector, vndè occasionem sumpsit, & cœperit præsens cõtrouersia. Non enim citra rationem, causam & motiuũ (vt ita loquar) mouenda sunt dubia, & quæstiones. Quare præsens dubium ex eo videtur esse ortum, quia sancti, superq; videntur sufficere quatuor Euangelia: quæ sunt legis supplementum. Quòd si resita habeat, liquidò consequitur frustra addi-

D. Tho. 1. q. 1. a. 1.

D. Hiero.

Quæstio de Epistolis Pauli.

tas fore Pau. epistolas. Accedit huc & alia ratio, quę momentum habere videtur. Scilicet; epistolæ aut sunt scriptę, vt per eas nobis traderentur præcepta, aut consilia: at horum neutrum: ast sen potest: quia Euangelia plenissimè & perfectissimè suppeditant nobis ista duo, per quę nanciscimur vitam æternam iuxta illud: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et de consilijs Euangelicis abundè satis agitur in doctrina Euangelica. Superfluæ igitur videntur epistolæ Apostolorum, cum sufficiat Euangelium. Neque hîc locus euadendi est, si fortè aliquis dicat, eadem, quę sunt apud Euangelistas, Paulum recensere in suis epistolis: nam id sine vitio fieri potest. Multos namque esse scriptores de vna, eademque re, non est insolitum. Sicut patet de Euangelio; quod vnum tantùm est, de quo nõ duo, sed quatuor scripsere Euangelistæ. Non valet istud. Nam si hæc euasio admitteretur: consequens est vt non tantùm quatuor, sed quinque debeamus admittere Euangelistas: quod hactenus nemo ausus est dicere. Forsitan euadet alius, dicens epistolas adiectitias esse. Adiecit Paulus suas epistolas Euangelijs illis quatuor. Sed istud magis videtur absurdũ. Siquidem lex imprecatur maledictionem omni homini adijcienti. Lex nã quę dicit, Quicunq; addiderit, aut dẽpserit verbo legis, omnes plagæ scriptę in lege venient super eum. At fortè inficiabitur istud quispiam dicẽs, Paulum nihil in suis epistolis addidisse legi Euangelicæ: ac proinde non incidisse in hanc culpam. Neque ista videtur legitima euasio. Quandoquidẽ cõstare videtur manifestò, ab eo esse factũ istud: vt videre licet ad Corint. cap. 5. vbi præcepto, quod dederat Christus de excomunicato fugiendo, addidit ipse dicens: Nec cum illo sumatur panis. Christus tantùm dixit, Si non audit Ecclesiam, sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus. Igitur si Paulus apposuit

Apo. vlt.

1. Cor. 5.

Matt. 18

Matt. 19

ut scilicet è medio tollerentur multi abusus, qui orti erant in Ecclesia noui ter nata. Facile est videre in suis epistolis quomodò Pau. pro sua virili nihil intentatũ reliquit, quò de Ecclesia extirparet illas consuetudines, illosque abusus, qui pulchritudinem & decorem Ecclesiæ Christi sponsæ fœdabãt, & maculabant: sicut videre est in illo abusu, qui erat apud Corinth. de comedendo in Ecclesia, contra quem scripsit Corinth. dicens: Nunquid domos non habetis ad manducandum? &c. Rursus, licet Ecclesia iam haberet præcepta, statuta, & concilia in Euangeliorum libris depicta, & scripta: tamen ex illis multa erant, quorum & vera forma seruandi, & vera, & germana intelligentia illorum ignorabitur. Quid, rogo, fecêre epistolæ Pau? Quid? Præstiterũt sanè verã intelligẽtiã, & verã normã seruãdi illa. Nã Christus etsi dedit statuta, & præcepta suæ Ecclesiæ; verũtamẽ normã, & praxim illorum non dedit. Quare oportuit per Apostolos ad exercitium, & praxim esse reducenda. Hi quoties per præsentiam præstare poterant, verbo docebant: at quando per absentiam non licebat, per epistolas istud faciebant. Istud factum esse ab ipso Apostolo nemo nescit, nisi qui non legit eum. Siquidem ipse pluribus in locis diligentissimè hoc præstitit. Legant, qui volunt. 5. capit. 1. Corinthio. vbi docetur praxis de excommunicatione, & capit. 11. vbi traditur norma sumendi Eucharistiam: & alijs in locis de alijs sacramentis praxis docetur, vt de matrimonio Paul. diffusè & copiosè satis in suis epistolis vsum, & praxim istorum, & aliarum rerum docuit Ecclesiam: et tandem multas traditiones exhibuit, dicens; Tenete traditiones, quas accepistis siue per sermonem, siue per epistolam. Et Beatus Iacobus in sua epistola similiter fecit, tradens normam sumendi extremam vnctionem, dicens; Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros &c. Non igitur Apostolorum epistolæ superuacaneæ sunt: sed vtiles, & necessariæ: vt potè multùm valentes ad interpretationem, tam præceptorum, & consiliorum, quàm monitionum, rituum, & consuetudinum, aliarumque multarũ rerum, quæ forsitan, si non fuissent epistolæ Pau. ad hæc extarent incognitæ à nobis. Quamobrem pro magno beneficio Deus Ecclesiæ suæ post Euangelicam doctrinam largitus est epistolas Paulinas. Neq; quicquam obest quod dederit eas post datam Euangelicam doctrinam. Nam sicut post exhibitam legem Mosi, consequuta est Prophetarum doctrina, qui veri legis interpretes fuerunt, vt vel in vno Isaia palàm constat: & in alijs quoq; quæ enim in lege subobscura erant, plana ipsi fecêre: quinimò quæ non erant, ipsi suppleuerunt: Sic Paulus, & reliqui Apostoli ad Prophetarum imitationẽ post scriptam legem Euangelicam, quam primum Christus verbotenus tantùm docuit, ipsi (non nisi spirante Spiritu sancto) epistolas ediderunt, & eas in lucem emiserunt. Non ergo minus necessariæ in Ecclesia sunt Apostolicæ epistolæ post Euangelia, quàm Prophetiæ post Mosaicã legẽ. Hæ autẽ nõ sunt superfluæ: neq; igitur illæ tales reputari debẽt. Deniq; vt cõcludamus, alia quoq; Pauli epi. necessitas erat in Dei Ecclesia: vt scilicet suppeditaret Pau. nobis arma in eis ad debellẽdos belluinos istos homines: qui fetarũ more, caniniquè dẽtibus dilacerare in dies toto conatu procurãt sanctã Dei & incõsutilẽ tunicã; hoc est immaculatã Ecclesiã. Cõtra hos impugnatores, & Ecclesiæ hostes ex epistolis Pau. arma multa delumere valemus. Ex professo quippè epist. institutæ & cõpositæ fuerunt ad hæreses extirpãdas; tametsi ipsi hæretici, tã sint peruersi, vt ad fingẽdas hæreses suas, passim Pau. epistolis vtantur. Sed id faciunt, vim

1. Cor. 11.

1. Cor. 5. & 11.

Iac. 5.

1. Thess. 2.

literę facientes, & ad praua, & pestifera sua sensa retorquentes. Vnde quãdo istud facete nequeũt, versi pelles illi alio dolo vtuntur. Videlicet eas mutilant, & truncatas allegant: ad modum illorum hominum, qui cum aliquo lites habent: videntes semalam, iniustamquè causam habere, vt iustã, & bonam ostentent, leges citant, sed non integras, sed mutilas, vr minùs peritis, & rudibus, leges pro eis stare ostendant, & persuadeant. Consimilis profectò in nostri temporis hęreticis apparet fraus, & dolus: qui si passim inculcant scripturas, & epistolas Pauli citant apud indoctum vulgus, id tamen non faciunt fideliter, sed truncatim, & per fragmenta, reijcientes illa, quę ex diametro suis falsis dogmatibus repugnant. Horum exempla apud Pau. haurire facile est. De primo ille locus nobis testis est, in quo Pau. differit de libertate Christiana, quam extollit atque magnificat Pau. Hæretici verò de libertate carnis intelligẽdum esse mordicùs tenent. Alterius autem vice exempli, esse possunt omnia illa loca scripturæ, quæ ipsi truncatim allegant: quæ cum sint multa, & satis nota, breuitati studentes, missa consultò facimus. Patet igitur ex his dictis, alijsq; quæ dici poterant, non sine causa certa, certoquè proposito, Pau. epistolas scriptas ab eo fuisse. Neq; obstãt illa, quę adduximus cùm pro altera parte loquerentur. Nã quod illic dictũ est Pau. non fuisse vocatum ad scribẽdas epistolas, sed vt portaret nomen Iesu Christi: ad hoc respondere etiam congruè possemus negantes, & affirmantes. Portare namque nomen, vt bene animaduertit D. Tho. exponẽs illa verba, scilicet; vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum; bifariam fieri potest, vel ad pręsentes, vel ad remotos, & absentes: quoad illos, portauit verbo, quoad absentes per epistolas: sicq; ad finem vsq; mundi dicitur Pau. portasse nomen Iesu. Si verò concedimus Pau. non esse vocatũ ad scribendum, distinguendum venit: vel primariò, aut secundariò. Tametsi ego nunquam aliud mihi persuadere potui, nisi quòd tam Euangelistæ, quàm Apostoli, & inter alios Paulus, iussu quodã Dei scripserũt; nõ præcepto externo, sed interno. Non enim legimus Christum scripsisse legem Euãgelicam, neq; iussisse vt scriberetur: tamen perseuerantercredo (salua semper meliore sententia) quòd tam Euangelistæ, quàm Paulus, & reliqui Apostoli, quadam diuina reuelatione interna tamen, iussi sunt scribere: illi Euangelia, & isti epistolas suas. Cæterùm ad aliud, quod maioris momẽti esse videtur, an istæ epistolę sint scriptæ tamquã additiuæ Euãgeliorũ, nec ne: recurrat lector ad nostras regulas, inter quas vnam inueniet, in qua non ineptè docetur, diciturq; quidnam sit addere scripturę: & ex illa facili negotio sciet se ab hac difficulrate extricare. Nam sicut Prophetæ nihil addiderunt legi Mosei os: sic neque Apostoli legi Euangelicę. Addere namque ille dicitur quidem, qui vel extraneũ, vel contrarium scripturę addit. At epistolæ Pau. nil contrarium, aut extraneũ doctrinæ Euangelicæ afferunt: sed sũt quasi quidam commentarij, & quędã declaratio Euangeliorum. Neq; proindè Pau. recensemus in numero Euãgelistarũ, nec eum appellamus Euangelistam, nec eius doctrinã Euangeliũ: tametsi non minus sit Euangelica quã alia. Et hæc sufficiant de necessitate epistolarum Pauli.

Simile.

Ad Gala. 5

D. Tho.

Alia quæstio breuiter soluitur.

Quales sint epistolæ Pau.

DIcto d necessitate epist. Pau. proxima, & immediata ãbet esse d earũ qualitate tractatio, Quę nõ ex re vna solùm, sed ex multis venãda venit. Si enim beatũ Petrũ, Pau. coapostolũ, rogamus, vt dicat nobis quales sint Pau. epistolę; vtiq; dicet, illas in relectu esse dif

2. Pet. 3. se difficiles, & a quibusdam depraua-
tas. Si verò ab illis requiramus, qui in
eas commentarios cùm copiosos, tũ
doctissimos ediderunt: respondere a-
liud noua poterunt, nisi dicere admira-
biles, doctissimas, profundissimas, &
omni ex parte diuinissimas esse. Quod
si nõ à nostris, sed ab inimicis testimo
niũ petere volumus (vt dicamus, salu
Luc. 1. tẽ ex inimicis nostris) hæretici, & Lu-
therani ad sydera vsq; hasce epistolas
extollunt, & magnificant. Vndè ne dũ
in memoria, verùm in manibus nun-
quã nõ habẽt, buccis plenis Pau. reso-
nantes. Quod (vt credibile est) non fa-
cerent, nisi intelligerent quanta sit vis,
efficacia, & doctrina in Paulinis epistolis. Sed nihil mirum. Nã credo quid ha-
Epistolarũ Pauli amplissimalaudes. ber alia scriptura vel honoris, vel vtili-
tatis, quod magno cũ cumulo in Pauli
epistolis non reperiatur? Si stylũ spe-
ctes, si scientiam desideres, si materiã
subiectam scruteris, si in dicẽdo enar
giam contẽpleris, si morũ sanctimo-
niam exoptas; quæ scripta magis ad vi
uũ bonos mores depingit? & quæ etiã
plus Christum spirat? Si hunc imitari a
mas, quis istud Paulo ardentiùs do-
cuit? quidiuD ei amore magis inflam
mat homines, quàm Pauli apostolæ?
Denique id nobis procerto, & explo-
rato habendum est, neque in his di-
ctis, neq; in alijs dicendis Paulinã scri-
pturam nulli alteri existimari debere
secundam: quin potiùs audeõ dicere
(quod tamen sine correctione Eccle
siæ nolo accipi) quòd si nõ haberemus
Euangelicam doctrinã traditam ab ip
sis quatuor Euangelistis, vnus tantùm
Ecclesiæ posset sufficere Paulus. Sed
ne hæc ex magno, quo tenemur, affe-
ctu ad Paulum, dicere videamur, ex
collatione epistolarum cum alia qua
cunq; scriptura, quod diximus tale es
se monstrabimus. En aggredimur
mox istud. In primis tamen præmittẽ
dũ nobis est, quod nulli hactenus du
bium fuit: Videlicet scripturã sacram
distributã esse in duas præcipuas par
tes: scilicet in vnam, quam dicũt testa-
mentũ vetus, & aliã, quã nouũ appel- Sacra scriptura distributio.
lant. Porrò quas partes habeat testa-
mentum vetus minutatim recensere
nũc nonopus habemus. Fiet autẽ istud
aliás. Sed notet studiosus lector, quòd
testamentum nouum & secundum
se totum, & secundum singulas eius
partes, præfertur veteri testamento:
ita quòd totũ nouum excellentius sit
toto veteri: & singulæ partes quoq; sin
gulis partibus. Secũdò obseruet, quòd
quẽadmodũ lex in veteri testamẽto
prẽponẽda est Prophetarũ libris: ita
& in nouo instrumento opus scriptũ
ab ipsis Euangelistis, primũ, & præci-
puũ dignitatis obtinet locum. Idcircò
quando faciemus comparationem in
ter epistolas Pau. cũ reliquis scriptu-
ris, intelligat eruditus lector non esse
nostrã intentionem præponere Pau:
doctrinam Euangelistarum scriptis,
sed reliquis alijs, quibus iure suo ante
poni potest Pau. doctrina. Siquidem
& hæc diuinitùs est inspirata. Ad Gal. 4 Ad Gal. 4
namque Paulus istud palàm asserit, di
cens; Notum vobis facio fratres Euã
gelium, quod Euãgelizatum est à me;
quòd non est secundum hominem;
neque enim ego ab homine accepi
illud, neque didici: sed per renelatio-
nẽ Iesũ Christi. Quo nomine quòd præ
feratur, nihil mirũ cuiquam esse debet;
vt pote doctrina à Deo immediatè re
cepta, quod non vsuuenit in multis a-
lijs authoribus Scripturæ, quibus reue-
latio, & inspiratio facta est per Angelo
rum ministerium. Pau. autẽ doctrina
immediatè à Deo, & Iesu Christo, nõ
mortali quidem, sed immortali. Quod
etiã adauget excellentiã, & dignitatem
doctrinæ Apostoli Pau. super alias. Et
ex hac parte si non est præferẽda Euã
gelicæ doctrinæ: saltim æquari potest,
& debet illi. Quæ quæso doctrina huic
cõparari poresit? aut quæ eã excedere?
Obsecro quæ scriptura ita palàm, aper
tè, & manifestè comprobat omnem
aliam sapientiam stultitiam esse, sicut

Pau. doctrina? Hęc rursus omnia vitia eradicat, omnesqnè virtutes plantat. Sed ad quid non valent Pau. epistolæ? Quæ sunt illa quæ replent scholas, & ambones, nisi epistolę Pauli? Conciones sacrę, & Ecclesiæ ordinationes, ex quibus conflantur nisi ex Pau. epistolis? Et ad hęreses dissipandas quę arma magis consentanea, & efficacia? Et ad nos tuendos qui clypei meliores, quàm Pau. epistolæ? Si non haberemus Paulum, quis nobis esset dux in conflictibus, quos quotidiè cum hæreticis habemus? Sanè nedum Dux, verùm piorum clypeus nobis est Pau. Apo. Sed quid moramur in re tam lucida, & aperta? Expędat pŏ deret, videat, examinet, illas quatuor dotes, & excellentias scripturæ sacrę, quas ipsemet Pau. scribens ad Ti. aperuit; discutiat, inquam ille, qui nobis fidem dare non vult, & reipsa comperiet in nulla scriptura tam copiosè, & plenè reperiri sicut in Pau. epistolis. Hæ quidem vehemēter vtiles sunt ad docendū; hæ ad corripiendum; hæ ad erudiendum, et denique ad hominē tā internū, quàm externū mirismodis perfectissimū efficiendū, dictu mirū, quantū valēt. Dilatari in plura poterat sermo iste de qualitate, & valore epistolarum Paulinarum: Sed, vt consueta breuitate vtamur, quæ dicta sunt, nobis visa fuerunt satis.

2. ad Ti. 3.

De epistolarū numero.

CÆterum hoc tertio loco sese offert tractare de epistolarum numero, vt sciamus quot sint à Pau. cōpositę. Cōpositæ dicimus: nam ab eo propria manu nō omnes fuerūt scriptę. Principiò aduertat hîc lector benuolus, geminū esse epistolarū numerū: alterū earum, quæ nunc extant apud nos: alterū verò earū, quæ reuera scriptę fuerūt. Posterior numerus maior est illo priore; siquidem ille dumtaxat quatuordecim epistolis cōprehenditur: hic autem posterior multò his plures habet. De qua re licet non nulli dubij sint, nos verò insequētes multorū grauissimorū doctorū sententiā istud pro certò tenemus; quod non paucis testimonijs probare valemus, nō aliū de quàm ab ipsomet Pau. petitis. Neq; quemquā perturbet qnod in Elencho. epistolarum nō sint nobis ab Ecclesia adnumeratę plusquā quatuordecim. Nā si non plures, hoc ideo factum est, quia nō extāt plures, neque apud nos reperiuntur: Reliquę siquidē periere. Dices forsan; vndé igitur constat plures esse? Respondebitur tibi dicendo, istud constare ex his, quę Paulus scripsit. Quę si tibi non est audire molestū, non vno tantùm, sed multis testimonijs dabimus probatum. Primum testimonium peti potest ex capi. 5. 1. ad Corinth. vbi sic dicit Pau. Scripsi autem vobis in epistola, non commiscere fornicarijs &c. nunc autem scripsi vobis, non commiscere. Siis, qui inter vos frater nominatur, est fornicator aut auarus, aut idolis seruiēs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibū sumere. Ex hoc loco luce meridiana clarius est, Paulum ante istam epistolam, iam Corinthijs dedisse aliam. Nam cum dicit, scripsi vobis, intelligendum est, in alia epistola. Vndè si illa apareret apud nos, quæ modò secūda est, tertia foret. Est aliud siue secūdum testimoniū, illud quod cap. 13. 2. Corin. dicitur quod tale est. Ecce, inquit, tertiò hoc venio ad vos. Pauli mos erat, antequam veniret quo iturus erat, prius annuntiare suum aduentum: Quinimò & suū desiderium, vt in epistola ad Roma: liquet. Ex his Pauli verbis palàm fit, Paulū tres epistolas ad Corinthios transmisisse. Et vt in ore duorum vel trium stet de hac re omne testimonium, est & alius locus apud Pau. ad hoc propositum nō ineptus, sed satis accōmodus. In initio cap. 5. 1. ad Cor. eos redarguit Paulus eò quod à se non ejecerint vt ipse eis mandatum dederat, illum fornicarium

1. ad Cor. 5

2. ad Co. 13

Rom. 1.

1 ad Cor. 5

Numerus epistolarum Pauli.

rium qui suam nouercam duxerat. Quocirca coactus fuit Pau. illum ex cõmunicationis gladio ferire. Corinthij namque non intellexerunt Paulũ putantes illum loqui de infidelibus: ipse autem loquebatur de illo, in quẽ sententiam excommunicationis tulerat. Paulus autem mentem suam explanat, dicens. Non ego loquebar de infidelibus, vt vos putastis, sed de illo fornicario. Nam video fieri non posse quin commiscamini infidelibus: cùm mixtim Christiani habitent vnà cum infidelibus. Sed meum præceptum eò tendit, ne communicaniini cũ illo Christiano qui fuerit fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens &c. Nã ad nos non spectat iudicũ de his qui foris sunt. Ecce testimonia clara & aperta, quibus adiungere & alia possumus. Nam aliam epistolam scripsit Paulus Ecclesiæ Laodicensium; quæ non reperitur, nec extat. Quod ita esse, ex vltimo capitulo ad Colosse. comprobatur. Ibi enim ait Pau. sic. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite, vt & in Laodicentium Ecclesia legatur: & ea quę Laodicensium est, vobis legatur. Vide igitur bone lector, quomodo poterat clarius loqui Pau. vt confiteretur se dedisse ad Ecclesiam Laodicencium aliam epistolam. Non igitur dubitare debemus plures fuisse scriptas epistolas à Paulo, qui per septem & triginta annos in Euangelica concione & functione tam indefessè, quàm constanter laborauit. Nec mirum quidem. Nam in omni loco corpore & præsentia minimè adesse poterat. Quare passim ad Ecclesias dare epistolas, res ipsa ab eo exigebat. Vndè in epistola posteriore ad Thessalo. ca. 2. ipsemet istud insinuauit, dicens. Ne moueamini cito à vestro sensu: neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neq; per epistolam tamquam per nos missam: sed tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonẽ, siue per epistolam nostram. Cæterũ de epistolis Pau. ad Senecam, contendunt aliqui non esse Pauli. Alijs vero contraria est sententia. De hac re sit qui voleri iudex: nos sententiæ D. Hierony. subscribimus. Et hęc de numero epistolarum Paulinarum incerto dicta sint. Porro vt veniamus ad numerum quem definitè & determinatè Ecclesia nobis reliquit scriptum, qui tantummodò quatuor & decem amplectitur epistolas; illas quatuor quidem ad discipulos destinatas, decem autem ad Ecclesias, de consensu omnium Orthodoxorum neque plures, neq; pauciores esse dicimus quã quatuordecim. Quam determinationem & si mauis censuram, ex sacris cõciliis mutuati sumus. Concilium namque Laodicen. Canonem noui & veteris testamenti recensens, tale de hac re protulit testimonium, per hęc verba. Epistolæ, inquit, Pau. numero quatuordecim, ad Romanos, ad Corinthios vna & altera; ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses; singulis vna: Porrò ad Thessalonicenses, prima, & secunda, ad Thimotheũ prima, & secunda; ad Titum, ad Philemonẽ, & ad Hæbreos. Has si enumeres epistolas, inuenies non esse plures annumeratas quã quatuordecim. Simile testimoniũ affert concilium tertiũ Cartagi. ait enim: Pau. Apost. epistolæ quatuordecim, inter quas est vna eiusdẽ ad Hębr. Præterea Concilium Florẽ. sub Eugenio. IIII. celebratum, consimilem de hac re profert sententiam. Et deniq; ut nõ prætermittamus Concilium Triden. nostra ętate glorioſe celebratũ, ipsũ quod ab alijs Cõcilijs decretũ & determinatũ prius fuerat de hac re, ratũ, & corroboratũ nobis quoque reliquit scriptum. Colligamus ergo & concludamus, quin etiam confiteantur, quatuordecim nos habere epistolas, & earum verum & legitimũ Paulũ esse authorem. Patres enim nostri maiores & antiquissimi

Colo. 4.

2. Thes. 2.

Con. Lao.

Con. Car. 3.

Con. Flo. 36

Con. Tri. sess. 4.

ab ipso nascẽtis Ecclesię principio, ad nostra vsq; hæc tẽpora, his epistolis vsi sunt, tam ad confirmanda fidei dogmata, quàm ad euellendas hæreses ab Ecclesia, ad bonósq; efformãdos mores, ad multaq; alia Ecclesiæ necessaria. De epistola autem ad Hæbrẽos nihil nunc singulare dicimus. Ipsa autem prẽter alias peculiarem exposcit considerationem. Quam nunc nos polliceemus, si Dominus concesserit vt ad eam eiodandam perueniamus. Solẽt autem de hoc numero epistolarum

Mystica interpretatio circa numerum epistolarum Pauli.

mystice philosophari viri allòqui docti in hunc modum: vt per illas quatuor epistolas, quas destinauit ad suos discipulos, dicãt insinuari, doctrinam illarum concordare cum quatuor Euangelistis: at cum discipuli tantùm tres essent, per eos insinuatam quoque fidem Trinitatis. Porrò alias decem epistolas, respondere asserunt decem præceptis, quæ à Mose in decalogo fuerunt posita. Sicut enim Moses suum populum illis decem præceptis suscepit erudiẽdũ: sic pari modo Pau. doctor gentiũ, suis decẽ epistolis totã Ecclesiam erudire & docere procurauit. Pulchra fortè adinuentio & cogitatio hæc esse videtur: verùm ad mentem Pau. an hęc sit excogitata, ignoro. Nam cùm sit dictum, & prouerò relictum, Paulum reuera plures quàm quatuordecim epistolas edidisse; iam manifesta coniectura est quod isti dicunt, siue fingũt: nihil tale, vel somniasse Apo. Verũ pro honore & reuerentia illorum qui huius inuentionis fuerunt authores, sustineri quidẽ illa mystica imaginatio potest, habita ratione ad illas quatuordecim, quas nunc Ecclesia recognoscit. Hactenus de his.

De ordine epistolarũ.

Duplex ordo epistolarũ Pauli.

ABsoluto epistolarũ numero, finitimus ei esse debet ordo earũ qui etiam in epistolis Paulinis peculiari cõsideratione dignus est. Is namq; (quẽadmodũ diximus de numero) bi nus est. Alter qui spectari & cõsiderari debet quatenus à Pau. scriptę, editæq; fuerũt: alter verò, prout in sacris Biblijs scriptæ reperiũtur. Posterior iste ordo admodùm facilis intellectu est: inspectione namque, & lectione indiget solùm. Porrò prior ordo ille nón modicè difficilis apparet; & est. Quoniã neq; de eo vllã Pat. fecit mentionẽ, neq; qui cõmentaria ediderunt, ad istud inueniendũ aliquã magnã lucẽ nobis reliquerũt. Hincq; fit vt in hoc negotio magis sit nobis agẽdũ coniecturis quibusdã, quàm alijs vijs & mõdis. Nõ enim demonstratione ostendere possumus quæ hîc pertractamus. Veruntamen præstat in primis certa à dubijs disiungere. Quod apud omnes Pauli interpretes extra dubium est, & vnanimi cõsensu receptum, tale est videlicet, has quatuordecim epistolas, secundũ ordinẽ quẽ Pau. habuit in scribendo eas, nõ esse ordinatas in nostris Biblijs. Hoc pro indubitato habetur. Neque certò scitur qua ratione inuerso ordine adnumerentur apud nos Pau. epistolę. Tametsi huius mutationis & inuersionis minimè desint; tũ pulchręs, tum sufficientes aliquot rationes: quas alibi paratisumus dicere, & enucleare. Nunc autem satis perspicuum atque notum est vtramque epistolam ad Corinthios priùs fuisse à paulo scriptam, quàm illam destinatam ad Romanos. Quod probare intendimus, propter illos qui tantummodo volunt, præcessisse primam, non autem secundam. Nobis verò magis arridet illa sententia, qua docetur, ad Romanos epistolam tempore illis duabus fuisse posteriorem. Pro qua sententia suadenda: primùm ille locus Pauli ad Rom. 15. facere videtur. Vbi sic dicit Apostolus. Nunc igitur proficiscor Hierosolymã ministrare sanctis. Probauerũt enim Macedonia; scilicet Philippen. Thessalonicẽ. & cęteręillius regionis Ecclesiæ, & Achaia etiam; hoc est,

De ordine epistola ad Romanos cũ epistolis ad Corinth.

Rom. 15.

Corinth.

Corinthij, qui in Achaia positi sunt: collationem facere; ideſt, eleemosynam, in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem. Ad hanc autē eleemosynam Paulus vna, & altera epistola, Corinthios deduxerat. Capite si-
1. Cor. vlti. quidem vltimo. 1. ad Corinthios sic dicit; De collectis autem quæ fiunt in pauperes sanctos, sicut ordinaui Ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite. Per vnam sabbati vnusquisque apud se ponat, quod ei placuerit, vt non, cùm venero, tunc collectę fiant. Cum autem præsens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalē. Quod si dignum visum fuerit, vt ego eam, mecum ibunt. Cùm autem has deferer collectas Pau. & paratus esset accendere Hierosolymam, à Corintho scripsit epistolam ad Romanos, vt suo in loco latiùs dicemus: Porrò in posteriore quoque epistola ad Corinthios capi. 8. de eisdem collectis scribit: ad easquè faciendas adimitationem Macedonū hortatur, dicens. Notum autem vobis facimus fratres gratiā Dei; hoc est, eleemosynam, quę data est in ecclesijs Macedonię &c. Et quoniam proficisci non potuit Corinthum, vt pollicitus fuerat in epist. prępeditus conuersatione gentiū, & prędicatione Euāgelij, vt ipsorū collectas, quas superiori anno persuasione suæ epistolę fecerat, ipse deferret Hierosolymā: Idcirco ca. 9. suadet vt collecta
2. Corin. 9. iam parata sit, & non sit opus ipsi aduenienti, & ipsos inopinatos inuenienti. Misimus autē fratres, vt ne quod gloriamur de vobis euacuetur in hac parte, (quēadmodū dixi) parati sitis. Ne cū venerint Macedones mecū, inueniāt vos imparatos. & tunc nos erubescamus, vt nō dicamus vos in hac substātia. Cęterū antequā vltrius progrediamur, cùm hic locus sit aliquantulū obscurus, pro illis, qui in Paulinis epistolis nō multū sunt versati, aliquali indiget declaratione. Vult igitur dicere Apost. in illis verbis exhortatorijs, in quibus hortatur illos Pau., vt opere præseferāt magnificos & liberales apud illū, qui laudauerat, & cōmendauerat illos quòd tales essent. Nam si secus factum fuerit, erubescentia magna tenebit illum, qui aliàs laudauerat illos de liberalitate & magnificentia. Hæc de intelligentia illorum verborū. Adid igitur, vnde digressi fuimus, reuertētes, ex his dictis & alijs quę dici poterant, colligere possumus vtramque epistolam ad Corinth. fuisse scriptam prius quàm extaret illa ad Rom. Quę cum in priori loco collocata sit in nostra, qua vtimur Biblia: palàm colligitur eam non esse collocatam secundum ordinem, quo ab ipso Apost. fuit scripta. Prætereà idipsum potest ostendi in alijs epistolis, in quibus etiam non fuit obseruatus ordo ille, vt videre licet inter epistolam ad Hęb. & multas alias. Vltimo namque loco in nostra Biblia ponitur epistola ad Hæb. & tamen ipsa nō fuit vltimò scripta à Pau. sed illa ad Timothe. 2. Quod ex ipsomet Pau. cōstare videtur, vbi dicit sic. Ego enim iā delibor, & tēpus meæ resolutionis, ideſt, vitę, instat: iā cursū cō summaui &c. non igitur potuit posteà scribere epist. aliquā. Magna igitur cō iectura est, illā fuisse vltimā. Et eadē ratio est de epistola ad Philemonē, & ad Titum, quę in nostra Biblia post secundā epistolam ad Timotheum collocātur, quæ tamen vt multi volunt, anteponēdę erāt, & nō postponendę. Porrò laborāt & torquent se hic satis multi ex neotericis interpretibus, volentes ordinare omnium epistolārū Paulinarū seriē. Alij occasionē sumētes ex Pau. peregrinatione, quæ à beato Lu. fuit descripta: siue exactibus Apposto. alij verò ex hysto. Nosverò hoc loco tantū laborē & opus aggredi, nō est curæ sumere ꝺbeam⁹: tū qa nescij sum⁹ si exactè istud sciri possit; tūetiā quia quod attinet nūc ad nostrū instrutū, hoc nō est necessariū: tū tertiò quod huius rei discursio poti⁹ reseruāda est

De ordine epistolæ ad Hebreos.
2. ad. Ti. 4.

in explicatione Actuũ Apostolorũ, ex qua aliqualis parari potest huius rei notitia & cognitio, tametsi. D. Lucas in illa scriptura non narret plenè omnia Pauli gesta. Tum quartò, quia iam nos introrsum in vnaquaque epistolarum explicanda, duo illa tractare, scilicet si sit. 1. 2. 3. 4. vel 5. &c. & aliud, scilicet ex quo loco fuerit missa, & per quẽ, & cuius manuscripta, manu Pauli vel alterius. Si qui verò his non fuerint cõtenti, non arguant nos negligentiæ, sed plura apud alios requirant, qui nõ (quemadmodum nos) tantę breuitati se submiserunt. Cuius nevideamur esse obliti, non hîc tantũ, verum etiam alijs in locis data opera, & consultò multa dissimulanter prætermisimus. Non illa quidem, quæ permultum necessaria, vel iuuantia videbantur esse, sed illa, quæ sine grandi iactura dissimulari poterãt. Veruntamen ne omnino nos ieiuni transeamus, nunc supponamus quæ procedente tempore (Deo priùs tamen opem præstante) de ordine epistolarum dicere pollicemur. Hæc autem dumtaxat in duobus tota posita sunt, videlicet quis ordo in epistolis vt editę à Paulo fuere, & quis vt in nostra vulgata Biblia circũferũtur. Hæc quò meliùs intelligantur, tres sequẽtes ordines declarabũt.

Series Epistolarũ beati Pauli, secundùm ordinem, quo in nostra Biblia sunt notatę.

Ordo Epistolarũ Pauli iuxta Biblia sacra.

1	Prima ad Romanos. cap.	16.
2	ad Corinth. p. cap.	16.
3	ad Corinr. 2. cap.	13.
4	ad Galatas. cap.	6.
5	ad Ephesios. cap.	6.
6	ad Philippenses. cap.	4
7	ad Colossenses. cap.	4
8	ad Thessalonicensses. p.	5
9	ad Tessalo. 2. cap.	3
10	ad Timotheum 1. cap.	6
11	ad Thimorh. 2. cap.	4
12	ad Titum cap.	3
13	ad Philemonem cap.	1
14	ad Hæbrços cap.	13.

Secundũ alios hoc modo sunt collocandæ.

Ordo Epistolarũ Pauli secundũ alios.

2	Prima & secunda ad Thessal.
3	ad Corinth. prima
4	ad Galatas.
5	ad Romanos.
6	ad Titum.
7	ad Corinthios secunda.
8	ad Colossenses.
9	ad Ephesios.
10	ad Philippenses.
11	ad Philemonem.
12	ad Timotheum prima.
13	ad Hæbrços.
14	ad Timotheum secunda.

Ordo, secundum seriẽ, qua missæ à Paulo fuerunt.

Ordo Epistolarũ iuxta missionẽ Pauli.

1	Prima ad Thessalonicenses.
2	2. ad Thessalonicenses.
3	ad Galatas.
4	Prima ad Corinth. quæ non extat
5	2. ad Corinthios.
6	3. ad Corinthios.
7	ad Romanos.
8	ad Philippenses.
9	ad Ephesios.
10	ad Colossenses.
11	ad Hębreos.
12	ad Titum.
13	1. ad Timotheum.
14	2. ad Timotheum.
15	ad Philemonem.

Postquam ordinatarum epistolarũ varium ordinem oculariter ostendimus, iustum est vt, prætermissis omnibus alijs ordinibus, inuestigemus rationes & causas, ob quas mutatus sit ordo ille, qui est compositionis illarum, in istum, quem nos nunc in nostra Biblia habemus. Non enim putandum est istud factum fuisse temerè, & sine rationabili causa. Quod mox nos dicturos promittimus, si priùs tamen breui quadam oratione à nobis dictum fuerit, quamobrem in nullo illorum

trium

Cur nō fiat mentio de epistola ad Laodicen.

trium ordinum mentio facta sit de epistola illa Pauli ad Laodicenses. De qua meminit Paulus vltimo cap. ad Colos. dicens: Cum lecta fuerit apud vos epistola hęc, facite vt legatur in Ecclesia Laodicensium: & ea, quę est Laodicensium, vobis legatur. De hac enim nulla facta est mentio. Quòd si dicatur id circo factum esse, quod illa non extaret, mox infringitur excusatio ista: eo quòd neque prima ad Corinthios (illam dico, quę desideratur) extabat, & tamen posita fuit in illa serie, qua dicitur à Paulo fuisse scriptas epistolas. Ad hoc fortè non malè responderi posset, si dicatur è duobus alterum, scilicet vel quòd non ita constabat de epistola ad Laodicen. sicut de illa prima ad Corinth, vel aliter, quòd sicut annumerata est illa, ita potest & ista recensèri & computari. Et sic non essent epistolæ Pauli quatuordecim, sed sexdecim. Verūtamē cùm illæ duę in nostra Biblia non extent, de communi doctorum placito dicere solemus epistolas Pauli esse tantū quatuordecim, quibus vtitur Ecclesia ad confirmanda fidei negotia, & ad hæreses euellendas. Reliquæ autem epistolæ vel sunt ignotę, aut si sunt: hactenus tamen non sunt reductæ, & digestæ in canonem illarum, quibus alię in nostra Biblia numeratæ sunt. Neq; si extarent, nisi fallor, valerent ad faciēdam fidem, donec per Ecclesiam essent approbatæ. Sed iam veniamus ad id quod quærebamus, scilicet quid causę fuerit quod hic ordo sit immutatus, & in eius mutatione epistola ad Rom. præceteris sortita sit primum & principem locum. In hac re non est magna trahenda mora, cum præsto sint nonnullę causę siue rationes, quæ id vt sic fieret iure expetebant. Vndè in primis hoc nobis præmittendum necessarium duximus, vt firmiter credamus ordinem epistolarum quem modò Ecclesia Romana tenet, & à multis annis tenuit, vt videre licet in vulgata editione, quęanti quissima est, positum & digestum à Spiritu sancto fuisse, hoc est, Spiritu sancto dirigente huiusmodi ordinem: quem nō ab vno vel duobus credendum est fuisse ordinatum, sed à tota Ecclesia: Neque alio congruentiori ordine ordinari poterant Pauli epistolæ, si seruanda esset perfectio doctrinæ, & debitus ordinis modus. Siquidem finis & institutum sacræ scripturæ, alius nullus est, nisi efficere hominem perfectum in parte intellectrice, & hoc mediante doctrina; & affectum inflammare per virtutes ipsas, & denique bona opera, eas plantando: eradicatis tamen prius vitijs. Quod ita esse luculētissimus est testis Paulus 2. ad Timo. cap. 3. vt hoc iā alios admonuimus. Dicit igitur Paulus illic; Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Cæterum in ordine epistolarum quo vtitur ecclesia in nostra Biblia, istę quatuor conditiones obseruantur. Nam, vt latiùs dicturi sumus in epistola ad Rom. doctrina gratiæ in vniuersum traditur. Ordo autem doctrinæ (vt in placitis philosophorum est) talis esse debet, vt res priùs absolutè & in vniuersum tractetur, & deinde sub speciali ratione. Quem ordinem perpetuò obseruarunt quàm diligentissimè philosophorū princeps Arist. & eius anima doctissimus noster Tho. Aquin. vt videre est in admirabili opere illo, quod construxit de Theologico negotio, cui titulum dedit, Sūma Theologiæ. Cum igitur talis sit scripturæ scopus & finis, adistum attingendum finem, composuit Pau. suas epistolas, quibus aliud nihil intendit, nisi erudire homines in ipsa gratia Dei, & Iesu Christi, eam explanando, suosquè effectus manifestando. Hunc autem ordinem seruat Apostolus in erudiendo homine christiano. Primò de mon-

Finis & scopus sacræ scriptura.

2. *Timo. 3.*

Quibus de causis epistola Pauli sortita sint eū ordinē quē habent in sacris bibliis.

Institutum Pauli in scio

pistolis, &
rdo quem
rnat in e
rudiendo vs
ro christia-
ne.

monstrat grātiæ necessitatē, qua omnes indigent vt ipse palàm docetin e pistola ad Romanos. Mox docet illum, vt invnitate fidei permaneat, quę tantùm vna est. In qua postquam fuerit eruditus, in ea corroborari, & perseuerare opus habet. Dareque operā debet, vt ab ea non decidat, sed confortatus in fide, vt bonus Christi athleta, & propugnator, eam tueatur, atq; defendat contra hæreticos hostes nostrę fidei, qui nullum non mouent lapidem, vt in fide diuisionem faciant; Schismata procurant, tunicā Christi partiri intētantes, & quantū exse est, ossa Christi cōminuere tentantes. Apostolus in suis epistolis, vt ad Ephe. ad Philipp. in vtraque ad Thessalonicenses eruditos Ecclesias illas, prælatos quoque, Principes, Primates, Magnates, Reges atque Monarchas in epistolis ad Timoth. & Titum, instruit quo pacto debeant pascere, ac regere suos subditos, eos custodiendo à lupis, qui rapere volunt oues. Et consimiliter in alijs epistolis, vt fusiùs patebit in cuiusque earum explanatione. Et denique instruit nos Apo. his suis diuinis epistolis, quo modo in ecclesia Dei trāquillam, pacatam, & quietam vitam ducamus: fidem vnam semper tenentes, officia charitatis, qualia sunt viscera misericordiæ, adimplentes, sicque beatam vitam possidentes. Nunc cursim & per transennam hæc percurrimus, tantùm ex his colligere volentes, non temerè factum esse, quòd epistola ad Rom. adepta sit primum locum. Accedit huc & alia ratio non exigui momenti, quę illam primam multùm ad iuuat. Si enim consideramus quòd in hac epistola ad Rom. tractantur fundamenta fidei: fundamentum namq; omnis bonus artifex primo ponit, ne id quod superstruere cupit, statim ruat & labatur: videns ergo Ecclesia quòd epistola ista tradebat fundamenta christianis, prouidente, & suggerente Spiritu sancto in primo loco eam collocauit. At dices, Hęc ratio sanè lepida est & ingeniosa: sed cedo quæ sunt hæc fundamenta, quæ ponuntur in hac epistola? Respōdetur. Tria quidem sunt. Rursus dices, Quæ tria? nunquid capis? Minimè. Cape igitur clariùs, intelligeq; tres illos status homines esse, in quibus fuimus omnes nos secundùm patres nostros: In statu naturę, legis, & gratię. In quibus tribus D. M. Optimiq;, & nostri cognitio habetur: quæ duo sacra tota pagina à prima linea vsque ad vltimam intendit nos docere. Quin etiam ex duabus hisce rebus tota quasi sacra Theologia conflatur & efficitur. Adiuuat quoque & hæc tertia illas duas, quæ si non necessitatem suadet, tamen magnam secum affert congruentiam. Sanè congruum profectò erat vt, cùm Paulus esset Romanus ciuis, saltim paterno priuilegio gaudens, & quia Tarsensis (qui tali priuilegio donati erant ab ipsis Romanis) vt doctor Romanus, Romanos priùs haberet discipulos, eosq; assumeret docendos. Adde tu quoq; quòd ipse illorum, Romanorum scilicet, destinatus erat doctor, & magister. Vndè cùm Roma esset caput gentiū, iusta res erat, vt Paulus prę honoraret almam vrbem: si non sua præsentia, tamen sua doctrina. Posthabito igitur tēporis ordine, secundum quem non erat anteponenda epistola ad Romanos, sed postponenda, inuersus est ordo in catalogo epistolarum. Quod sanè non est factum cum iniuria ordinis temporalis. Nam ipse temporis ordo per se non erat sufficiens, & congrua ratio, vt secundum illum ordinarentur epistolæ Paulinæ. Nam nihil mysterij, nihil què doctrinæ importatur per illum temporis ordinem. Ordo autē doctrinę, dignitatis, & cōgruentiæ, sicut dictum est, aliquid mysterij prę se ferunt. Ecclesia igitur vidēs istud prudenter, & considerate, etiam edocta, & instructa à numine diuino, decreuit prę ponere illam ad Romanos: quod, vt di-

2. ratio.

3 ratio.

vt diximus, iustis titulis & causis fecit. Quare perperàm agerent illi qui vellent hunc ordinem perturbare: sicuti & illi digni essent reprehensione, qui crederent eas epistolas forte, vel casu esse sic ordinatas, & non à Spiritu sancto ordinante, & in tali serie eas constituente. Sicut enim in præteritis diximus, consuetudinem sanctarum scripturarum esse in narrandis rerum historijs, non semper obseruare ordinem temporis: sic modo asserimus de Ecclesia, quam in ordinandis scripturis diximus non esse temporis obseruatricem; sicut videre est in Prophetis, & nunc in Pauli epistolis.

Multũ refert quo ordine collocetur hæc vel illa epistola.

Quod si quis existimet nihil referre hoc vel illo in loco collocari epistolam vnam, is falsò putat. Nam præter hoc quod est vanæ temerarium, vel leue inuertere ordinem præscriptum ab Ecclesia, etiam dignus est iste reprehensione illa, quam tulit in illos beatus Hieronymus, qui ausi fuere præponere epistolas B. Petri, epistolæ B. Iacobi. Vehementer enim stomachatus est contra illos B. Hieronym. Multò igitur magis culpæ reus esset ille, qui tanta audacia præditus, pro suo beneplacito tentaret permutare ordinem inter epistolas Pauli; quæ, vt dictatæ fuerũt ab Spiritu sancto: ita ab eodem ordinatæ creduntur. Veruntamen quamquam hæc res magis clarè ostensa & probata sit, quam quòd nostro aduersario opus habeat: tamen ex schola aliquid mutuantes, non indignum rem putamus adducere. Receptissimum siquidem in scholis est, duplicem esse ordinem in scientijs; alterum, quem dicunt, doctrinæ, alterum autem, quẽ nominant disciplinæ. Hæc nota sunt etiam vel tyronibus dialecticis, qui palam fatentur primã philosophiam, quã appellant speciali vocabulo, Metaphysicam, esse priorem ordine doctrinæ: ceterum philosophiam, & logicã ordine disciplinæ. At epistola ad Romanos, si cum alijs epistolis conferatur, vtriusq; ordinis iure omnibus alijs præponenda venit, & doctrinæ ordine & disciplinæ, vtroq; ordine. Iam finem hisce dabimus si vnum, & breue quidem, priusquam fuerit expeditum quod est, admonere lectorem (si tamen ignorat) quòd Paulus ex illis quatuordecim epistolis, septem scripsit extra Romam: quæ sunt duæ ad Corinthios, duæ ad Thessalonicenses, prima ad Timotheum, & quæ est ad Titum, & vltima hæc quam præmanibus habemus ad Romanos, quam multi putant harum omnium fuisse vltimam & nouissimam. Veruntamen, vt autor est beatus Chrysostomus, epistola ad Romanos illas tantùm antecedit, quæ è Roma scriptæ sunt, licet non omnes. De alijs autem epistolis quæ Romæ fuerũt scriptæ, in suis propijs locis habebitur ratio & consideratio: nunc autem nobis tantummodò curæ est de illa ad Romanos, quæ, vt diximus, meritò in primo collocanda est loco, licet alibi esset, si tantùm scriptionis ratio habita fuisset. Neque istud magis mirum cuiquam esse debet, quã illud de duodecim Prophetis, qui non secundum temporis ordinem in nostra Biblia sunt locati. Et hactenus de serie epistolarum.

Admonitio quædam.

D. Chrys.

Ex quo loco, & per quẽ nuntium miserit Paulus ad Rom. epistolam.

POrrò proximè nobis incumbit dicere, vnde missa sit & per quem, vt nihil omittamus eorum quæ suprà promisimus. De loco autem vnde missa fuerit hæc epistola ad Romanos, sanis communis multorum sententia est, è Corintho scilicet egressam esse. Licet non desint qui dicant aliundè missam fuisse, quod nescio an efficaci ratione probare possint. Proindè nobis illud sequi magis lubet, quod fermè ab omnibus est receptum, videlicet Corinthi fore scriptam, & missam Romam per Phœben ministram Ecclesiæ

Ex quo loco missa fuerit epistola ad Romanos.

cleſię Cenchrenſis, mulierē fidelem. Nam aliàs forſan non credidiſſent ei epiſtolam Paulus. Verùm cum agnouiſſet eam tutam latricem & fidelitate prędităm, haud recuſauit per eam remittere epiſtolam Romanis. In cuius rei teſtimonium in fine epiſtolæ illis eam commendat, dicens. Commendo vobis Phœben ſororem noſtram quæ eſt in miniſterio Eccleſię, quæ eſt in Cenchris; vt eam ſuſcipiatis in domino, & aſſiſtatis ei in quocunque negotio veſtri indiguerit. Cūigitur hęc mulier talis eſſet, & forſan iam aliunde à Romanis agnita, non eſt, cur ſuſpicemur an ſcandalizati vel offenſi fuerint Romani in Paulum, quòd tantum negotium fœminæ cuidam ipſę commiſerit. Non enim tam obiecta eſt fœminarum conditio, vt in vniuerſum dicamus omnes eſſe infideles. Nam poſt mortem Chriſti, ipſę ardētiùs amorem & fidei candorem multis hominibus magis oſtenderunt. Si quidem illis dubitantibus & recedentibus à monumento, ipſę minimè recedebant, ſed fixo pede ſtabant. Sed hæc ex occaſione potius dicta ſunt.

Mar. vlti.

At rem autem noſtram reuertentes, dicimus non obſtante aliquorum cō traria opinione, in ſequentes Diuum Hieronymum, & doctiſſimum Origenem, magnamquè cæteruam aliorum doctorum, non in Athenis fuiſſe ſcriptam, ſed, vt diximus, apud Corinthū. Quod tū ex argumento epiſtolæ conſtat, tum quia mulier hæc Corinthi morabatur, & Caius Corinthi quoq; erat, ex cuius nomine Paulus Romanis ſalutem dicit. Hæ & aliæ ſunt coniecturæ, quæ ſuadent ſcriptam fuiſſe Corinthi. Cęterum ſi conciliare hos cum illis, qui ſunt alterius opinionis, volumus, facili negotio poſſumus, dicentes quod quidam dicunt, & fortè benè; Quod hęc epiſtola Athenis fuerit ſcripta & dictata, non tamen miſſa, ſed poſtea forſan ex Corintho miſit Paulus per Phębem. Res hæc eſt de qua non oportet multum contendere. Quod ſi roges, poſtquam ſcimus vnde & per quem miſſa fuit, vt dicamus per cuius manum ſcripta eſt, an per propriam Pauli, an per alienam; communiter & fermè ab omnibus dicitur, quòd per quendam cui nomen erat Tertius, vt Paulus etiam in eadē epiſtola inſinuare videtur. Vnde licet ipſe aliquando vtereturalienа manu, tamen hoc ei ſemper ſolemne erat & conſuetum, vt propria manu in omnibus epiſtolis ſe ſubſcriberet, vt per hoc omnis occaſio dubitandi de autore tolleretur de medio. Vnde in prima ad Corinthios in fine, ſic dicit. Salutatio mea manu ſcripta. Et apertius ad Philemonem inquit; Ego Paulus mea manu ſcripſi. Et de his ſatis.

D. Hiero. Origę.

1. Cor. 16. ad Philo.

Quæ cauſa mouerit Pau. ad ſcribendum epiſtolas has. 14.

PRęterea non eſt ſilentio tranſeūdum, quòd in epiſtolis Pauli inter alia etiam ſcitu dignum iudicamus, videlicet quæ cauſa impulerit Paulum ad ſcribendas has quatuordecim epiſtolas, & præcipuè hanc quam primò aſſumpſimus per tractandam ad Romanos. Nam licet qui ſcribunt epiſtolas, non ſemper aliqua neceſſitate, ſed interdum conſuetudine mouentur, vt cum ſcribunt amicis nihil noui annunciantes, aut de re nulla eos certiores reddentes, ſed tantum pro conſuetudine, nacta latoris opportunitate, ne refrigeſcat mutua amicitia: tamen de Pauli epiſtolis nihil tale fas eſt exiſtimare. Nam epiſtolæ Pauli graues & fortes ſunt, & ponderis non modici; de arduis rebus, & nō de lana, (quod aiūt) caprina; vel ā vmbra aſini, quod dicitur vulgo. De rebus maieſtate polentibus diſſerit Paulus in ſuis epiſtolis. Quę ſi volumus compendio aliquo comprehendere, poſſumus in tria præcipua capita redigere: & hoc fiet commodius pro illis qui verſari cupiunt

Adtria præcipua capita poteſt referri inſtitutum Pau. in ſuis epiſtolis.

Primum ca. cupiunt in Paulinis epistolis. Q si eum per dabunt operam vt ante illorum oculos habeantur. Primum caput cõtinet nostram miseriam & calamitatem, in quam incidimus post patris nostri miserabilem lapsum, figuratũ per

Lucæ. 10. illum hominem qui descendebat ab Hierusalem in Hiericò, & incidit in latrones, & quorum manibus euasit plagatus & semiuiuus: & deinde diligenter expẽdamus quantum indigerimus illius samaritani misericordia, qua motus fuit in illum, infundens oleum & vinum super plagas. Nam à nobis ipsis (saltim viribus propijs) nihil boni sperare possumus, quo pro mereri valeamus in gratiam illam pristinam restituti, eo quod ruina patris nostri Adæ omnes nos remanserimus filij iræ & inimici. Quomodò igitur illi, Deo nẽpè, grati & accepti esse poterimus, nisi ipse Christus, qui Dei & hominum mediator est, interpellet pro nobis? Et

Rom. 8. tunc dicere valebimus; Si Deus pro

Secunda ca. nobis, quis contra nos? Secundum caput, quod consequio optimo ex primo dependet, est docere iustificatiõnem nostram, & cum Deo reconciliationem, sine præcedentibus nostris meritis, sed ex mera gratia & misericordia Dei, per meritum sanguinis Iesu Christi nobis clargitam esse. Et hoc totis nerius, totisq; viribus non credẽtibus conatur Apostolus persuadere atque ostendere in suis epistolis. Quo facto non cessat commonere nos, vt recepto hoc tanto beneficio vnacum alijs, omnia Iesu Christo referamus accepta.

Tertiũ ca. Tertium porrò caput, siue propositum, quod Pau. in suis epistolis prætendit, non alienum ab alijs duobus est: quinimò satis est collectaneum, & germanum esse videtur: scilicet quanta potest energia, vi, & efficatia, nos à somno ex perge facere, ne istam gratiam nobis gratis donatam, ocio & torpore vacuam faciamus. Quare in ea, quæ est ad Romanos, fideles excitat & vrget dicens; Hora est iam nos de somno surgere. Nunc propior est nostra salus &c. Et alibi clariùs, dicens.

2 Cor. 6. Obsecro vos fratres, ne in vacũ gratiam Dei recipiatis. Ecce nunc tempus acceptabile, & dies salutis &c. Quid quæso prodest homini multis donis & beneficijs donato, si iuxtare cepta dona non talẽ se præbeat, qualem meritò ab eo requirunt susceptadona? Quid restat nisi ut tanquam ingratus debeat omnibus collatis donis expoliari, & priuari? Si quidem illa in eo frustra & vana sunt. Satagẽre ergo diligenter debẽt christiani, sanguine Iesu Christi empti, & redempti, vt, quantùm fieri poterit, incumbant bonis operibus, & misericordię & charitatis officijs diligentem nauent operã. Neque animo despondeant, si se vident miseros, infirmos, & peccatorũ obnoxios: nam Deus qui potens est *Mare. & Lusa. 3.* ex lapidibus, Abrahæ filios suscitare, ipse dabit velle, cui addet & perficere. *Philip. 2.* Hæc sunt tria generalia Pauli proposita, quæ curet qui fœliciter versari vult in Pauli epistolis, habere semper præoculis suis, in eisquè suum collocet studium. Quod si fecerit, eum laboris non pœnitebit. Ex his igitur collecta est præcipua, & vniuersa materies epistolarum Paulinarum. Habet nihilominus vnaquęque illarum singularẽ ac specialem subiectam materiam, distinctam ab alijs. Præterquam illa, quę ad Galatas scripta est, de qua dicit bea- *D. Hiero.* tus Hieronymus, in vtraq; idem esse institutum: licet occasio scribendi longè diuersa sit. Nam ad Galatas scripsit Paulus tam quam illusos & deceptos à Pseudoapostolis: cum tamen priùs essent bene instructi ab eo. Romani verò minimè, sed à falsis doctoribus siue Apostolis perperàm & sinistrè erant instructi. Verum hi, vt qui prudentes erant agnoscentes illorum fraudem resipuerunt & in illis, quę re ста cognouerant, persseuerantes & cõstantes erant. Galatę verò actu & dolo

pseu-

Pseudoapostolorum circumuecti, ad Iudaismum tãquam ad vomitum reuersi sunt. Quare mirari debet nemo, si Paulus tam acerbè & acriter obiurgauit hos, dicẽs, ò insensati Galatæ, &c. Romanos verò quia tales haud fuerunt, sermone leni, benevolo, dulci, ac blando eos docet. Si verò inter eos lites suborta sint, nihil mirum; quoniã non omni ex parte instructi & edocti erant, sed quasi in fide cathecumeni & nouitij: plantæ namque nouellæ erãt. Proinde cultura, & irrigatione indigebant. Idcirco Paulus intendens adcõponendos illos, temperato, & moderato sermone vtitur: & pro sua, qua præditus erat sapientia, modò vnos, modò alios deprimebat, & erigebat. Quando alloquebatur gentes, earum supercilium deprimebat: docendo illos nihil profuisse illis naturæ legem, aut philosophiæ peritiam, quo minus se continerent à sceleribus: etiam ab illis, quæ nominare dedecus, & pudor magnus est. Nam gentes naturæ legẽ transgressæ sunt, & abominanda, & nefanda crimina perpetrarunt. At ad Iudæos cum se conuertit, dictu mirũ, quanta energia illos obiurgat: & illorum arrogantiam coërcet. Qui non per fidem Iesu Christi, sed per suam illam legem à Mose eis datam (quæ neminem ad perfectum adducebat) ęci effecti, iustificationem falsissimè sibi promittebant. Hos atq; illos in hac epistola procurat Paulus toto conatu obiurgatos, ambos ad cõcordiam adducere: primò quidem gentes arguens, secundò Iudæorum cæremonias legis abrogans: omnem, & totam spẽ salutis habendæ, in vnum Iesum Christum transferens. Hoc diuinum Pauli propositum, si patientiam nobis præstaret lector patiens, & gratus auditor, nos in gratiam nouitiorum summatim præstringendo, non recusaremus iuxta sexdecim capita huius epistolæ ad Romanos, partiri, & secare in totidem loca quasi communia, quę poterunt deseruire, interpreti epistolæ, & lectori etiam pro argumentis in singulis capitibus huius epistolæ.

Gala. 4.

Ad 16. locos refertur Pauli propositum in hac epistola.

Primus locus versatur in transgressione legis naturæ, quæ facta est à gentibus: eo quòd Deum per creaturas cognitum, ipsi debito non coluerunt honore. Et secundò in enumeratione illorum scelerum, in quæ gẽtes prolapsę fuerunt. *Primus locus.*

Secundus locus positus est in transgressione legis scriptę, quam tametsi Iudęi receperint gratanter, eam tamẽ festinanter præuaricati sunt. Qua præuaricatione Deus quoq; in honoratus est. Dicebant namque, non loquatur nobis Dominus. Et alibi; recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. *II. locus.* *Exodo. 20. Iob. 21.*

Tertius ex ambarum legum præuaricatione, eleganter colligit omnes sub peccato fuisse constrictos, & indigere gratia Dei, & Christi: vt vtrique iustificarentur. *III. locus.*

Quartus locus, exemplo, & typo patris Abrahæ, tertium locum cõfirmat. Quoniam Abraham dum esset in præputio, non ex operibus legis, sed per fidem Iesu Christi iustificatus fuit. *IIII. locus.*

Quintus docet quorsum factum sit istud, quòd per Christum, & non per alium, nobis eueniat salus: quia ipse nẽpe Christus ex nimia charitate qua nos dilexit, dignatus est suum in ara Crucis effundere sanguinem: & tandem mortem obire, vt sic, sicut per primum hominem peccatores constituti sunt multi: ita per secũdum iusti constituerentur multi. *V. locus.*

Sextus hanc constitutionem, vel si mauis coniunctionem ostendit factã esse medio ipso baptismo: qui typus, & imitatio mortis Christi est. Nam per illum peccato commorimur, cui mortui, consepulto veteri homine, & tyrannide peccati excussa, in nouitate vitę ambulãtes, diligentissimè inseruire Deo debemus: in sanctitate scilicet, & iustitia, omnibus diebus nostris. *VI. locus.* *Luce. 1.*

Septi-

VII. locus. Septimus locus monstrat per baptismum nos non omni ex parte effectos liberos à lege peccati, tametsi per baptismum simus mortui peccatis. Nam eo recepto, ad huc remanet lex peccati, quæ tam die, quàm nocte nō cessat nobis mouere bellum. Hanc expertus est Paulus in suis membris, legi mentis repugnantem suæ. Quare victus & oppressus, exclamare cepit, Rom. 7. dicens. In fœlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

VIII. loc. Octauus ne quis putaret hanc legē nobis post peccatum relictam ad nostram damnationem imputari, dicit Paulus, Quod si sumus in Christo Iesu, & non ambulemus secundum carnem, spiritu adiuuante nostram in firmitatem, firmissimoquè glutino charitatis nos coniungente, quod infringere neque mors, neque vita poterunt: tunc nihil damnationis nobis VIIII. loc. erit.

Nonus locus est in quo Paulus deplorat gentis suę calamitatem & miseriam: vtque sit in sua cęcitate obęcata, tot iam beneficijs prouocata: eo quòd in sua velit permanere pertinatia, & infidelitate. De inde de prędestinatione, ac reprobatione negotiū attingens: docet Apostolus, vt Deo omnino pareamus, absque vlla contradictione.

X. locus. Decimus ostendit, eos qui perēūt nullam habere excusationem, vel de ignorantia, vel de personarum acceptione; quoniam verbum, & doctrina salutis, media & remedia, nunquam a licui defuerunt: neque personarū acceptio vlla reperitur apud Deum, qui vult omnes homines saluos fieri, & neminem perire. Quare si quidam illorum perierunt, sua culpa id factū est.

XI. locus. Quod dixerat de Iudæis, ne de omnibus intelligeremus, se ipsum declarat in hoc vndecimo loco, dicens, ruinam & lapsum illorum non esse vniuersalem, nèque irreparabilem, quemadmodum fuit Angelorum. Non enim repulit Deus in vniuersum totum populum Iudeorum, qui etiam reparari poterat. Quod fortè fiet, quando ex vtroque populo erit vnus pastor, & vnum ouile.

Duodecimus locus egregiam doXII. locus. ctrinam suppeditat: ne scilicet confor memus nos huic seculo, sed vt reformemus sensus nostros: subinde Deivo luntatem probādam, & denique quo modo vir bonus debeat se gerere erga Deum. Et alia multa scitu pulchra.

In tertio decimo autem loco occu XIII. locus pat se Paulus in duobus. Primò docēs maximam curam adhibendam circa cibos, vt vitetur scandalum: & alterū est, obediendum esse prælatis nostris: & denique vt semper nobis proponamus metuendum Dei iudicium.

XIIII. loc, Quartus decimus docet suscipiendos infirmos in fide: deinde omnes adhortatur ad vnitatem. Præterea vt fecit in principio epistolę, sic in fine suum amorem erga illos ostendit.

XV. & XVI locus. In quinto decimo autem, & sexto decimo occupatur Paulus in salutationibus, commendandisquè personis. Et denique concludendo, multifariam cauendos esse Pseudodoctores, mirificè iubet & præcipit.

Hisce sexdecim locis communibus, fermè tota adumbrata est hæc ad Romanos epistola, & in summa delineata. Plures autem locos colligere & diducere difficile minimè erat: veruntamen nec pauciores, nec plures esse debebant, eò quòd adnumerati sunt pro capitulorum numero: quę cum tantùm sexdecim essent, vt reipō dentia esset, totidem & loci ponendi erant. Porrò ex his omnibus locis, qui magis est præcipuus & à Paulo intentus, nobis videtur esse ille tertius: in quo ostenditur necessitas gratię Dei, & Iesu Christi, per quam iustificandus erat vterque populus peccato inuolutus. Quare forsan hac ratione permotus doctor ille Angelicus noster Thomas (quem sequun sunt multi ex

Locus præcipuus à Paulo intẽtus.

eius

eius familia,& alij qui titulo Thomistarum non gaudent)non minus doctè,quàm verè scopum huius epistolæ fecit,& dixit esse,gratiã Dei & Christi. Quẽ nos(vt eius discipuli, etsi inutiles)in hac parte libentissimè voluimus sequi. Vndè dicimus confidenter quidem (sine tamen alterius melioris sententiæ preiuditio) non modò gratiam Dei & Christi esse huius epistolę scopum,verumetiam omniũ epistolarum Paulinarum, quæ scriptę fuerunt ab eo:quinimò, & earũ quas ipse scribere posset. Ad nullum enim aliud munus missus fuerat Paulus nisi ad hanc gratiam propalandã & prędicandam. Ananiæ enim de eo dixit Christus; Vade, quia vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum, & docear non esse aliud in quo possint homines salui fieri. Iste erat finis Apostolatus Pauli. Cum igitur Paulus institutus fuerit, vt per totum mundum Christi nomen deferret (quod munus diligentissimè ipsum fecisse, non inaniter gloriatur, dicens, plus alijs se laborasse) quem rogo alium scopum sibi poterat proponere, quam gratiã Iesu Christi, cuius ipse seruus, & minister erat? Quam latè autem patere deberet ista Pauli prædicatio, etiam declaratum fuit pervetba illa, scilicet; Coram gentibus & regibus, & filijs Israël. Horum omnium creatus fuit Paulus prædicator. Cæterum quomodo portaueri nomen Christi coram regibus, nempè Neronc, & Herode, alibi reseruetur dicendum. Sic igitur hoc nobis certum, nullum alium habuisse in suis epistolis Paulum scopum, nisi gratiam Dei & Iesu Christi: De cuius necessitate ipsum agere debere, scribendo ad Romanos, illud maxime ostendit: Quòd (vt rectè beatus Hieronymus admonet) erant inter Romanos fortè non pauci, qui putabant non gratia Dei & Christi, sed solis suis meritis se fuisse saluatos. Quod quam grandis sit error, nemo nõ videt. Proinde volens Paulus talem errorem radicitus euellere, necessarium ei fuit in hac epistola ad Romanos manifestare indigentiam & necessitatem ipsius gratiæ Dei & Christi. Vnde intelligat hoc loco lector, quod propositum Pauli in præsentiarum, est manifestare & propalare necessitatem gratiæ secundum suam naturam absolutè considerando eam. Et hic est scopus specialis, & primo intentus ab ipso Apostolo. Non tamen nos latet, plerosque esse qui in alio sunt placito. Quibus nunc aliud nihil dicimus, nisi quod Paulus dixit; Abundet vnusquisque in suo sensu; & eo fruatur. Nos vero auellere à Diuo Thomę sententia nemo poterit. tum propter tanti doctoris doctrinam; tũ etiam, quia ita esse, fixè credimus, donec aliud à matre nostra Ecclesia decretum fuerit. Tunc enim ambabus manibus illud amplexabimur, vt par est. Malumus namque doceri quam contendere. Et nisi timeremus multas hîc opplere paginas, forte facili negotio ostendissemus, de hac re, secundũ rem, nullum esse inter nos & alios dissidium. Nam qui thesim huius epistolæ faciunt iustificationem, & qui dicũt Paulum ad concordiam reducere Romanos ad inuicem, & qui fidem formatam, & illi qui dicunt scopum esse ostendere vtrosque tam Iudæos quàm gentiles exæquo constrictos esse peccato, & qui asserunt non esse seruandam, sed iam esse euacuatam legem veterem & cessasse cerimonias illas Iudaicas, & si quid aliud est quod loco thesis adduci possit: omnes isti, cum illa beati Thomę sententia, voce potius, quàm re, discriminantur. Et ideò non est nobis visum operæ pretium de hac lite (si modo lis est) amplã habere tractationem: sed tantum significare omnes illas factiones, diuisiones, & lites, ortas esse ex eo quòd gratiæ Dei, & Iesu Christi, non tribuebãt quod sibi debitum erat. Veruntamen nos qui ei gratissimè concedimus

Act. 9.

Quis finis apostolatus Pauli.

1. Cor. 15.

Credere se proprijs meritis posse saluari, grandis error & magna stultitia est.

Rom. 14

(iuxta

(iuxta Pauli dictū) omnia quę sumus, esse per Dei gratiam, & non aliunde: nihil mirum si tantùm gratiam hono remus, dicentes eam esse scopum & finem omnium epistolarum Paulina rum scriptarū & scribendarū. Quòd si rogēt quispiam & à nobis requirat, vt ali quantulum magis clarè ostenda mus quo modo gratia Dei & Iesu Chri sti sit scopus omnium epistolarum: ei vt satisfaciamus, paucis istùd dicere non grauabimur. Sic accipito lector benuole. De gratia, sicut de alia re, gemina potest haberi tractatio: altera generalis, altera specialis. Generalis prior esse solet (vt scholæ nos docēt) Generalis igitur de gratia consideratio, ex epistola ad Romanos habetur, vbi probatur esse eam, & necessariam. Neque hic quando hoc audit aliquis turbetur: quia dicimus Paulum proba re gratiam esse. Nam licet non ignore mus illud dialecticorum præceptum de subiecto non probando, contra quod nos nunc ire nonintendimus, neque dicimus Paulum contra hic fe cisse: tamen sicut Metaphysico fas & licitum est, aliarum scientiarum subiecta posse probare, sic Paulus vt diuinus Metaphysicus, intromittere se potuit ad probandum necessitatem gratię, tametsi sciuerit esse subiectum suarum epistolarum. Adde tu quoque, quòd istud non fecerit Paulus di recto & palam, in controuersiam ver tens an gratia esset nec ne, sed ex gratiæ necessitate illud collegit. Hanc au tem ostendere negotium requirebat, contra illos qui putabant sibi gratiam non fore necessariam. Et ideo (vt mo re scholę loquar) an est gratiæ, ex ne cessitate deductum est. Cęterum de gratia agit Paulus in alijs epistolis, prout consideratur vel in sacramentis, vel in personis: si in personis, vel in mēbris, vel in capite: si in capite, hoc facit Pau. in epistola ad Hebræos; si in mēbris, in reliquis epistolis. In sacramentis e tenim gratiæ consideratio habetur, vt docet Paulus in tribus illis epistolis, scilicet in vna & altera ad Corinthios, & in ea quę est ad Galatas. In corpore autem Christi mystico, quod est Ec clesia, consideratio quoque gratiæ fit in quinque illis epistolis, videlicet in duabus ad Thessalonicenses, ad Ephe sios, ad Colossenses, & ad Philippen ses. Porro in prælatis etiam, vt est vi dere in vtraque ad Timotheum, & in ea quæ est ad Titū. Prętere a in po testatibus etiam seculatibus gratiam tractat epistola ad Philemonem. No uissimè epistola quæ est ad Hebræos, fontem & principium (ex quo emanat omnis gratia) Iesum Christum videlicet, disserit & ostendit. Fontem gratiæ diximus ea de causa, quòd om nes quot habet gratia effectus, vbicun qs sint, siue in subiectis viuis, siue mor tuis: qualia sunt sacramenta nouæ le gis, ab ipso Christo emanant, qui est in strumentum coniunctum diuinitati Habitat namque in eo plenitudo di uinitatis corporaliter, de qua accipiūt omnes gratiā pro gratia. Ab eo quip pe exeunt, & ad eum reuertuntur om nes gratię fluminum more, quæ à ma ri veniunt, & rursus in illud intrāt. Col ligamus igitur nos & dicamus vnum tantum esse scopum omnium epistolarum Pauli, licet ipsæ multę sint. Cæterum de vnoquoque horum differe re hic non oportet: sed explicatior lo quutio fiet in explicatione singularū epistolarum.

1. Cor. 15.

Fusse ostenditur quomodo gratia Dei & Iesu Christi, sit scopus omnium epistolarum D. Pauli.

Coloss. 2.

Ioan 1.

Ecclesia. 1.

Habita generali Pauli epistolarum consideratione, de speciali occasione scribendi hanc ad Romanos, iustum est vt vel vnum verbum faciamus: si prius tamen à nobis dictū fuerit, quas gentes Romanorum nomine intelligere debeamus. Romani enim illi erant, qui tam ex Iudaismo, quàm ex paganismo, conuersi ad fidem Iesu Christi erant. Hi prœuenti fuerāt à fal sis Apostolis, & cum pleriqueillorum essent tam rudes, vt in prologo beatus Hieronymus assent, in eum erro

Quiveniāt intelligendi Romanorū nomine,

rem prolapsi fuerunt, vt crederẽt suis meritis, nõ Dei gratia, se fuisse saluatos. Ab hoc igitur errore vt liberaret illos Paulus, hanc scripsit epistolam: & vt diximus, à Corintho transmisit, intendens dissoluto litigio quod erat inter illos, ad pacem & concordiam reducere eos. Porrò litigium eorum à multis est enarratum, fortasis pluribus quàm par esset: nos verò breuioribus transcurremus, compendiosè vtriusq; partis recitatis rationibus, & causis prętensis. Prætentio Iudæorum, iuxta beati Augustini mentem, erat vt nõ daretur gratia euãgelica gentibus, quæ eis data erat, nisi se subijcerent Iudaicis cerẽmonijs, & suæ legis sacramentis, & prẽcipuè circumcisioni. Gentilitas autem prætendebat, legem gratiæ etiam ipsis datam fuisse, & per eam liberatos fore ab illo iugo veteris legis, & ab eius præceptis, ceræmonijsq;. Cæterũ prætentiones quibus se armabant Iudæi, istæ & aliæ erant. Prima erat, qua dicebãt se esse populũ Dei dilectũ. 2. nõ esse præputiatos, sed circũcisos. 3. ex estirpe patris Abrahę descẽdisse. 4. mare sicco pede pertransisse, & ab Aegypto liberatos. 5. illis solis in deserto pluisse mãna de cœlo. 6. ab illis tantùm notũ esse verũ Deũ. 7. illis solis datã esse legẽ in qua promissus fuerat Messias. 8. pro illis solis in carnem venisse; iuxta illud; Nõ sum missus nisi ad oues quę perierũt domus Israel. Et deniq; multa alia beneficiorũ genera recẽsebant, vt probarẽt gẽtes nõ esse cõparandas eũ illis. At gẽtes è contra suas prætensiones etiã allegabant: Retorquentes in eos illa beneficia, de quibus illi gloriabantur. Dicebãt gẽtes Iudęis primò sic. Quãtò plura & maiora vos enarratis beneficia à Deo recępta, tãtò ingratiores monstratis vos esse. Nã tot tantisq; beneficijs nunquã vos respondistis. Bos, & Asinus cognouit possessorem suum, vos autẽ minimè. Si gloriamini quòd siccis pedibus mare transistis: verùm illos mox ad ludendum ante idola conuertistis. Manna autem quod vobis dicitis è cœlo esse elargitum, citò vos fastidio habuistis, dicendo esse cibum leuissimum, & contradatum, & datorem murmuraſtis. Et vt semel concludamus, Messiam & Christum, quem vos tantùm dicitis in vestri gratiã venisse, nedum susciperę noluistis, sed eum morte turpissima occidistis. Quare igitur in nos, miseri, tam amaro estis animo, & in vestris oculis non videtis trabem, qui tam procaciter nostra nobis obijcitis crimina? Si nos seruiuimus idolis, & vos quoque: si peccatores, & vos etiam: si legem accepistis, quid profuit vobis, si eam trangressi estis? Hęc & alia gentes in Iudæos obijciebant. Vndè consurgebat litigium & lites inter illos: quibus dirimẽdis in hac epistola se iudicẽ facit Apostol. sententiã ferẽs neq; pro Iudæis, neq; pro gẽtibus: sed pro rei veritate, secundũ quã vtroſq; condemnat, ostẽdens peccatores esse ambos, & ìndignos gratia Dei & Iesu Christi, per quã omnes salutem consequi habent. Qua lata, hortatur eos vt inter sese pacificã ducant vitam. Hanc rem hoc loco ita disponere nobis placuit, scientibus permultùm eam iuuare posse totam huius epistolæ intelligentiam. Proinde istud boniæ quiquè consulat lector christianꝰ, & beneuolꝰ.

Prætentio Iudæorum.

Matt. 15.

Prætentiones gentiũ.

Isai. 1.

Cęterum de Pauli stylo, deq; loquẽdi modo in suis epistolis, nec non de genere earũ, simul aliquid disserere opere prętiũ duximus: vt nec quę minima à quibusdã iudicãtur, à nobis prætermissa videantur. Stylum siquidẽ, siue Paulina phrasis, vt verum fateamur, non est ita perspicua & clara, vt à quouis facili negotio intelligi possit. Quæ res forsã incausa est; vt in multis locis Apostolus nõ intelligatur ab omnibus; & nescio si dicam aliquid durius, quod à quibusdã (tametsi immeritò) contẽptibilis habeatur. Illum autẽ tali lo

Stylus epistolarum Pauli.

autem tali loquendi modo & phrasi vsum fuisse, nunquam adduci potui vt crederem id factum esse vel ex ignorãtia Rhetorices, vel ex inscitia linguarum. Nam Paulum linguarum dominum, vt cæteros Coapostolos, quis credet non habuisse? Fuit namque Apostolus peritissimus tam in Hebraica, quæ ei nativa erat lingua, quam in Græca, quę peregrina erat. Neque eum Rhetorices imperitum credam, licet aliqui istud autument; quod nobis nũquam persuadere poterunt. Nam in hac re idem nobis facere potest beatus Augustinus: ipse enim palam confessus est in lib. 4. de doctr. christ. cap. 7. vbi ex professo istud tractat: dicens ibi quod eloquentia Pauli sequuta est eius sapientiam. Si tanto doctori credimus, qui non semel, sed sæpè sæpius Paulum versauit, quomodo dicemus eum Rhetorices artis fuisse imperitũ? Citiùs ego istud de Cicerone crederem, quàm de Paulo, qui non ab homine, vt ille, sed à Spiritu sancto didicit suam eloquentiam, sicut & sapientiam. Nam sicut eleganter docet quidam nostræ familiæ eloquentissimus concionator, Ludouicus à Granata, eloquẽtia nil aliud est, quàm copiosè loquens sapientia. Vndè ipse eleganter colligit multùm illos decipi, qui putant eloquentiam esse venustatem, & affectatum dicendi leporem (vt illius verbis vtar) cum nil tamen veræ eloquentiæ magis contrarium sit. Perseuerat ille dicens; Eloquentia non est illa inanis, & propè puerilis verborum volubilitas, quæ sæpe in populo. insolenter se venditat: sed (vt diximus) disertè, & copiosè loquens sapiẽtia: quę in animos prudentum cum suauitate illabitur. Tolle enim sapientiã, & eloquẽtiæ sequetur interit°. Hæc ille non minus sapienter, quã eloquenter. Sed mox dicis tu; cur igit, eã Pau. nõ ostẽtauit sicut fecit Cicc. si eã habebat? Huic interrogationi non oportet nos facere satis, cum ipsemet copiosè fecerit dicẽs: Nõ inquit docco ego in humanę sapiẽtiæ verbis: ecce Rhetoricã humanã: sed in virtute verbi: en Rhetoricã diuinã: Illa nãq, dimissa, istã in suis amplexatus est epistolis, vt nõ euacuetur, inquit, virt° Christi. Ego de stylo & scriptura Pau. semper mecũ cogitaui, & iudicaui, quod & dProphetarũ phrasi, quę spinosa & non plana est. Sed sicut visum est Spiritui sancto vt tali vterentur Phrophetæ phrasi: pari modo crediderim de epistolis Paulinis. Nã sicut Prophetæ (vt aliàs dictũ est ànobis) non fuerũt ad scribendũ post latã legem, non à seipsis, sed à Spiritu sancto; sic quoque noster Paulus nõ a seipso impulsus, sed à Spiritu sancto, suas scripsit epistolas. Et vt illi phrasim habẽt & suum loqnendi modum, ita & Paulus peculiarẽ stylũ & phrasim elegit sibi, quæ non est tã abstrusa & spinosa, quin (adiuuante eius principali autore Spiritu sancto) si habeat diligentem lectorẽ, & interpretẽ, intelligi, atq; penetrari possit. Paulus enim non amat lectorẽ & interpretẽ segnẽ, tepidũ, & indiligentẽ. Et nos nõ absq; causa tot tantasq; scripsimus regulas, siue seminaria posuimus ad difficultatem scripturarũ capescendã, tollendãq; quas in gratiã & fauorẽ epistolarũ Pau. præcipuè scriptas esse voluimus. Recurrat igitur lector ad illas, & earum ope & adiutorio non apparebit sermo Pauli tã obscurus & difficilis. Aliũdè credo ipse (nisi me mea fallat opinio) in epistolis Pauli, & signãter in hac ad Romanos, maiorem esse obscuritatẽ: ex multis inquã reb° vehementer difficilibus, quæ in ea tractãtur. Et huc respiciens beat° Petrus, potiusquã ad loquendi modum, dixit in Pauli epistolis quædam esse intellectu difficilia, à quibusdam depravata. Hoc quis non videt Petrum retulisse ad res, & non ad phrasim? Ex vtraque namque parte hæc ad Romanos difficilis est epistola. Non tamen audiendi sunt hîc illi qui non plus vtilitatis in ea inuenũt,

1. Cor. 1. & 2.

D. Aug.

Ludo. Gra.

Paulus nõ amat lectorẽ & interpretem segnem & indiligentem.

2. Pet. 3.

quàm difficultatis. Nam magno interuallo & discrimine, vtilitas superat ipsã difficultatem: & qui contrarium sentiunt, profectò scripturæ vtilitatem ignorant. Quin etiam ipsa difficultas, auget & accrescit vtilitatem. Si namque non esset vtilis ipsa obscuritas in ipsa scriptura sacra, data opera Spiritus sanctus, autor eius, non fuisset ea vsus. Hæc de stylo & phrasi epistolarũ Pauli. De quibus duabus rebus plura multo dici poterant, si licuisset per promissam sæpe à nobis breuitatem.

De genere autem epistolarum nõ erit inutile etiam aliquid disserere. Quiscribunt namquè epistolas, maximè de rebus arduis, in aliquo trium generum solent eas collocare: Nam iam est vsu receptũ tria esse genera; vnum quod dicunt demonstratiuum, secundum iudiciale, & tertium quod appellant deliberatiuum. Horum finitiones non erat nostrum adducere in præsentiarum, qui theologum hic agimus, non Rhetorem: tamen, vt clariùs pateat in quo genere sint collocandæ Paulinæ epistolæ, dicere nõ grauabimur. Priùs tamen voluimus dicere (quod fortassis libẽter auscultabit curiosus, & benevolus auditor) quare scilicet per modum epistolarum voluerit Paulus tradere suam doctrinam. Quod vt paucis expediamus, intelligat lector id non esse factum ex propria & sola Pauli voluntate, sed ex Dei iussu & mandato. Quod ex illis verbis nobis persuademus, quæ de eo dicta fuerũt: videlicet, Vade, vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meũ. Emphasim habet verbum, portet. Epistolæ sunt, quę per baiulum ab vno loco ad alium deferri, siue (vt scripturæ vocabulo vtar) portari solent. Adde tu etiã hoc factum esse, quò Pauli doctrina latiùs diffunderetur, & per orbẽ totũ propagaretur. Per suã nãque præsentiã non poterat ipse totũ peragrare mundum. Quod commodiùs multò fieri poterat per suas epistolas, eas in partes diuersas mittendo. Hæ duæ rationes sufficere nobis videtur ad illud, quod assumpsimus probandum: cur Paulus videlicet suam doctrinam, epistolarum stylo, & modo, sanctę tradidit Ecclesię. Iam hoc expedito, reuertamur ad dicendum quid sit genus demonstratiuum, quid iudiciale, quid nè deliberatiuũ. Demonstratiuum sic definiunt qui docent artem Rhetorices. Est illud, inquiunt, quo laudamus, aut vituperamus aliquẽ. In laude, vel vituperio alicuius personę versatur. In quo genere, vt ab scriptoris testimonium petamus, erat illud Pauli verbũ, quando dicebat; Laudo vos, sed non in hoc. Iudiciale autem, quo maximè Rhetores vtebantur, illud est, quod ponitur in causis ciuilibus, vel criminalibus, quando propositis vtriusque litigantium rationibus, expectabatur à iudice pro altera parte sententia. In hoc genere collocari posset lis illa; quę erat inter Magdalenam, & Pharisæum: quorum auditis á iudice Christo partium rationibus, propeceat rice Magdalena, Pharisęo taciturnè condemnato, lata fuit sententia, eum peccatrix in pace demissa fuit. Deliberatiuum denique genus dicitur, quãdo Orator differit de rebus: vt, de vitijs, & virtutibus, per diuisiones, & diffinitiones, tũ suadendo, tum dissuadendo. Hæc tria genera in epistolis Pauli interdum seorsum, interdum simul, & mixta reperiuntur. Cæterùm in hac ad Roma. qui eam exploratam bene habet, non negabit reperiri hæc tria genera. In ea namq; interdum laudat Romanos, id est Iudæos, & increpat gentes: interdũ vice versa; diffiniet iam & diuidit. Euãgeliũ dicit esse virtutẽ in salutem omni credenti, & fidem asserit esse eam, ex qua iustus viuit &c. Iudiciale autẽ genus solus ille ignorat in epistola ad Romanos esse, qui primum, secundũ, & tertium caput, & alia non legit. In illis enim quod præcipuè facit, est ostẽdere se velle componere Hebręos,

cum

Triplex genus epistolarum.

Quare per modum epistolarum scripserit Paulus.

Actu. 8.

Quid sit genus demonstratiuum.

1 Cor. 2.

Quid sit genus iudiciale.

Luc. 7.

Quid sit genus deliberatiuum.

cum Gentibus, & eorum prætensionibus auditis, vt supra fusè diximus, ferè iuditium de eorũ litibus, quo prolato, illos ad pacem & concordiam reducere. Porrò iocos & facetias nullas habẽt epistolę Pauli. Omnis namque eius sermo, sapientiæ sale est conditus, & semper seriò loquitur. Grandes enim & perquam graues materias, non debebat Paulus cum iocis miscere, neque tam sacra cum prophanis. Quare decebat eum in omnibus suis epistolis tanti doctoris seruare grauitatem, quam nunquam, vel tantillum, læsam inuenies. Quòd si à nobis requiras, inter omnes epistolas, quæ sit illa in qua ostenditur maior sententiarũ grauitas, & sensum profunditas, & mysteriorum pluralitas: paucis tibi respõdemus, dicentes; hanc ad Romanos esse: in qua quasi tot sunt sacramenta, quot & verba. Quare maiori certè diligentia, & ardentiori studio, in eam incumbere nos oportet.

Epistola ad Romanos quot habet verba, tot habet sacramenta.

Mirabitur forsan diligens & studiosus lector, quid causæ sit, quòd tractatum cum sit hactenus de multis, quæ tam ad epistolas Pauli in vniuersum faciebãt, quàm quę ad hanc ad Romanos specialiter spectabant, nihil dictũ sit de canone huius epistolæ: quod in principio & ante omnia discutiendũ erat. Si enim non constet an scriptura de qua agitur, canonica & authentica sit, frustra videntur alia proponi discutienda. Quare congruat, imò debita recti ordinis ratio exigebat, vt primo in loco examinatum, discussumq; esset, vtrum hæc epistola canonica esset an non. In voto iam erat nostro istud discutere: sed quod non sit in principio factum, non est nobis culpæ dandũ. De industria enim id seruauimus faciendum (non sine iusta ratione) in fine. Quã si quis à nobis exposcat, in promptu eam habemus. Ecce eam. Si enim hęc epistola esset consimilis cõditionis cum illa, quæ est ad Hæbreos, forsan à culpa non esset omnino alienum, si ante omnia non esset discussa illa quæstio, scilicet an esset canonica nec ne. Nam qui præfati sunt in illam ad Hæbreos, fermè omnes auspicium acceperunt ab illa quæstione, vt videre est apud multos. At (quod nos scimus) in hac epistola ad Romanos ne minem vidimus qui talem moueret quęstionem. Sed cur non? Respondetur, quia saltim apud omnes orthodoxos, & catholicos, res expedita erat tã esse canonicam epistolam ad Romanos, quám sit quęuis alia scriptura sacra. Cæterum de illa, quę est ad Hæbreos, etiam apud grauissimos doctores magna fuit suspicio & dubitatio, & idcirco in illa in principio tractata est illa quæstio. In ea verò, quæ est ad Romanos, dissimulata & meritò prętermissa. Et proinde non fumus in culpa si in principio non sit istud à nobis discussum: neque fuissemus, si nullam mẽtionem de hac re fecissemus. Verum enimuerò licet nulla nos ad hoc cogat necessitas; vt nihil desiderare possit curiosus lector in hac epistola ad Romanos, illum etiam de hac re certa volumus reddere certiorem. Adde tu etiam istud factum esse in fine pro more & consuetudine aliorum sanctorum conciliorũ. In quibus in fine omnium cononum, de scripturis & libris mentio fit. Porrò hoc negotium duplicitèr discuti posset, vno modo si referamus istud ad omnes Pauli epistolas: alio modo si tantùm ad hanc, quã prænanibus habemus. Intelligat nũc primùm lector, non esse nostrę intentionis hoc loco discutere an omnes epistolæ Pauli in vniuersum sint canonicæ. Nã istud nos facturos magis cõmodè iudicamus seorsum & in singulis epist. cũ ad eas peruenerimꝰ. In præsentia tamẽ intentio nostra est inuestigare id solum de ista, quæ est ad Romanos. Procuius rei ampliori elucidatione non incõmodè præmittẽdũ, & scicndum est, quæ scriptura dicatur canonica, quæue apocrypha, & non

Cur initio non fit disputatum, an epistola ad Romanos sit canonica.

De epistola ad Hæbreos olim fuit concertatio.

Quæ dicantur apocrypha.

canonica. Illa sanè reputari & haberi debet apocrypha, qua Ecclesia non audetvti ad stabilienda dogmata fidei, vel non iudicat efficacem esse ad refellendas hæreses, vt sunt multæ scripturæ pertinentes ad nouum testamentũ, vt interim de veteri taceamus, qualia sunt illa Euangelia, quæ inter apocrypha numerantur, Euangelium Petri, Thomę, & Bartholomæi, & aliorum,

Quæ dicantur canonica scripturæ.

quibus Ecclesia non vtitur. Canonica autem scriptura illa dici meretur, quę robur & vires habet ad faciendam fidem, & perquam efficaciter aliqua fidei sententia potest probari: vt verbi gratia est quęstio inter catholicum & hæreticum de purgatorio, probat ea thòlicus purgatorium esse per illud

2. Mach. 12

Machabeorum, quòd fortissimus Iudas fecit in gratiam defunctorum &c. Respondet hæreticus dicens quòd licet ex illoloco appareat purgatorium esse, tamen ipse non vult credere, quoniam dicit illã scripturã non habere autoritatẽ ad istud probandũ, eò quòd non est canonica. Et sic putat euadere.

Iac. 2.

Secundò probat catholicus cõtra Lutheranum quòd nuda fides non iustificat, quia Iacobus dicit fidem sine operibus esse mortuã: quod enim mortuũ est, viuificare non potest. Respondet Lutheranus dicens illam epistolã non esse canonicã, sed falsò Iacobo fuisse inscriptam. & ideò nihil conclu dere contra eũ. Est ergo illa scriptura canonica, per quam efficaciter facim⁹ fidẽ. Nã per alias nulla firma fides habetur. Et quod diximus de apochryphis, multo magis intẽlligere volum⁹ de damnatis scripturis, quarum ingẽs numerus est. Inter quas scripturas Gelasius Papa dist. 15. vna cum libro qui de Adæ pœnitentia dicitur, aliũ, quẽ effinxerat Manichęus de filijs, & filia b⁹ Adæ, dãnauit & reprobauit. Sunt huius generis multi libri, quos breuitati studentes missos facimus. Cæterũ pęnes quos stare debeat autoritas & iudicium de scriptura canonica, iam dictum fuit à nobis in regulis, quòd non pœnes quemlibet, sed pœnes ecclesiã Romanã, quæ in hoc negotio nec decipi, nec nos decipere potest. Nã sicut dicit Beat⁹ Augustin⁹ contra Faustum, veras scripturas nos habere probam⁹ ex testimonio Ecclesiæ, &eius traditione. Neque obstat quòd modo nõ sint apud nos originalia & primi fontes, quibus vtebantur Apostoli, quòd nos sciamus; nam forsan abscondita aliqu bi latent, vel apud christianos, vel apud alios. Vndè etiam si adessent non haberent vim ad faciendam fidem, sine Ecclesię testimonio, quod tãquam Spiritus sancti testimonium regentis Ecclesiã, recipimus & honoramus. Nihil igitur refert quòd illa originalia manu scripta non extent apud nos, satis est vt transumpta sint approbata per Ecclesiam, quæ errare nõ potest. Vnde fit vt ea epistola ad Rom. non vno tantum temporis spatio, sed semper ab Ecclesia fuerit declarata & nobis proposita tamquam canonica & Paulina. Quare iam non est cur de ea quis dubitare debeat. Quod si non es contentus lector hac ratione (quę apud nos summum momentum habet) adiungemus nos duo quæ non exiguam facient ei fidem. Quorum alterum est, quòd proprio Pauli nomine est titulata: cuius defectu hæretici reijciunt epistolam ad Hębreos, quia caret autoris nomine. Alterum est quia stylo & sermone cum reliquis epistolis benè consonat. Nam hac quoque ratione asserunt illam ad Hębreos nõ esse Pauli. Sed mihi maiorem fidẽ facit Ecclesiæ determinatio, quam ista duo. Sit igitur hoc apud catholicos (nã est etiam apud Hæreticos) constitutũ, neque modò, neque vnquam hanc epistolã ad Romanos venisse in iudiciũ an esset canonica, necne: sed omniũ vna animi voto receptã tanquã Paulinã & canonicam, sicquè eam nunc vt tam æstimemus & veneremur.

D. Aug.

Dist. 15.

Pęterea vnum scitu dignum restat

pertra

pertractandum, vt nihil præludiorum desideretur. Est igitur illud hoc loco

De sensu epistolarum Pauli.

considerandum tale, scilicet de epistolarum Pauli sensu. Cuius rei gratia discuti potest, an omnes Pauli epistolæ sint limitandæ & restringendæ ad sensũ tantũ literalẽ Et quod nos prohibet ne istud dicamus & affirmemus, primũ est quia in epistolis Pauli continẽtur allegoriæ & anegogiç. Accedit huc quòd Pauli doctrina multum iuuat & valet ad informandos mores. Confirmatur istud quia canonicæ aliæ epistolæ multos sensus recipiunt preter literalem. Et ex hystoria Euangelica multiplicitas sensuum scaturit & emanat, vt videre est apud illos qui cõmentaria in Euangelia ediderunt. Quin etiam ex actibus Apostolicis consurgunt alij sensus, moralis, allegoricus, & anagogicus præter literalem: vt testis est beatus Hiero. in prologo. Quid ergo causæ est quòd epistolæ Pau. sint restrictæ tantum ad vnum sensum, vt pote literalẽ, & non ad alios? Ad hoc quod nobis primò sese offert dicendum, huiusmodi est, scilicet iã esse pro vero receptum apud multos & egregios doctores, quòd epist. Pau. nõ recipiũt nisi solũ sensum literalẽ in omnibus fermè suis partibus. Et vt è multis vnum nominemus, Burgẽsis vnus est huius sentẽtiæ autor in additione prologi ad Bibliã, & multi alij sunt in hac mẽte sentẽtia, quos si sequi volumus, illorũ opinioni nos subscribere oportet. Neque illud nos impedire debet, quòd quibusdã reputatur incõueniẽs, scilicet quòd epistolæ Pau. quæ sunt tã ti momẽti, nõ gauderẽt nisi vno sensu

D. Thom.

nam B. Tho. in quodlib. 7. docet nõ esse inconueniẽs vt vna scriptura vno tantũ sensu exponatur. Neq; illud quo que qđ adduci potest, scilicet auditores fructus modicũ habituros esse ex Pau. epistolis si tantũmodò ad literã exponantur: nõ obstat inquam istud, siquidẽ ex Pau. epistolis auditores & lectores cõmoda & fructꝰ multos sibi reportabũt. Primò nãq; colligẽt fideli do ctrinã. Quoniã illæ palã nos docẽt quæ in fidei symbolo sũt cõprehẽsa, sicut est mysteriũ Trinitatis, mũdi, creatio verbi incarnatio, Christi passio, resurrectio, & reliqua id genus. Deindè in eis traditur doctrina ad benè beateq; viuẽdũ: docẽtq; hæroicas virtutes Theologales. fidẽ, spẽ, charitatẽ, & alias quas vocãt cardinales. Rursũsum eis omnia peccatorũ & vitiorũ genera extirpantur, euellũtur, ac destruũtur. Quẽ quæsonõ reddũt Pau. epistolæ doctũ, piũ, & bonũ? Quis accessit vnquã fugidus ad eas scrutandas audas, qui non recesserit in Dei amore calidus? quis mũdanus eas legit, qui non sit in alterũ virũ mutatus? Quid habent aliæ scripturæ, quod in Pau. epistolis dãsiderẽtur? Tolle Pau. & erũt multi. Sauli. Si Pau. cõferre volumus cũ alijs epistolarũ scriptoribus sacris, nullis sanè ipse erit secũdus. Etsi non recubuit supra pectus Christi in cœna vtille, tamẽ raptus est ad tertiũ vsq; cœlũ, viditq; ea arcana quę nõ licet homini loqui. Ioannes quod in Christi pectore suxit, postea eructauit quãdo dixit, In principio erat verbum &c, At Pau. præ magnitudine eloqui nõ potuit. Quare si nõ præferimus eũ aquilæ grãdi Ioanni, in hoc tamẽ æquare possumus, quòd sicut inter Euangelistas Ioannes primas renet, sic Pau. inter epistolares (vt ita loquamur) nullis sit secũdus. Ad institutũ reuertamur, dicamusq; quòd satis vtilitatis, cõmodi, & fructus habẽt Paulinę epist. etiãsi tã tũ in sensu literali explanentur, neque ob id minus æstimandæ veniunt.

Ioan. 1.

Dissimulare quòd nũc dicturi sumus aliquando nobis in animo erat: eò quòd nõ videbatur tã necessariũ fore adnostrũ institutũ, vt illa quę hactenus diximus. Est autẽ istud, vt paucis nos expediamus, tale. Nũ Pau. prẽter has epistolas, aliquam aliã scripturã ediderit. Et quod ad hoc nostimulauit perquirendum potissimum fuit varia de hac re Doctorum opinio. Sunt n am

An Paulus scripserit aliam scripturã preter epistolas.

que nonnulli, qui asserunt Paulū scripsisse quoque Euangelium. Quod fortè dixerunt propter illa Pauli verba quæ ipse dixit: scilicet; Secundum Euāgelium, inquit, meum. Habet igitur & Paulus suum Euangelium, præter illa quatuor. Cæterum hęc Pauli verba, diuersomodo a doctoribus intelliguntur. Alij dicunt Paulū intelligere istud de Euangelio quod scripsit Lucas. Nā dicunt Lucam scripsisse Paulo dictante, siue docente. Prohis facere videtur quod Beatus Hierony. in præfatione eiusdem Lucæ dicit; Quod Lucas fuit sectator Apostoli Pauli: & comes totius suæ peregrinationis. Vnde suspicati sunt, inquit, alij qui, quòd quoties Paulus in suis epistolis dicit secundum Euangelium meum, loquitur de Euāgelio quod Lucę inscribitur. Sed huic sensui refragatur primò quod Lucas dicit in prologo suo; se accepisse abillis qui viderunt. Paulus non vidit. Et credibile non parum est, quòd si Lucas scripsisset Paul o docente, ipsum istud non tacuisse. Idcirco alij in aliā sententiam se conuertunt, dicentes, quòd quando Paulus appellat Euangelium suum, ideo dicit, vt excludat Euangelium pseudoapostolorum, quod non erat verum nec approbatum. Alij verò nec hoc, nec illud: sed dicunt Paulum nomine sui Euangelij intelligere doctrinam Euangelicā, quam Paulus vel viuæ vocis oraculo prædicabat, vel per epistolas docebat. Salua horum omnium sententia, nos ob aliam causam Paulum dixisse Euāgelium suum existimamus. Nempè iuxta illum loquendi modum iam receptum, quo autor alicuius doctrinæ, solet illam dicere suam. Et nos dicere solemus, hoc opus est Augustini, Hieronymi, vel alicuius alterius. Cum igitur epistolæ Pauli essent, vt potè ab eo, & non ab alio compositę & fabricatæ, quæ Euangelicę erāt (Euangelium namque rem boni nuncij sonat) bene suam doctrinā Paulus potuit appellare Euangelium. Sed non dixit absolutè secundum Euangelium: sed secūdum Euangelium meum. Nam in alia significatione solitus est Pau. appellare Euāgelium Dei, vt mox videbimus in textu. Quare sicut non constat nobis de libro, cui titulus est, de raptu Pauli, Pauli esse: neq; alium de Pauli, & Teclæ actibus: ita neque constat de Euangelio Pauli. Quorsum debebat Paulus scribere Euangelicum opus? Satis Euāgelica erat sua doctrina: quæ nihil aliud erat, nisi quędam glossemmata quatuor Euangeliorum. Quare de hisce rebus sentiamus quod sentit D. Hieronymus, & patres. Hieronymus nil determinatum reliquit.

D. Hiero.

Deinde suprà dictis duo addere beneuisum nobis fuit, quę fortassis curiosus lector à nobis minimè expectabat: non quòd præsenti instituto peregrina forent, & aliena: sed quòd facile negotio ex alijs sibi mutuare lector posset. Porrò horum duorum alterū est ipsa consideratio temporis, quo paulinę epistolę ab ipso editæ fuere: alterum verò de occasione eas scribendi sermonem facere. De tempore autē, quo beatissimus Apostolus Pau. eas scribere incæpit, vnum certum habemus: aliud verò dubiū. Certum quippe est omnes post suam conuersionē ab eo fuisse scriptas. Quoto autem anno, hactenus indefinitum manet. Nā (quod ego sciam) patrum nemo, tam priscorum, quàm iuniorum, determinatè haud dixit (audeo dicere) vel sciuit. Et proinde certò nō est a quo quam chartis demandatum quo tempore apostolus exorsus fuerit suas epistolas scribere. Sunt qui dicunt istud feciſſe Paulum anno vicesimo quarto à conuersione sua. Alij verò asserūt multò ante feciſſe, nimirùm paulò post suam conuersionem, fundatis Ecclesijs propria voce. Ad quas Ecclesias fundatas, vt eas firmatas, & stabilitas per epistolas relinqueret, voluit de stinare eas per certos nuncios, vt scriptores

Quo tempore fuerint scripte Epistole pauline.

Varia opinio est in scriptione epistolarū Pauli.

ptores epistolarũ in more habent. Neque hac in re Apost. verbis, & Christi mandatis contrauenit vllo pacto. Nã quando Christus dixit de illo; vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs Israël: non erat Christi mens, vt ipse in propria persona portaret nomen suum per vniuersum mundũ; nam istud satis videbatur factu impossibile fore. Quare Christi mandatum adimpleuit Apost. exactè, quoniam tam ore proprio, quam suis epistolis, Christi nomen per vniuersum orbem portauit. Et hæc erat Christi mens illis in verbis, quã indefessè annos permultos tã verbo, quàm scripto, quàm diligentissimè compleuit beatissimus Apost. Quantam autem curam de benedicto Iesu Christi nomine habuerit, ex ipsa frequentissima appellitatione ipsius nominis in suis epistolis manifestissimè constat, & apparet. Quando quæso, non habuit in sua bucca Iesu nomen beatus apostolus? Quando illud non resonauit os eius? Quando tacuit lingua eius? Quando silentio inuoluit? Quando absentibus; præsentibus, & futuris non propalauit? Quando celeberrimum Iesu nomen non preconizauit? Quando denique sine Iesu nomine vnquam locutus est? Nõ ne ipse erat, qui dicebat, nihil existimaui me scire, nisi Iesum Christum? Qui vnũ tantum scit; de solo vno illo semper loquatur necesse est. Scriptũ quippe apud Ioannem est. Quod scimus, loquimur. *Ioan 3.*

Cæterùm nunc de altero proposito dicere nos oportet. Nam tametsi tempus, quo compositæ fuerint Pauli epistolæ nos lateat; verùm haud nos debet latere causa, ansa, & occasio, ob quam scriptæ fuerint ab Apostolo. Si enim, iuxta principem Philosophorũ Aristotelem, omne agens agit alicuius finis gratia: par est credere Paulum, tãtum Authorem, non edidisse suas epistolas temerè, & absque vlla causa. Cognitio namque causæ multò faciliorem reddit cuiusque rei cognitionem. At causam finalem (quã vocãt) si lector inuestigare cupit, propter quã has quatuordecim epistolas scripserit & alias forte (si scripsit): sciat geminam esse: priorem quidem ipsam videlicet fidei defensionem. Tempore etenim Pau. fides, nostra soror, paruula erat, & vbera non habebat. Non enim erat talis nutrix, quæ (vt Paulus) posset dicere: Ego vobis tam quã paruulis lac dedi. Multi quidem paruuli erant, qui fidei panem petebant, & non erat qui frangeret eis. Paulus cùm vbique præsens esse minimè posset, per epistolas suas absentibus panem frangebat, & per easdem quoque ad viam veritatis reducebat illos, qui ab ea declinauerãt. Multi namq; eo tempore erant falsi Apostoli, Pseudodoctores, qui pestiferam & venenosam superseminauerant doctrinam. Quam cum præsens Apostolus minimè pessundare posset, præsentaneum, consentaneũq. existimauit fore remedium, ipsam nimirum epistolarum transmissionem. Porrò ex qnatuordecim quas condidit, decem ad Ecclesias destinauit: ad personas autem priuatas reliquas quatuor direxit. In omnibus verò Ecclesiam Dei contra hæreticas prauitates præmuniuit. Vix etenim vlla fuit suborta hæresis nunc vsque, quæ non fuerit ex ipsa epistolarum doctrina penitùs, & radicitùs euulsa. Adde tu lector amice, quòd nisi Paulus scripsisset hasce epistolas, multæ essent nunc in Ecclesia quæstiones, & dubia. Quæ duo, si modò Ecclesia non habet, tanto Apostolo referre debemus acceptum. Et hæc sufficiant dicta de priori causa, quæ Apostolum mouit ad suas epistolas scribendas. Cęterùm alteram causam, quæ Paulum impulit, congruè dicere possumus ipsam fuisse morum correctionem. Non enim epistolæ paulinæ tantùm fidem plãtarunt, sed etiam prauos mores eradicarũt. Hęc enim

Fidei defensio causa fuit scribendarum epistolarum Pauli.

Pauli tempore multi erant pseudodoctores, nec nunc desunt.

Duo officia boni agricolæ.

enim duæ sunt boni agricolæ partes, plantare nimirum,& euellere. Sic nãq; dictum est Prophetarum cuidam: Posu te,vt euellas,destruas,& dissperdas,& dissipes,&plantes.Hæc duo munera in suis epistolis multò diligentiùs & accuratius compleuit noster Apostolus Paulus. Quod non ibit inficias nisi is,qui eas nunquam salutauit. Nã qui eas manibus suis versant,palàm vident quantas malas herbas nostet agricola Paulus in Ecclesiæ horto,ab ipsis hæreticis plantatas,quàm diligentissimè eradicauit,& sua cultura pulcherrimum Ecclesiæ hortum reddidit,bonisquè plantis ipsum ornauit,& fœcũdauit.Colligamus ergo quæ hactenus dicta sunt & dicamus duplicem fuisse Apostolo Paulo oblatam scribendi causam,quæ similiter mouerunt & alios Apostolos ad scribendas Epistolas. Nolumus autem per hoc, lectorẽ constringere,vt credat putetque præter has duas necessitatis causas à nobis assignatas,nullas alias esse. Sunt siquidem quamplurimæ aliæ, à quibus supersedere iudicauimus operæprætiũ, ne morosi lectoribus videremur. Proinde contẽti fuimus duabus illis assignatis rationibus,quæ plus momẽti inter alias habent. Quærant alij alias,sivolunt nobis satis est scire Pau.suas epist. dictasse vt Christicolas in bonis moribus instrueret, hæreses subortas & suborituras resecaret,& vt vitia quę grassabãtur in populo extirparet, & tãdẽ vt oppositas virtutes in animis fideliũ plantaret.Iste fuit finis &scopus præcipuus diuinarum Epistolarum Pauli.

Quæ causa mouerunt Paulũ cæteroſque apostolos adscribẽdas epist.

Quo explorato & pro vero habito proximè restat,inquirere quisnã fuerit harum Epistolarum scriptor, An ipsemet Paul. vel aliquis alius. Regũ enim Principũ & Magnatũ Epistolæ tãtò maioris ponderis & authoritatis sunt:quantò ab eorum propria manu scriptę sunt.Regia namque scriptura, quamquam à sigillo Regio magnum robur sortiatur:tamen ptopria Regis manus magni fauoris quinimò & amoris indicium est. Quare quòd inuestigemus nos ã Pau.Epistolis quot & quæ sint propria manu scriptæ nemini debet videri nimis curiosum aut superfluum.Non enim istud venamur vt credamus eas Epistolas, quas Paulus manu propria minime scripsit minoris veritatis aut auctoritatis esse, quàm sint illæ, quæ proprio calamo ipsemet scripsit.Vtrique etenim fuerunt dictatæ numine diuino afflantè Vnde hac ex parte æqualance currũt, omnes nec vna alia inferior est.Verũtamen quòd certò dicere possumus tale est nimirùm quòd Epistolæ Pauli neque omnes fuerunt scriptę manu propria neque per alium scribam,sed partim manu propria & partim per alium scribam.Inficiari autem Paulum non fuisse vsum Scriprore nequaquã possumus & valemus, quandoquidẽ ex lectione earundem Epistolarũ manifestum & liquidum est quemadmodum multi illustres.Pauli interpres diligenter satis annotarunt. Sed fortasis mox rogabit nos huius rei curiosus auditor, vt nominatim dicamus qui fuerunt isti,qui Paulo inscribendis Epistolis pro scribis ei inseruierunt.Inter alios(vt cæteros taceamus)D. Lucam & Marcum in hoc officio Diuo Paulo inseruisse communis est patrũ opinio,quę ex ipsismet epistolis comprobari potest. Nam scribens ad Timotheum aperte satis insinuat quãdo ei dixit. Marcum assume tecum: est enim mihi vtilis in ministerium, non sane in alio nisi in scribendis Epistolis. De hoc ministerio loquebatur Apostolus,quod vel ita esse maxime exprę cedentibus verbis manifestum est.Prę miserat quippe Apostolus vt afferret secum libros maximè vero membranas & mox subiungit. Et Marcum assume tecum &c.Istis verbis satis aperte insinuauit Apostolus Marcum vtilem sibi esse ad scribendas suas Epistolas ac proinde Thimothèo scripsit vt

secum

secum duceret Marcum. De Luca autem non tantam coniecturam habemus, licet Apostolus de eo dixerit: Lucas solus mecum est. Hic imbuius fide, & Christiana pietate, factus est socius itineris Pauli, & peregrinationis eius comes. Et sic coniectura magna ira hi potest, quòd ipse quoque Lucas nostro Apostolo Paulo in scribendis Epistolis coadiutor fuerit. Vsus est igitur Paulus Luca, & Marco, iamquam scribis suarum Epistolarum. Nonnullas autem ipsemet Apostolus proprijs digitis scripsit, vt est illa, quæ ad Galatas destinata est, sicut cap. 6. constat dicēs. Videte quibus literis scripsi vobis mea manu. Illa autem, quę est ad Philemonē, propria manu etiā ab ipso scripta fuit. Sic enim in ea dicit. Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mhi & tibi vtilis, quem remisi tibi: tu autē vt mea viscera suscipe. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Mox post hęc verba dicit. Ego Paulus scripsi manu mea propria. Hæc sint satis de scribis Epistolarum Paulinarum, de quibus adhuc supereſt vna alia cōsideratio, quam nonnulli Pauli enarratores habere solent, eamquè puāt aliquid momenti habere ad exactam, perfectamquè cognitionem Epistolarum. Existimant namque non minus vtile esse considerationem de locis, è quibus missę fuerunt Pauli Epistolę, quàm sit illa, quæ nupet absoluta fuit de scriptoribus earundem. Et licet fortassis ita sit (vt isti contendunt) nihilominus tamen cum tractatio ista de locis, vnde missæ sunt Epistolæ, longissima sit & valde prolixa, & multum perplexa, & nos verbum dedidimus de breuitate seruanda, istis habitis rationibus iustum iudicauimus nūc huiusmodi tractationem fore omittendam, seruandam verò in alium locum. Indiget si quidē magna temporis mora, maximè si de omnibus simul Epistolis cōsideratio habeatur. Melius quidem & expeditius fieri istud sigillatim, quando de vna quaque Epistola ratio habebitur. Nam alias opus esset percurrere quasi rotam illam scripturam, quam B. Lucas scripsit, quæ vulgò dicitur, Acta Apostolorum. Ex illa namque scriptura series peregrinationis D. Pauli aperitur, ostenditur, & colligitur, & ex peregrinatione loca, quę lustrauit, & peragrauit Apostolus. Peregrinatio autem Pauli per mundum longa, & magna tractatione opus habet. Non enim paucis absolui potest. Et proinde in tam magnam syluam ingredi nobis cordi haud fuit. Nostro nunc muneri satis feciſſe putamus, si tantùm tractauerimus quod in hac respectat, & pertinet ad Epistolam ad Romanos, ad quam accingimur pertractandā, quæ scripturę tradita est, & composita Corinthi, vt testes sunt doctissimus Hieronymus, & Origē. Beatus verò Augustinus, & Haymo, hanc Epistolam de Athenis veniſſe existimant. Neque tam dispar est horum doctorū placitum, vt irreconciliabile sit dicendum. Nam Angelicus Doctor Thomas facili negotio eos conciliat. Legat eum qui volet. Cęterùm vtra horū doctorum amplectenda magis sententia sit, dicat qui audet. Doctissimus magister Frater Dominicus Sotus, in suis in hac Epistola cōmentarijs, ausus est, & fortè nō solū voluntate propria armat, sed non leuib⁹ rationib⁹ munit⁹, sententiā Hieronymi magis laudare & approbare. Quibus autem istud faciat causis, cōsulat eum quicunque voluerit, & intelliget. Non tamen illis rationibus immobiliter hęreat, quandoquidem & altera sententia teneri potest vel hoc solo nomine, quòd tanti doctoris, videlicet Augustini auctoritate, & testimonio sit munita. Abundet quisque suo sensu, & sic vni sentētiæ hæreat, quòd aliam non condemnet. Nō enim hæc res est, de qua fas sit catholicis habere litigium: cedere tutò potest vna

pars

pars alteri,& vice versa,vt omnes(sicut Paulus admonet)idem dicamus. Et vt lector nihil desiderare habeat in hoc negotio, postquã scit vnde fuerit hæc Epistola,nimirum ex Corintho missa: intelligat quoque &sciat per quem latorem aut baiulum. Receptum est apud interpretes Pau. quod per Phœbẽ latricem delata fuit præsens Epistola. Neque videri debet hoc inconueniẽs, quòd Apostolus mulieri crediderit tãtum negotium. Nam si spectetur qualitas & conditio mulieris huius: nulli videbitur mirum quod Apostolus fecit. Agnoscebat eam intus & in cute. Neque quod de quibusdam mulieribus dicitur, id in vniuersum de omnibus est intelligendum. Multæ namq; fœminæ animum virilem habentes, sicut viris fortiores fuerunt: ita & fideliores. Apostolus eius fidem exploratam habens, non recusauit ei committere hanc Epistolam. Erat namque latrix, & baiula fidelissima. Quare tutissimè missa fuit per eam. Erat etenim mulier hæc ministra Ecclesiæ Cenchiensis, de qua quale dedit testimonium Apostolus, legat lector (si placet) in hac met Epistola cap. 16. vbi commendat Paulus eam Romanis dicens. Commendo vobis Phœben sororem nostram &c. Non erat mulier hæc germana Pauli secundum carnem, sed secundum Fidei religionem. Sicut enim in ore Pauli omnes homines fideles fratres sunt (Christo dicente) omnes vos fratres estis: sic quoque mulieres omnes fideles sorores nuncupari solent. Et quod hæc mulier non esset Pauli soror secundum carnem, ex adiuncto pro nomine illo, nostram, constabat. Non enim dixit, sororem meam, sed nostram. Huius insignis mulieris, quæ ministrabat necessaria Ecclesiæ, officiũ erat ministrare illis, quì dispensatores erant verbi, & sacramentorum, & pauperibus etiam, ad imitationem earum mulierum, quæ Christo redemptori nostro inseruiebant & ministrabant, quarum vna & præcipua erat illa Mariæ Magdalenæ soror, Marta nimirum, quæ studiosè pietatis opera, & misericordiæ exercebat. Cum igitur mulier hæc Phœbis tanta virtute prædita esset, de ea securus Apostolus, non recusauit tradere ei tantum negotium. Deinceps, vt huic negotio finis imponatur (de quo copiosè, eruditè, & exactè tractatum est à Patribus Ecclesiæ, & àquam multis peritissimis doctoribus) nos breui compendio (prolixa & accurata tractatione postposita) absolutum dedimus: ea præcipuè tractando, quæ præcipua iudicauimus ad hoc negotium expectantia forè: relegatis tamen multis alijs, quę minimè necessaria erant. Nunc autem ad Pauli textum cupientes accedere (ne lectorem, diu multũqu è remoremur) rem vnam cõsideratione oppidò dignam, rimari volumus. Non enim hęc res digna est, vt inter hæc qualiacunque nostra Seminaria silentio inuoluatur. Est autem istud huiusmodi. Quæ nam sit excellentia, & quanta Epistolarum Paulinarum. Non enim istud occultandum erat. Cæterum præstantia doctrinę Paulinæ ex partibus multis colligi potest: sed eò potissimè ex mutua scilicet collatione & comparatione. Totius siquidem scripturę sacræ vna pars, & non infima, est doctrina illa, quam Paulus in suis Epistolis nobis copiosè exibuit: quæ quantis dotibus & prerogatiuis prædita sit & ornata, nõ valet lingua quęuis enarrare. Adde tu lector pie, quòd si de hac re tractare vellemus & exactè eius dignitatẽ propalare: opere prætium sanè esset totam sacram scripturam renoluere, quod haud quaquam fieri posset sine magno scripturæ volumine. Grandes enimet prolixas materias sermo breuis nequit comprehendere. Proindè nos nunc breuiter Apostoli doctrinã cum aliquot scripturę sacræ partibus conferre tantùm intendimus: seruata tamen semper illa breuitate, quam mul-

Math. 23.

De excellẽtia Epistolarũ Pau.

multoties in hoc opere lectoribus polliciti sumus, quod, Deo dante, & nunc faciemus. Et vt statim accingamur ad comparandam Pauli doctrinā cum alijs: primò nouitius Scripturæ sacræ auditor in duas partes generales totam fore distributam sacram scripturam intelligat & præsupponat. Alteram appellant cōmuniter, Testamentum vetus: alteram verò, Nouum. Est quoque & aliud, quod studiosus lector obseruare & presupponere debet (vt nostra de hac re mentē teneat) quod sicut inter partes veteris testaēmti illa, quæ agit de lege, anteponenda est illi, quæ de Propherarum doctrina pertractat: sic quoque & Nouo Testamē to, illa scriptura ab ipsis quatuor Euangelistis reserata, alijs preferenda venit. Et hoc ideo præsupponendum dicimus, quò intelligeret lector, quòd quā do loquimur d comparatione doctri næ Pauli cum alijs, non intendimus tanti eam facere, vt velimus dicere eā esse præferendam scriptis quattuor Euangelistarum. Absit. In nouo autē instrumento primas tenent euangelia quatuor, Mathæi, Marci, Lucę, & Ioānis. Si verò aliquis vellet Pauli doctri nam dicere illis æqualem esse; certè haud aberraret. Secus autem esset de multis alijs scripturis. Cæterū qui plenè cupit scire quæ nam sit Pauli doctrina; ipsūmet auscultet in illa epistola, quam ad Galatas destinauit. Ait nāque ibi sic. Notum vobis facio fratres euangeliam, quod euangelizatum est à me: quoniam non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Nota lector verbum, per reuelationem. Vndè rectè collige Pauli doctrinam immediatè fuisse ei reuelatam. Nam non fuit ei mediātibus angelis reuelata, sicut quibusdam alijs, sed immediatè à Christo reuelata fuit ei; à Christo, in quā, à dextris Dei patris sedente, & in gloria triūphante. Hæc igitur vna est ex donibus, & prærogatiuis doctrinę Paulinę. Sed iam huic rationi aliam iungamus ad excellentiam doctrinæ Paulinę magis demonstrandam. Est præterea in epistolis paulinis tāta alutudo, & sublimitas doctrinæ, quanta a quouis homine desiderari posset. Si beatissimæ triadis sacramentum optes (vt a maximo exordiar) quæ scriptura copiosius, & dilucidius mysteriūm explanat? Si mysteriū incarnationis explorare vis, vbi magis elucidatū inuenies? Si ad prædestinationis absconditū negotiū, a ccedere nō audes, ad Paulum confuge. Si te terret sacramentum panis, videns panem sine pane; Pauli epistolas consule, & timorem excutè. Qui Paulū habet, quid non habet? Sint tibi satis Pauli epistolæ: eas non semel, sed sępè lege, memoria retine, & sano sensu eas intellige, ab ipsomet Paulo (eius precibus intercedentibus) earum intelligentiam require. Si de libero arbitrio, de originis peccato, de lege, de fide, de operibus, d iustificatione, de sacramentis, de Angelis, de què multis alijs rebus, tibi disserēdum est: ad Paulum confuge; qui de prædictis abundè satis, maximè in hac ad Romanos epistola, tibi multa suppeditabit. Hæc enim, vt est alijs Pauli dificilior, ita sacramentis est vberior, & plenior. Et ā hac re amplius nihil. Porrò de Pauli vita, genere, officio, & conditione, nec vllum volumus habere verbum. Non enim pertinet ad interpretis officiū. Quare qui hîc se intromittunt de Pauli vxoritio, istud voluntariè tantūmodò faciunt. Nulla nos cogit necessitas, aut vtilitas ad hoc ventilandum: ad vtiliora enim vocamur. Neque obid suo loco nostram qualemcūq; diligentiam negamus, quinimò promittimus, quando hæc res talem considerationem requiret, & proprius locus postulabit. Præterea antequam postremam manum imponamus huic negotio, quod Paulinas concernit epistolas: non videbit fortassis peregrina, &

Pauli doctrina, & si non sit præferenda: est æquiparanda tamen.

na, & aliena ab instituto consideratio, quam multi Pauli studiosi interpretes hoc loco habent, de inscriptione, siue titulo epistolarum toti volumini affixo. Et licet hæc tractatio prorsus à cutiositate non sit aliena, & immunis; tamen commodi aliquid secum afferre potest. Est autem titulus talis. EPISTOLAE PAVLI APOSTOLI. de hoc titulo in controuersia positum est apud aliquos, num ipsemet Paulus affixerit, an ab aliquo alio, iam Paulo mortuo. Hæc quæstio vnum videtur supponere, & aliud per quirere. Supponit namq; omnes Pauli epstolas in vnum corpus, siue volumen fuisse redactas sic, quòd omniũ epistolarum vnus tantum sit tomus: sicut modò in nostris Biblijs manent, & sunt. Et hoc præmisso, quæritur quis ille fuerit, qui talem titulum toti volumini dedit. Istud certò scire reuera haud facile est: credibile verò, & vero simile ab ipsomet apostolo factum esse, & non ab alio (salua omni meliori sententia) non dubitarem. Siquidem multis coniecturis ad hoc credendũ pius lector adduci potest. Magna siquidem incuria, & grandi negligentia Paulus notari potuisset, si eas vagas, & dispersas dimisisset, & sine suo proprio titulo. Quare piè credendũ est, quòd priusquam Paulus tradidit epistolarum volumen ecclesiæ fidelibus, eas intitulauerit. Dices fortè tu: Paul⁹ non dimisit suas epistolas in ecclesia intitulatas: sed inde mox non rectè colligitur ab eodẽ Paulo fuisse titulatas. Fieri istud sanè potuit ab aliquo suorum discipulorum, à Timotheo ni mirũ, vel alio. Respõdeo. Hanc collectionem non intulimus sanè nos tanquam necessariam, sed tanquam magis probabilem. Siquidem sibi istud magis incumbebat, quàm alijs, cum ipse esset illarum author, & fabricator. Vndè magis probabile est, & credibile, ipsum Paulum talem titulum in suis epistolis apposuisse; quinimò & propria manu scripsisse. Si enim Paulus in more habebat in vna quaque epistolarum (vna sola excepta) affigere suum nomen, vt constaret quis esset author illius, & illis quoque, quę propria manu nõ erant scriptæ, solitus erat inscriptionem semper apponere: quãto magis istud faciendum erat in toto volumine omnium epistolarum, quod fidelibus ecclesiæ destinabat? Profectò multis periculis expositisset suas epistolas, si eas reliquisset absque propria inscriptione. Primò quidẽ, multa falsa permisceri potuissent à falsis Apost. & ab hæreticis. Tum etiam (vt hæc nostra tempora docent) propter temporum varietatem, multi libri prohiberi solent eò potissimè, quòd sine nomine authoris circũferuntur. Vndè prudenter, ac sapienter satis, elapsis diebꝰ, á patribus inquisitoribus in hac catholica Hispania nostra, iure, & meritò prohibiti fuerunt omnes illi libri impressioni de mandati absque nomine authoris, tanquam de mala, & praua doctrina suspecti. Profectò huic periculo apost. subiecisset suas epistolas. Quare nemini certè dubium esse debet Paulum ante obitum suum in vnum volumen congregasse omnes suas epistolas, & in fronti spicio huiusmodi titulũ apposuisse, videlicet. EPISTOLÆ PAVLI APOSTOLI. Et vt hãc rem finiamus, & missam faciamus; si ex dictis non remanet satis persuasus lector: non grauabimur vnum aliud adiungere, ex quo solo quiuis docilis lector facili negotio, si vult, persuasus euadere potest. Ad memoriam reuocet lector, quicunque sit, quod sacra pagina recolet de mose, illo legis doctore grauissimo, de quo dicit, quòd scripsit legem, & dedit eam sacerdotibus filijs Leui, qui portabant arcam fœderis domini, & omnib⁹ senioribus Israel, inquiens eis: tollite librum istum & ponite eum in latere arcæ fœderis Dei vestri, vt sit ibi contra te in testimoniũ. Quid quæso fecit bonus doctor-

Deutero n my. cap 13

ctor Moses? Quid? Operã dedit, & cura uit, vt omnia legis voluumina congluti nata, & adaptata, in vnũ volumen, quod ipse posſuit in custodiam in gra tiam fururarũ generationum, essent. Si igitur Moses, Iudęorũ doctor, om nia volumina legis in vnum redegit, ac coaptauit volumen, quod rradidit in custodiam propter futuras genera tiones; quantò potius erędendum est id ipsum Paulum fecisse; cum esset do ctor, & gentium magister? Quare cre dendum profectò indubiè est, quod Apostolus, qui plus alijs laborauit cũ verbo, tum facto, non defuit in hac re tam ecclesiæ Dei vtili, & necessaria. Non enim fas est credere Paulum in re tam necessaria in curiam habuisse, qui in multis alijs rebus minoris pon deris, semper fuit non modicùm dili gens, & cutiosus. Et vt concludamus istud, Quorsum quęso Apostolus Ti motheum suum charissimum discipu lum, & Marcum scribam eius, tanta so licitudine, tantaquè diligentia procu rabat, vt ad eum citó venirent? Timo theo enim scribebat dicẽs: Festina ad me venire. Er subinde mox vrgebat, aiens: Marcum assume, & tecum ad duc; quasi diceret; ad me citó propera te, mihi sanè vehementer estis neces sarij, vestra opera, & ope, opus habeo. Cedo Apostole, ad quid tibi sunt isti necessarij? Non vides eos in minis terio esse occupatos? Sciebat sanè noster Apostolus quibus in rebus erant occu pati: sed ab illis cessare illos æquũ du xit, vt intenderent in alijs negotijs, quę erant majoris momenti, & necessitatis, cuius modi erat negotium concer nens Epistolas. Et quoniam ipse erat morti propinquus, & tempus suæ re solutionis instabat: proinde vrgebat suum discipulum, vt citò veniret ad eũ relictis alijs negotijs, & vt secum duce ret Marcum, qui ei in scribendis, redu cendisquè in vnum volumen epistolis valde ei erat vtilis, & necessarius. Et de hac re istis dictus sit nunc contentus lector candidus. Peritus verò plura, & meliora super addat, si lubet. Restat nouissimè postquam diximus de titu lo omniũ epistolarũ Pau. in cõmune, & in vniuersum, vt aliquid dicamus d titulo, siue inscriptione, de vnaquaq; in particulari. Nam licet cõmunis titu lus vnus dumtaxat sit: specialis alius at que alius est. Sicut enim quælibet epi stola singulare habet argumentum, ita & singularem titulum, & inscriptionẽ. De argumẽto dicemus proximè: nũc autem de titulo huius primę epistolæ, quam aggredimur (fauente Deo altis simo) aliquid vt dicamus æquum est. Solent namque, & pro more habent periti interpretes librorum, in primis curam habere de illius libri titulo, quẽ assumũt enucleandum, interpretandũ què. Sicut enim per Ianuam ad domũ ingressus fit; sic per libri titulum ad li brum intratur. Quod ergo in domo ia nua est, in libro titulus quoque est. Et quemadmodum in aliquibus domi bus affigi solent suorum dominorũ nomina, perquæ palàm fit quorũ sunt: sic in libris tituli hoc ipsummet præstãt & denuntiant. A pertonamque libro, mox nemo non videt cuius authoris liber sit, nisi ille, qui visu caret. Neque parum inter est huius, aut illius sit liber. Nõ enim omnes æquam habent eru ditionem, nec pari voluptate lectores alliciunt. Vnde, vt de meipso testimo nium feram (qua in re multos etiam habeo testes) hoc mihi semper vsuue nit, vt cum ad domum cuiusdã Biblio polæ accedo empturus aliquos libros, primò, & ante omnia meos injicio o culos in illos, qui Pauli nomine sunt ti tulati. Quod non aliunde accidit, nisi ex eo quòd ipse á primis (quod aiunt) unguiculis, Pauli nominis sui semper amantissimus. Et hæc res inter alia me impulit, vt in hac epistola sermonem haberem de ipsius titulo: tametsi non me lateat in morem esse apud Philo sophos, Logicos, & etiam Theologos, quando librum aliquẽ aggrediuntur,

Simile.

Expo

exponere inter alia, quæ præmittere solent, vnum & primum esse, versari nimirum circa librititulum, per quem mox agnoscetur authoris nomen. Et sic absque dubio nobis credendū est huiusmodi titulum præfixum huic epistolæ fore legitimum, quinimò & abipsomet Apostolo appositum. Neque nos clam est non nullos esse, qui in contrariam sententiam destinarunt negantes & dicentes Apostolum haud quaquam suis epistolis affixisse istos titulos, & inscriptiones, qui modo reperiuntur in suis epistolis. Porrò refellere hanc opinionem in præsentiarum non est nostrum: videāt qui in ea sententia persistunt quam rationem habeāt ad illud dicendum, & quanti momenti sit: nosverò sicuti in alijs rebus, absque ratione probabili, & efficaci lo qui erubescimus. Ita & nunc in hac re, & opinione, quę cum sit prædita satis probabili argumento, citra alterius iuriam opinionis, nostrā existimamus veriorem, &, vtistud ratione monstremus, en ipsa ratio in promptu est; quę nobis non modicam fidē facit. Quis quæso hæsitabit Apostolum Paulum non seruasse consuetudinē illam, quę abipsis scriptoribus epistolarum perpetuò obseruari solet? Num ipse solus oblitus fuit talis consuetudinis? Sanè non est credibile, neq; apparet quòd Apostolus istud de industria fecerit; dissimulauerit que. Siquidem quemadmodum non dissimulauit, neque prætermisit, in fine suarum epistolarum (promore scribentium epistolas) apponere locum, vnde mittebantur suę epistolæ: ita quoque, vt perfectum scribendi modum seruaret, credibile valde est ipsum in suis epistolis affixisse titulos, & inscriptiones, vt per eas palàm fieret ad quosvna quæque epistola destinata esset. Hæc sanè ratio non parū momenti habet apud me. Alioqui dicendum nobis esset, quòd Apostolus in modo scribēdi fuit truncatus, & imperfectus, quod dicere sanè nemo debet; nulla quippe in re vnquam Apostolo superfluus, aut diminutus fuit. Cæterùm iam tempus est, vt istis nostris præludijs finem imponamus, ne lectoribus plus iusto molestiā inferamus. Nescimus autem an negotij limites simus, transgressi. Quod si reuera fecimus, nulla pœnitentia ducimur, considerantes negotij vtilitatem, quam credimus nos attulisse illis, quibus hæc nostra qualiacunque scripta pro futura putamus. Sūt etenim quæ dicimus quasi radices, & quędam ceu fundamenta, è quibus diligens, & acutus lector, commodè, faciliquè negotio poterit colligere multos ramusculos, flores, & fructus pulcherrimos. Si enim commune est omnibus artibus certos habere canones, qui tanquam fundamenta iaciuntur, & præmittuntur; multò magis ipsa sacra scriptura, quæ ars artium est, & scientia scientiarum, absq; istis præludijs, & fundamentis, nequaquam erat pertractanda. Qui igitur vult artem scripturæ sacræ interpretandi adipisci, opus est (si fæliciter in ea versari cupit) vt istis nostris præludijs præditus, & munitus accedat. Rogamus interim tamen benevolum lectorē, vt quę dicta sūt, & dicēda quoq; ipsua humanitate æqui, boniq; cōsulat.

ARGV-

ARGVMENTVM

Epistolę Pauli ad Romanos.

PRIVS Epistolæ argumentum varij vario modo depinxere. Verum, si exacte hæc varietas pensetur, cuiuis diligẽter prospicienti non de re, sed de modo dicendi palam alia ei apparebit. Et enim varietas dicendi de vnamet re non rarò pro conditione, & ingenio dicentis oriri solet, potiùs quã ab ipsamet re, quę ipsissima manẽs, vnomodo ab vno, & alio ab alio enarratur, dicitur, depingiturque. In hoc tamẽ bene conuenit inter omnes quòd argumentum nõ debet esse nimium prolixum. Vsurpatur namque in hoc loco argumenti nomẽ pro quadam dicendorum breui, & succinta manifestatione. Quare in Epistolis Pauli argumenta apposita sunt (crediderim enim non ab ipsomet Apostolo, sed a balijs) pro sua phrasi, & modo loquendi. At prouectis sufficere deberet illud argumentum, quod appositum fuit, & præfixum huic Epistolę à doctissimo Hieronymo, quod sic incipit. Romani sunt partis Italiç &. Satis enim in illo continentur ea omnia, quæ in argumẽto apponi solent, quę tria sunt Primum qui censendi sunt Romani? Secundùm, quorsum ad istos scribit, & quæ occasio illum mouit, cum ab eo haud visi fuerint Romani: Tertium vnde ad illos scribit. Ceterum si post tantum doctorem nobis aliquid dicere conceditur, & nos aliquid dicere audebimus quoque. De Postremo illorũ triũ in nostris pręludijs diximꝰ. Vnde hæc epistola ad Romanos trãsmissa fuerit, nimirũ à Corintho. Causa verò, obquã Apostolꝰ Romanis scripserit, alia nulla fuit, nisi vt reuocaret illos ad verã Fidẽ, & religionem, à quibus perfallos Apostolo. auocati erãt. Porro Romani isti nõ solũ Iudęi, sed etiã gentiles erãt, nõ tantũ qui Romę nati erant, sed quotibidẽ habitabant siue Iudæ, siue gẽtiles ex duobus istis populis adunata erat tũc tẽporis Romana ecclesia, in qua procurãte dæmone acerrimo pacis, hoste, exorta fuerũt magna iurgia, & subortæ lites grãdes, quasi irreconciliabiles. Nec mirũ, siquidẽ (vt vulgò dicitur) inter superbos semper sunt iurgia. Vterq. enim populꝰ superbiæ labe infectꝰ erat, nec alter alteri cedere volebat, sed vterq. illorũ Prælaturã ambiebat. Gentilis siquidẽ populus sibi fore debitam prætẽdebat per sapientię humanæ dotes, perq. maiorẽ agnitionẽ rerũ naturaliũ, & potissime ipsius Dei, & peram plã & copiosã virorũ sapientũ multitudinẽ, quę in illa natione semper fuit. Hisce rebus, & multis alijs pręrogatiuis eis concessis, merito, & iure putabant debitã esse illis prælaturã, quã pro viribus suis vsurpare nitebãtur. Existimabãt enim solos ipsos esse sapientes, & sapientiam extra suos cancellos, & domos minime alibi inueniri, & hoc nomine Iudeos, etsi ad euangeliũ cõuersos, nõ parùm exosos, & deiectos habebãt. Verũ enimuerò Iudæorum populus videns, ac considerans ea beneficia, munera & dona, quæ Deus ei fuerat elargitus, suã quoq. cristã erigebat, dicens: Nos sumus gens sancta, regale sacerdotiũ, Dei populꝰ, nobis solis Messias promissus, pro nobis tantũ è celo emissus, iuxta illud verbum: Non sum missus nisi ad oues domus Israël. Panis filiorum noster est, nec vobis, vt pote canibus, mittendus. Nos patrem inspiritu, & veritate adoramus, vos idola colitis, nos cęleste manna pauit, & enutriuit annos non paucos, vos fœnum, vt boues comedistis, nos sanctam Dei legem in Synai mõte per Moysi os accepimus, vos sine lege viuitis, quasi animantia bruta. Nos circumcisionem à santis patribus libentissimè accepimus; vos incircuncisi estis. Nos Patriarchas, permultosque Prophetas habemus Abraham, Isaac, & Iacob, per Mosem

Matth. 15?

argumentũ breuitatem dat.

Quid argumenti nomẽ hoc loco præferat.

Hieremiam, Esaiam, & quam plures alios, Deus opt. Max. nobis loquutus est; Vobis autem vestra peridola dæmonia mendacia loquuta sunt. Quid plura? Tandem iudæi dicebant gentibus: Dicite quæ nam alia natio sub cælo fuit, quæ tot, & tantis signis fuerit confirmata? Non ne dē nobis, & non vobis Propheta regius cecinit dicens? Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Quęnā igitur hæc est vestra iactantia, & quę præsumptio, vt nobis tot tantisq. donis, & priuilegijs donatis vos velitis (nobis etiam inuitis) esse prælati? Vnde hæc tanta vestra tactātia, & insipiēs præsumptio? Quæ vos dementia cepit? Nunquid vestrorum scelerum, & facinorum obliti estis? Cedite nobis. Quos Deus tantis, & tot beneficijs ornare decreuit, vos ipsos pares, & æquales facitis? Quid uobis, & nobis est? Vt tandem concludamus omnia, dicite, illis ex quorum semine Christus, magnifica proles, secundum carnem conceptus, natusq. est, vos anteponi posse putatis? Non est sana hęc vestra prætentio. Nos igitur vobis prælati iure esse debemus. Nos enim Abrahæ filij sumus, ne mini seruiuimus vnquā. Vos ancillę filij, nos autem liberę. Istis rationibus, alijsq. Iudęorū natio se iactabat, & pro totis viribus conabatur (fortiter reluctātibus gentibus) gentilitatē subiugo Mosaicę legis adducere. Sed vnum illud non est tacendū hic, quòd omnia Iudæorum dona, & dotes vehementer fædabat, maculabat deturpabatq. videlicet, quòd impudētes iudæi hæc omnia recensita suis peculiaribus meritis accepta ferebant. Neque ab hac nota gentes immunes erant. Quoniam & ipsę se præferebant Iudęis, & dotes sibi ab omnium donorum largitore Deo elargitas suis viribus, & meritis ascribebāt. Apostolus autem videns intam celebri Ecclesia (qualis erat Romana) tot lites, & tantas altercationes, iurgia, & contentiones, tantosque tumultus in retam ardua, operepretiū duxit ad Ecclesiā Romanam, quæ aliarū caput erat, hanc epistolā destinare, cum non posset tūc tēporis per presentiam propriā tāto malo obuiam ire, & tanto morbo medelam adhibere.

Iudeorum et gentium vna erat culpa.

Romana ecclesia aliarū caput.

Mos bonorū et peritorum medicorum.

Solent namq; boni, & periti Medici, cum ad infirmos accedere nō valent, p litteras, & nūcios saluūfera pharmaca ipsis ægrotis ordinare, & mittere. Hoc vsuenit nostro Apostolo Paulo, qui alijs præpeditus negocijs, ad sedandas illas contentiones, quæ non sine magno periculo in aliud tempus dilatari poterant, in propria persona non valēs proficisci Romā, sui loco hāc salutiferā epistolā per latorē mittere decreuit. In qua docēs vtrosq. nimirum Iudeos & Gentiles, ad pacē & cōcordiā reducit, ostēdēs ambos legis fuisse effractores, & omnes peccati reos, ac proinde gratia maxime indigos. Quā rē si diligēter agnouissent, nec vni, nec alteri vel cogitare ausi fuissēt, & multō minus dicere quod ex suis meritis salus eis debita esset. Sināq; credidissēt vt par erat, sola gratia Dei & Iesu Christi, citra vlla merita propria eos saluādos fore: profectò proprias cristas, & supercilia, more pauonū suos pedes intuentiū, depoſuissēt. Sed de hoc negocio nō plura, siquidē de horū hominū prætētionibus, quæ tenebris non paucis inuolutæ erāt, iā aliquātulū fusè in nostris seminarijs dixim⁹ fortassis plura dicturi. Legat qui volet ibi. Vnū tamē hoc loco ipsos lectores huius epistolæ admonitos volumus, quod data opera in laudem presentis epistolæ dictū esse volumus, videlicet, quod licet omnes Pauli epistolæ eruditione, & doctrina plenæ sint; hæc certè multo exuberāt⁹, & abūdātior est omnib⁹ alijs. Cōtinet nāque doctrinā rerū maximarum, & præcipuarum, quæ spargim in tota sacra scriptura cōtinentur. Quid quæso te, bone lector, habent Prophetæ? quid Apostoli alij? quæ si in

Pauonū mos qualis sit.

Laudes epistolæ ad Rom.

sí in hanc Pauli epistolam oculos ponis non inuenias? Hæc sanè epistola precipuam partem sapientiæ (qua nostra hęc catholica Romana ecclesia opus habet) continet. Ipsa est effluentissimus Ecclesiæ fons, quæ totam irrigat nostram ecclesiam, quæ haud dubiè sicca, veluti terra sine aqua esset, si hæc Pauli epistola abesset. Cum igitur doctrina huius epistolę maxime nobis sit necessaria; reuera oportet, vt permultum familiaris nobis sit, & Maximè nobis, qui scripturę sacrę professores fieri, & esse cupimus. Qui enim istud prosperè agere volunt, postquā à Deo petierint mentem bonam, veritatis amorem, intellectum syncerum, sanam intelligentiam, cor docile, & reliqua id genus, quæ ad tantum munus necessaria sunt, procurent semper, & obliuioni haud tradant, hanc Pauli ad Romanos epistolam (quę cō pendij vicè est ad alias scripturas illustrandas) semper habere, & manibus suis versari.

Doctrina epistolæ ad Roma. Ecclesiæ et nobis maxime necessaria.

Sed iam tempus est vt nostrum Paulum loquentem audiamus.

QVI artificiosè Scribūt,& alijs epistolas dare solēt,imprimis hæc cura esse solet vt initium à persona scribēte capiāt, &ei,cui scribunt salutem dicant. Hæc duo ars scribendi recta nos docet, vt apud Rhetores videre est. Alterum quidem fit, quòd scriptor notus fiat: alterū vero, vt vrbanū se ostēdat. Vrbanitatis nāq. regula, tā in salutationibus, quàm in scribēdis litteris obseruāda est,& non obliuioni tradēda. Eloquētiæ namq. ille parens Marc⁹ Tullius,nunquā nō obseruauit in suis ad amicos,ac benevolos scribēdis epistolis,hanc cōsuetudinē vt pote bonam noster Apost. in suis epistolis, tāquā diuinæ eloquēnę magister,acpręceptor obseruare operæ pretiū quoq. duxit. Quare à se ipso, qui scriptor huius epistolæ erat exordiri voluit in primo verbo, dicēs: PAVLVS. Id quę fecit,vt mox prima frōte Romanis,quibus destinata erat hæc epistola,author eius,& scriptor agnitus foret. Ac proinde exor⁹ est à suo proprio nomine dicēs: PAVLVS. Quasi diceret: Nulla sit vobis cura ā autore,& scriptore huius epistolæ. Ego Paul⁹ sum ei⁹ author qui eā mitto ad vos, qui Romæ estis. De facie vobis ignot⁹ sū, sed nomine ten⁹ forsā notus. Sapientissimus Apo. perpetuo in suis epistolis se nominat Paulū illa dēpta, quæ scribitur ad Hebræos,quæ sine authoris nomine circūfertur. Quod fenestrā aperuit forsā olim quibusdā hęreticis, & hac nostra infœlici tempestate nonnullis Catholicis vt crederent illam ad Hebræos epistolam nō esse beati Pauli Apost. Et inter alias rationes, quibus suadere intendebāt,illarū vna(& nō infima)erat eo quod illa epistola nomē Pauli nō haberet quēadmodū cæteræ aliæ,quæ proprio nomine extāt præscriptę. Sed de hac re nō est hic accommodus tractandi locus. Si dominus dederit, & vita comes fuerit. quādo eā explanabimus,de hac re rationē habebim⁹. Tametsi nunc per Dei gratiā iam certi sumus nullius alterius,quàm Pauli Apostoli esse,& modo nos tanquā verum suppositū gratis recipimus. Cæterūro gabit nos fortassis aliquis dicēs. Quor sum fecit Apost. cum illud factū ab euangelistis nō viderit? Nullus namq; illorū in frontispicio suæ scripturę propriū affixit nomē. Neq. occasionē sumpsit ab illis antiquissimis scriptoribus. Nā neq. Moses, neq. alius Prophetarū auspicatus est volumē,& librū suū à proprio nomine. Paulus verò, & alij qui suo tempore scripserunt,hac noua scribēdi forma scripsere. Quæ nouitas ansam præbuit curiosis lectoribus dubitandi,nūin hac re Paulus laude, vel vituperio dignus fuerit,vt pote qui nō se accōmodauerit illi cōsuetudini antiquæ,quā Prophetæ,& alij obseruarunt: sed nouā methodum adinuenit, quā sibi peculiarem fecit. At nouitas in Ecclesia nō est prorsus ab omnino ta aliena. Et addetu,quòd Paulus noster doctor erat in ecclesia,cui dici poterat illud: Quæ nā hæc doctrina noua? Vnde prodit hic nouus homo? Nūquid surrexit in nobis aliquis nou⁹ vates? Prophetæ enim nō sūt soliti suis scripturis præfigere sua nomina. Quid sibi vult hęc nouitas? Huic dubitationi pro nostro more occurrēres, dicimus Paulū alienū esse à culpa, si noua methodo & nouo modo vsus est. Nā id nō est factū temerè,& nouitatis gratia (tametsi non omnis nouitas vitio sit dāda) noua quippe doctrina nouum modū iure exposcebat. Sed ideo Paul. fecit,vt in hoc aliquid sacramenti nobis insinuaret. Atdices mox. Quæ latet in hoc sacramēti ratio? Respondetur multiplex est hīc mysterium. Primum quidem hic latet discrimē inter ministros noui,& veteris testamenti. Nāli cet vtriq. iuxta diuini Pe. placitū, loquuti sint spirante Spū S. magis tamē videnī authores scripturę sacræ ministri

Consuetudo in scribendis epistolis.

Respondetur obiectioni.

De Epistola ad Hebreos.

stri noui testamenti, quã veteris. Quo nomine hæc licẽtia magis dari potest illis quã istis, vt sua volumina auspicẽtur à proprijs nominib⁹; tametsi neutri sint principales, & primarij authores scripturæ, sed instrumẽtarij. Porrò hęc ratio diserimĩnis licet videatur pulchra, tamen nõ est propria, sed cõmunis, neq. exactè concludit. Nã si momenti multũ habet, ꝓfecto æquũ esset, vt id quod factum est à Paulo, faciset ẽt alij quoq. euangelistæ. Quoniã isti quoq. ministri erãt noui testamẽti & tamẽ hi sine proprijs nominib⁹ sua scripta foras miserũt. Quare hæc diserimĩnis ratio nõ est vndequaq. fixa, & valida: ideo alia est nobis venãda. Hui⁹ rei cõstans ratio occurrit nũc alia, quę nescio an lectori plausibilis erit. Ipsa autẽ huiusmodi est, videlicet hoc factũ esse à Pau. vt ipse nobis, & lectori b⁹ notã magis faceret suã excellẽtiã & prærogatiuã, quę erat ꝓpetua, atq. cõtinua Spũs sẽti in eo assistẽtia. Iugiter enim Spirit⁹ sanct⁹ diuinũq. numẽ suo pectori inhærebat, vt ipsemet eõfessus est, dicẽs: An inuenimentũ quæritis ei⁹, qui loquit̃, Christi⁹? Si hæc ratio tantum haberet accõmodationis, quã tũ habet virtutis ꝓfecto nõ parũ lucis huic negotio afferret. Veruntamẽ cõmunis quoq; mihi videtur hæc ratio sicut præcedens, quoniã quãquã Pau. in hac assistẽtia Spũs sancti Prophetas excelleret eò, quod illi donũ prophetię nõ continuò & iugiter haberent, sed certis tẽporib⁹ illustrabat mentes eorũ: Nã prophetiæ donũ non inerat eis (vt placitũ est Theologorũ) permodũ habit⁹: sed ad instar passionis, quæ de facili amouetur. Et ideò intellectus & mẽs illorũ nõ erat cõtinuo illustrata lumine prophetico. At lumẽ cœlit⁹ datũ Pau. ei⁹ mentẽ cõtinuo illustrabat, & assistebat ei: inerat enim ad modũ habit⁹ permanẽtis fixè. Sed hęc luminis perseuerãtia residentiã cõtinuãtiã in euãgelistis habebat. In quib⁹ nõ mir⁹ loquebatur Christus, quã in Pan. Quocirca (nisi fallor) hæc ratio communis mihi videtur. Excogitaui & ego modo aliã causam, ob quã Paul⁹ prę-

Cur Paulus inceperit hãc epistolam à suo proprio nomine?

fixerit suis epistolis suũ nomẽ. Sed dubito an futura sit grata curioso lectori. ingenia enĩ hominũ, & gust⁹ (de quib⁹ dicitur vulgo nõ esse disputãdũ) varia sũt. Et quis oĩbus placere potuit? Si fastidioso lectori nõ arriserit: fortassis facilicò in grata nõ erit. Colũbæ enim saturatę (vt in ꝓuerbio est) cerasa sunt amara. Est igitur forsan causa, ob quã Pau. suas epistolas ꝓprio nomine ntulauit primo verbo, vt suã dignitatẽ officij, muneriq. præstãtiã patefaceret illis quib⁹ scribebat. Maioribus qui scribunt, & litteras mittũt, nõ pręponere, sed postponere sua nomina solent. Vt si quis scriberet Regi nostro Philippo, sub hac verborũ serie, scriberet. S. C. R. M. Philippo Regi inuictissimo, Thomas à Regib⁹. S. D. Vbi scriptoris nomẽ in calce est positũ, nõ in principio salutationis; quod fit honoris gratia, forsã inciuile esset, si versa vice fieret. Quare Pau. sui muneris excellẽtiã præ oculis habens; tacitè Romanis insinuare voluit, auspicãdo à proprio nomine, dicẽs: PAVLVS. Celebre nãq; nomẽ erat tunc temporis istud. Et licet Apost. de se ipso humilẽ haberet æstimationẽ; verũ quãdo res exigebat de suo Apostolico munere vel tãtillũ detrahi haud sinebat. Neq; id fieri iactãtiæ causa existimãdũ est nobis: sed ne dũ nimiũ seruatur humilitas (vt dicit B. Aug.) regendi, & instruendi frangatur authoritas. Quã Pau. nõ põposã, & inflatam, sed christianã pręsefere bat. Hęc siquidem in pastorib⁹, & ijs, qui præsunt, nõ est virtuti humilitatis aduersa. Pau. quãdo Timotheũ Pręfectũ reliquit, eũ admonuit dicens: Vide nemo contẽnat tuã adolescẽtiã. q. d. ei, serua tuã authoritatẽ, nesinas eã aba liquo vilipendi. Non est igitur culpæ obnoxium, quando opus est, ostentare authoritatem. D. Aug. 1. Timo. 4.

Sic Paulus cum ei negotium esset eũ Romanis, qui arrogantię vitio labora bãt, ne eius authoritas despicabilis ha

dici potuit Paulus: quia illum deuicit & glorioſè conuertit ad Chriſtũ. Hæc opinio vetuſtior & antiquior eſt, quã ipſe Hieronymus: Nam tempore Origenis euulgata erat, ſed non ab Origene probata. Vbi tu lector acute, nota quomodo inter grauiſſimos doctores, quod ab vno probatur, ab alio reprobatur, quando res non eſt tãti momẽti. Cęterũ ipſius Chryſoſtomi ſentẽtia eſt, quod Apoſto. diuinitus fuerit mutatũ nomen. Hęc nominum commutatio frequentiſſima eſt in ſacra pagina, ſicut patet de Petro, cui nomen Simon cõmutatum fuit in nomen Cephas, & Abraham, & Iacob, & multi alij. Huic ſententiæ ſe ſubſcripſit venerabilis Beda, à qua non longe eſt. Di. Ambroſius. Porro doctiſſimus Origenes palam confitetur Paulum à pueritia duo ſortitum fuiſſe nomina, ſci. Pauli nomen & Sauli, neq; in ſolo Paulo hoc vſuuenit: Nã multi alij fuerunt binomij: vt, Matthęus, qui alias dictus eſt Leui, & complures alij, & nũc inter nos facile eſſet repetire homines binomios. Hęc ſanè opinio tum propter auctoritatem tanti doctoris, tum etiã ob multas cõiecturas, quæ fauent ei, veriſimilior videtur, & à ſancto noſtro doctore Thoma iudicatur melior & forſan ſcripturę affinior, & ſaltim a calumnijs liberior. Alter Tho. puta Caie. neq; eã, quæ Hiero. Chriſoſt. Ambro. Auguſt. aut Origenis eſt, approbat, ſed nec reprobat, ſed dicit iſtud incertum eſſe, cuius rei incertitudinem legat, qui volet apud eum. Tale ego in hoc meo magiſtro agnoſco ingeniũ innatum: vt ſemper certa pro certis, & incerta pro incertis pronunciet & dicat: quod nõ puro iudiciũ eſſe trivialis ingenij. Melius enim multo eſt, quod incertũ eſt, pro tali haberi, & reputari quã incertũ exiſtimari procerto: Nam illud prius tutius dicitur, quam hoc poſterius enuncietur, cum dico illud fore incertum, verum dico, maximè quãdo eſt ſub multis ac varijs opinionibus poſitũ, è quibus naſcitur incertitudo: & eo major, quò varior eſt inter multos de ea re ſententia & opinio. Vtcunq; ſit de hac re, teneamus quod certũ eſt, dimittentes quod incertum eſt. Porrò hîc certum eſt nobis hoc tãtũ, videlicet quod Paulus in frontiſpicio cuiuſcunq; epiſtolarũ ſuarũ perpetuo ſe Paulũ nominat & nunquã Saulũ, quod forſè Apoſt. haud fecit citra myſterium. Sed dices quod myſterũ in hoc inueniri poteſt? Si lubens audis dicetur tibi, & mox: fecit hoc Apoſt. vt inſinuaret ſe iam non eſſe illũ, qui eccleſiam deuaſtabat, illũ quidẽ furijs invectum, qui nemini parcebat, nec viro nec mulieri, ſed mutatũ eſſe in alterũ virũ quaſi diceret, non ſint vobis, o inclyti Romani noſtræ litteræ inuiſæ, eo quod à me vobis mittantur, homine qui tam malè audiebã apud vos, non ſum iã ille Saulus: cui dictũ fuit, Saule, Saule quid me perſequeris? Scio ad vos delatum fuiſſe rumorẽ de Saulo illo famoſo depopulatore gregis dominici, vaſtatore eccleſiarũ crudeliſſimo, & animarũ prædone rapaciſſimo nõ is eſt, qui vobis ſcribit ſed Paul⁹ ſeruus Ieſu Chriſti, perſona idẽ ſum, ſed mutata pelle, ex lupo ouis factus, non nouo nomine indutus, ſed illo feroci relicto, dulciſſimo & mãſuetiſſimo indut⁹ Pau. nomine, ſcribo vobis: & nolire mirari hoc, nã indut⁹ nouã religionẽ, & cahomunere ornat⁹, ſub alio quoq; nomine, illo tũgi debeo. Nouiſtis me ex auditu ſub alio nomine quãdo eccleſiã deuaſtabã, nẽpe ſub Sauli nomine: nũc ſcribens agnoſcite me quãdo eã reædifico ſub Pauli nomine. Notus deniq; vobis fact⁹ erã ſub nomine perſecutoris, ſim rogo modo cognit⁹ ſub nomine Pauli harũ litterarũ ſcriptoris. Ecce myſteriũ, quo Apoſt. maluit mittere ſuã epiſtolã Romanis ſub Pauli, quã ſub Sauli nomine. Exiſtimauit enim (& ita fuit) ſuam doctrinã magis illis futuram gratam, ſi ſub nomine Pauli diuulgaretur. Solem⁹ namq;

Origes

D. Chry.

Beda & D. Ambro.

D. Tho.

Caieta.

Actor. 9.

Simile.

quando legimus opus aliquod, vel librum aliquem(cuius obscurum & nō gratum est auctoris nomen) retardari immo auocari omnino ab eius lectione: Secus tamen quando liber est insignitus nomine auctoris,qui vel amicus,vel gratus,vel in opinione nostra est acceptus. Apost.autem non poterat esse gratus Romanis & acceptus sub Sauli nomine, quod execrabile & inuisum toti orbi erat.Ananias autem quando audiuit Christum dicentem ei,vade Anania , introduc Saulum in domum tuam,egregiè timuit & excusare se volens dixit:domine audiui multa mala de viro hoc, quasi diceret:domine habe me excusatū,male auditSaulus inter nos:Quare prudēter quidem in suis Epistolis fugit huiusmodi nomen: scandalo sanè Romanis fuisset: Quare Apost. præcauēs ab illo nomine in suis epistolis,eo vti nunquam voluit,sed sub Pauli nomine omnes euulgauit,teque vt diximus in noua religione muratum indicauit & sic voluit etiam quasi nouo nomine nominari· dico autem quasi nouo nomine: quia res tūc dicitur fieri, quādo innotescit. Sic & nomen potest dici nouum,non quod ante non habuerit: binomius namq. semper fuit, sed quod in suis epistolis notificatum maximè fuerit. Pauci antea eum sub tali nomine agnoscebant,eo quod dum erat persecutor , iugiter sic se appellitabat,& alio non vtebatur nomine . Et fortè hæc fuit ratio quare crediderūt aliqui Paulo in sua conuersione tributum fuisse Pauli nomen,& omnino ei aduenisse de nouo:quod aliquibus rationibus nos ostendemus non esse tā vero consimile , quam aliqui putant. Si tamen prius repudiata fuerit crassa & friuola cuiusdam etiam nostri instituti ratio,qui dicit quod opinio eorū, qui dicunt Paulum semper fuisse binomium , facilè posset admitti , nisi veraret hoc scriptura quæ à certo tēpore incipit eum nominare Paulum; quæ ratio frigida est:nam etiam scriptura a certo tempore vocat & nominat eumSaulum.Scriptura si non semper vocauit Paulum Apostolum, iam diximus cur factum sit: quando erat lupus,non debebat nominari vocabulo & nomine ouis,nec econtra, quando ouis,nomine lupi: forsan Spiritus Sancti concilio factum est, vt nomen Pauli reseruaretur ei,eo pro tempore quo esset Apostō. & predicator, qui debet esse humilis & quietus. Vnde di- D. Ambro.
uus Ambrosius ad hoc alludens, dixit quod Apostolus ex Saulo factus est Paulus,hoc est de inquieto quietus,& de lupo ouis.Et licet hęc mutatio fuerit dexterę excelsi, non tamen necessario in ea fieri debebat nominis mutatio . Nam eriam talis mutatio facta fuit in Magdalena,vbi nulla fuit nominis demutatio:neque refert quod per temporis aliquod spatium postquam fuit conuersus Apostolus,dictus fuerit Saulus: quoniam antiquum nomen non potest tam cito obliterari & oblitioni tradi.Et si nobis licet huic negotio addere vel vnam rationem,ad ostendendum,quare Apostolus magis sit vsus nomine Pauli:eam in medium Alia ratio proponitur.
adducemus, non quod putemus esse eam rationem litteralē(quę nulla dari potest)nequeideo erit contemnenda. In hac enim re satis esse nobis debet adducere quæ cōsentanea sunt ad nominis congruentiam . Congrua igitur & conueniens causa fuit Paulo mutādi nomen illud Sauli in nomen Pauli,vt regium nomē & magnificum ferret,& hu mile amplecteretur: quo denotaret se (more superborum) nō ampla nomina & magnificos titulos ambire . Regium namque nomen erat Saulus,vt testis est ille rex sic nuncupatus.Paulus autem nomen abiectum & humile:si respicias eius deriuationem:deriuatur namque à parum. Neque obstat quod fuerint nonnulli inter Romanos viri insignes qui hoc nomine fuerint donati.NamPaulusnō

assum

assumpsit tale nomen ad venandam gloriam humanam, sed vt ostendat se humilem & abiectum, qualem præfert nomen Paulus. Qualiter autem Apostolus se humiliauerit & nihili fecerit se ipsum: puto istud magis pro moribus docēdis facere, quam ad explanationē litteralem pertinere, quā modo texere intendimus. Scimus enim nō solum humanitatis, sed & omnium virtutum Paulum nostrum esse exemplar & typum, quem qui imitari voluerit: non poterit non magnum sibi virtutis cumulū coaceruare & thesaurizare. Et hęc dicta sufficiāt de Pauli nomine: in quibus tractandis fortasis longius iecimus lanceam, quam volebamus, nec modo nos pęnitet: nam secundum nomen eius: ita & laus esse debebat. Hæc omnia diximus, quęsi dicerentur longe maiorte la ordiri posset. De Etymologijs autē eius duorū nominū, scilicet Saulus & Pau. remittimus lectores, ad alios doctores qui de Etymologijs latū faciūt sermonē, quę an multū faciant ad rē, sint alij iudices. Diuus Hieronymus non semper laudat. Vnum tamen hīc desiderari potest ad exactam complectam quę huius rei considerationem, quod non semel hæsitauimus vtrum aggredi deberemus, videlicet aliqua quę videntur pugnare cum sententia Hieronymi, Chrysostomi, Ambrosij, & aliorum, qui hos duces sequuntur de nomine Pauli: & quod nos detinebat, illud erat, scilicet tantorum virorum tam excelsa auctoritas, & doctrinę maiestas. Cōsensus enim sanctorū patrum, à nobis videtur esse amplexādus, & non contradicendus. Istum nā que honorem tum sanctitate, tum sua mirabili doctrina sibi iure compa rarunt. Respondetur reuerā venerandam & sequendam fore sanctorū Patrum doctrinam, sed non in omnibus rebus, sed in quibusdam sic, in quibusdā non. Quare non minus docte, quā eleganter peritissimus doctor Cano in illo opere de locis Theologicis, diligentissimè nos admonuit duo esse genera rerum, alterum earū, quę vel ad fidem vel ad catholicam doctrinam pertinent, alterum vero, quę citra iacturam pietatis ignorari possunt non modo ab imperitis, verum etiam à doctis: propterea quod hęc nec sūt dogmata fidei, nec ab illis oriuntur, sed sunt res de quibus liberum est vel philosophari, vel theologari in primis rebus, qui orthodoxi sunt, regulam sanctorum patrum necessario sequi debent: at in secundis rebus, non est necessarium, Atqui quæstio hęc de Pauli nomine non est primi generis, sed de earum rerum conditione est, quæ sine fidei iactura quisq; vt vult sentire potest. Neque adstringuntur se sanctorum patrum subscribere voto. Iacto hoc ceu fundamento, nemo rationis tam inops erit, qui nobis vitio det & temerarios nos iudicet eo quod videat à nobis aliqua adduci, quę contraria sunt Sanctorum patrum opinionibus. Namquēadmodum ipsi inter sese interdum non conueniunt in huiusmodi rebus, quæ nec ad fidem faciunt, nec ad bonos Ecclesię Mores spectant: Quid mirum si aliquando noui interpretes vel tantillum ab illorum placitis declinarint? non enim istud fit, quo sanctorum patrum egregia doctrina aliquid de suo perdat cādore & honore. Sunt autem, quæ nūc proponenda veniunt, exercitij potius gratia, quam contradicendi animo, quædam examina illarum rationum, quibus muniti dixere illi patres Paulū non fuisse binominum. Et primo vt exordiamur à beato Hieronymo, vt par est, qui inter omnes interpretes sacræ scripturæ primas tenet, ipse qui dem semper perseueravit in ea sentētia quòd Paulus tale nomen a Paulo Sergio mutuò acceperit. Dixi autem semper perseuerasse, propter beatum Augustinum, qui aliquando eius fuit opinionis, quam alibi derelinquit. Primus

Cano. lib. 11. c. 4

De Hiero.

Respondetur cuidam obiectioni.

Obiectiones aduersus ea quæ dicta sūt

mus scrupulus qui sese offert contra hanc beati Hieronymi sententiam, talis est. cap. 13. Vbi narratur conuersio Pauli Sergij tam frequenter dicitur apostolus Paulus, quam Saulus, & ibi dicitur Saulus, qui & Paulus, ex quo constat probabile esse, imò clarum, ipsum Apostolum ante conuersionem Sergij Pauli, iam fuisse dictum Paulum. Vnde cap. 13. dicitur expresse quod Paulus Sergius pro consul iussit accersiri Paulum & Barnabam. Igitur iam erat appellatus apostol⁹ noster Paulus.

Act. 13.

Secūdo nōvidetur rationi consonū, quod conuersus det ei nomen, à quo fuit conuersus, sed prepostero modo qui conuertit adfidem aliquem, ei nomen dare habet. Hoc nos docet experientia apud nos, quando aliquis dominus habet seruum turcam vel maurum, si cōtingat è mauro fieri christianum, præsertim industria domini sui, non est assuetum vt dominus deposito suo priori nomine, induat nouum nomen serui sui turcę vel mauri, sed è contrario fieri solet, vt dominus in fauorem sui famuli, si quando libertate donatur: permittit illum proprio & peculiari nomine domini sui nominari, & sic apud nos sunt multi agareni & mauri cōuersi ad fidem nostram, qui gaudent dominorum suorum nominibus. Quòd si dicas, Paulus Sergius nobilis proconsul Romanus erat & non famulus Apostoli Pauli: Vnde nō videtur de eo par ratio cum alijs. Ad hoc dicitur, verum esse quòd Sergius proconsul non erat Apostoli famulus, nihilominus tamen negari non potest quod non fuerit Apostolo Paulo minor & inferior. Nam dicito, inter illos Paulos duos q; romanos, vter erat prestantior, Paulus Sergius, aut Paulus Apostolus Iesu Christi? quis major, qui conuertit, aut qui conuersus est? haud dubiè noster Paulus multo interuallo alterum Paulum superabat. Non igitur rationi consonum erat, vt maior à minori celebre & honorabile nomē mutuaret. Vnde fortassis beat⁹ Augustinus hisce rationibus permotus, cum aliquando fuerit eiusdem opinionis cum beato Hieronymo, in ea noluit persistere, sed in aliam descendit sententiam, quę erat Origenis, & multorum aliorum, videlicet Apostolum bina à principio habuisse nomina. Cęterum de beati Chrysostomi opinione modo dicere nos aliquid oportet (qui meritò vocatus est os aureum) is existimauit commutatum fuisse diuinitus Apostolo nomen, vt in hoc non esset co apostole suo Petro minor, cui facta est cōmutatio nominis Simonis in nomen Cephæ: sic vsu venisse dicit in Paulo, cui mutatum est nomen Sauli in nomen Pauli. Sed non dicit quo tēpore hæc mutatio facta sit, si in die, quo baptizatus fuit, vel si quando solum inter segregatos fuit, & missus vnà cum Barnaba ad gentes, sed nihil refert istud: quoniam non disputamus de tempore, quo datum fuit ei hoc nomen quod ego ita existimo esse in certum: sicut incertum est an semper fuerit binomius Apostolus. In hanc sententiam beati Chrysostomi est etiā scrupulus fortè non exiguus, qui huiusmodi est, si vel in Baptismo aut in vocatione aut in missione Apostolus hoc nomine fuit insignitus: Quare non fecit aliquam mētionem Lucas? De alijs hominibus, quibus commuta fuerunt nomina, Iam expressim dicit scriptura: At de Paulo, tanto Apostolo, nec vnum verbum fecit. Coniectura igitur magna est nihil tale factū esse in nostro Apostolo; & confirmatur istud, si nomen fuit vel in Baptismo vel dum fuit vocatus a Deo Apostolus, Lucas non dixisset Saulus, qui et Paulus, sed dicturus erat Paul⁹, qui et Saulus, vel Paulus, qui antea erat Saulus. Sed verba beati Lucę dicentis, Saulus qui & Paulus, palam ostendunt vtroq; nomine fuisse appellatum. Et accedit ad hęc, quomodo si de repente acceſſit & venit apostolo hoc nomen

D. Aug.

D. Chrysost. opinio de nomine Pauli.

men Paulus, tam cito & Romanis, & alijs, quibus ipse dedit epistolas, notum esse potuit? Si Apostolus non fuisset iam antea notus sub nomine Pauli, sed tantum sub nomine Sauli: quo modo mittebat litteras sub hoc nomine? tam subito & de repente innotescere poterat? vix est credibile. Neque illa ratio de Petro, vt ei par esset multum momenti habet, vt quæ non sit similis mutatio. Namque nominis Petri mutatio, propter officium facta est: quia debebat esse caput ecclesiæ, & idem dicendum de mutatione nominis Abrahæ, per illam mutationē significatum est: quia debebar esse pater multarum gentium. At nomen Paulus non innuit vel officium, vel sacramentum, aut dignitatem aliquam, sed tantum insinuat magnam Apostoli humilitatem: nam Pauli nomen nihil aliud sonat, quam pusillum & humilem. Quod nomen ad viuum ei competit. Nam Paulus non tantum secundum vocē, vt multi sunt humiles, sed reipsa hoc est interius, exteriusq; voce enim multis in locis præclaram suā humilitatem patefecit, quando dixit se blasphemū, contumelioſum, abortiuum, & apostolorum omnium minimum fore. Et licet nō semper nec interius, nec exterius Paulus humilis fuerit: vt videre est quando furijs inuectus Christianos persequebatur; tamē non ob hoc nomine Pauli indignus erat: futurum enim erat vt ipse talem se ostenderet non modo verbo sed & opere. Hæc dicta sufficiant de nomine Pauli ad eius laudem, & sui nominis commendationem, quę si quibusdam fastidiosis hæc rāquam superflua videbuntur. Tu vero lector bone si sapis his frui poteris, interea dum fastidiosi meliora dabunt, nos pro nostra curta supellectili hæc tibi suppeditauimus modica & exigua.

Quid significet mutatio nominis petri et abrahæ.

Veruntamen occasio nobis data fuit satis ampla differendi de nominū mutatione in viris cùm genere clarissimis, tum doctrina perillustribus. Abraham enim mutatū est nomen: Iacob dictus est Israël, & vt aliqui volunt Sauli nomen mutatum est in Pauli nomē. Quis crederet ista facta esse sine grandi mysterio? Propter enim vitę, statusq; mutationem, & alicuius officij assumptionem, non aberraret qui diceret istud fieri. Nam Deus in monte habet mutare nomina seruis suis interdum propter merita, aliquando vero ob demerita. Quando enim Deus quem quam eligit ad aliquod munus, pro cōsuetudine habet mutare illius hominis nomen. Sic factum est in Abrahamo, Sara, Iacob, Petro, & alijs. Petrum namque Simonem Barionam appellauit: at quando constituere super eum voluit Ecclesiam, Petrum solum appellauit dicens. Tu es Petrus, & super hanc petram, ędificabo ecclesiā meam. At quando dormiebat in horto, quod pastoris ab officio alienum erat, appellatus est non Petrus, sed Simon. Simon, inquit Christus, dormis? non potuisti vna hora vigilare mecū? Quasi diceret. Nolo quod nocte tota vigilent prælati & pastores: sed quod factu facile est, vna hora scilicet, bene possunt vigilare. Mutātur quoque nomina aliquorū, obiliorum demerita, vel prauos mores. Vnde salcator Christus Lucæ 13. Herodem appellauit vulpem: quia vulpinos habebat mores. Dicite inquit vulpi illi; hoc est Herodi; Ecce ejicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras. Sic Paulus ob nouum munus in quod ascitus erat, mutatum est ei nomen Sauli in nomē Pauli vt à quibusdam dici solet. Mutatus est enim Apostolus ex statu persequūtoris in statum prædicatoris. Ex his breuem colliganius ad componendos aliquorum mores allusionem. De illis loquor qui vocati sunt, & creati de nouo in aliquo magistratu, vel officio reipublicę siue ecclesiasticę, siue secularis: vt admoncamus eos quod quē admodum suscepерunt noua nomi

Quibus de causis Deus mutare soleat nomina seruis suis.

Luc. 13.

Allusio.

na

na,& nouos titulos sic dent operam vt respondeant illis suis in operibus. Creatus es judex, nosi nomine solo gaudere,si non vis diligenter, etiam pauperibus,viduis,pupillisq; iustitiam administrare. Pastoris nomen & titulum suscepisti,facito vt oues tibi commissas,verbo, opere, & doctrina per te,non per alium,pascas. Et si christiani nomẽ accepisti, cura diligenter vt te talem opere ostendas,qualis nomine nuncuparis.Sed proh dolor,quot reges, quot præsules, quotq; iudices inuenies qui non ęquanter suscipiant huiusmodi nomina,quibus acceptis suorum munerum obliti, non respondẽt titulis suis:sed si antea pij,benigni, misericordes,liberales,& cunctis alijs virtutibus erant prediti:dignitatibus receptis hæc omnia à se excusserunt

Seruus.

Status,siue cõditio scribentis.

POstquam declarauit personã scribentis à nomine proprio , nunc Apostolus eandẽ notificat ab ipso statu,siue conditione.Sed statim rogabit nos quispiam,dicens; Paulus nũquid cognomentum habebat? Nam Paulus,siue Saulus nomen est non generis,vel familiæ.Cõmune quidem hominibus est cuiuscunque sortis. Paulus enim nominari solet tam homo illustris & nobilis, quã homo abiectus & infimę conditionis. Nomina namque ista quæ in baptismo hominibus imponũtur indiscriminatim communia sunt regibus, principibus, peritis, & imperitis: illustribus, & rusticanis: quare ex istis nominibus solis non potest agnosci exacte dignitas & nobilitas scribentis. Multi sunt Pauli, multi Petri,multi Ioannes, ex cognomine vero ostenditur magis excellentia scribentis:vt si dicas Ferdinandus a Guzman, Henricus à Mendoça, Petrus à Cardona, Ioannes à Moncada, Hieronymus à Pinos, Philippus ab Eril,& sic de cęteris:hæc cognomina mixta cũ istis nominibus ptoprijs personarum excellentiam & sanguinis puritatem manifestãt,quæ si sine istis cognomẽtis sola dicerẽtur , nulla scribentis cõditio aut dignitas demonstraretur:neque quis esset scriptor clarè ostẽderetur.Et id circo qui scribunt litteras,prę ter ptoprium nomen quod à baptismatis fonte acceperunt solent apponere & cognomentũ.Apostolus hoc non fecit. De suo cognomine mẽtionem nullam fecit: sed tantum dixit; Paulus . Quis quęso Paulus ? Multi sunt Pauli.Quare qui creantur Pontifices ad tollendam huiusmodi homonymiam sic se nominant, dicentes: Gregorius decimus,Clemens Septimus,vel Pius Quintus. Nam isti cum ad tantum fastigium honoris eleuantur,semper sua cognomina tacere solẽt in suis litteris.Quòd si sola sua nomina propria apponerent, magna esset confusio. Noster Apostolus absolutè absque aliquo additamento se Paulum nominat.Quòd si tali nomine solus ipse esset insignitus, nil mirũ esset.Quòd si mihi aliquis dicat, locũ hic habere figuram illam quam appellant Antonomasiam,nõ videtur hoc fore dictum recte.Siquidem hęc,non habet locum in nominibus proprijs, sed in alijs nominibus: vt in nomine Propheta;pro Dauide, in nomine Apostoli:pro Paulo,in nomine Philosophi,Aristoteles,in nomine Poęte Virgilius,& sic de reliquis:sed nomina Petrus,Paulus,aut Ioannes,nullam pręse ferunt antonomasiam. Verum est tamen quod nunc apud nos quãdo auditur Pauli nomen,absolutè nullum alium quam Apostolum intelligimus. Sed fortassis tẽpore quo ipse scribebat non sic erat in vsu , & sic debuerat se cognominare,& patefacere genus suũ solent namque plerique tacere genus suum eò quod non sit multum nobile At Paulus ex nobili genere erat, atque parentela,Romanus ciuis erat vt ipsemet confessus est,non Romæ natus

tus, sed hoc priuilegio donatus. Quod perindè valebat, sicut quod Hispane dicimus HIDALGO. Non erat igitur quòd suum genus erubescere deberet. Scire ergo oportet qua de causa istud omiserit. Si in rebus incertis coniectari fas est, dicemus, nos de hac re quod sentimus. Certu nihil de hac re nostri prædecessores reliquerunt nobis. Paulus in hac epistola ad Romanos non casu, sed consulto suũ cognomen, suum genus, suamque parẽtelam silẽtio inuoluit. Videbat quippè istud non expedire Romanis quibus scribebat. Nec minus hæc res cũ suo, scilicet celebri nomine? Paulus cõcordabat. Nomini quidẽ, laus de suo genere, deque suis progenitoribus minime competebat. Paulus namq; (vt supra dictum est) humilem abiectãq; resonat personã. Quid absurdius quæso, quam cum abiecto & humili nomine, miscere velle generis nobilitatẽ sanguinis præstantiam, fastum, pompam, & magnificentiam ostentare? Dixit quidam; non bene conueniunt maiestas & amor. Dico ego; non bene quadrant humilitas & maiestas. Quare sui nominis ratio iure ab eo postulabat, vt iuxta nomen eius laus eius esset. Id circo à nobilibus illis titulis se abstinerè debebat. Præterea neq; personis quibus cum illi res erat conueniebat. Si enim Paulus Romanos arguere iactantiæ & arrogantiæ intendebat vt eos humiles redderet: si ipse se extulisset, vel de generis nobilitate, vel de parentum claritate, vel quod esset de tribu illa Beniamin (quæ priuilegio gaudebat) vel dixisset se Abrahamitam, aut Israëlitam, vel gentium doctorẽ, vel quippiam aliud simile; quid dixissent Romani, quid de luscemet titulis se iactabant? Profecto nõ dubitassent reror quere in Paulum quod ipse illis vitio dabat. Id circo ad eradicandam Romanorum superbiam, non expediebat vt Paulus in medium proderet egregios & famosos suos titulos, sed debuit eos quoad potetat occultare; illos quidem proditurus quando res ipsa exigeret: sicuti fecit ad Philip. cap. 3. vbi aliquantulum late se ipsum depingit dicens. Nos vera circuncisio sumus, ex genere Israël, de tribu Beniamin. Hebræus, ex Hebræis: secundum legem Pharisæus, cõuersatus sine querela. Hæc & alia multa sunt in quibus poterat gloriari Apostolus, verum noluit, sed tantum gloriatus est in Christo Iesu. Ecce vnam rationem, ob quã Apostolus suum clarum genus dissimulauit arq; tacuit, semper nobis humilitatis præbens exemplum. Quem Paulum vtinam nobiles nostrę ętatis imitari vellent: quod nescio an sperare possimus, cum eos videamus tam sui esse amantes, vt citius permittant sibi detrahi aliquid de bonis fortunæ, quam de suis titulis.

Pauli nomẽ celebre est.

Ouidius.

Phil. 3.

Secunda ratio esse potest, si dicam (quam ego pro me existimo potiorẽ) Paulum putauisse & verè existimasse maiorem esse nobilitatem, ipsam Iesu Christi seruitutem, cui seruire regnare est. Nobilitas namq; carnis, multis modis denigrari potest & sine honore esse. At illa quę venit ex obsequio Christi, semper clara, candida, & laude digna est. Sic beata & fœlix terquaterq. illa puella Agatha dicebat. Ancilla Christi sum, & ideo me ostendo seruilem personam. Ego ex nobilissimis orta sum natalibus, vt omnis parentela mea testatur. Sed summa ingenuitas ista est, in qua seruitus Christi comprobatur. De hac quidem nobilitate, se iactabat Apostolus, de qua D. Hiero. sic loquutus est dicẽs. Vera nobilitas est clarum esse virtutibus. Quas virtures & dores cum habeat seruus Christi, nequit fieri quin nobilissimus sit. Tantam igitur Paulus nactus nobilitatem, non opus habebat vt aliã scilicet, carnis, coram Romanorum oculis proponeret. Dei namque seruitus tantum sublimat homines qui ei se manciparunt, vt omnes alios honores

Pulchra sanctiaS Ag.

D. Hiero.

res,& titulos post se relinquat. Quæ quæso maior gloria,aut quæ amplior & illustrior nobilitas,quam Deo creatori suo in seruire? Beati sūt serui qui coram eo stāt. Colligamus igitur Paulum se Romanis fecisse notum a conditione & statu personæ. Sed hoc epitheton siue attributum quod Apostolus suo nomini adiungit proprio prima fronte, aliquid de laude alterius deprimere videtur. Paulus siquidem, iuxta nominis hebraicam interpretationem, admirabilem sonat: non modo verbo sed etiam opere. Qui igitur fieri potest vt seruus qui abiectionem spirat & redolet, admirabilis sit? Et si admirabilis, quomodo seruus? Sanè hęc duo nomina primo aspectu pugnātia aut dissonantia esse videntur. Ad istud dubiolum non incongruè vno & alio modo, respōsio dari potest. Primo modo, si dicamus Paulum nō dixisse absolutè & solitariè se esse seruum; sed cum additamento; seruum Iesu Christi. Quod tantum abest vt sit vile, & abiectum nomen, vt prestantius sit & excellentius nomen quam Paulus. Et ideo non solum hoc postrius eius nomen nō deprimit prius: verum etiam non modicè perficit atq; illustrat. Honorificum profectò hoc nomen est & regibus etiam condignū. Nihil igitur de Pauli excellentia deperit ex aliterius vocabuli coniunctione. Secundo modo dissolui potest hæc dubitatiuncula, dicendo quod Paulus nihil minus cogitauit hoc loco quam etymologiam hebræam, etiamsi esset Hebræus, sed tantum respexit ad etymologiam latinam: secundum quam nomen Paulus (vt potè latinum) sonabat, modicum abiectum, & vilem. Cū qua etymologia maximè, quadrabat aliud nomen nempe seruus. Quasi diceret Apostolus, indignus, abiectus, & humilis seruus. Nam seruus quidē nihil est; vel si aliquid est, tui domini gratia est. Non sibi, sed suo domino laborat: cui cadit, vel stat vt dicturus est ipsemet Apostolus in hac epistola ad Romanos. Volens igitur Apostolus ostendi modicus, humilis, & abiectus, vt sua abiectione, & humilitate, extirpare inciperet supercilium Romanorum, apposuit nomen istud seruus. Solet enim seruus esse in laboribus noctu dieque & exigua & rara est ei requies: sic Paulus, vt ipsemet testatur, 2. ad Corinthios cap. 11. in laboribus, inquit, plurimis fui &c. Præterea seruus aliquando verberatur, cęditur, lorisq; percutitur (sciam interdum citra culpam) Solent quippe domini seruulorum, plus iusto esse licentiores in seruos suos: existimantes omnia eis licere, quia res sua sunt. Quo fit, vt crudeliores, ac ferociores plus iusto sint cōtra illos, etiam si sibi videtur vsque ad sanguinis effusionem verberantes: immemores sanè Paulinæ doctrinę, quā docet seruos non vt feras esse tractandos, sed modestè & benignè. Paulus, vt seruus, ter virgis cæsus est, semel lapidatus, flagella multa perpessus & denique illas molestias quas pati solent serui à dominis suis crudis & discolis. Paulus verò non est passus ista à domino suo Iesu Christo, sed pro domino. Ego inquit Christus, ostendam ei quanta oporteat eum pro nomine meo pati: pro quo Paulus seruus Christi passus est non modica, non solum à Iudæis, sed etiam à Gētibus quemadmodum Christus dominus eius. Non enim decuit vt dominus esset spinatus & seruus delicatus. Quamobrem quātum fieri potuit, suum dominū Iesum in sustinendis laboribus constanti & forti animo imitari maximè procurauit. Et non tantum in hoc se seruum Christi ostendit, verum etiam in gratiam sui domini, alijs etiam Christi seruis non est dedignatus ostendere se, quinimo & præbere seruum, vt merito & iure dici potest; nedum seruus Christi, verum etiam; seruus seruorū Christi. Audiamus eum quæso, & cōpertemus ita esse. Factus sum inquit om-

Argumētūm ab etymologia nominis,

2. Cor. 11.

Nota dominorum in seruos suos aliquorum duritiam & crudelitatem.

Seruitus Christi celebre Pau nomen magis illustrat.

Act. 9.

nia omnibus: Iudæis tãquam Iudæus &c. vt omnes lucri facerem. Nota lector pie verbum omnes. Cedo quis est homo qui vellet omnium hominum seruus fieri? Christus dixit; nemo potest duobus dominis seruire. Paulus vero animũ habet inseruiendi omnibus quia omnes Christo lucrifacere cupit: non sibi ipsi, sed Christo. Bonus profecto & vtilis seruus: qui domino suo lucritantum acceptum fert. Bene & congruè de eo dici potest; Euge serue bone & fidelis, supra multa te constituam, veni in gaudium domini tui. Non est fas hoc loco dissimulare in primis prauum animum hæreticorũ aliquorum audaciamque in Paulũ nostrum, qui volentes detrahere & minuere atqùe euacuare id in quo Paulus maximè gloriabatur, recedentes ab hac nostra vulgata editione, ausi fuerunt ex hoc loco dimouere duas illas voces, videlicet, seruus, & Iesu: in quibus Paulo maxima gloria erat, alteram mutantes, nempe seruus, in vocabulum ministet: & aliam non mutãtes, sed silentio prætereuntes. De istis aliam sententiam duriorem ferre possemus (& meritò) si pro sua temeritate & presumptione taxãdi essent. Sed nunc quia nolumus eos suis proprijs colonbus depingere, aliud nil dicimus nisi quod valeant: & quòd agnoscãtur nouitatum (citra necessitatem) esse amantissimi: & proinde nouatores esse appellãdos. In re namque momenti parui & fructus modici, velle se ostendere alijs peritiorem, vel dementia est, vel summa arrogantia. Et si nihil horum saltim summa nouitatis cupiditas est. Sed hos missos facimus, & ad nostrum Paulum nos cõuertimus. Dicit itaque Apost. se seruum. Non recusat tale nomen, tametsi abiectius & humilius nomen esse videatur quam minister. Et (nisi ego fallor) si Paulus aliud nomen multò viliusin hominum opinione inuenire potuisset, non dubito ab eo vsurpatum fuisse. Talis nãque erat Pauli animus & tam candida intentio, vt primò in lingua (quæ aliquando plus iusto petulantior, & arrogantior fuerat) mox post suam cõuersionem monstraretur modestior & humilior. In hac re noster Paulus typum & exemplar se præbuit eorũ qui verè & non fictè ad Deum conuertũtur. Vera & sincera profecto Pauli conuersio monstrata est in verbo seruus sicut & in verbo Paulus. Vtrunq; nãq; nomen humile est & abiectũ. Qui antea se superiorem præferebat, per mutationem in alterum virum inferiorẽ se propalat. Seruitus namque inferioritatis statum dicit. Seruire non superiorum, sed inferiorum est. Quod eleganter insinuatum fuit quãdo Deus loquens de Esau superiore, & de Iacob inferiore dixit; Maior seruiet minori. Et Christus dixit suis discipulis semel rogans illos; Quis est maior, qui ministrat, an qui recumbit? Non ne qui recumbit? Recumbere dominorum est & maiorum: ministrare & inseruire inferiorum & seruorum. Cæterum cum seruorum duplex sit classis, in duas partes diuisi sunt serui. Alij qui vi, alij sunt qui sua spõte serui sunt. Deus omnia homini in primaria sua conditione subiecit, Dauide testante in Psal. 8. omnia subiecisti sub pedibus eius. &c. & per consequens in eius seruitutem redegit. Subiectorum enim est seruire, vt nũc, diximus. At hominem, homini subiectum esse debere, non dicit scriptura. Vnde fortè non inelegãter dicunt mulierem non de pedum portiuncula aliqua formatam esse, sed de latere egressam, vt insinuaretur homini quod quæ ab eo ducenda erat vxor, non vt serua habenda erat: nam alia omnia ab illa posuit Deus sub pedibus hominis, verũtamen vxorem voluit esse collateralem, id circo eductam à latere ipsius Adę: sed hæc mystica redolent sensum. Ad nostram rem redeamus, dicentes seruorum duo esse genera. Alij sunt, qui vel neces-

Matt. 25.

Luc. 22.

Psal. 8.

Maxima Pauli humilitas.

necessitate vel penuria earum rerum quæ necessaria sunt ad transigendam humanam vitam seruire coguntur: alij qui cum dominari possent, non eo quod pecuniosi sint (nam tales pecuniæ serui sunt) sed eo quod scientia & virtutibus præstantiores sunt alijs nihilo minus tamen ipsi aliorum se sponte sua constituunt seruos, malentes in seruire quam dominari. Namillud quod à vulgo passim effutitur, nõ est approbandum. Vulgus namque indoctum in multis fallitur. Dicitur enim apud vulgus, Melius est esse caput halecis, quam caudam pagelli (piscis quidam est apud nos nobilis) velle enim dominari & non seruire, congenitus superborum & elatorum humor est. Humiles autem malunt alijs inseruire, quam illorum esse domini. Huius classis & generis primarius erat post Christum & virginem beatam noster Apostolus, qui sua sponte Christi, & aliorũ seruorum semetipsum constituit seruum.

Paulus sponteus Christi seruus et aliorum quoque ai Christoi inseruiit.

Hoc loco eorum qui Paulum inter prætantnr nonnulli calamum extendunt (nescio an congruè tractãtes hic de vna & altera libertate: de christiana & ciuili: & de vtraque quoque seruitute. Nos vero aptiorem locum scimus ad huiusmodi pertractãda in hac met epistola ad Romanos cap. 8. vbi Paulus sic dicit: Non enim accepistis spiritum seruitutis, Ille profecto accõmodatior locus est ad disserẽdum de istis. Id circo consulto istud reseruabimus faciendum illo in loco. Expectabit nos interim patienter beneuolus lector. Dicit ergo Apostolus, PAVLVS SERVVS. Qua particula etiam cõmendat suam personam, non alta de se sentiẽs, & Christum quem prædicat, tacitè extollens. Non enim seruus maior est suo domino, sed minor. Hęc vera est humilitas, alios extollere & se ipsum deprimere. Verũtamen occurret nobis aliquis dicens. Nihil sacramẽ tivideturhabere hæc vox seruus, eo quòd commune sit omni homini esse Dei seruum: Dauide dicente in persona omniũ, seruus tuus ego sum. Et alibi, omnia seruiunt tibi. Et iure quidem omnis homo seruus Dei est. Nã ille seruus dicitur, qui non sui gratia sed alterius est: vt testis est princeps philosophorum Aristoteles. Cum igitur omnes in gratiam, & obsequium Dei creati simus, constat manifestò omnes nos seruos esse. Nihil igitur peculiare insinuat Apostolus in verbo SERVVS dicẽs se esse seruum. Nam multi tales sunt, imò omnes. Respondere ad hoc possumus, si primo dicamus geminam esse seruitutem: alterã de facto, alterã vero de iure. Hoc est, aliqui sunt iure serui, alij facto, secundum ius omnes homines sunt serui Dei & Christi: tum quia ab eo conditi sunt, tum etiam quòd Christi sanguine eos redemerit. Empti inquit Paulus estis. Et alibi; Redemisti nos domine in sanguine tuo. Hoc autem iure creationis oẽs sunt Dei & Christi serui: sed re ipsa & de facto non omnes sunt serui Dei & Christi. Imò paucos habet Christus. Nam magna pars, audeo dicere, & maior hominum, aut demonis, aut mũdi, aut carnis serui sunt. Tot namque habet peccatum seruos, quot sunt peccatores. At, Deus bone, peccatorũ numerũ quis enumerabit? Dicturus est noster Apostolus inferi, serui erunt, inquit, potius creaturæ quã creatori: Loquens igitur Paulus de ea seruitute quæ est de facto, & non solum de iure dicit se esse seruum. Adde tu etiam quòd licet omnes christiani redempti simus à Christo: imò omnes homines quotquot sunt, fuerunt, & erunt, si sufficientiam expectes redemptionis (vt theologi dicunt): Verumtamẽ nescio quid peculiare habet Pauli seruitus, præter illud ius cõmune. Dicis; cædò quale est istud ius? Respondem, ius belli esse, id est iure belli Christus Paulum constituit eius seruum. Quomodo? an habuit Paullus bellum

Psal. 118.

1. Cor. 6.

cum

cum Christo: aut è cõuerso? Quis hoc dubitat? Nota sanè est pugna & bellũ inter Christum & Paulum, quę in Ac- Actor. 9. tibus Apostolo. nulli non patet. Legitur namque ibi insigne certamen quod Christus cum Paulo habuit: non dum interris ageret, sed dum cœlicola iam esset: Non cum Christo mortali, sed immortali. Rursus dicis: Er qua ex causa? Bellum enim inter principes oriri non solet, nisi aliqua ex causa, & hac magna & vrgenti. Quamobrẽ facti sunt inimici Paulus & Christus, seruus & dominus? Causa in propatulo est. Istud vel pueri sciunt. Nonne audiuimus vocem illam è cœlo delapsam quæ clamabat; Saule, Saule quid me persequeris? Paul⁹ ipse erat inuasor. Ipse quoque inierat bellum. Christus prouocatus fuerat ad illud: non in persona sua propria (quemadmodum fecere Iudęi) sed in membrorũ persona siue in sponsa sua Ecclesia, quam Paulus furijs inuectus pro sua virili destruere conabatur: Et cum a billo multa mala patereturin dies, vna dierum quando ipse Paulus iter faciebat ad Damascum, Christ⁹ Iesus, cui data est Act. 26. omnis potestas in cœlo & in terra descẽdens è cœlo, & cũ eo duellũ habẽs, fortissimũ ictum Paulo dedit, quo proiectus est equus & ascensor in terram. Vnde inibi sic sevidẽs victum, non potens tantæ potestati resistere, se Deo tam quam seruum obtulit, dicens; Domine quid me vis facere? Quasi dicat; Victus sum à te (A quo enim quis vincitur, eius seruus efficitur) Te potẽtiorem & maiorem agnosco: ideo te dominum voco. Dominorum enim est iubere, & seruorũ iussa complere. Dic mihi quęso quid me vis facere? Me interest facere qui sum seruus. iube tu, ego quidẽ paratus sũ obedire. Ego à te victus fui iure belli: posses me interficere: ne me occidas rogo, sed vt princeps clementissimus vtere in me clementia tua solita. Si me occideris, nulla in re tibi seruire potero: sin min⁹, habebis me perpetuo ad mortẽ vsq. seruũ tuũ. Dicã cũ Dauide; Seruus tuus ego sũ, doce me facere voluntatẽ tuã. Respõdet Christus dicens. Ingredere prius ciuitatẽ, ibiq. in numerũ seruorũ meorũ scribam re. Domine, quid faciet? In quo obsequio inseruiet tibi? Respondet dom⁹: Ego ostendã ei quanta oporteat eũ pati pro nomine meo. Mira res. Paulus dicebat quid me vis facere: & Christus ostendit ei quanta oporteat eũ non quidem agere, sed pati. Serui Christi obsecro vos per viscera eiusdẽ Iesu Christi, notate hoc diligenter. Boni patiuntur priusquam agant, mali è contra: prius agunt postea in extremo dic ingens passio manet illos, Bonos verò è contra in hoc mũdo prius pati oportet: Ab ipso quidẽ pati incipere debẽr in hac vita, qui boni sunt Christi milites. Ecce igitur quo modo Christus iure belli fecit Paulũ suum seruũ. Vere igitur Paulus se seruum nominat tamquã singulari iure præter illud cõmune effectus talis Iure belli acquisitus est. Nãq; Christus istũ seruũ fecit medio quodam certamine. Vnde merito in laudem nostri Apostoli possumus colligere ipsum magis esse Christi seruum, quam sit quicunque alius Apostolorũ & christianorum. Nam licet omnes iure redemptionis simus serui Christi, nõ tamẽ iure certaminis vt noster Paulus. Dices vltimo: Quicquid sit, vnũ tamẽ certum videtur, quod si Paulus tantũ supraq. alios gloriari poterit de seruitutis titulo, non tamẽ de amici nomine. Ioan. 15. Nam qui serui sunt, nõ solet Christus vocare amicos. Ex ore quippe suo prodijt est. Iã non dicã vos seruos sed amicos, Aduersãtur igitur nomẽ serui, & nomẽ amici: si Christi sententia vera esse debet. Respõdeo. In seruitute, & amicitia mũdi multas vires habet hęc obiectiũcula: verũ in amicitia Chri nõ sũt hęc nomina aduersa quin potius multũ cõgermana & cohærẽtia. Arist. inter dominum & seruum non adin

uenit amicitiæ rationem. Fortassis ob id quòd amicus est alter ego & cũ seruus non sit alter dominus, inter seruos & dominos non apposuit amicitiam. Veruntamẽ tam nobilis est Christi seruitus, vt cum habentibus eam non dignetur Christus contrahere amicitiam. Imò quo eius serui sunt magis, eo magis amici Dei & Christi dici & esse merentur. Multò enim aliter agit Deus cum suis seruis quam mundani domini. Qui tantum abest vt pro amicis eos habeant, & ad suas mensas accedere & comedere permittant, vt de vno eodemque pane, vino que, edere, & bibere nullatenus permittant. At Christus generosius agit cum suis seruis, qui nedum inuitat, verũ super mẽsam illos collocat, dicens. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo; Imo & eodem calice eos porat, dicens; Hic est calix meus, bibite ex eo omnes. Et quod longe admirabilius est, ipse inseruit illis: iuxta illud; Ego autẽ in medio vestri sum sicut qui ministrat. Et quod omnem rationem superabat humanam in tam vili obsequio, quale fuit abluere pedes seruorum suorum. Dicamus ergo non pugnare inter se seruitutem christianam cum Christi amicitia. Et ad illud quod Christus dixit: Iam non dicam vos seruos, sed amicos: intellige tu, si non vis errare, de seruitute timoris & coactionis: sicut antea diximus, quod hominum quidã vi & coactione serui erant, quæ seruitus vete filijs Dei & amicis non competit. Nam charitas & amor foras mittit timorem. Alia autem seruitus quæ est amoris & dilectionis, bonis & sanctis conuenit. Seruiunt enim filij & serui patri: sed longe alia ratione: Seruus enim ob virge timorem, filius autem & amicus propter amorem. Cum igitur Paulus seruus sit Christi, non vi & coactione, sed beneuolentia, & amore, nõ est id circo excludẽdus à numero amicorũ Christi: propterea quod sit seruus eius: nec deterioris est conditionis à cęteris Apostolis nec minus amicus quã reliqui. Sed non quiescit ad hæc subtilis lector dicens, Si Paulus non erat minus amicus quam seruus & versa vice, ob quam causam sicut se notificauit per serui nomẽ, cur nõ per amici nomen, dicens: Paulus amicus Iesu Christi, si exæquo erat amicus atque seruus? Istud quidem si Paulus fecisset, magis cessisset in eius gloriã. Nã si terreni principis, siue regis, aui Monarchæ alicuius esse amicum mundus pro non modica ducit gloria: multo maior esset honos si quis dicatur esse amicus illius regis cui omnia viuũt, & cui omnis creatura seruit. Facit & ad hoc quod seruitus multo infectior & indignior videtur esse ipsa amicitia. Ad istud nos sic respondemus damus dicentes quod Paulus bene poterat mutare nomen serui in nomẽ amici dicere q; sic; Paulus amicus Iesu Christi. sicut dixit, seruus Iesu Christi, sed hoc non est ei bene visum, eò quod amicus non est nomen humiliratis, sicut nomen seruus. Quam humilitatem voluit Apostolus, maxime ostendere Romanis. Et id circo placuit ei magis vsurpare nomen serui, quam amici, & seipsum nominare potius seruum quam amicum. Paulus enim non prętendebat suam gloriam, sed Romanorum salutem quæ procuranda magis erat per ostensionem propriç humilitatis, quã manifestationẽ propriæ, gloriæ. Propẽsior namque erat ad aliorum vtilitatẽ, quam ad ea qnę sua erant. Vtinam nostrũ Paulũ æmularentur qui de aliorũ salute curãhabere debẽt, vt nõ tua, sed illorum quę sunt quærant.

Mat. 26.

Luc 22. Ioan. 13.

Ioan 15.

1. Ioan. 4.

quã eximius seruus Christi fuerit Paulus qui velit scire, legat apud Chrisostomum hoc loco.

Iesu Christi.

SEd iã rogemus nostrum Paulũ, vt dicat nobis postquã se seruũ profitetur cuiusnam seruus sit; Si Moysi, an alterius. Seruus nomen quidem relatum est: cum alio igitur cõferendũ venit

venit, vt relatorum exigit natura & cō
ditio. Dic ergo Paule, cui domino in
seruis? Cuius seruus es? Tuum etenim
expectamus responsum. Nūquid prin
cipis Synagogę? Si non: dicito tu nobis
cuius es seruus? Ex tuo enim ore lūbē
tius accipiemus. Occurrens Paulus, in
telligensque quod ab eo istud erat re
quirendum, mox nulla interposita
morula, præoccupans hanc interro
gationem adiungit dicēs. Seruus sum,
non Moysi, vt antea, sed illius homi
nis, qui dictus est Iesus Christus. O fœ
lix seruitus, quę omni libertate præstā
tior est! Seruitus quę expers est om
nis captiuitatis: quæ etiam pœnæ & la
boris immunis est. Neque mirum qui
dem. Nam qualis dominus cui seruī
tur, talis & seruitus. Huic enim inser
uire, regnare est. Esse seruū Iesu Chri
sti, non cuiuis datur. Nō enim omnes
digni sunt hac seruitute. Inter præcla
ra Dei dona computari debet hoc
officiū & obsequium. Beatus etenim
cui contigit. Qui gloriari cupit in hoc,
non in año glorietur. Sed iam periculum faciamus an noster Paulus seruus
Iesu Christi sit, sicut ipse dixit. In pri
mis obseruemus oportet non parum
referre inter seruos quis cuius sit ser
uus. Nam inter eos est etiam discretio
& differentia. Præseruntur siquidem
illi, qui sunt seruī regis vel alterius prin
cipis. Hi anteponendi sunt alijs qui in
seruiunt alijs hominibus. Quanto e
nim quis fortius fuerit excellentiorē
dominum tāto dignior haberi debet
inter seruos. Proinde Paulus eadem
opera demonstrat officium & digni
tatem & excellentiam dominī sui cui
us se esse seruum protulit. Quasi dice
ret. Non erubesco seruii nomen vt qui
nactus sim talem dominum: nempe
Iesum Christum. Non sum amplius
Moysi seruus, neque in eius lege ope
rari volo, neq; discipulus eius esse cu
pio. Nam de seruitio illius scholam, seruus
effectus sum Iesu Christi: nō meis me
ritis, sed sua mirifica gratia: vt iam di

Cuius sit ser
uus Paulus.

ceré possim; Gratia Dei sum, id quod
sum. Talem esse Paulū etiam ipso so
le clarius est, vel ex his quæ supra dixi
mus; scilicet seruum quicquid est, do
mini sui esse. Si laborat domino suo
laborat, si lucratur quicquam, domi
no suo lucratur. Cedo, cui laborabat
Paulus, nisi Christo Iesu? Et cuius lu
crum in quē vemebat in ipsum Paul
um, an in dominū suū Iesum? Quos
enim sua predicatione cōuertebat: nū
quid non ad Christum ducebat? Reue
ra solius Iesu Christi Paulus seruus e
rat, & nulli alteri inseruiebat: neque
placere cupiebat. Nunquid non ipse
palam dixit; omnia arbitratus sum
tamquam stercora, vt Christum lucri
faciam? Duo de domino suo dicit A
postolus, alterum est Iesus (ò prestā
tissimum nomen!) alterum quod est
Christus. Duo epitheta tribuit domi
no suo: quę profecto magni momen
ti & ponderis sunt. Quod ita esse facile agnoscet lector ex his quæ dicemus
Iesu nomen præfert Paulus alteri: Et
merito. Nam (prætermissis alijs mul
tis rationibus) hac quoq; sola factum
est iure, siquidem semper nomē pro
prium preferri solet cognomini. Ie
sus nomen proprium est secundę per
sonæ iam ab Angelo impositum, an
tequam in vtero conciperetur, quan
do dixit Mariæ, Vocabis nomen eius
Iesum. Et rationem assignauit Ange
lus, dicens ipsi Ioseph; Ipse enim sal
uum faciet populum suum à peccā
tis eorū. Iesus saluator interpretatur.
Vnde propter illos, qui in theologia,
quā vocant speculatiuā, parū sunt eru
diti, obseruamus hic quod tametsi sa
lus nostra effecta sit à tota trinitate: ta
men Iesu nomen non nisi vni perso
nę, nempe secundę attribuimus. Non e
nim patrem dicimus Iesum nō Spiri
tum sed tantum Dei filium. Quo
niam huic impositum fuit tale nomē.
Nomen inquam, quod est super omne nomen, dignissimum omni cultu
& honore, quo audito nō solū genu,

Luc. 1.

sed etiam caput flectere debent qui titulo Christianitatis gaudent. Quod quam contrarie hodie fiat, non audeo modo dicere. Figurata fuit hæc I. su salus, quam præsefert eius nomẽ, per eam quam Iosue populo suo procurauit, quẽ in tuto introduxit in terram promissionis: Sic & noster verus Iosue Iesus non vnius populi, sed omnium saluator, multos filios introduxit in illam cœlestem Hierusalẽ, quę vera est terra promissionis: Idque factum est totum virtute & merito suæ passionis. Et si Ezechias appellatus est iure Iesus apud Iudæos quod liberauerit Hierusalem à captiuitate Sennacherib principis & Monarchę potentissimi: multo iustius debet Christus vocari Iesus, qui nõ solum Hierusalem, sed totum terrarum orbem à Demonis tyrannide & captiuitate liberum effecit: idque medio sanguine suo, per quem Hierusalem, hoc est, Ecclesia libera remansit. Ita vt nec porte inferi possent aliquid præualere contra eam. Hęc dicta sint secundum figuram, & secundum multorum opinionem, qui sic philosophantur de nomine Iesu fortassis ac cepta occasione ex eo quod dicunt seruum dici à seruando. Eo quod debeat seruari à domino suo, vel quòd sit seruatus, & non vita priuatus, qua iuxta belli ius priuari poterat, vt qui in bello ab alio victus fuerat. Et hanc Etimologiam adaptant ipsi Christo qui dictus est Iesus, idest, Seruator, vt illi dicunt. Et tanti est hęc Etymologia à quibusdam neotericis apprehensa, vt in eorum scripturis et notulis semel, vel bis legere fas sit saluatorem, sed semper seruatorem. Nos vero si sine illorum iniuria & honoris iactura aliquid de hac re dicere possumus, omnesitos (cum bona eorum venia, dixerimus) putamus errare:

Figura.

Matt. 1.

Nam tametsi non inficiamur seruum dici posse à seruando: & verbum quoque seruare possit attribui ipsi Christo, eo quod seruat nos à periculis, & ab alijs, vt Apostoli dum essent in maris tempestate dixerunt: Domine salua nos, perimus: tamen neque in scriptura sacra, neque apud patres antiquos; vt videre licet apud Hieronymum, Augustinum, Chrysostomũ & alios, non est vel semel reperire Christum fuisse appellatum seruatorem. Puto ego (nisi fallor (minus dicere qui dicit seruatorem, quam qui asserit Saluatorem. Quicunque enim saluare potest, & seruare: sed non videtur recurrere. Nam homines hominum seruatores esse possunt, sed non saluatores: & seipsum quis seruare potest, sed non saluare. Saluatorẽ inquit Paulus, expectamus dominum nostrum Iesum Christum. Salus enim nostra à deo est. Et alibi; Præter me non est alius Saluator. Et in multis alijs locis tam scripturæ quam sacrorum doctorum reperire est saluare, & saluatorem esse soli Deo competere. Et si aliquando in scriptura sacra reperiatur saluare, pro seruare: & saluatorem, pro seruatorem sumendum est. Forte nunquam in sacra scriptura autin sacris doctorib⁹ antiquis reperitum est seruare, pro saluare. In anquis dico nam in neotericis non esset difficile: Cum istorum aliqui maiorẽ curã habeant de inueniendis nouis vocabulis quam de ipsis rebus, Ceterum cum saluatio bifariam intelligi possit altera qua quis temporaliter saluatur: & altera qua æternaliter: verbum saluari bene potest attribui creaturis si termo sit de saluatione temporali. Vnde Psalmus dicit in ps. 32. Non saluatur rex per multam virtutem: & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suę. Et paulo inferius. Fallax equus ad salutem, in abundãtia autem virtutis suę non saluabitur. Certè hic nõ videtur fieri mẽtio d saluatione qua quis eternaliter beatur: sed de illa qua temporaliter saluatur: vel virtute regia, vel exercitus multitudine vel virtute

Marci. 6.

Ephe. 4.

Psal. 32.

tute corporali; quæ est ipsa fortitudo & robur: neque etiam virtute equorum, quæ si intelligantur de salutatione nihil contra nos colligitur. Quoniam ista negatiuè dicuntur, non affirmatiuè. Neq. mirū. Nā saluare vt vsurpatur pro eo quod est hominē eternaliter beatificare: ex gratia Dei, & electione, & Christi meritis, tāquam ex principijs fœlicitatis æternę prouenire debet. Et eodem modo dico quādo scriptura sacra dicit aliquos homines saluatores: vt Ioseph, & Othoniele. Intelligitur enim scriptura de saluatione temporali & nō de alia. Et ille locus quo q. Dauid, scilicet; Homines & iumēta saluabis domine: De tēporali saluatione est intelligendus. De omnibus enim rebus Deo cura est. Si enim non esset statim omnium rerū interitus sequeretur. Nos vero quando dicimus Christum saluatorem nostrum, de vtraque & vtroque modo intelligere possumus. Nescio tamen quid diuinitatis magis in nostris auribus sonare videtur quando audimus Deum, vel Iesum saluatorem nostrum, quam cū audiuimus illummet esse Seruatorē: tametsi vterque sermo verus sit: sed nescio quid latentis energię magis habet vox saluator, quam Seruator. Hoc certum habemus vnum: quod ex primoribus doctoribus quotquot interpretati sunt nomen Iesus omnes vna nimi voto dixerunt, Iesus interpretatur latinè Saluator. Quid igitur opus est in hac re inuenire nouum vocabulum, quod non ita benè sonat in auribus christianorū sicut saluator? Nam istud vix est vir aliquis tam rusticus, & mulier tam barbara (si modo christicolæ sunt) qui audito hoc nomine saluator, statim non intelligant quid sibi velit saluator: quod non fit audito nomine seruator. Proinde qui christiani sumus (nihil curantes de Ethnicis) loqui debemus eo modo quo loquuti sunt antiquissimi patres nostri. Quos tam infactis, quam in verbis sequi & imitari pro nostra gloria ducere debemus. Et de his fortassis latius quam putabamus.

Psal 113.

De voce seruator et saluator.

Cęterum de nomine Iesu, multa admiranda, & scitu dignissima, si vellemus & prolixitatem non timeremus differere possemus. Non enim pauca sunt quę dici & enarrari de laude tam celebris nominis Iesu possunt. Nomen admirabile in vniuersa terra. Nomen quod non ab hominibus effari potuit. Ideo ab Angelo pronūciatum fuit. Nomen quod Hebrei comparāt nomini terragrammaton. Nomē multò dulcius quam alia. Nam alia maiestatē resonāt & auditoribus terrorē incutiūt. Quare nō minus pius ac deuotus, quam doctus mellifluus ille Bernardus sermone is. in cant. sic mellifluè de Iesu nomine effatur. Iesus, in quit mel in ore, iubilus in corde. Non est Iesu nomen timoris, sed amoris & pietatis. Oleū effusū nomē tuum, dicebat Sponsa. No. mē nouū, vt Esaias. 16. cap. docet: Nomen tantū ei peculiare Nā profectò illi decipiuntur, qui alijs esse cōmunicatū putāt. Nullus nāq; tale sortitus est nomen, præter vnigenitū patris, & matris filiū Christū. Nam qui periti sunt in Hebraicis literis, recte differentiā norūt inter Iesua, & Iehosua. Nam Iesua, siue Iesus, idem valet quod saluator, siue saluatio. Qui autem appellati sunt in scriptura Iehosua, vt Iosue, & Iesus Syrach, & alij non habēt talem interpretationem: sed illi tantum figura & typus erant veri Iesu cuius solius intererat saluare mundum, tam quam generis humani verus & solus saluator, de quo Isaias cap. 12. cecinerat dicens. Ecce Deus saluator meus. Sicut enim ipse solus & verus noster est saluator, ita solus & verus Iesus est. Neque alium saluatorem & Iesum habemus. Si ali? verus Iesus esset, quomodo dixisset Petr? nō est aliud nomē preter istud vnū in quo oporteat nos saluos fieri? Agnoscamus igitur nos qui Iesuite sum?

De nomine Iesu.

D. Bernar.

Cant. 1. Isa. 16.

Isa. 12.

Act. 4.

& illud dicamus, vt sit benedictũ per infinita seculorum secula. Et de nomine Iesu, è multis hæc pauca nunc nobis sufficiant.

Christi.

De hoc nomine christi

ALio nomine siue cognomento nominat Paulus suum dominũ. Conditio nãq; illustriũ dominorũ est pluribus gaudere titulis & nominibus: maxime quãdo p illos redduntur paulo illustriores. Illustre ac nobile erat Iesu nomen, illustre quoq. & nobile est Christi nomen. Quare Paulus nõ fuit contentus dicere se esse seruum Iesu, sed addidit Christi. At nomen Christus sonat latinè vnctum. Apud autem hebræos designat Messiam. Sed statim rogat nos auditor dicẽs; Quorsũ Paulus adiungit hoc cognomen? Respondetur duplici de causa hoc fuisse factũ. altera pro Christo, altera vero pro se. Pro Christo quidem, quò eius excellentia latius aperiretur, pro se verò, vt status & conditio suæ seruitutis ostenderetur non esse vilis & abiectus, sed egregius & optimus. Seruitutis autem status eò est melior, quo meliori scilicet domino seruus inseruit. Et ideo Paul⁹ quò cõmendaret suã seruitutẽ, enarrauit egregios sui domini titulos, dicẽs; seru⁹ Iesu Christi. Quasi diceret; Ego sum seruus non cuiusuis sed illi⁹ qui dictus est Iesus id est saluator: & dictus est Christus id est vnctus. Porrò qui vngi solebant, in sacra pagina manifesti & noti sunt. Vnctio nõ erat cõmunis omnib⁹ sed certis personis. Istæ erant reges, sacerdotes, & prophetæ. In regibus exẽplo nobis esse possunt Saul & Dauid, & reliqui reges Israël. Et inter nos imperatores & aliqui reges etiam vnguntur. De Prophetis ostendit quoq; sacra scriptura, quãdo Elise⁹ Propheta domini mandato vnct⁹ fuit ab ipso Elia: & in nonnullis alijs esse factũ, credendũ est nobis. Cæterũ de sacerdotib⁹ nõ facet sacræ scripturæ hystoria. Nã in ea palam cõstat Aarõ ab ipso Mose oleo vnctum fuisse, etiam Deo iubente. Vnde fortassis remansit apud nos vsque in hodiernũ diẽ talis mos in sacerdotibus, vt vngantur oleo & chrismate: quia Christi domini sunt, hoc est, vncti. Horum rationẽ si quis requireret à nobis, aliam vllam non daremus, nisi quia oportebat tales homines qui huiusmodi fungebantur officijs, magis participare Christi vnctionẽ, quam alios homines. Vnde Psal. 44. Christus vnct⁹ dicitur a patre suo, oleo letitiæ & exultationis, præ participib⁹ suis. pre alijs S. Sed isti tantũ vncti dicũtur per participationẽ vnctionis Christi. At quod est tale p participationẽ nũquã æquat illud quod nõ est tale p participationẽ. Vnde fit quod cùm Christ⁹ sit fons & principiũ potestatis regiæ, & dignitatis sacerdotalis, & sciẽtiæ quę habetur per prophetiã: nõ dubium est eum magna distantia omnes istos tres vnctos superare & trãsgredi. Nã si cõparetur cũ regibus, primò regno superat alios. Regnũ etenim Christi, vt Angel⁹ Mariæ dixit, nõ habebit finẽ. Et Dauid, regnũ tuũ, regnum omnium seculorum. At potentia regni eminentior & multò maior. Regni autẽ dominiũ multò latius se porrigit quàm alia. Christi dominiũ à mari, (inquit Propheta) vsq; ad mare: & a flumine, vsque ad terminos orbis terrarũ. Virga regia deniq; & thronus (sancte Deus) quanto illustriores & nobiliores sunt quã aliorum regũ! Vnde Paulus ad Hebræos; Thronus tu⁹ Deus in seculum seculi, virga æquitatis, virga regni tui. Bene quidem dicitur virga æquitatis. Nam sui regni Christi scilicet, virga semper est recta: nunquam torta. At aliorum regũ eo reflectitur quo ipsi reges volunt, iuxta illud quod prouerbialiter dicitur. Eo tendũt leges, quo volũt reges. Nò seruatur eorũ virga recta semper, sed passim est obliqua: quia non est æquitatis, sed potius iniquitatis aliquando & po-

Psal. 44.

Differentia vnctionis christi et aliarum vnctionum.

Luc. 1.

Psal. 64.

Heb. 1.

1. Regũ 10. de Saule. de Dauide 1. Regum 16. cap et 2 reg. 2.

3 reg. 1. regum vnctiones habetur.

Et potissimum quando reges inhiant rebus caducis, & non sunt memores quod in illis thronis sù mo regeDeo positi sunt, & non suis meritis. Non talis erat bonus ille Propheta & rex Dauid, qui istud altà in mente sua reuoluens dicebat; Ego autem constitutus sùm rex ab eo super Syon montem sanctum eius prædicans præceptum eius. Bonus rex, qui prædicabat præceptum domini. At qui alijs prædicabat, nunquid & ipse faciebat? maximè. Et si conferatur rursùs cũ sacerdotibus; quantum, bone Deus, inueniemus discrimen inter Christum & alios sacerdotes, siue sint ex veteri, siue ex nouo testamento? Quis quæso est sacerdos in æternũ secundũ ordinem Melchisedech, nisi solus Christus? de quo elegãter cecinit Propheta Psal. 109. Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinem Melchisedech. De Melchisedech quis fuerit, aut à quo patre, matreq. progenitus, non est præsentis loci dicere. Satis nobis esse debet, quòd intelligamus nũc Christũ esse sacerdotẽ in æternũ, & in æternum eius sacerdotium duraturũ. Quod de nostris sacerdotibus dici nequit. Tametsi enim alicui dicere possumus; tu es sacerdos, nõ tamẽ in æternũ. Licet enim character sacerdotalis animę impressus tamdiu duret, quãdiu sacerdotis anima, quæ æterna est: non à parte antea. sed à parte post (vt more scholæ loquamur) tamen sacerdos omnis interueniẽte morte, sacerdos desinit esse, & sacerdotiũ. Christus autẽ licet secundum naturam diuinam non sit sacerdos; sed secundũ humanam, tamen Christi sacerdotiũ sempiternum & æternum est: etiam morte interueniente. Vndè in triduo suę mortis remansit sacerdos & rex: nõ autẽ homo. Sicut enim natus fuit Christus rex & sacerdos; quod nũquã alteri hòmini vsuenit: imo in instanti suæ conceptionis factus est sacerdos & rex: quãdo enì incępit esse homo, incæpit esse rex & sacerdos: sed nõ quãdo desinit esse homo, desinit esse rex, & sacerdos Nã si nõ esset sic, quomodo ver⁹ esset Pau. sermo, qui dicit ad Heb. cap. 10. Hũc inmodũ: Christ⁹, inquit, eò quòd manet in æternum: sempiternum habet sacerdotium. Quid clarius dici potuit? Quòd si alicui forsitã mirabile videretur istud, quod Christus in triduo mortis suæ nõ fuerit homo, & remansit rex & sacerdos: huius mirabilis rei causam requirat à theologis scholasticis, eos cõsulens: & libe rabitur ab hoc miro. Nos tantum per transennam dicimus in gratiam illorum qui non sunt instructi in illa theologia (nam alios instruere, esset docere Mineruã) hoc ideo esse dicimus: quia Christus vt atteſtatur Paulus ad Hebreos 13. hodie, heri, & ipse in secula. In triduo siquidem illa persona erat: nẽpè ipse filius Dei: designando, & (vt vtamur scholę vocabulo) connotãdo vnctionẽ Spiritus sancti. Et ideò remansit sacerdos & rex: quia remãsit illa vnctio Spiritus sancti. Homo verò dicitur nonẽ animæ & corporis, quæ reuera mortuo Christo non remansit. Alio qui non verè diceretur mortuus Christus. Mori autem aliud nihil est: quam animæ euulsio, siue separatio à corpore. Cùm igitur fides prędicet Christũ vere mortuũ fuisse, vere quoq. confiteri debemus cũ non fuisse hominẽ. Hæc cursim: Doctores theologi, doctius & fusius hæc extricãt. Nos verò tãtũ catenus dixim⁹, quatenus op⁹ erat ad ostẽdendã excellẽtiã dignitatis sacerdotalis Christi. Quæ longe maior omni alia est. In lege illa antiqua necvnus satis erat sacerdos siue Pontifex; neq; in hac nostra sufficit: quicquid ganniãt hæretici noui. At Christus sacerdos in æternum vnus suffecit: & illis qui erãt in veteri lege, & nobis qui sumus in noua. Hic sacerdos vti vn⁹ tantũ erat, ita vnicam tantũ & simplicissimã obtulit hostiam: carnem videlicet suam immaculatissimam, quæ tam prætio, quã valore infinitas hostias superabat.

Psal. 2.

De sacerdotio Christi.

Psal. 109.

Heb. 10.

Heb. 13.

Zach.3. Hic enim est sacerdos quē Zacharias non corporeis oculis vidit, sed mentalibus dicens. Ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum. Deinde si eum conferre volumus cum Prophetis, qui etiam vngebantur, hic etiā omnium Prophetarū facile princeps est. Hunc ostendere velle Prophetam esse præter id quòd sacra eloquia multis in locis eum talem prædicant, superfluum esset docere illum in summo gradu prophetiæ donum habuisse. Nunc nobis sat est istum esse cui omnes Prophetæ testimoniū perhibent. Quod in præsentiarum sigillatim ostēdere laboriosum & tædiosum nimiū esset. Cōtenti enim esse debem' quod intelligimus quomodo Christi nomine significata sunt alia tria: videlicet rex, pontifex, & propheta. Vnde doctissimus Apostolus cùm dixit se seruum esse Christi, confessus est Christū esse regem, sacerdotem, & Prophetā. Sic & nos quando credimus in Christum, ipsum etiam Regem, Pontificē summum, & Prophetam fatemur. Et hæc dicta sint sub breuitate de his tribus egregijs Christi titulis. Dequibus si ampliorem sermonem texere voluissemus, facili negotio istud fieri potuisset. Veruntamen semper memores sumus à nobis promissæ breuitatis.

Tria significantur nomine Christi.

Allusio ad mores.

Prima allusio ad mores

ADmonendi veniunt hic qui christiane Christi vncti sunt (quales christiani omnes sunt) vt nullius efficiātur serui, nisi Iesu christi, qui est nostra salus. Nec suum seruitium creaturæ alicui exhibeant: sed, sicut scriptum est, illi soli seruiant, in iustitia, & sanctitate omnibus diebus: sicque liberati de manu inimicorum suorum, tamquam alter Iosue deducet illos in terrā promissam omnibus illis qui ei inseruiunt. Demus ergo operam & nos vt gratam ei exhibeamus seruitutem: pro qua securi expectare poterimus, quam ipse suis seruis vitā solet impartiri æternam. Quis rogo non monebitur ad inseruiendum ei, qui tam dignā tamque magnam recompensat seruitutem quę ei præstatur? Inclinaui, dicebat ille bonus seruus, cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. Si tanti domini dignitas & maiestas nostra tarda corda mouere haud poterit, mouebit nos tam ingens tamque copiosa retributio.

Psal. vlt.

Allusio secunda.

Secunda allusio.

QVoties nominari audis Iesu nomē veniat tibi christiane in mentem illius inestimabilis in nos amor & charitas: & memoria illius nominis sit tibi dulcissima. Cape suauitatem & consolationem in hoc nomine. Nihil aliud sapias quam Iesum, & hunc crucifixū. Quemadmodum te docuit Paulus dicens: Nihil existimaui me scire, nisi Iesum Christum. Quamobrem ipse toties in suis epistolis huius nominis meminit sic & nos passim illud in ore sūmacum veneratione ac reuerētia pronunciemus: in nostris que necessitatibus inuocemus. Neque patienter audiamus illos, qui hoc Iesu nomen vel blasphemant, vel inhonorāt. Contra quos iustam querimoniā habet Deus, dicēs; Nomen meum quotidie blasphematur inter vos.

Phil. 2.

Isa. 52.

Vocatus Apostolus.

De Apostolatu Pauli.

COnsequenter Apostolus postquā à nomine proprio statu, & conditione se manifestauit: nunc id ipsum facit à suo munere & officio, quod erat munus Apostolatus. Officium quidē excellentiæ & dignitatis. Quo nomine insinuat suam dignitatem. Quod quidem nomen aptè appositum fuit ad prędicandēs. Nam cum dixisset se seruum esse, mox in quo genere seruitutis & obsequij occupatus esset dicendum erat ei. In apostolatus inquit officio

Apostolus honoris et laboris nomē est qui mittitur laborare eū oportet.

ficio inseruiò Christo. Vocatus, inquit Apostolus, hoc est, vocatus vt eius sim: Apostolus, id est, missus. Hæc est enim interpretatio huius vocabuli. Nam volens Deus sapienter gubernare suam, Ecclesiam, quosdam dedit Prophetas, alios euangelistas, non nullos verò Apostolos: in quorum albo, inquit Paulus positus sum & ipse. Ego enim sum minimus Apostolorum: tali nomine indignus, vt qui persecutus fuerim Ecclesiam Dei. Vide rogo, bone lector, Pauli abiectionem & humilitatē. Qui cum à Christo creatus fuerit vas electionis, ad portandum eius nomē per orbem totum, ipse Apostolatus munere se reputat indignum. Sed forsan rogabit nos aliquis dicens, Quare apposuit Paulus particulam hanc vocatus? Nunquid solitus erat ipse vocari ab alijs Apostolus? Tale nihil legimus in scriptura. In ore autē proprio passim: in alieno nunquam aut raro. Satis enim erat illi si dixisset; Paulus seruus Iesu Christi Apostolus. Nec opus erat addere vocem illam vocatus. Nihil est in Paulo otiosum, aut superfluum. Nō absque causa credere debemus apposítam esse illam particulam. Primò dicemus de voce illa vocatus, & subinde faciemus satis dubitationi. Quod attinet ad vocem vocatus, operæ prætiū est obseruare (vt ante nos docti obseruarūt) quod vocari in sacris literis nō semper idem valet quod dici, vel appellari: Sicut nomen istud prima frōte sonare videtur, sed significat constitui in hoc, vel illo statu. Sicut quando dicimus aliquem esse religiosum, & vocari religiosum. Sensus enim est: illum esse in statu religionis. Amplius aliud præsefert dictio vocatus. Insinuat enim quòd in illo statu ille vocatus celebris est: iuxta illud Dauidis; Vocauerūt nomina sua in terris suis: id est, pro virili sua, sua nomina celebrarunt. Quod vt clarius dicamus, nomina sua in terris præclara magnis titulis fecerunt. Paulus autem vocatus est Apostolus, hoc est per vocationē erectus est in altiorem statum quam prius habuisset. Vnde non ineptè colligunt aliqui interpretam quod hoc loco, vocatus, non est participium à verbo voco, as. Nam tunc tantum valet sicut appellatus & nominatus. Non desunt tamen aliqui qui asserūt Paulum vsum fuisse figura, quæ dicitur antonomasia per quam cum dicitur Propheta, intelligitur Dauid, quando dicitur Philosophus Aristoteles, & quando Apostolus intelligitur Paulus. At isti explanāt sic, vocatus Apostolus, hoc est, dictus illustris siue principalis Aposto. Et sic dicunt Paulum authoritatis gratia se nominasse. Cæterum vt mihi videtur, isti parum consulunt modestiæ solitæ & humilitati Paulinæ. Nam alienum est à modestia Pauli talis iactatio. Neque adduci possum vt credam Paulū voluisse dicere se esse Apostolorum Apostolum. Qui enim alibi tantum se deiecerat, vt paulò ante dicebamus, dicens; Non sum dignus vocari Apostolus; Et alibi; Ego sum minimus Apostolorum: qui talia de se fassus est, quo modo se iactasset hic de primatu Apostolorum? Quia igitur hæc explanatio non est consona modestiæ Pauli, nō videtur germana esse huic loco. Potest etiam aliter dici, & fortè melius, quod vocatus Apostolus, idem est quod esse Apostolus. Quoniā apud Hebræos non infrequenter vsurpatur, vocari, pro eo quod est esse. Et tunc sensus est; Vocatus Apostolus; id est constitutus & ascitus vt munere fungatur Apostolico. Et in hac sententia est egregius doctor Origenes. Addo ego & tertiam expositionem, quam (si non fallor) ad Pauli mentem accedere magis puto: si dicamus sic; Vocatus, hoc est speciali vocatione creatus Apostolus. Nam licet omnes alij Apostoli fuerint vocati à domino, non tamen singulari, & tam insigni vocatione sicut Paulus. Cuius rei gratia Ecclesia eius vocationem celebrat, & non aliorum

Act. 9.

Car dicat Pau. se vocatum Apost.

Gal. 3.

Orig.

Psal. 48

For

Fortassis cùm Paulus antea fuisset Ecclesiæ persequutor, & in ea malè audiret, voluit mentionem facere sui Apostolatus, quem consequutus fuerat vocatione mirabili & speciali. Quasi dicat; Paulus sum, non a me ipso, vel ab homine effectus Apostolus, sed per vocationē eius qui me vocauit, Christi scilicet. Si cupis intelligere hanc mirabilem & peculiarem vocationem
Act. 9. vide in Act. Apostolo. vbi fusè satis reperies eā. Et hęc expositio mihi semper magis placuit. Eo quòd Paulus vnoverbo hic explicauit quod fusius & extensius dixit in epistola ad Galatas,
Gala. 1. dicens; Paulus Apostolus, non ab hominibus, neq, per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum patrem. Eādem namque Paulus habet mentem in ea quæ est ad Romanos, quando dixit; Vocatus Apostolvs, quam hic in ea quæ est ad Galatas. Tantum differunt, quòd in ea quę est ad Romanos vnico verbo dixit quod in ea quæ est ad Galatas multis explicauit. Sed dices. Quare non ita clare se ostendit paulus Apostolus ad Romanos scribens, sicut ad Galatas? Respondetur, quia non erat sic opus. Nā Paulus ex professo scribens Galatis ostendit se esse Apostolum à Deo patre & Iesu Christo delegatum: Id circo quia forte Galatę seducti ab alijs pseudo Apostolis dubitabāt an Paulus esset Apostolus delegatus à Christo, vel ab hominibus, hoc est, ab alijs Apostolis. Et ideo opus erat vt apud Galatas Paulus ostenderet se esse Apostolum, quod non oportebat fieri apud Romanos. Ideo Paulus vnico verbo contentus fuit dicens; Vocatus apostolus. Cęterum nisi timerem nos opponere torrenti doctorū rā græcorum, quam latinorum, maximè sanctorum patrū, quibus semper volumus deferre, paucis possemus nos a tot tantisque expositionibus huius dictionis vocatus extricare & liberare, dicentes, hunc Pauli textum sic esse legēdum. Paulus servus, ita vt hic sit punctus: deinde, Iesu Christi vocatus Apostolus. Ita vt illę duæ dictiones Iesu Christi coniungātur cum nomine vocatus; & non cū nomine seruus. Tunc enim nulla remanet ambiguitas quomodo Paulus sit Apostolus. Veruntamen cui hæc nō placuerint sequatur maiorum nostrorum communem & vulgatam lectionem, & expositionem. Et hæc de nomine vocatus. Et per ea quę dicta sunt, patet responsio ad quæstionem, qua quæsitum fuit, cur non satis fuerit Paulo dicere Apostolus simpliciter, non addendo vocatus: quòd Paulus fecit ne Romani crederent se ambitiosè & iactanter vsurpare tale nomē. Voluit proinde noster Paulus, vt illi scirent quod per vocationem creatus esset Iesu Christi Apostolus: non inijciens semetipsum ad tantum munus. Dicamus nunc aliquid de Apostoli nomine, cuius etymologia iam supra à nobis declarata fuit, quando diximus Apostoli nomen sonare missū, uel legatum. De qua etymologia alibi dicit Paulus tam in persona sua, quā aliorū Apostolorum; Nos legatione pro Christo fungimur. In qua significatione Christus quoque vocatus est Apostolus, hoc est, à patre in mundū cælitus missus. Paulus igitur hoc vocabulo suam excellentiam aperit. Nam magna dignitas & excellentia est etiā supra reliquos Iesu Christi discipulos, Apostolatus dignitas. Nam licet omnis Apostolus sit Christi discipulus nō tamen remeat. Quia Apostoli sunt tātum duodecim, & cum Paulo tredecim, duodecim selecti ex numero discipulorum qui fuerunt Christo à secretis, & assistentes ei quasi Cardinales à latere. Aduertat tamen hic acutus lector, quod si diximus Apostolū nomē esse honorificum & magni honoris intelligat idipsum nomen ingētis esse laboris. Et fermè in ecclesiastica hierarchia (in hac militanti dico Ecclesia) vix est nomen aliquod honoris

Dē nomine Apostoli

Nomen Apostoli est honoris et laboris

ris quod etiã non sit & laboris: vtpa tet de Papa, Episcopo, cæterisq. Eccle siæ præpositis. Non enim vocati & mis si sũt in vineã Domini Sabbaoth, hoc est ecclesiam vt oscitantes sint, sed la borantes. Sic enim suum discipulum 2. Timo. 2. Timotheum exhortatus est Paulus di cens: Labora sicut bonus Christi miles. Quare autem tantum duodecim electi, nec plures, nec pauciores, non est præsentis instituti discutere: multiplex enim esse potest figuralis ratio. Sicut e nim antiquitus populus habebat duo decim tribus, sic politia spiritualis re gi debuit à duodecim apostolis. Sicq. dices de multis alijs rationibus mysticis quę ad institutum a doctoribus ad ducũtur, à quibus scientes, & volentes brevitatis gratia abstinemus. Sunt igitur Apostoli supremæ personæ in Ecclesia, & post Virginem magis honorãdæ: de quibus dicitur: Nimis honorati sunt amici tui Deus &c. Psal. 138. Psal. 138. Nã sicut Apostolatus est suprema Ecclesiæ dignitas, ita Apostoli sunt supremi. Et sicut in militanti Ecclesia nulla est vel æqua, vel maior authoritas, & dignitas, ita nullus est mayor, vel æqualis ipsis Apostolis. Paulus etenim. 1. Co- 1. Cor. 12. rinth. cap. 12. ait; Quosdam enim, inquit, Deus posuit in ecclesia primum Apostolos, secundo Propheras, tertio doctores &c. Vnde non placuit nobis vnquam illa potius vulgaris quam docta & pia affectio quorumdam, qui vt suum Baptistam extollant, omnibus apostolis illum preferunt. Neque hæc vnquam Christi fuit voluntas siue intentio in illis verbis: internatos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Tum quod illic collatio erat Ioannis cum Propheris, tum etiã quia Apostoli nondum acceperant plenitudinem gratiæ & potestatis. Vn D. Tho. dè præter id quod. D. Tho. hic in epistola ad Romanos palam confitetur dignitatem Apostolicam in ecclesia esse præcipuam, non recusat dicere temeritatis esse comparare aliquos sanctos aut in gratia, vel in gloria ipsis Apostolis. Et hoc asserit multis in locis. Beatus autem Chrysostomus non recusauit omnes etiam Apostolos Ioanni Baptistę postponere. Quam sententiam ob tanti doctoris grauitatem, tantiq. sancti sanctitatem, non audemus improbare. Abundet quisq. suo in sensu. Nunc videmus per speculum: qui facie ad faciem vident, istud explanatius habent: Nos reuertamur ad id vn de egressi sumus: nempe ad expendẽ dam Apostolatus dignitatem. Quę tã ta pollet excellentia, quanta alia quæ uis excogitari possit. Apostolici nam que muneris tanta est excellentia & dignitas, vt si eam exactè monstrare vellemus, conficiendi essent à nobis multi & magni libri. Pro nostra tamẽ penuria paucula sub breui quodam e pilogo perstringemus: idque faciemus tum eam in se paulo altius considerãtes, tum etiam huius muneris officia aperientes. Ex multis sane pensari po test illustris & excelsa apostolatus dignitas: quæ vt breuiùs ac compendiosius aperiatur, aliquot laconicissimis quã ta sit dignitate & excellentia is qui dignus fuit vocari Apostolus, dicemus. Et vt ab ipsa nominis etymologia exordiamur.

D. chrisost.

Quãta sit dignitas Apostolatus aperitur aliquot laconicis et breuibus sententijs

Primus laconismus.

Apostoli sunt Christi legati. 1
Apostoli sunt firma Ecclesię fundamenta & bases post Christum. 2
Apostoli sunt plantatores Ecclesiæ, & suo sanguine eam rigarunt & fructificare fecerunt. 3
Apostoli sunt mundi reformatores, & totius orbis predicatores. 4
Apostoli sunt lux mundi. 5
Apostoli sunt sal terræ. 6
Apostoli sunt primitiæ Spiritus Sancti. 7
Apostoli sunt, quorũ munus est euangelizare. 8
Apostoli sunt symboli fidei compositores. 9
Apostoli fidelissimi Iesu Christi testes. 10
Apostoli à Christo in cœna sacerdotes 11

tes ordinati.

Apostoli scribe & notarij Christi.

Apostoli Paulo dextras dederunt: qui iustè per antonomasiam dictus est Apostolus. Ex his duodecim laconicimis etsi non tota laus ex hausta sit (istud autem à nobis fieri non posse, plane confitemur imò neque à mortali aliquo satis laudari, extolli, & commendari potuisset (tamen partim adumbrata, & depicta est, non pro sua dignitate, sed pro nostra tenuitate. Duodecim autem numerum excedere noluimus: vt quot sunt Apostoli tot essent eorum encomia Cæterum Apostolorum officia tria sunt. Primum erat gubernare & regere Ecclesiam. Omnes pastores & rectores fuerunt: etsi vnus tantum summus pastor, Petrus videlicet: cui soli dixit Christus, pasce oues meas. Item tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiá meam. Et rursus; Tu conuersus, confirma fratres tuos &c. Neque hinc colligas alios Apostolos sic fuisse Petro subiectos vt nunc sunt Episcopi summo Pontifici. In multis namque erant Apostoli liberi à Petri iurisdictione, & obedientia: in quibus non sunt nunc Episcopi ab ipso Papa liberi. Nam vt benè & verè, docti theologi asserunt iurisdictio Episcoporum immediatè & proximè à Romano Pontifice venit ac deriuatur: at Apostolorum iurisdictio nequaquam à Petro deriuata fuit, neque per eum Apostoli eam habuerunt, sed illis contulit Christus immediatè à seipso. Aduenit autem illis hęc autoritas, quando omnibus nō soli Petro dixit Christus illud Ioannis cap. 20. sicut misit me pater, & ego mitto vos: eadem scilicet potestate, vt per vestram prædicationem totus saluetur mundus. Et id circo in ecclesiæ gubernatione & regimine paritatem habuerunt cum Petro. Mittendi namq; erāt isti delegati, Apostoli scilicet per totum orbem, non cuni limitata, & stricta autoritate sicut mittitur nuncius ad Hispanias: sed cum ampla & plena destinandi erant. Vnde Apostoli poterant (etiam Petro renuente) exercentes commissum eis à Christo prædicationis officium, erigere templa, constituere Ecclesias, componere ritus & traditiones, & in administrā dis sacramentis nouas cēremonias stabilire: non autem sacramenta edere: quia non habebant potestatem excellentiæ, neq; Petrus. Poterant tamē sacerdotes ordinare, & Episcopos creare, & tandem huiusmodi omnia præstare & facere quæ ipse met et Petrus posset, si adesset. Cęterū Apostoli ista facere poterant sola vna ratione videlicet quatenus legati creati erant: at Petrus gemina, & vt legatus, & vt pastor, etiam ipsorum Apostolorum, quo nomine alios superabat. Sēper enim origo & radix potestatis penes Petrū seruabatur, Hanc autem Apostolorū potestatem à Christo eis communicatam, non est quòd credamus diffusam esse in nostros Episcopos. Apostoli enim in hac re nullos post se reliquerunt successores. Solus autem Petrus, vt pote petra & caput Ecclesiæ, in suo munere & officio, quod non sibi soli, sed etiam suis successoribus creditū erat reliquit Pontifices Summos qui fuerunt post illum, qui sunt, qui que erunt vsque ad seculi consummationē. Sed de hac re in alio loco sperāda est exacta & completa resolutio. Nūc ex occasione tantum diximus & festinanter.

Tria officia Apostolorū.

Ioan 21. Matt. 16. Luc. 22.

Ioanno.

Secunda dignitatis Apostolicæ portio est operatio miraculorum: Nam potestate faciendi miracula præcellūt etiam alios sanctos. Nam istud dixit Christus; opera quæ ego facio, ipse faciet. Et Petri vmbra omnem curabat morbum & ægritudinem: & semicinthia Pauli omnem fugabant languorē vt locupletissimus est testis Lucas. Data est Apostolis potestas ista curandi languores, fugandi dęmones, vt habetur apud Lucam cap. 9. Videibi. Alia pars

Alia dignitas Apostolorū.

Ioan. 14. Act. 3.

Luc. 9.

pars dignitatis Apostolicæ, quæ suprema & summa est, est doctrinæ instructio, non solum verbis, sed etiam scriptis. Hi enim sunt quibus peculiariter loquutus est Christus dicēs: Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo. Spiritus autem sanctus ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Vnde Christus iam a mortuis surgens aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Lucę. 24. Et Math. vltimo capite dixit eis Iesus. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: docentes eos seruare quæcunque mādaui vobis. Bis iubet docere, & semel tantum baptizare: doctrinam q; priorem baptismo esse vult. Quare antiquitus catechismus, qui erat institutio præcedebat baptismum. Modo cum paruuli batizentur, hic ordo seruari nequit: tametsi statim pueri, quam primum capaces sunt doctrinę, debent instrui, & doceri doctrinam, quam vulgo dicimus Christianam. Quæ tota consistit in credendis, & in moribus imbuendis, vt sciant, qui regenerati sunt per sacrum baptisma, quo pacto viuere debeant. In hoc munere docēdi admirabilis fuit noster Apostolus, & in omni genere doctrinæ alios omnes Apostolos secundos fecit. Et licet vtrunque iusserit Christus, scilicet baptizare, & docere, magis tamen doctrinę se dedit Paulus, dicens: Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Et si non baptizauero, non est mihi væ sed væ mihi, si non euangelizauero: necessitas mihi incumbit. Iure ergo apostolice functionis, hæc pars Paulo competit. Cui etiam egregie cōuenit & alia, quæ in miraculorū operatione posita est. Nā in prodigijs & miraculis faciendis admirabilis extitit Paulus tam in vita, quam in morte. Et non solum verbo potēs fuit in docendo, sed etiam scripto multos erudiuit & instruxit. Quam doctrinam miraculis confirmabat. Merito igitur se Apostolum Christi esse dixit. Et vt cōpletam demus de Apostolatu doctrinam, obseruare non te pigebit quatuor esse genera Apostolorum. Primi Apostoli sunt, qui à solo Deo dicuntur missi, sicut fuit Moses in veteri testamento. Cui dixit Deus, Exodi cap. 3. Mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum de Aegypto. In nouo testamēto Paulus, Actuum. 22. Vade, quoniam in nationes longe mittā te. Et omnes quodecim Apostoli: Ecce ego mitto vos, & secundum genus est eorum, qui à Deo mittuntur mediante homine: sicut Iosue per Moysen. Iosue repletus est spiritu sapientiæ quia Moyses posuit super eum manus suas. Et Paulus cum esset Antiochiæ missus est vna cum Barnaba. Segregate mihi, inquit Spiritus sanctus, Saulū, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tertium genus ab homine tātum: vt is, qui fauore, vel prece, vel pręcio mittitur. Quartum genus est eorū, qui seipsos constituunt Apostolos. vt Pseudo apostoli, qui assumuntur à seipsis, ad istum honorem non vocati, & qui ingerunt se dicentes. En me Hic rem. 23. Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant, &c. Paulus non est Apostolus hoc quarto modo. Quoniā non se ingessit, sed accersitus venit ad Apostolatum. Quæ dignitas est præcipua in Ecclesia Dei, vt diximus. Neq; per hominem factus est Apostolus, sicut ipsemet confitetur. Neque media te homine, sed medio solo Iesu Christo, qui vocauit eum è cœlo, nō è terra sicut alios. Quod eius authoritate iudica. Nā alij vocati sunt Apostoli à Christo dū ageret in terris homo mortalis: at vero Paulus vocatus est à Christo, cum esset in cælo iam homo immortalis. Quæ res etiam Pauli vocationem facit dignissimam.

Hactenus de negotio Apostolatus, nunc ad mores aliquid vtile colligamus. Imprimis docemur exhac lectiō-

ne,

Ioan. 16.

Luc. 24. Matt. vlti.

Quatuor genera Apostol.

Exodi. 3.

Actō 22.

Actō. 13.

Hie 23.

Notat. et ferit hic Paulus illos falsos Apost.

Vocatio Pauli dignissima

Alluso, admoues.

ne quod debet se nemo iactare de dono sibi collato, quantumcunque sit illud excellens: sed totum referre acceptum ei, à quo est, iuxta illud: omne donum. &c. Secundo etiam colligitur, vt nemo sit tam audax & temerarius, qui se ad euangelicum munus ingerat, ne dicatur ei: Amice quomodo huc intrasti? Sed se ipsum reputet indignum. Quod si dignus est, expectet Dei vocationem, vt sit vocatus Apostolus, & non vltrò oblatus. Nam vt in iure habetur: Qui ingerit se, eo ipso est indignus. Tertio obseruent qui excellentiã in Ecclesia Dei appetunt, vt prius sint Paulus, hoc est humiles: secundo seruiant Iesu Christi, vt mereantur posteà vocari Apostoli. Paulus primo nomine se nominat seruum, deinde Apostolũ non contra. Apostolus non facit seruum, sed è contrario. Iudas enim Apostolus erat sed non Iesu Christi seruus, sed diaboli mancipium. Vocatus fuit etiam ad Apostolatum, vt cæteri; sed tanto honore se se sua iniquitate indignum fecit. Nam ex Apostolo se diabolum fecit, iuxta illud: Nonne duodecim elegi vos, & vnus ex vobis diabolus est? Ad culmen magnę dignitatis accitus fidem habuit miracula fecit, vt alij: sed quid profuere illi ista? Sanè nihil. Quoniam etsi nomine Apostolus Christi erat, reuera non seruus Christi sed diaboli. Qui enim verè Apostolus esse cupit re, & nomine, eum oportet, vt prius se præferat verum Christi seruum. Quare nõ absre Paulus prætulit nomen serui, Apostoli nomini. Tacitè enim nos docet nullum fore dignum Apostolatus titulo, nisi illum qui iam esset effectus Christi seruus. fœlix, & beata seruitus, que nos ducit ad tantum dignitatis gradum. Scala quippe seruitus Christi est, qua ascenditur in Ecclesia ad summum Ecclesiæ apicẽ, *Segregatus in Euangeliũ Dei.* Expeditis, que ad Apostolat' dignitatẽ (quæ amplissima erant) faciebant: de alio nomine, quod eũ Pauli dignitatem indicat, nobis restat dicendum. Dicit ergo Paulus nedũ fuisse vocatum, verum etiam & segregatum. Quod vocabulo primò se non suum negotium proprium agere indicat, sed eius, à quo missus fuerat. Dicitque in hoc ab alijs fore segregatũ, vt incumbat euangelio euulgando, & docendo. Emphasim magnam habet vocabulum, segregatus. Primò quidẽ hoc vocabulo videtur Paulus depellere aliquorum suspicionẽ, qui cogitare poterant illum ex leuitate ciro fuisse mutatum. Proinde dicit se fuisse segregatum. q.d. nemo miretur si à lege Moysi ad euangelium concionandũ me videtis esse muratum. Non n. notari debeo à vobis, Romani mei, leuitatis, vel inconstantiæ. Nam segregatus ab aliquo nempè fui ad hoc muneris. Obseruet diligens lector hoc loco, quod quemadmodum dictio illa Apostolus, interpres fuit alterius, scilicet seruus (nam seruitus illa in Apostolatu erat, & non in alio): sic modo quo in negotio Apostolus fuerit paulus, declaratur per hoc, quod dicit: Segregatus in euangelium Dei. Idem enim valere, & pollere videntur Apostolus, & Segregatus in euangelium. Quasi dicat Paulus: in hoc ostendo me esse Apostolum Iesu Christi, quòd segregatus fui in euangelium Dei. Hoc enim posterius est ratio, & difinitio prioris. Itaque si quis nos roget quid sit esse Apostolum, aptè, & commodè respondebimus, dicentes aliud nõ esse, quam segregati in euangeliũ Dei. Itaque hac verborum complexione definita est ab ipso Paulo apostolica functio. Neque hæc phrasis noua est, sed Rhetoribus assueta satis, & familiaris. Solent enim Rhetores in vniuersũ de aliqua re dicere, deinde in specie. Species autem difinitione manifestatur. Nam, vt logici dicunt, ipsa sola est, quæ definitur. Describit igitur hic Paulus munus apostolicum per vocabulũ segregatus. Qui enim tale munus exercent

Luc. 10.

Cur dicat Paulus se segregatum.

Matt. 20.

Ioan. 6.

cent, non vndecunque assumēdi sunt sed ex electis. Est namque vocabulum segregatus, vt à nomine exordiamur, non abiectum, & humile nomen, sed honorificum, quemadmodum & vocabulum Apostolus. Quod ex græco patet, Aphorismenos, quod sonat secretum, selectum, sepositum, siue separatum. Solent enim pretiosa à vilibus separari. Et sententias, quas nos vulgò maximas appellamus, Græci appellāt àphorismos. Illæ enim separari solēt à communibus sententijs, eo quod sint illustres inter alias. Sic Paulus tanquam illustris persona segregatus fuit

Cæterùm quo pacto debeat intelligi hæc segregatio, inter illos tres Ecclesiæ eximios doctores, & Pauli interpretes non bene conuenit. Primo Hieronymus vir doctissimus, & in interpretandis scripturis acutissimus, de ea separatione, & segregatione intelligendum esse vult, qua Paulus a collegio aliorū Apostolorum fuit segregatus quando scilicet missus est ad prædicandū gentibus. Quod factum est quando dixit Spiritus sanctus: segregate mihi Paulum, & Barnabam, &c. Cui explanationi nihil aliud obstare videtur, vt sit germana, nisi quod Paulus non dicit se fuisse segregatum ab alijs Apostolis Nec dicit segregatus in gentes, sed in euangelium Dei absolutè. Verum cū tanti viri sit hęc explanatio, non est omnino abijcienda. Ambrosius Paulum intelligit segregatum à Synagoga. Fuit enim Paulus prius Synagogæ minister, quam Ecclesię. Cui Synagogæ multum vtilis erat, vtiliorque omnibus alijs Apostolis. Nam licet illi essent filij Synagogæ etiam, cum essēt rudes, & homines idiotæ, vel nullo, vel modico vsui erant in Synagoga. Erāt enim piscatores, & ignari. Paulus verò cum esset in lege peritus, & non tantum sibi ipsi doctus, sed etiam alijs; multum profectum, & commodum afferebat Synagoge. Doctrina enim, & Zelo, sollicitudine que inuectus furijs Ecclesiam persequebatur, & sanctorum sanguinem auidissime sitiebat. Vnde nō dubito quin etsi Synagoga parum de luerat de aliorum Apostolorum conuersione ad Christum: tamen ægre tulit Pauli conuersionem. Multū enim illi vtilis erat. Fuit ergo ab illa Synagoga segregatus Paulus, vt esset minister non iam amplius Synagoge, sed Ecclesiæ, in qua postea multo plus vtilior, & fructuosior fuit. Porrò ista segregatio facta est quando projectus in terram factus est vas electionis, vt portaret nomen Iesu Christi. Hæc enim separatio, siue segregatio stupenda, & mira fuit toti orbi. Quo nomine Paulus cæteris excellentior esse videtur, vt qui dum actu Christum persequeretur, electus, separatus, & segregatus est in Apostolum Dei. Et hęc causa fuit (ut iam alias à nobis dictum est, & secundo dicimus) obquam Ecclesia colit, & celebrat, non aliorum Apostolorum, sed solius Pauli conuersionē. Alij vero doctores exponunt, segregatus, ab vtero matris suæ. De qua segregatione ipsemet ad Galatas mentionem fecit dicens. Cum placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ.

D. Hie.

D. Ambro.

Gal. 1.

Porrò nec conuenit benè inter interpretes de qua matre sit sermo: an de naturali, aut de Synagoga. Si sit sermo de Synagoga, qui hoc dicunt, sanè coincidunt cum expositione beati Ambrosij si vero sit sermo ď alia matre nempe carnali, iam est alius sensus. Et istum magis germanum putant aliqui interpretes. Quod si contra istos vrgeas, dicens, huiusmodi sensū parum mysterij habere: respondent imò magnum esse mysterium. Quoniam segregari ex vtero matris, nil aliud sonat quam dicere separatum & segregatum esse nullis precedentibus meritis. Sicut enim scriptura loquuta est de Hieremia propheta dicens; Dominus ab vtero vocauit me: Et; Prius quam te formarē in vtero noui te, quibus verbis nil aliud insinuatum est, nisi quod

Hier. 1.

samus admittere quod intulisti. Si vero in pastorali cura & officio: inficiari possumus & debemus. Nam solus Petrus toti ecclesiæ datus est vniuersalis pastor: cuius etiam Paulus, ouis erat, quantumcunque Apostolus esset. Apostolatus enim non extrahit aliquem à conditione ouis. Doctrina tamen euangelica & functione Apostolica si comparentur ad inuicem Paulus, & Petrus, primatum habet Paulus & excellentior est, etiam capite Ecclesiæ, Petro videlicet. Vnde sicut nō inconuenit quod oculus in videndo, & pes in ambulando, qui sunt partes capitis, sint præstantiores in suis officijs suo capite: sic licet Petrus sit Ecclesiæ caput & fundamentum, nihil incommodi sequitur quod in doctrina & apostolatu superetur à Paulo oue sua, & membro suo. Admirabilis profecto fuit Pauli doctrina, qui raptus est vsque ad tertium cœlum, vt videret, vel audiret arcana Dei quę non licet homini loqui. Et tanta est Pauli doctrina, vt quidam volentes eam pro merito suo attollere, dixerint Paulum ampliori lumine illustratum fuisse, quam tota vniuersalis Ecclesia primitiua fuerit. Nam ipse ante vniuersalem illam Ecclesiam fuit illustratus & in aliquo prius illuminatus quā vniuersalis illa Ecclesia. In hoc scilicet quod sciuit tempus in quō vocandæ erant gentes ad fidem Christi. Et hoc cognouit per reuelationem ei factā. Quæ res ignorabatur à Petro & ab ipsa Ecclesia. Nam Petrus non cognouit hoc ante visionem sibi factam in lintheo. Quam visionem interpretans confitetur tunc sibi factam reuelationem de conuersione gentium. Vnde ipse postea erudiuit & docuit Ecclesiam, declarans ei quod gratia Christi communis erat Iudæis & gentibus.

Simile.

1. Cor. 12.

Act. 10.

Paulus verò multò edoctus erat & executioni mandauit illud preceptum, quo iussum erat eivt pergeret ad euangelizandum gentibus. Imo certò certus sciebat se segregatum fuisse ad executionem huius præcepti. Quare non sine causa asserit se esse segregatum in Euangelium Dei. Ephesijs etenim luce clarius istud patefacit, dicēs. Mihi autem sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus (nota verbum) euangelizare & illuminare omnes, quę sit dispensatio sacramenti. Istud peculiare erat Paulo. Nam nullus Apostolorū à principio missus est illuminare omnes. Soli Paulo commissa est hæc prouincia, quam diligentissime exercuit. Colligamus ergo omnes has rationes in vnum, & hæc multa quæ diximus in pauca sūmatim reducamus, hūc in modum dicentes. Si Paul⁹ prædestinatione, Synagoga, Spiritus sancti missione, speciali & peculiari separatione, & denique quadam excellentia ab alijs segregatus est; ergo istis quinque modis merito se dicit esse segregatum in Euangelium Dei præteris. Neque propterea tu inferas Paulum aliquid sibi in istis arrogasse. Sed hoc ideo potius fecit, vt munus suum egregium Romanis, & nobis palam faceret. Ephes. 3.

Restat nunc respondereel qui curiose à nobis requirere posset quid causæ fuit quod Paulus non dixerit se fuisse vocatum & segregatum à Christo Iesu? Quæso Paule, dic cur istud prætermisisti? Qui enim segregatur, ab aliquo alio segregari debet. Tu non dixisti à quo fuisti segregatus adtantum obeundum officium. Respondemus bifariam. Primo modo dicentes quod iam dixit Paulus quando dixit se à Spiritu sancto fuisse segregatum: tum etiam quiā inferius dicturus erat Paulus, per illa verba scilicet: Per quē, hoc est Iesū Christū accepimus gratiā & Apostolatum. Ecce quomodo palam dicit in hac epistola, quomodo sit effectus Apostolus, & Solūtur quædā obiectiones.

Resp.

segregatus. Per illum enimmet per quem creatus fuit Apostolus, fuit & segregatus.

Per obtestationem.

Postremo posset percontari à nobis etiã diligens & curiosus lector inter illas quinq; expositiones quas adduximus supet voce illa segregatus, quæ nam sit verior, & germanior, & quæ magis accedat ad mentem Pauli? Ad hoc breuiter respondemus, quod

Responsio.

cum quælibet earum, & omnes simul excogitatæ fuerint à viris doctissimis non est iustum & æquum vt de hac petitione nosmet ipsos iudices faciamus: Omnes ingeniosè sunt, & quauis earum contẽtus esse potest lector. Vnũ tamen non dissimulabimus, quodquidam dicunt, scilicet, quod illa expositio quæ refert segregationem Pauli ad vterum naturalis matris, est partum illustris. Quod vtrum recte sit censuratum, aliorum relinquimus iudicio. Nos pro nostro more, ad allusiones pro morbus componendas, nos quoque componimus & recurrimus.

Allusio ad mores.

QVi acciti sunt ad regimẽ Ecclesiæ maxima doctriua pollere debẽt Nã gubernatio præsuponit doctrinã & sapientiam. Turpe quippe satis est & indecorum, rãtæ gubernationi præfectos esse insipientes & insçios. Ideo Christus prius dixit Apostolis; Vos estis sal terræ. Hoc est sal sapientiæ & doctrinæ: Et deinde misit illos ad Ecclesiam gubernãdam. Quare iure gubernatores docti esse debent. Vtinã amouerentur hodie, qui in Ecclesia nõ sal terræ sunt, sed tantum vas salis sine sale: id est sine sapientia. Dignitas quippe in homine non sapiente, est vas salis sine sale. Neque satis est his qui præsunt Ecclesiæ, quod clareãt miraculis & vitam immaculatam habeant. Quoniam miracula ad doctrinam confirmandã ordinãtur. Quare liquido colligitur in dignitate apostolica precipuũ esse doctrinam ipsam. Nã qui Ecclesiam regit, si bonos sua sancta vita docet & gubernat: malos etiã, prauos, & rebelles, doctrina cohibere debet Oportet, inquit Paulus, Ecclesiæ præpositum, opere, & sermone (hoc est doctrina) potentem esse ad arguendos illos qui contradicunt.

Allusio prima ad mores.

Matt. 5.

Doctrina precipua pars apostolatus est, quo nomine Paulus alios postposuit apostolos.

Secunda Allusio.

ADmonemur etiã hoc in loco per hanc habitam doctrinam proxime exaratam, illi qui destinati sunt & vocati ad euangelicum munus, vt sint segregati à Synagoga mundi, & ab aliis curis ne illæ sint impedimẽto suo muneri obeundo. Nemo enim implicatus negotijs secularibus, apte & commode Deo militare potest: Paulo attestante, & dicente, quod nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus, vt placeat ei cui se probauit. Tantum enim euãgelico officio aduersa est secularium negotiorum implicatio, vt Christus mittẽs suos discipulos ad prædicandum Euangelium, noluerit illis facere copiam, vt in via aliquem salutare possent, dicens; Neminem saluta ueritis in via. Qui enim Ecclesiastico concionatori largiri salurandi facultatem non vult, quomodo dabit illi & concedet vt immisceat se caducis, & secularibus negotijs?

Secunda allusio.

qui expeditissime euangelico officio fungi vult, ab omni alio negocio segregati debent. 2. Timo. 2.

Luc. 10.

In Euangelium Dei

PErseuerat Apostol⁹ propalare excellẽtiã suæ dignitatis, quã ex parte supra notam fecerat. Primo ánomine secundo à conditione, tertio, ab Apostolico officio, quarto à singulari segregatione: nunc vero à præstantia rei in qua occupari & versari debebat. Verbum enim, Euangelium, auget pondus & autoritatem euangelici munetis. Dixerat enim se fuisse segregatum, adiungit modo in quã rem sit segregatus. Dum enim esset Syna

Paulus istis epitetis fide digna facit suã epistolam & acceptationẽ & eadem opera commendat officium suum.

in Synagoga, segregatus etiam erat, & ex multis selectus: sed non in Euangelium, sed in legem Mosis, quam ipse alijs interpretabatur, & pro qua acerrime zelabat, pugnabatq; Ita quod paratus & promptus erat suam vitam pro ea tuenda discrimini exponere. Modo iam insinuat se mutatum esse in aliam scholam, professumque aliam nouam doctrinam nempe Euangelium. Ideo dicit; Segregatum in Euangelium Dei. Dixerat Paulus à quo fuerat segregatus, restabat ei dicendũ ad quid fuerat segregatus, sicq. docet scopum & finem sui Apostolatus, qui est vetari in Euangelica doctrina: non in onerosis sicut in lege Moysi, non in minatorijs & tristibus rebus, quæ timorem & pauorem hominibus incutiunt, sicut soliti sunt facere Prophetę: sed in lætis, iucundisque rebus versabatur Paulus. Qua re attentum reddit auditorẽ, eumq; erigit in spem remissionis peccatorũ. Euangelium enim & non lex est quod promittit remissionẽ peccatorum. Euangelium namq; dicit; Agite pœnitentiã appropinquabit enim regnum cœlorum. Ad quam non vocabat nos lex illa verus, sed terrebat, minaturque homini num peccatis. Lex autem euangelica mox vt data fuit alliciebat homines media ipsa mercede ad pœnitentiam & remissionem peccatorum. Merces enim illa non quęuis erat, sed magna: nempe appropinquatio ad regnum cœlorum. Appropinquatio dicebatur, quia cum cœli ianua esset ad huc clausa: eo quod eius ianitor non erat ad huc ingressus, statim homines ingredi in regnum cœlorum non valebant appropinquare tamen illi bene poterant. Obserua hic interim, Paulum non dixisse segregatum se fuisse ad prædicandum Euangelium: sed absolute protulit, in Euangelium. Qua forma loquutionis insinuare voluit, multos præter ipsum nactos fuisse Euangelij prędicationem, vt videre est in illis quibus ex officio incumbit prædicare, quales sunt Episcopi, & prælati, & illi quoque qui hoc faciunt ex cõmissione. sicut sunt religiosi. Isti sanè segregati sunt ad prædicandum Euangelium, sed non sunt segregati in Euangelium. Emphasim namque habet particula illa, in Euangelium, hoc est, in omnia officia euangelica, in quæ quiuis concionator verbi Dei non dicitur segregatus, sed tantum Apostoli, & potissime Paulus. Vnde obseruent, qui volent, quod licet Episcopi sint successores Apostolorum (vt communis tenet opinio) tamen non omnes dignitates & priuilegia illorum deriuata sunt ad Episcopos. Quia illa priuilegia erant personalia, data certis legatis: & ideo cum essent peculiaria non est necessarium quod si Episcopi succedunt Apostolis illos habere omnia quę Apostoli habuere. Neque pari lance militant illę duæ successiones: scilicet Petri, & Apostolorum. Quoniam potestas Petri fuit ordinaria: ac proinde perpetuo duratura, Quo nomine & causa iure deriuanda erat ad alios Petri successores. Apostolorum autem potestas cum esset quasi extra ordinaria, & ex priuilegio, non debebat perpetuo durare, sed extinguenda cum illis erat. Nõ enim opus est vt si quis á rege vel Pontifice pro aliqua temporis necessitate creatur legatus, vel orator, quod illo mortuo succedat alius loco illius: sic mortuis Apostolis, non fuit necessarium vt succederent alij in Apostolorum omnibus officijs. Dices forte tu Ergo frustra successerunt Episcopi Apostolis. Respondetur: non frustra dictum esse á nobis quod Episcopi essent successores Apostolorum. Nam cum Apostoli non possent perpetuo cõmuere nobiscũ, & doctrina verbiq; seminatio (ęper esset necessaria Ecclesiæ Dei (nã nisi dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus) id circo necessarium fuit vt essent

Cur omnia priuilegia Apostolorum non sint deriuata ad Episcopos.

Esa. 1.

in Ecclesia qui hoc munus obirent, cuiusmodi sunt ipsi Episcopi, quorum maxime interest prædicare Euangelium Dei, & non condere, vel scribere. Illud primum, scilicet prædicare Euangelium, à patribus nostris, nempe Apostolis, deriuatū est ad Episcopos, alię verò functiones & dignitates minime. Nam sicut antea diximus, tria erāt Apostolorum munera siue officia: primum gubernatio vniuersæ Ecclesiæ, quod certe Episcopis non incūbit, sed tantum Pontifici Maximo, & concilio Generali. Aliud officium erat operatio miraculorum, quæ etiā nunc non viget vt antea. Tertiū officium erat instruere populum Christianū verbis & doctrinis ipsosq. professores Euangelij gubernare. Hæc tria officia exercuerunt Apostoli etiam diligentissime, quæ non omnes exercent Episcopi. Quotusquisque etiam est, qui suam doctrinam miraculis confirmet? Et quot sunt hodie qui promulgent Euangelium medio spiritu prophetico? Hoc namque est esse segregatum in euangelium Dei. Hoc est habere omnes functiones Apostolicas, quæ cum potissime reperiantur in nostro Paulo, merito igitur se dicit esse segregatum in Euangelium Dei. Ecce emphasim quā habebat particula illa in Euangelium. Est ergo sensus loci huius huiusmodi. Ego Paulus qui antea legatione fungebar pro Synagoga contra Ecclesiam, nunc iam in alterum virum mutatus, segregatus sum pro Ecclesiæ negotio, & pro Christo legatione modo fungar in reconciliationem generis humani. Præterea de Euangelio sermonem habituri, opere prætium duximus ab ipsa etymologia vocabuli initium sumere. Euangelium vt omnes asserunt, nil aliud resonat nisi lętum, bonumque nuncium. Sed dicis; Quale est bonum hoc lętumque nuntium, quod Paulus nuntiat? Respondemus; Remissionem esse omnium peccatorum nostrorū expulsionem q; omnis mali, & post istud, vnionem cum ipso Deo, quam remouerat peccatum, iuxta illud quod scriptum est; Peccata vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrū. Hæc autem vnio iuxta sacrorum theologorum doctrinam, non vno modo sed trifariam spectatur, & in earum qualibet bonum nostrum positum est attestante Dauide & dicente in omnium persona: Mihi autem adherere Deo bonum est. Prima harum vnionum appellari solet ab scholasticis theologis vnio hypostatica, secunda adoptiua, tertia visiua & fruitiua appellari potest. Funiculus hic triplex, difficile rumpitur. Primus modus quo homo Deo vnitur, omnes creatas vniones superat, secunda filios Dei nos reddit, tertia regni cęlestis possessores, heredes, atque fœlices. Visio, inquit Augustinus, est tota merces. Hæc tria bona in Euangelio nunciantur homini. Sed dicet aliquis. Cupimus videre, digitoque tangere hoc quōd dictum est nempe Euangelium nos docere hæc tria bona. Placet equidem. Illa prior vnio admirabilis, & omnem nostrum captum superat: Tamen pro nostra virili, paucis hoc negotium attingemus. Donet Dominus spiritum suum. Ista coniunctio fit inter duas naturas, diuinam scilicet & humanam, in vnitate hypostasis, & personæ. Ita quod vna persona nempe diuina seruit duabus naturis. Ex ista coniunctione, eleuatur natura humana ad esse Dei. Accedat homo ad cor altum &c. Cor altum Dei, persona filij est, qui est cor Dei. Hec enim vnio facta est, quando uerbū caro factum est, & habitauit in nobis. Postquā autē homo sic Deo vnitus fuit in cæpit cū Dauide dicere; Mihi autē adhærere Deo bonū est: nō tantū bonū sed & optimum. Nam optimum cuiq; rei est, vniri suo principio, vt recepta est philosophorū doctrina. Quod videns Iob tantū hominis bonum, excla-

Tria munera Apostolorum.

Quid sit euangelium.

Triplex vnio

D. Aug.

De valore hypostatica.

Psal. 74.

Iob. 7.

clamauit dicens: Quid homo est quia magnificas eum, aut quid apponis erga eũ cor tuũ? Quibus verbis Iob prœ luit mysteriũ incarnationis. Quod clarius & explicatius per Ioãnem in suo euangelio referatum fuit, quando dixit: Verbum caro factum est. Hæc cur sim de hominis & Dei vnione, de qua longius multo per tractant theologi qui ex professo rimantur tantum mysterium & sacramentum. Aliud autem bonum hominis quod in Euangelio quoque ostenditur & enarratur, gratia adoptionis dicitur: quę vnit nos etiam Deo, filiosque & heredes nos cõstituit iuxta quod scriptũ est: Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi omnes. Et apud Ioannem: Potestatem dedit eis, filios Dei fieri. Et idẽ alibi: De plenitudine eius accepimus omnes, gratiã pro gratia, Et vt non simus immemores nostri Pauli, etiã hęc res ab eo testimoniũ habet: Accepistis inquit, spiritũ adoptionis, in quo clamamus abba pater. Tertiũ bonũ in euãgelio nuncia tũ, quod diximus esse gratiã fruitiuã & visiuam, illa est qua Deo clare viso fruitur homo. Huius boni testimoniũ porrigit Paulus multis in locis, potissime quando dixit: Nunc videmꝰ per speculũ, tũc autẽ, hoc est in patria, facie ad faciẽ. Rursus in alia scriptura dicitur: Gaudiũ vestrũ (quod ad fruitionẽ spectat) plenũ erit. In hac namq. lachrymarũ valle in qua positi sumus interdum gaudere licet, sed nõ plene. Eo quod hic gaudium mœrore sit mixtum. Rursus in alio loco Christus dicit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et Propheta Isaias: Tunc videbis, hoc est, cum fueris beatus, & affluues, & dilatabitur cor tuum &c. Ista tria bona annunciantur nobis per euangelium Dei, quæ in multis locis in testamento veteri adumbrata fuerunt. Et vt è multis vnum tantum in medium adducamus, locus ille præcipuus est quando primus noster parens producta & visa nostra matre Eua loquutus est dicens. Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Ecce gratiam vnionis insinuatam. Deinde dixit: propter hoc relinquet homo patrem & matrem. En aliud bonum, nẽpe gratiam adoptionis. Subiungit: Et ad hærebit vxori suæ. Ecce gratiam visionis. Ex istis dictis incipe prudens lector colligere dignitatem doctrinę euangelicæ. In qua tractatur de tribus istis tam præclaris bonis. Ex quibus facile est pręceteris alijs doctrinis colligere celsitudinem & excellentiã huius doctrinæ. Nam sicut nos docuit philosophorum princeps Aristoteles, præstantia doctrinæ & dignitas, partim petenda est ab excellentia subiecti, partim ex certitudine procedendi. Ratione primi ausus est Aristoteles asserere scientiam de animo esse excellentiorem cæteris alijs physicis. Eo quod in illo opere, de Anima, quæ est nobilior, contemplatio esset. Cętera rum quod ad secundum modum attinet, certitudine demonstrandi Mathematicæ disciplinas omnes aliasvincere & superare dixit. Eò quod Mathematicę disciplinæ demonstrationes habeant ad intellectum & ad sensum. Anima autem licet per intellectum agnoscatur, sensu tamen nullo in se ipsa percipitur: licet suis functionibus esse agnosci possit. Hæc quæ dicta sunt si ad formam redigere volumus, sic paucioribus excellentiam Euangelij comprehendere possumus, dicętes. Illa doctrina altera præstantior est, quæ præstantius obiectum, siue subiectum habeat: atqui Euangelica talis est: quod iam nos ostẽdimus, cum eam diximus versari in tribus illis bonis, in quibus nulla alia versatur: sequet ergo euangelium doctrinam cęteris esse præstantiorem. Quod per adiunctionem illius particulę Dei, insinuauit nobis Apostolus Idest, de Deo. Q. d. sum segregatus in Euangelium non hominis non

Ioan. 1.

De vnione & adoptione,

Psal. 81. Ioan. 10.

Ad Roma. 8

De vnione & gloriam,

1. Cor. 13. Ioan. 16.

Matt. 5. Isa. 30.

Gen. 2.

Aristoteles.

Angeli,sed Dei: qui est summum bonum. Et ipsemet Christus dixit; Nemo bonus, nisi solus Deus. Bonū autē, iuxta Dionisij doctrinam, hęc est natura; vt sit diffusiua sui. Diffusio aurem fit iuxta boni conditionem. Si bonum est necessarium,& diffusio: si autem bonum est voluntarium,& communicatio quoq;. Et si bonū est infinitum, talis quoque erit effusio. Nunciat autem Euangelium illius boni communicationem, non solum illam qua Deus finito modo creaturæ se cōmunicat: sed etiam illam communicationem quo infinito modo. Qualis est illa Verbi cū natura humana vnio. Paulus ergo segregatus fuit, vt hominibus bonum afferret nuntium.

Luc. 18. D. Dionys.

Sequitur Dei.

Quare dicat Euangc. Dei

NON satis Paulo fuit dicere se esse segregatum in Euangelium, sed voluit apponere vocem istam DEI. Quod non fecit temerē siue frustra, sed vt inciperet aperire encomia Euāgelij: inter quæ primás tenet, quòd sit Dei. Maiestatem enim tribuit Euangelio, quòd sit promissum per Prophetas, quòdq; sit in scripturis sanctis; sed maiorem insinuat maiestatem, cum ait se esse segregatum in Euangelium Dei patris. Sed si quis obijciat, quod Marcus in suo prologo dicit esse Euangelium Iesu Christi: Ad hoc primó dicere possumus, quod quæcunq; sunt filij, sunt & patris: quia totum esse filij, á patre est acceptum. Omnia inquit, tradita sunt mihi á patre meo. Igitur, quantum attinet ad rem, quicquid est filij, est & patris. Secundo dicimus, quód Euangelium dicitur esse Christi, quia Christus erat annunciator eius. Ipse enim fuit Apostolorum primus & præcipuus Apostolus. Sic enim eum vocat Paulus in epistola ad Hebræos. Est enim Christus materia Euangelij, sicut inferius dicet Paulus, scilicet, de filio suo. Et sic nihil est pugnantiæ. Dicitur etiam Euangelium, non solum Dei, & Christi, sed etiam Pauli: diuersa tamen ratione, Quód ipse sit specialiter electus ad annunciandum illud,& quia in eo plantando plus cæteris laborauit. Solet etiam dici Euangelium nostrum, tum quia propter nos est conditum, tum etiam quia tanquam filij Dei, & eius hæredes, existimamus nostram esse hæreditatem. Sacramenta autem quæcunque non solemus dicere esse nostra vel Pauli. In prædicatione etiam Euangelij, aliquid de suo minister ponit: videlicet docendi energiam, gratiam docendi, rhetoricam, & reliqua huius generis, quibus animi auditorū rapiuntur,& ad complendum Euangelium facilius alliciūtur. Et ideo dicere possunt; Istæ sunt meæ conciones, siue mei sermones. Vnde dicebat Paulus ad Ephesios; Poiestis intelligere prudentiā meam in mysterio Christi. Dicimus igitur, Euangelium esse Dei, Iesū Christi, Pauli,& nostrum.

Matth 11.

Ephe 3.

Allusiones ad mores.

Prima allusio ad mores.

SI Euangelij negotium Paulo, cęteris q; Apostolis: imò Iesu Christo cōmissum fuit, profecto summa cū auiditate, neq; minori cū reuerentia á Christianis audiendū est verbū Dei, eiusq; Euangeliū auscultandum, in quo totū bonum nostrum positum est. Ipsum enim est quod nobis promittit regnū cælorum, peccatorum remissionem, & cum Deo communicationem, & vnionem. Idcirco in primis Euangeliū commune esse debet omni homini. Quoniā publicā & gratuitā Dei benignitatem in totū genus humanū annūciat. Quare qui tantū diuitibus, potētibus, & nobilibus cōmunicant & non pauperibus, ipsi Euāgelio iniuriā irrogant primó, & secundo contra Christi mandatū faciunt, dicentis. Prædicate Euangeliū omni creaturæ. Quasi diceret; Volo Euangeliū esse cōmune. Nulla sit vobis in eo acceptio personarū.

Marci vlt.

Ad

Ad quod alluſit inferius Paulus, dicēs Euangelium virtus Dei eſt, in ſalutem omni credēti. Quare caueant qui huic muneri incumbere ſolent, ne quod Chriſtus fecit commune, ipſi particulare & ſingulare faciant. Fieri autem iſtud ſolet, quando Euangelij præcones in ſolis famoſis, locis, & populatis Euangelium enunciare procurant.

Secunda Alluſio.

Secunda alluſio.

IN memoria perpetua habere debēt chriſtiani (quæ attulit Euangelium Dei) hæc tā excelſa preclara, & magnifica dona (qualia ſunt illa tria receuſita a nobis (in quibus incluſa ſunt omnia alia quæ excogitari poſſunt: nam per illa omnia facta eſt omnium bonorum collatio, & omnium malorum euacuatio. ſed ſuper omnia memores eſſe debemus modi quo nobis donata & collata fuerunt. Modus inquam eſt, quo Deus ſuum amorem ſummum erga peccatores oſtendit. ſanguine namque filij ſui, noſtras maculas lauit, & nos mundos reddidit. O modum amabilem, & acceptione dignißimum! Noſtra mala ipſe ſuſcipit (peccato dempto) & bona ſua nobis dedit. Vnde quæſo hęc ſcimus? Vnde? Per euangelium Dei: quod fauſtum, fœlixque nobis eſt nuntium. O quam magnus campus, quamque magna tela ordiri hic poſſet ſi vellemus vulnerare corda noſtra diuini amoris ſagittis. Hæc contēplabatur ſponſa Chriſti (Anima nempe chriſtiana quaſi retorquendo verba ſponſi, dicens: Vulnerasti cor meum ſponſe mi, ſagittis tui amoris acutis.

Cant. 7.

Quod ante promiſerat.

Alię laudes Euangelij.

TRanſitum facit Paulus ad illas laudes ſiue qualitates quæ extrinſecus adueniūt Euangelio, explicatis iam internis. Commendari enim ſolet rēs tā ab internis, quā externis. Laudamus enim hominem non tantum quia egregio polleat intellectu, ingenium habeat acutum, memoria præditus ſit felici: quę ſunt interne hominis dotes, ſed etiam eum cōmendamus quod ſit optimę ſtaturæ, quòd habeat pulchros oculos, ornatam faciem & decoram, vocem claram, & bene ſonantem, & reliqua huius generis, quæ ſunt dotes externæ. Sic Paulus hanc analogiam ſequutus, intendit venari externas Euangelij laudes: ex quibus conſurgunt quinque encomia ipſius. Primum eſt firmitas, & ſecuritas, quia promiſſum fuit ab eo qui nec mentiri, nec mutari poteſt. Scriptum quippe de eo eſt, Non eſt Deus vt homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis vt mutetur. Ego Deus & non mutor. Etalibi; cœlum & terra tranſibunt: verba autem mea nō tranſibūt. Et alio in loco; Quę procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Et tandem, vt Paulus ſit etiam nobis teſtis, Fidelis, inquit, eſt Deus: ſe ipſum negare nō poteſt. Satisergo firmū ſemper fuit Euāgelium, vbi à Deo eſt promiſſum. Dixit quoque Paulus euāgeliū eſſe promiſsū, vt nos doceret nō eſſe humanū figmētum: nec rē noua aut inuētam, neq. ex improviſo natā, ſed iam olim à Deo promiſſam. Ad tollendas igitur fictiones, & ad excludendas humanas inuentiones, hę ceſſatio adiungit Paulus Euangelium eſſe rem promiſſam à Deo. Facile enim erat cuique dicere, quod ipſe annunciat eſſe Euangelium Dei, vt facere ſolent pſeudo Apoſtoli. Sed forte dices; Qui ſunt teſtes huius promiſſionis? Reſpondet Paulus; Prophetas eſſe. Longum eſſet, nimisque prolixum diſcurrere per omnes Prophetas. Prophetę autem falſi nō ſunt qui eius Dei ſunt. Quare non eſt periculum falſitatis. Et hæc poteſt eſſe alia Euangelij dignitas de qua proxime dicturi ſumus. Poteſt etiam

Mala ſ. Luc. 21. Pſal. 104.

Euangelium non eſt humanum figmentum, ne de repente ortū

Pſeudo apoſtoli cum falſa dicant & predicent, & hæretici quoque ſacram ſcripturam depravantes certe per vertunt dei euāgelium.

in Euangelio, & antiquitas considerari. Antiquum etenim promissum est & non nouum, Euangelium. Quo nomine à suspicione efficitur alienum. Licet enim, vt vulgo dicitur, noua placeant, tamen, de te noua suspectum a liquãdo habemus iudicium. Antiquitas vero, præter autoritatẽ quam præ se fert, etiam credibilior est quam nouitas. Etenim nouitas, maxime quę ab homine introducitur, aliquando suspecta habetur. Quo circa quia Paulus Romanis nouam doctrinam annunciabat, ne eam suspectam haberent, ad tollendam huiusmodi suspicionẽ, dixit Euangelium fuisse ante promissum. Quasi diceret Romanis, Nõ scribo vobis noua, sed antiqua. Et hoc titulo magis debet esse vobis grata hęc euangelica lex: quæ hac de causa naturalem, & Mosaicam superat legem. Nam nec lex naturalis, nec Moysi ante promissę fuerunt quã datæ: sed tantum euangelica lex annos non paucos ante promissa nobis fuit, quã exhibita: sicut scriptum est in sacris litteris. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eã &c. vsque ad verba illa, ait Dominus. Quibus in verbis Propheta graphice depingit naturam, effectum, efficatiã, & fructum sacri Euangelij. Consule tu lector bone Prophetam, vt nos à prolixitate & libetes & serues, Sed rogabit nos hic forsan auditor, dicens. Quisnam fuit primus euangelij promulgator? Respondetur primum nostrum parentem Adamum fuisse. Nam Euãgelium, vt dictum est, hominis bonũ est. Bonum autem hominis, in vnione cum Deo per gratiam in via consistit; & in patria per claram visionem, sicut tetro ànobis diffusius dictum est. Harum autem duarum vnionum causa effectrix est vnio hypostatica naturæ humanæ cum filio Dei. Hanc autẽ primus homo vaticinatus est eodemmet die quo creatus fuit, dicens; Hoc nunc os ex ossibus meis. etc. Hisce verbis insinuauit Adamus euangelium. Vide igitur tu, si est satis vetus & antiquum. Sed obijciet nobis quispiam, dicens; Paulus dicit; Quod senescit & antiquum est, prope interitum esse: igitur esse antiquum potius videtur esse vitium, quam encomium. Paulus quasi à longe subolens hanc obiectionem, eã preuenit, & prœocupauit per illud verbum promisserat, quod stabilitatem & firmitatem insinuat: ne tu putares Euangelium esse infirmum & debile propter antiquitatem. Quæ antiquitas licet in rebus quę vsu consumuntur sonet imperfectionem, tamen genere doctrinæ minime. Doctrina enim quo antiquior, plenumque eo & melior. Et proinde præualere debet antiqua doctrina, & prępponi nouæ, cęteris paribus. Euangelium enim & dignitate & antiquitate cunctas alias antecedit doctrinas. Vtrum autẽ scriptura sacra prior fuerit ipsa Ecclesia, vel è contra, licet pulchra sit quæstio, tamẽ non est præsentis loci. Quare ab ea cõsulto supersedemus. Quorsum autem intromittat se Paulus an Euangelium sit nouum, vel antiquũ, iam à nobis dictum est. Aliam emphasim sectetam continet in se verbum promiserat. Nam eo vnum atque alterum populum, nempe Iudæorum & gentilium ferit & percutit: quasi adimplens quod vulgo dici soler, scilicet (vno lapide ferire duos passeres) sic Apostolus vno verbo iugulat duos. Primo Iudæos, qui existimabant Mosaycam legem duraturam ad finem vsque mundi. Qua in re mirificè decepti sunt: quod vel hac ratione ostẽdimus. Si lex euangelica & noua à mũdi principio fuit promissa (vt iam supra apertè satis ostensum est) profecto aliquo tempore executioni demãdanda erat, qua posita, illa vetus & antiqua cessare debebat tamquam imperfecta. Nam vt dicit Paulus, adueniẽte quod perfectum est, euacuari debet quod imperfectum est. Ad cuius probatio

Euangelium vnde efficiatur a suspitione alienum

Antiquitas credibilior est quam nouitas.

Paul. nõ scribit Romanis noua sed antiqua.

Hiere. 31.

Euangelij primus propalator Adamus fuit. Gen. 2.

Heb 1.

Antiquitas a aliquãdo ĩ fectionem, aliquãdo imperfectionem dicit.

Doctrina antiqua præferri debet nouæ.

1. Cor. 13.

bationem sufficere debet nobis experientia rerum mater. Cum ergo esset noua promissa, vetus cessare debebat aliquando. Similiter etiam eodē verbo ferit gentiles, qui nihili faciebāt Euangelium, putātes rem nouam esse. Quod reuera non erat: Imo ante legem Mosi. Quinimo & ante Mosen: & amplius ante Ecclesiam (si tamen vsurpemus Euangelium pro re euangelizata). Falso ergo Iudęus pluris faciebat legem suam, quàm Euangeliū titulo antiquitatis. Quam sa sitatem aperuit Christus quando dixit; Antequam Abraam fieret, ego sum. Si Christus, qui est materia & scopus Euangelij antiquior est Abrahamo, erit quoque prior & Mose qui dedit Iudæis legem Prēterea obseruet hìc acurus lector, Paulum non dixisse; Quod ante dederat, sed promiserat. Nam in more Dei est, cum daturus est excellens donū aliquod, prius promittere quā largiri. Primo enim per annos plusquā mille, Deus pater suum promisit nobis vnigenitum Iesum. Nam ab initio mundi pollicitus est: dedit autem vbi venit plenitudo temporis: sicut loquentissimus testis est noster Apostolus ad Galatas, dicens; At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium snū in mundum. Cuius rei causas, si quis scire cupit, is. D. Thomam legat in sua tertia parte. Quorsum autem Deus sua promissa tantum dilatet, multas solent periti doctores assignare rationes Quarum vna est (tacitis cæteris) vt diu desiderata, iam consequuta, maiori in pretio habeantur. Quæ enim cito dantur, minoris æstimari solent. Neque etiam dixit Paulus: Quod tradiderat, sed, promiserat. Prophetę enim promissionem Euangelij habent: sed non traditionem. Non enim est traditum Euangelium à Prophetis, aut ab Angelis: sed à Deo patre, & ab ipso filio incarnato est traditum. Vnde constat quod Euangelium non mutuat autoritatem ab ipsis Propheris: sed à Christo. Adduxit autem Paulus Prophetarum testimonium. vt ostēderet antiquitatem Euangelij: & vt ostenderet quod euangelium non erat res noua. cum esset ab ipsis Prophetis nuntiatum. Et simul, & eadem opera ostēdit. docetque excellentia euangelium præcellere Prophetas ipsas. Euangelista enim maioris excellentię est quam Propheta. Item Paulus recēsens Ecclesiæ ministros, prępositi Apostolos & Euangelistas ipsis Prophetis. Imò Paulus ausus est ad Galatas, autoritate euangelica excommunicare & anathematizare etiam ipsos Angelos, dicens: Sed licet nos, aut Angelus de cælo, Euāgelizet vobis prætereā quod euangelizauimus vobis, anathema sit. In primis expeditum est Paulum loqui de Angelo bono, non de malo. Neque insurgas dicens Angelum bonum non posse nunciare aliud Euangelium: Nam tunc falsus esset Euangelista. Et præterea, cum Angelus natura & conditione sit excellentior, & superior, quomodo Paulus, poterat illum excommunicatione ferire? Ad hęc paucis respondemus, ordine retrogrado dicentes, de Paulo nos posse loqui dupliciter. primo, vt homo, erat & singularis quędam persona. Et sic neque alium hominem, neque Angelum ipse cum esset inferior, poterat excommunicare. Alio modo considerari potest Paulus, vt minister Euangelij: cui tanta communicata fuit autoritas à Deo, nedum super homines, verumetiam & super Angelos: & audeo dicere (cum magistro meo Caietano doctissimo) etiam quodammodo & super alios Apostolos. Neq. putet aliquis, tantum hæc esse dicta per exagerationem. Nam licet antecedēs illius conditionalis sit impossibile sicut contendebat ratio tamen conditionalis vera erat. Qui enim scholas regunt, iam id nobis exploratum reliquerunt: talem esse conditionalis propositionis naturam siue con

diuond

Heb. 1.

Antiquior aliquādo fuit nomen, liquādo imperfectionem dicit.

Ioan. 8.

Doctrina tempus præsti debet tue.

Verbum promiserat rem magni momenti denotat: nam quę est exigui pēderis, vel nō promittitur, vel si promittitur simul exibetur. Gal. 4. D. Tho. 3. p. q. 1. a. 5.

Licet qui cito dat, bis dare videtur, & promissum debitum sit, non tamen mox exhibēdum;

Per quem ad nos venit Euangelium.

Ad Ephe. 4. & 1. ad Cor. 12. cap. 12. Gal. 1.

Non vtitur hic paulus hyperbole, licet alibi aliquando vtatur.

ditionem, vt existente falso quod antecedit, & etiam quod subsequitur, possit remanere vera conditionalis. Ex his igitur patet quanta sit euāgelij authoritas. Cęterum dubium suboriri potest circa verbum promiserat: Nā (vt vulgo dicitur) omne promissū debitum est, qui promittit, debitorem se facit, & potissimè si spondeat medio juramento. Cum igitur Deus creaturæ nō sit debitor quomodo dicit Paulus Deum promisisse euangelium? Ad hoc dicere possumus, quòd eum absolute Deus nulli sit obligatus creaturæ, nec esse possit (ipse quippe propriissimè liberest) qui creaturæ bonis nō eget: Sic absolutè loquēdo nulli creaturę est dicendus debitor: tamē propter promissionem quam facit, cum sit fidelis, & seipsum non possit negare, non recusamus asserere eum fore nobis debitorem. Neque ei iniuriæ quippiam itrogamus, cum hoc asserimus: tametsi vrbanius & rectius diceremus, Deum fore sibi ipsi debitorem, ne eius verbum irritum appareat. Porro quod dictum est de juramento, longe subtilius esse videtur: nam cum Euangelium fuerit medio iuramento promissum: non meminit Paulus iuramēti, non enim dicit, quod promiserat iuramento: maiorem enim fidem tunc fecisset: namq. intercedente iuramento, promissa certiora videntur. Respō detur ad hoc inprimis quod scire oportet ac pręmittere vnum hoc verissimum fundamentum. S. Deum non esse talem, quales sunt filij hominum, qui mendaces sunt in stateris: Deus autem semper est verax, qui nequit esse mendax, semperque iustificatur in sermonibus tuis. Et id circo licet homines tanquam violatores suæ fidei & infideles, necessarium habeant suas promissiones confirmare robore iuramenti: Deus tamen cum sit semper fidelis sua promissa corroborare iuramento non indiget: nam firma, fixa & secura est simplex Dei promissio: non enim magis verax est Deus iurās quam simpliciter promittens. Dices tumox, cur igitur Deus promittit medio iuramento? Respōdetur id hominum gratia fieri, qui cum sint aliquantulum dubij & increduli in promissis sperandis, vt corroborentur in spe cō firmari solent iuramento: Vnde Paulus ad Hebrœos 6. ita esse apertissime demonstrat, cum ait, Deum ideo iure iurando cōfirmasse suas promissiones, vt fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendā proposita spem, idq. fit duabus ex rebus immobilibus, quarum altera est promissio, altera vero iuramentum. In quibus, impossibile est mentiri Deū vbi vides etiam palā quomodo Paulus expresse dicit promissionem & iuramentum vtrumque esse firmū, certum, & securum. His iactis, Respondemus multipliciter. Primo dicentes quod Paulus hic expressim non meminit iuramenti, non quod ignoraret euangelicam gratiam fuisse promissam mediante iuramēto: sed quia putauit doctis satis esse insinuasse promissiones illas, quas qui nouit, iā scit eas firmatas esse iuramento. Et proinde cum remittat Romanos ad Prophetas & scripturas sacras quæ continent illas promissiones, iam tacite visus est dicere Euangelium fuisse promissum mediante iuramento: legēti enim promissiones in sactis litteris, iam constat ibi esse iuramentum. Secunda Respōsio esse potest, si dicamus quòd Paulus de industria & consulto subticuit iuramenti vocabulum, ne videretur mox arguere Romanos dubietatis & incredulitatis: nam sicut antea diceba mus. Illorum erat exigere iuramentū, qui verbis promittentis parum confidunt. Ne igitur statim initio epistolę Pau. notare videretur Romanos tanquam incredulos, & de promissis, Dei dubios, prudenter se continuit à vocabulo quod poterat illorum aures offendere. Irritasset illos fortassis si dixisset

Deus potius suis promissis est debitor quam nobis.

Psal. 50.

Æqueo deus verax promittens sicut iurans.

Deus nostri gratia scis promissionibus adiungit iuramentum.

Heb. 6.

Euangelium promissum fuit cum iuramento.

set quod promiserat iure iurando. Neque enũ perpetuò diuinæ promissiones sunt iuramento munitæ. Proinde non oportet in omnibus iuramenti mentionem facere. Postremo vt in sũma dicamus quæ sint illa quę potissimum pertinent ad Euangelium Dei dicimus potissimum esse ista, S. Iesũ esse filium Dei, geminam habere naturam, scilicet diuinam & humanam in vnitate personę siue hypostasis, eius conceptionem, & generationem tam æternam, quam temporalem, partum virginis illibatæ, passionem, Resurrectionem, Ascensionem, ultimum iudicium, miracula, cũ reliquis Christi gestis, quæ ab Euãgelistis in historia euãgelica recensentur.

promissio bi fariam fieri solet.

Prophetæ fideles testes verbi Dei sũt & eiusdem scribæ & nuntij.

Per Prophetas suos.

Prophetæ testes sunt promissionis diuinę.

PEr seuerat Apostolus illustrare Dei Euangelium alio medio. Nec frustra quidem. Culpabatur enim Euangelium, quod noua res esset. Forte ea ratione quod à principio non fuerit exhibitum. Quocirca Paulus volens istud fugare, confugit modo ad testes antiquissimos Euangelij, dicens; Fuisse prescriptũ multis retro seculis, nẽ pe in Prophetis, qui antiquissimi erãt. Neque presentis loci & temporis est dilcutere quo tẽpore inceperint Prophetæ prophetizare ẽ Christo. Legãt qui volent beatum Augustinum in lib. de ciuitate Dei. 18. Nobis satis est nũc certò scire antiquissimos fuisse. Post legem namque Moysi venerunt imo ante scriptam legem Christus ab origine mundi habuit testimonium quod venturus esset redemptor atque saluator in mundum. Quod autem non venerit citius, nostra culpa fuit, non sua. Adde tu etiam, quod dona excelsa & singularis prætij, digna sunt longa expectatione. Porro, ad Prophetas recurrit Paulus, quo tacitæ petitioni occurrat. Nam cum dixisset promissum Euangelium, scilicet aliquis poteret an immediate, vel per medios testes facta fuerit huius rei promissio. Solent namque qui promittunt, interdum per se, aliquando vero per alios promittere, vt suæ promissionis testes habeant, Ideo hic docet Paulus per medios testes factam esse huiusmodi promissionem. Hi autem sunt Prophetę, qui fideles testes sunt promissionis diuinę: quiq; eius scriptores & notarij. Et quoniam quilibet pro suo arbitratu dicere posset suam doctrinam fore Euangelicam, ideo Paulus confirmat scripturam, citãs Prophetas Dei: apud quos extat fidele huius rei testimonium. Non est igitur cur Romani recusent doctrinam Pauli promissam iam multo ante per prophetas. Prophetas dicit, non Prophetam. Habet enim Deus Prophetas multos. Ideò nõ nominat aliquem specialiter: eo quod de Christo (qui est Euangelij materies) omnes Prophetę loquuti sunt, iuxta illud; Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent. Quidam verbis & figuris, alij signis, & typis. Vnde omnia quę fecerunt Prophetæ, Christi figuram habebant. Et hinc fit vt omnis Propheria dicatur ordinata ad Christum. Id circo cum Paulus annuncia ret Romanis Chtistum, congrue confugit ad Prophetarum testimonium. Aliter dici potest Paulum dixisse per Prophetas, & non per Prophetam, vt plures testes haberet ad confirmandũ suam institutum. Quod enim pluribus testibus roboratur, firmius, & certius habetur. Si enim, approbãte, Christo, & lege attestante, duorum hominũ testimonium verum est, multo magis multorum verius erit testimonium. Hoc loco Paulus Prophetarum scripturam approbat, simulque hæresim Manicheorum damnat: quam Faustus inter alios pro sua virili conatus est tutari, Contra quem mirifice scribit beatus Augustinus lib. 12. Faustus enim eo dementiæ venit, vt ausus sit dicere Prophetarum libros fore inuti

Pauli doctrina repulsam non potest patitj promissio euangelij nõ eiẽ tevili. nõ esset nuncia ta per prophetas, fitalia esset.

Diuersis modis Prophetę vaticinati sũt de Christo.

Multitudo testium certitudinem maiorem facit.

Testimoniũ de aduentu in mundum antiquius est ipsa lege Moysi. Pretiosa dona & munera digna sunt quæ diu multumq. expectentur.

D. Aug.

les

les: eo quod existimauit in Prophetis nihil contineri quod clare de Christo pronunciatum sit, sed à maioribus nostris ea ad alias res quæ spectabant, voluntarie tracta fuisse ad Christum hic iure inquinta synodo damnatus fuit. Friuolas nescio quas adducebat rationes, indignas quæ referantur. Dicebat namque Prophetarum scripturas neque ad fidem neque ad mores efformandos, reformandosque valere. Et denique illos fures & latrones ausus est appellitare, dicens sic fuisse à Christo appellatos, quando dixit Ioã. 10. Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones. Igitur Ioannes Baptista, & vt à primo homine incipiamus, & ipse quoque fuerunt latrones quia venerunt ante Christum. Et vt vno verbo dicam, omnes homines quotquot fuerunt ante Christum. Quod vel cogitare, horrendum est. Rursus dicebat Christum non indiguisse Prophetarum testimonijs: satis erant ei testimonia patris, & operum suorum. Cæterum cum longum esset persequitam horrendum errorē, consulat qui volet beatum Augustinum in lib. illis in quibus viriliter decertat contra hunc hæreticum. Nobis vero sufficiat quod Petrus scriptū reliquit; omnes Prophetas, Christo præbuisse testimonium. Sunt enim in illis ferme innumerabilia vaticinia & oracula de Christo. Est etiam in Prophetis norma bene, beateq; viuendi, maximeq; valent ad nostræ fidei confirmationē. Respondere autem ad friuolas rationes quas obijciunt Manichæi contra Prophetarum libros, non est presentis temporis.

Ioan 10.

Actor. 10.

Dicturi de Prophetis, ante omnia Prophetæ etymologia propalanda est, vt testimonium quod Paulus adduxit ex illis, verius appareat. Dubitari namq; poterat, quomodo possunt esse testes Euangelij, qui tam remotissimi fuerūt ab Euangelio ipso. Qui enim adducit alicuius rei testimonium, non debet vocare testes remotissimos, sed propinquos & proximos. At inter Christum siue Euangelium, & Prophetas, magna etat temporis intercapedo & distantia. Ad hoc bifariā occurrimus, dicentes quod hęc dubitatiuncula primo ex etymologia vocabuli dissolui potest. Propheta enim (vt omnes volunt) idem pollet quod procul videns, vel procul fans. Proinde licet Euangelium antiquissima res fuerit, eius testes bene poterant esse Prophetæ, etiam oculati: Prophetę enim videntes dicuntur. Aliter respōdere possumus, dicentes ac distinguentes de Euangelio: quod dupliciter dicitur; vel pro re euangelizata, vel pro euangelio scripto. Si sermo sit de Euangelio scripto, haud dubie magnū interstitium temporis fuit inter Euangeliū scriptum & ipsos Prophetas. Si autem loquamur de re euangelizata, non erant Prophetę remotissimi ab euangelio. Imo si spectemus reuelationem secundum quam Deus proxime alloquebatur Prophetam, niens illius coniuncta erat ipsi Deo. Alio modo fortassis dicere possemus, quod Paulus non dicit in Prophetis fuisse Euangelium, sed promissionē Euangelij. Et ideo dicit; Quod promiserat. Non dicit, quod fuerat, sed; Quod promiserat. Et ideo dubitatio nihil videtur eō cludere. Promissio Euangelij, & exhibitio, nō vno & eodem tempore fuerunt. Promissio olim; exhibitio, in tēporis plenitudine: iuxta illud Pauli: At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Quamobrem autem Christus voluerit habere testimonia à Prophetis, D. Thomas quadruplicem assignat rationem. Primò quia Deus vult habere aliquos testes, non quod habeat illorum indigētiam, sed vt illos nobilitet, quos ipse constituit testes. Sicut enim magna nobilitas est esse seruum & Apostolum Iesu Christi: ita non modicus honor est, eiusdē esse testem. Secundo, vt dicit Origenes,

quid significet Prophetas

Gal. 4.

D. Tho. 2. 2. in Ioan. lect. 4.

Origenes

nes, homines non sunt vnius moris, sed diuersæ conditionis: & sic diuersis modis dispositi & perducti fuerunt ad diuinitatis cognitionem. Tertio quia Ioan.8. Christus fuit lux mundi (ipso asserente) Ego sum lux mundi, illuminauit namque mundum nedum per doctrinam, sed etiam per miracula: quæ cũ in tempore facta fuissent, cum eo euanuerunt, sicq; non peruenerunt ad omnes. Prophetia autem permanet. Quarto & vltimo, hominum habita fuit ratio. Qui cum sint intellectum infirmum habentes, Dei cognitionem & veritatem capere non poterant. Voluit id circo Deus eis condescendere illuminando quosdam homines in rebus diuinis super alios, vt ab illis, modo humano, de diuinis rebus reciperent cognitionem, quam per seipsos attingere non valebant. Et hæc ratio est doctissimi Chrysostomi. Hactenus Diuus Thomas lectione 4. in Ioannẽ cap. 1.

De Prophetis, deq; prophetia, multa eloqui possemus. Res enim sunt quæ latissime patent. Veruntamen nolumus grauare lectorem rebus in illis, de quibus fortassis plura posset ipse dicere quam nos. Qui desiderat D.Tho 2.2 q.171.& 172 & 173.& 174. consulat beatum Tho. in 2.2. Qui de hac re copiose differit. Vnum tamen dissimulare nolumus, quod diligẽter volumus à lectore obseruari: scilicet quod Paulus alio modo loquitur hic de Prophetis, quam illic vbi dicit; In Ecclesia quosdam primum esse Ephe.4. Apostolos, secundo Prophetas, tertio Euangelistas. Nam in hoc loco loquitur non de Prophetis vet. testam. qui vsque ad Ioannem Baptistam fuerunt secundũ illud; Lex, & Prophetę vsq; Matth.11. ad Ioannem: Sed loquebatur de illis qui post Christum venerunt: quorum in primitiua Ecclesia magna erat copia. His præterid quod futura dicebant scripturarum interpretes erant. Et in hoc significatu dixit Beatus Petrus. Nõ 2.Pe.1. enim humana ratione allata est aliquã

do Prophetia; id est interpretatio scripturæ. Et eodem modo dicebat Paulus Corinthijs: Malo vos prophetare, 1.Cor.14. quam linguas loqui. At quando Paulus loquitur in epist. ad Romanos, dicẽs, per Prophetas intelligit illos quos recitat sacra pagina, qui multo ante Christum fuerunt, pertinentes ad testamentum vetus. Alij vero Prophetę erant noui testamenti. Habuit enim vnumquodque testamentũ suos Prophetas: qui erant testamẽti no. vt multitudine superabãt alios, plures enim erant; sic fortassis excellentia superabant illos. Ministri enim noui testamẽti erant. Sicut enim nouum testamentum veteri præstat, sic quoque ministri, ministris præstare debent. Gloriabatur namque Paulus non modice, 2.Cor.3. quod effectus esset idoneus minister noui testamenti.

Suos.

NOn fuit contentus Apostolus dicere per Prophetas, sed adiecit Suos. Nec temere quidem fecit, sed vt insinuaret varias Prophetarũ classes. Nomen namque Prophetarum, teste beato Hieronymo, commune D. Hieron. triplex genus prophetarũ. est bonis, ac malis: veris, ac falsis. In tres classes Prophetarum est partitum: in Prophetas Dei, Demonum, & hominum. Habet enim Dæmon suos Prophetas, quibus suggerit vt Prophetẽt mendacium. Quod vel ex eo patet quod dicitur 3. Reg. 22. Egressus spiri- 3. Reg.22. tus coram Domino stetit, & ait. Ego decipiam Achab. Dicit ei Deus; In quo Atille. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore Prophetarum eius. Dixitq; Dominus. Decipies, & prævalebis. Egredere, & fac. Et Hieremiæ 5. Prophetę prophetabant mendacium. Merito tales Prophetę Dæmonis dicuntur, qui mendax est, & pater mendacij. Palam enim mentitus fuit primis nostris parentibus, quando eis dixit. Nequaquã morte moriemini. Neque mirũ Hie.5. qui

ostendere promissionem Euangelij hominibus à Deo factam repositam esse et scriptã in instrumẽto tutimssio dixit illam haberi in scripturis sanctis: Non in humanis, nec in prophanis, quæ falsæ, vel saltim suspectæ existimari possunt. Audiat hoc insanus Manichæus, vnacum suis assecłis & complicibus, & erubescat dicere damnandũ esse instrumentum vetus. Nã per scripturas sanctas, illud intelligit Paulus. Quod si sanctum est vetus test. qua temeritate audet ille dicere esse exibilandum? Hæreticum enim est velle damnare, quod Deo pro testimonio deseruit. Approbatum autem est nedum per Ecclesiam catholicam (cuius est approbare scripturas) verumetiã per autorem earum nẽpe Iesum Christum qui vsus est illis scripturis non semel sed sepe, ad easque scrutandas remisit Iudæos, dicẽs: Scrutamini scripturas, quoniam ipsę testimoniũ perhibent de me. Quæso ad quas scripturas remittit illos Christus, nisi ad illas quas nunc Paulus appellat sanctas? Adde ru quoque, quod alibi Christus approbauit legem scriptam per Mosen populo Iudaico datam. Et Paulus inferius in hac epistola eommẽdat illam Si igitur testamentum vetus damnandum est, & ipsa quoque lex quæ in eo referata erat dãnaretur. Nõ est igitur ambigendum, sanctum & verum esse testamentum vetus, à Spiri. sancto editum & compositum: approbatumq; in hoc loco per Apostolum. Sed ante quam viterius progrediamur, quam ob causam Apostolus mentionem faciens de prophetis, & scripturis sanctis, nec vnum verbum fecerit de lege quæret fortassis aliquis à nobis. Non enim tantum per Prophetas nunciatum fuit Euangelium: sed ipsa quoque lex vaticinata fuit Christum. Igitur ad dueens Paulus testes Euangelij, nõ debebat oblitioni tradere ipsam legem Ad hoc breuiter dicere possumus, quod Paulus quando adduxit Prophetas in testimoniu n, intellexit etiam legem, quæ data & scripta fuit à Mose excellentissimo (vt opinio est D. Thomæ) omnium Prophetarum. Cum igitur dixit per Prophetas, intelligit etiã Mosen legis datorem. Et sic tacite fit mentio de lege. Vel aliter. In illis verbis, nempe, in scripturis sanctis, potuit Paulus eomprehẽdere & legem: quæ in scripturis sanctis erat scripta. Scriptura enim Moysi sancta quoq. est, mãdatum sanctum, vt dicit Paulus. Alio modo & fortassis melius dici potest, quod Paulus prudens, & sciens tacuit nomen legis, in ptincipio suę epistolę: de qua multa dicit postea. Ratio autem tacendi fuit, quia scribebat ad vrbem superbam & inflatam, quæ maxime se iactabat sua de lege, quæ iam erat abolita & euacuata. Ideo ne daret Iudæis occasionem superbiendi aduersus gentiles, dissimulauit nomẽ legis. Cristam profecto erexissent Iudęi, dicentes. Videtis vos gentiles, quo modo Paulus eommendat nostram legem, asserens testem esse Euangelij & Christi? quomodo vultis vos illam non obseruari à nobis? Ad tollendam igitur hanc occasionem, Paulus silentio inuoluit legem. Et forte consimili ratione dissimulauit illa mysteria siue oraeula quæ à Sybillis fuerunt decantata: ne daretur occasio gentibus gloriandi contra Iudæos. Sed iam reuertamur ad scripturas sanctas, de quibus congruum est quærere quare appellauerit Paulus illas sanctas? Respondemus quod meritò tali titulo insigniuit Paulus diumas literas. Siquidem si iuxta etymologiam huius nominis sanctum loquivolumus, iure sanctæ sunt. Sanctum enim sonat mundum, syncerum, & purum. Scripturæ autem diuinę pure sunt, mũdæ sunt, syneerę sunt. Nihil fabulæ habent, aut erroris, vel mixtionis. Disciplinæ enim humanæ, etsi aliqua vera habent, non sunt tamen ab omni errore mundæ. Multos enim habent philosophi errores. Nar

rauerunt

Contra manichæum calumniantẽ vetus testamentum

Ioan. 5.

Matt 5.

D. Thomas. 2. q. 174. a. 4.

Quare Paulus appellat scripturas sanctas.

rauerunt, inquit Dauid, mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Sanctæ quoque dici possunt & alia ratione scripturę, cò quod homines efficiant sanctos. Christ⁹ hoc suis Apostolis significauit, dicens. Vos mundi estis propter sermonem meum. Tertio sanctæ dicuntur scripturæ propter id quod continent, videlicet Christum benedictum, qui est sanctus sanctorum. Istũ scripturæ diuinę promittebant, atque demonstrarunt, sicut patet ex eo quod Baptista Ioannes dixit, qui excellentiori modo quam alij Prophetæ vaticinatus est dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Cum igitur scripturæ tractent de sancto sanctorũ merito dignę sunt quæ sanctæ appellentur. Quarto sanctitatis nomen merentur, eo quod homines adiuuẽt ad sancta peragenda. Nam sicut diximus cum à nobis traderetur scripturæ diffinitio; Scripturam diuinitus inspiratã esse vtilem ad docendum &c. vt perfectus esset homo Dei instructus ad omne bonum. Quinto & vltimo scriptura dicta & sancta eo quod Spiritu sancto dictante sit composita & scripta. Non enim ab autore sancto emanare poterat aliud quam sanctum. Præter has rationes, ad sanctitatem scripturę docendam, plures aliæ adduci poterant; Cętetum in re tam certa & indubia sufficere debent cuiuis lectori istæ quinque. Obseruemus tamen ex his scripturis quam magna sit Euangelij commendatio qua ipsa fides Patrum qui fuerunt in lege Moysi non fuit commendata. Seruanda enim erat hæc excellentia & prærogatiua ipsi Euangelio. Obseruemus secundo hisce verbis canonizasse Paulum libros veteris testamenti, cum eos appellauit scripturas sanctas. Et tertio animaduertere debemus diligentiam & curam quam habuit Spiritus sanctus scripturarum autor in seruandis scripturis ne contaminarentur. In lege enim veteri Hebræi magna vigilãtia suas leges ab omni corruptione præsetuate curarunt. Primo enim in arca forinsecus & intrinsecus deaurata seruabant quocunque ipsi ibant secumferentes. Deinde in templo quo populus ad sacrificandum properabat, & non in quouis tẽpli loco, sed intra sancta sanctorum reconditam tenebant illam doctrinã. Ex hac tam exacta custodia scripturæ in lege magna securitas eiusdem apud illos habebatur. Nemo enim dicere poterat iam esse scripturam contaminatam, vel prorsus consumptam. At quod non sit vel fuerit in noua lege talis exhibita cura & diligentia, non est credendum factum esse sine Spiritus sancti certa prouidentia. Lex namque nostra, quæ attestante Apostolo, spiritualis est, profecto sub maiori custodia & cura habita fuit. Nam illa nempe vetus commissa fuit arcæ lignęæ, etsi deauratæ; deinde templo ex lapidibus conflato: at in lege noua scriptura ipsa Ecclesiæ catholicæ credita fuit. Quis quæso dubitat Ecclesiam tutiorem esse locum ad eam seruandam, quam fuerit vel arca, vel templum? Cõtra illam custodiam, nempe Ecclesiã, portæ inferi non prævalebunt. Patet igitur maiorem nos (qui per Dei gratiam in lege noua sumus constituti) habere certitudinem de scripturis quã habuerint illi. Vnde si Deus scripturã sacram custodiendam commisisset alicui Angelorum, non fuisset tam tuta & certa quam sit modo, credita Ecclesię. Pro ea enim Christus orauit, quãdo dixit; Ego autem oraui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Ex qua fide nostra etiam pendet. Credimus enim scripturas esse canonicas & diuinitus inspiratas & sanctas per ecclesię catholicæ testimonium. Et non solũ hoc, sed earum sensus esse germanos & catholicos, quos ipsa tales reputarit. Vnde eleganter. B. Aug. contra Manicheum tale pronunciauit axioma, dicens. Euangelio non crederem, nisi Ecclesiæ catholicæ autoritas me commo-

Psal.118.

Ioan.15.

Ioan.1.

Quam magna sit Euangelij commẽdatio.

Matt.16.

Luc.22.

D. Aug.

noneret. Quod clarius dicimus si verbum commoneret, vertamus in verbum iuberet. Sed forte tu dices; Ecclesia potest iubere vt credamus? Respondemus. Ecclesia non iubet credere Euangelium esse verum. Satis enim per seipsum credibile est: sed iubet vt credamus scripturam aliquam esse euangelicam & canonicam. Hoc ad ipsam maxime pertinet. Hæc cura nulli alteri commissioque demandata fuit nisi Ecclesiæ, vt pote, quæ a Spiritu sancto regitur. Porró ista potestas quam habet Ecclesia vt dicat nobis quæ scripturæ sunt sanctæ, quæ vero minime, duabus in rebus consistit. Primó in declarando hunc librum esse canonicum, illum verò nō: hunc esse apochriphum, illum vero non. Secundo consistit Ecclesiæ potestas in hoc quód admissa prius scriptura tamquam canonica, quando concertatio fit inter catholicos & hæreticos de sensu germano, vero, & intento, fideque tenendo, tunc eius partes sunt ferre in hac re suum iudicium. Neque istud Ecclesia facit cum præiudicio eorum autorum à quibus conditæ fuerunt scripturæ. Nam istud quidem facit quoties non constat, vel dubium est de autore scripturæ, aliás nō factura.

Allusio.

Allusio admonet.

EX istis tot tantisque scripturæ sacrę prærogatiuis præclarissimis, inuitantur incitantur que aperté satis quicunque Christiani sunt, vt operam dent lectioni sacræ scripturæ, quæ homines sanctos efficit, quinimó & nostram salutem nobis præstat. Non legant libros prophanos, ex quorum lectione nullus speratur fructus. Nam quemadmodum corrumpunt bonos mores colloquia praua, ita lectio malorum librorum inficit pios, sanctos, spiritualesque cogitatus. Quod si roges, dicens; Quo pacto agnosci possunt libri sancti, & boni à malis discerni? Respondetur. Hoc poteris facile, si tibi in eligendis libris, hanc proposueris regulam. Scilicet, in seligendis libris, noli stare tuæ voluntati: nec tuum sequaris gustum, sed eos crede sanctos esse, quos tibi vt tales proposuerit nostra mater Ecclesia. Neque diu multumq; occuperis in gentilium librorum lectione. Sic namq; in sanctis scriptuis versari multum minime poteris.

De filio suo.

ALiam hoc loco Paulus aperit Euangelij dignitatem, quæ nequaquam erat prætermittenda. Nam sicut scientia, autore Aristotele, præstantiam habet ex parte obiecti siue subiecti: sic non minima laus Euangelio aduenit quód sit de filio Dei, qui est Christus. Vndé hic vnus est locus, ex quo Paulus colligit Christum esse filium Dei, naturalem nempe: & ex consequenti esse Deum. Docet etiam secundo, Christum esse subiectum sanctarum scripturarum: tam veteris, quam noui instrumenti. Sicut enim vnus est autor, ita vnicum subiectum. Quod in scholis illud dicitur esse, quod primario consideretur, & ad quod reliqua omnia refferuntur. Tota enim scriptura sacra respicit potissime Christum tamquam subiectum: & eius gratia cuncta alia ibi tractantur. Quód si istud quis ignarus & veritatis nescius inficiari ausus fuerit, vel ex illo loco conuinci poterit, quo ipsemet Christus dixit. Scrutamini scripturas, quoniam ipsæ testimoniū perhibēt de me. Quasi dicat aperte: ego sū scopus, & subiecta materies sacrę scripturæ. Cæterū dicet fortassis aliquis, nōne scriptura sacra de multis alijs rebus

In veteri testamento obūbratur nouum & in nouo reuelatur vetus.

Ioan. 5.

Rogatio.

tractat, nempe de regnis hominū deque multis actibus eorundem? Hæc non minus videtur pertinere ad Christum, quam terra ad cœlum. Nunquid non agit de Demonibus, deque multis aliis? Ad hoc respondere possumus non secus quam diuus Thomas respondet ad simile argumentum de subiecto theologiæ, quod asseruit esse Deum super benedictum. Nihilominus tamē de multis aliis rebus in theologia pertractatur; non sic tamē, quod illorum aliquid sit subiectum; sed tractantur ibi tamquam pertinentia ad subiectum. Pari modo in proposito loqui possumus de Euangelio, & sacra scriptura, cuius principalis & subiecta materies est Christus: reliqua verò quę in Euangelio tractantur sunt concernentia Christum. Sed maior multò se ingerit hic scrupulus; quamobrem scilicet, Paulus tantum de filio fecerit mētionem. Non ne Euangelium de Patre agit, de Spiritu sancto, deq; tota Trinitate? Quòd si de tota Triade tractationem habet, quorsum tantum de filio à Paulo facta est mentio? Et rursus; nunquid dixerat iam Paulus Euangelium esse Dei? quorsum igitur opus erat nominare filium Dei? Ad hoc respondemus, dicentes non esse inficiandum ipsum Euangelium habere negotium circa totam trinitatem, vt patet apud Ioannem, quando Christus dixit; pater venit hora clarifica filium tuum. Et rursus, Clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Et alibi; Pater hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum; Et increpans Philippum dixit, non credis quia ego in Patre, & pater in me est? Qui videt me, videt & patrem meum. Et tandem mittens Apostolos suos ad prædicandū Euangelium iussit vt in baptizando non essent immemores Patris, & filij, & Spiritus sancti: sed in illis tribus nominibus, etiam expræssis baptizarent gentes. Manifestaigitur est in Euangelio trinitatis mētio, quid ergo fuit causæ quòd Paulus de filio tantum fecerit mentionem? Non est credendum absque causa istud à Paulo esse factum, cui non magis erat notus filius, quam pater, & Spiritus sanctus: sed ideò de filio tantum mentionē fecit, eò quòd solus ipse sit missus in carnem, & nulla alia persona diuina. Non pater, neque Spiritus sanctus, sed solus filius. Cum igitur Euangelij nomen sonet bonum nuncium, & solus Christus fuerit nuncius & missus, ipsomet confitente; exiui à patre, & veni in mundum: & alibi; Misit Deus filium suum in mundum; & denique per Prophetam Isaiam: Ad euangelizandum pauperibus misit me: idcirco dum taxat facta est mentio de filio; qui venit potissime ad propalandum sacræ triadis mysterium & sacramentum. In lege enim veteri vel nulla, vel exigua erat trinitatis notitia. Secundo dicere possumus hic non tantum fieri mentionem de Filio, sed etiam de Patre, & de Spiritu sancto. Nam iam antea nominauerat Patrem, cum dixit, se esse segregatum in Euangelium Dei. Dei nomine patrem intelligebat. Euangelium enim à Patre fuit mundo promissum. Suppositum enim illius verbi promiserat, pater est. Sensus enim est, Paulum fuisse segregatum in Euāgelium quod Pater promiserat. Hic namque locum habet quod admonuit diuus Thomas. 3. parte quæ. 35. articulo 4. ad 3. vbi sic dicit; Quod hoc nomen Deus quamuis sit commune tribus diuinis personis, tamen supponit quandoque pro sola persona Patris, sicut in hoc loco animaduertimus. Sed dices; de Spiritu sancto nulla videtur esse mentio. Ad hoc dicimus, etiam fieri de Spiritu sancto mētionem cum inferius dicit; Per Spiritum sanctificationis. Vel etiam, si mauis, intelligi potest persona Spiritus sancti per verba illa; Prophetas suos. Spiritus enim sanctus dōctor,

Respon. D Tho. 1. p. q. 1. ar. 7.

Maior scrupulus.

Respon.

Ioan. 16.

Ioan 17.

Matth. vlt.

Filius solus missus.

Ioan. 16. Isa. 61.

2. Respon.

D. Tho. 3. p. q. 35. a. 4. ad 3.

2. Pet. 1

3. Respon. quę magis probatur ab auctore.

Filius solus missus.

Ado. 9.

Ioan. 1. Isa. 41.

4. Respon.

Matth. 17. Psalm. 88.

D. Thom. 3. q. 32. a. 1. ad 3.

Ioannis. 1.

tor, & inspirator Prophetarum est, iuxta illud; Spiritu sancto inspirati loquuti sunt, &c. Cùm igitur principalis materia & scopus Euangelij sit Christus, qui solus Deus & homo est, idcirco specialiter facta est de filio mentio; & non de alijs duabus personis. Posse mus & etiam addere rationem huius rei, quæ (nisi fallimur) magis nobis videtur ad mentem Pauli, si dicamus ex eo factam esse mentionem de filio, nempe Christo, quod ab eo esset vocatus Paulus vt esset eius annũciator; Dictum namque est ei; Vas electionis est mihi. Nota verbum, emphasim enim habet dicho illa, mihi. Quasi diceret Christus; pro me elegi illum vt portet nomen, non patris, aut Spiritus sancti, sed meum. Iam enim supra diximus Iesum non esse nomen Patris; aut Spiritus sancti, sed nomen Filij. Proinde fortassis Apostolus de filio solo mentionem fecit. Nec contentus fuit dicere, de filio, sed adiecit, suo. Ad differentiam filiorũ adoptionis quos Pater habet. Perinde enim valet dicere, de filio suo, ac si diceret, de suo naturali vnigenito: qui est verus, proprius, & naturalis filius. Cui Pater in baptismo testimonium perhibuit dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et alibi; Primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ. Non enim tanta aduenisset Euangelio dignitas, si solummodo esset de filijs Dei adoptiuis (qui etiam si per Euangelium, & gratiam Iesu Christi effecti sint filij Dei, secundum illud; potestatem dedit eis filios Dei fieri) cæterum cum patri æterno sit alius nlius, illis longe excellentior. de isto expræssam mentionem alijs tacitis fecit Paulus. Et proinde dixit, suo. Rogabit nos forsitan curiosus lector, quæ sint illa quæ annunciantur in Euangelio de hoc filio Dei. Cui pauca respondentes, dicimus multa quidem esse: quæ in tria præcipua redigi possunt. Scilicet in æternã eius generationem, secundo in temporalem in mundum missionem, tertio in missionem ad iudicandum mũdum: quæ in nouissimis diebus futura expectatur. Iuxta illud, cum venerit filius in sede maiestatis suæ, & Angeli eius cum eo. In primo namque aduentu non venit Christus gratia iudicandi mundum, sed saluandi. Iuxta illud; Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per eum. Hęc igitur sunt quæ potissimè annuncianturde filio suo. Quo verbo Paulus insinuauit æternam generationem, per quam Pater habuit filium consubstantialem sibi; quid quid obganniant hæretici, quos hic Paulus ferit. Sunt autem hi (& si nominari indigni) Arius, Sabellius, & alij insanientes, & perperam hallucinati de Christi diuinitate.

Matth. 25.

Ioan. 3.

Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem.

POstquam Apostolus dixit Euangelij materiam esse Dei filium, qui est vnigenitus Patris, Deus verus, de Deo vero; concito gradu descendit ad alteram Iesu Christi naturam, videlicet humanam. Quod duplici de causa facere videtur: primò, vt exactam, omnique ex parte notam relinquat Euangelij materiam, quæ est Christus; Qui cum duabus constet naturis, vtriusque mentio fieri meritò debuit. Secundo fecit hoc Paulus vt præoccuparet quandam tacitam obiectionem, quę fieri poterat ex eo quod antea dixit, Euangelium Dei esse de filio suo naturali. Potuisset aliquis suspicari Euangelium esse de filio Dei secundum naturam diuinam tantum: ideo vt ostenderet, Euangelium non esse solummodo secundum naturam diuinam, sed etiam secundum

Accedit nũc Paulus ad naturam humanam eiq Christo.

humanam, apposuit præsentem clausulam dicens *Qui factus est ei ex semine Dauid, &c.* Vnde doctissimus Caietanus, qui vt diligentissimus literæ scrutator, dicit hîc, quod si verbo ad verbum, fuisset versus hic locus, sic erat dicendum. De filio suo facto ex semine Dauid secundum carnem. Quæ lectio secundum hoc quod dixi mus clarior videtur. Quoniam continua oratione prætendit Paulus docere, filium Dei fore materiam Euangelij non secundum vnam tantum, sed secundum duas naturas. Veruntamen intellecta mente Pauli hoc loco, non multum refert vt dicamus sicut dicit vulgata versio; secundum quam videtur hic esse alia clausula. Quód si admitamus ita esse, tunc dicemus sic. Postquam Apostolus commendauit filiũ Dei, qui est materia Euangelij, à naturali generatione, quæ declarata fuit paterna voce in ipso Euangelio: nunc consequenter commendat filium Dei à generatione humana temporaria, de matre sine patre, ex quo erat æternaliter genitus Deus sine matre. Dicit Paulus istum filium factum esse ex semine Dauid secundum carnem, hoc est, factum esse hominem: quasi diceret, de filio suo facto homine. Cæterum hic se ingerit illa agitata quæstio à beato Chrysostomo, quate scilicet, in cæpit Paulus à generatione humana cum in Christo inferior sit multo ipsa diuina: & ignobiliora non debent esse priora, sed posteriora. Respondet Chrysostomus sibi ipsi dicẽs, istud ideo esse factum, vt seruaretur ordo, qui nobis est accommodatior. Qualis est ille in quo ab inferioribus gradum facimus ad superiora. Sic enim dicit beatus Hierony. super illud: liber generationis. A carnalibus in quit incæpit, vt per hominem Deum discere incipiamus. Ideo sic auspicatus est. Adde tu etiam quod nobis innata est via, vt à nobis notioribus procedamus. At humanitas notior est nobis ipsa diuinitate. Ideó requirente hoc nostræ cognitionis ratione, Paulus prius tractauit quæ erant humanitatis, & humilitatis. Alium verò ordinem insequutus est Euangelista Ioannes in suo Euangelio, exordiens prius à diuinitate dicendo. In principio erat Verbum, &c. Descendens vsque ad, Verbum caro factum est. Quorsum autem fecerit id Ioannes, refetuandũ est vsque ad illum locum. Habita igitur ordinis ratione, consequens est, vt explanationi horum verborum insistamus. Et primo quidem nostram diligentiam exposcit particula illa; QVI quæ non est posita absque mysterio. At dices; quale mysterium habet? Respondetur, insinuat etenim nobis hominis & Dei tantum vnam esse personam, non duas. Reffert enim dictio QVI, eandem hypostasim quæ dicitur filius Dei. Itaque non est vna filius Dei, & alia facta ex semine Dauid: sed eademmet numero secunda trinitatis persona. Hæc de re, vide diuũ Thomam 3. par. quę. 2. Obserua tu interim, quód Paulus hoc relatiuo QVI, percutit frontes eorum hæreticorum, qui dixerunt, aliam esse personam hominis aliam Dei. Quo planè nihil est falsius. Nam si alia esset persona, nec Deus esset homo, nec homo Deus. Nec Deus esset mortuus, nec homo nos redemisset. Et multa alia huius generis, quæ tam de Deo, quam de homine veré dicuntur & prædicantur. Quæ gratia breuitatis tacemus.

Clarior est lectio, sed quæ est in vulgata editione profundior.

Filius Dei secundum geminam genérationem est materia Euangelij & totius scripturæ.

D. Chryso.

Ioannes non est sequutus ordinem nostræ cognitionis. Ioan. 1.

Fortasis & Paulus eundẽ ordinem seruauit: nam a diuina generatione ad humanã descendit.

Quid referat relatiuũ qui.

Duo docet particula qui est a, relatiuũ quo Paulus docet incarnationẽ non esse factã in natura sed in persona: qui non refert naturã sed personam, & amplius designat in unitate personæ esse factam non in pluralitate.

Expende lector quæ incommoda sequerentur, si in Christo esset gemina persona.

Factus.

APposuit Paulus dictionem factus, sanè non temeré. Habet enim & suum sacramentum. Alluſit namque Paulus ad verbum Ioannis dicentis; Et verbum caro factum est. Et Ecclesiæ in Symbolo aientis. Et homo factus est. Quæ omnia pertinent ad articulum conceptionis Iesu Christi secundum carnem. Sicut enim filius Dei concep

tus

tus, & natus est à patre per æternam generationem, sic vere conceptus fuit à matre per temporariam conceptionem: de qua Angelus Lucæ. 1. dixit Mariæ. Ecce concipies in vtero, & paries filium, &c. Nota verbum in vtero, in qua parte solent mulieres concipere. Vnde sicut pater æternus est verus, & proprius patet filij sic Virgo beata, vera & propria est mater Dei. Nam licet Christus non sit conceptus ex virili semine sed mystico spiramine, vt canit Ecclesia, non idcirco sequitur quòd non vere genuerit eum mater sua. Nam rametsi actio patris seminalis ibi defuerit, non ramen defuit quod mater efficere solet, vt sit vera mater. Corpus siquidem filij Dei in matrice Virginis Mariæ actione, & operatione non virili, sed Spiritus sancti formatum fuit. Dices forrassis tu: Igitur filius Dei natus dici potest? Paulus tamen non dixit, natus; sed factus. Inter nasci, & fieri multum sane interest, Igitur, &c. Respondemus confirentes plane discrimen & interstitium esse inter nasci, & fieri: & inter natum, & factum. Nam ea dicuntur nata quæ actione naturæ, tam agentis, quam pacientis producuntur, à viuente principio procedentia, &c. vt fusè docet beatus Thom. in .1. parte sicut sunt illa quæ producuntur ex animalibus & non ex putrefactione. Quæ vero ex subiecta materia conficiuntur per actionem artificis, hæc facta dicuntur, vt cum ex ligno, fit scabellus & ex lapidibus, domus. At in conceptione filij Dei in vtero Virginis, est & ratio facti, & ratio nati. Facti quidem, si consideremus operam Spiritus sancti, qui vicem habuit, & locum agentis. Sicque factus dicitur filius Dei, & non natus. Si autem spectemus hanc met conceptionem ex parte matris, Christus dicitur natus. Sic consideraut Propheta Isaias dicens; Puer natus est nobis. Vnde etiam in symbolo fidei dicimus; Natus ex Maria Virgine. Paulus igitur respiciens potius ad Spiritum sanctum, & ad principium actiuum potiusquam passiuum, dixit; Qui factus est ex semine Dauid. Dicitur ergo Christus & factus. & natus. Gemino titulo gaudet solus Christus. Omnes alij quotquot sunt, vno tantum. Primus homo, primaque mulier facti dicuntur, non geniti. Nam nec Eua est filia Adæ, nec Adamus eius pater. Nos vero dicimur geniti, Christus vero, genitus, & factus, diuersa tamen ratione. Forsan hîc interrogabit nos aliquis, dicens. Quorsum Paulus hîc temporalis natiuitatis Christi mentionem facit? Nam quæ laus, & quod encomium accrescit Euangelio ex eo quòd Christus est factus homo? Respondemus. Si Christus esset purus homo, non adueniret Euangelio grande encomium: nulla maior laus contingeret illi, quam cæteris alijs hominibus. Verum quia homo simul & Deus est (quod supra omne mirabile dicitur) proindé ex hoc etiam Euangelium commendatur: eó quod sit de homine Deo, & de Deo homine. Veruntamen alia paulo maior se offert dubitatio. Nam cum Paulus dixit factus, videtur data fuisse quædam occasio quibusdam hæreticis: quæ non fuisset, si dixisset, genitus ex semine Dauid, & sermo eius non minus verus fuisset quã cum dixit factus. Nam sicut doctè annotat diuus Thomas, Sabellius, Arrius, & Photinus, visi sunt ex hoc verbo factus, sui errati sumpsisse patrocinium. Dicebant namque sic. Si filius Dei est factus; igitur æternus non est: & ex consequenti, naturalem non habet filiationem. Ad hoc respondemus, quòd Paulus non dedit ansam illis hæreticis errandi: sed in hanc hæresim prolapsi sunt, aut sua cæcitate, aut potius malitia: siquidem vel simplex grammaticus cognoscere posset differentiam inter hos duos sermones. scilicet, filius Dei est factus; & hunc, aliũ sermonẽ filius

Sed partus lõge diuersus ab alijs, non quod per rimulas vt delirantes aliqui dixerunt sed quod semper clauso remanente vtero, nulla fuit apertio, sed porta semper remansit clausa, iuxta vaticinium Ezechielis, c. 44.

D. Tho. 1. p. q. 27. a. 2.

Isa. 9.

Alia maior dubitatio.

D. Tho. hic 1. in loco.

Dei factus est secundum carnem. Prior sermo non est Pauli, vt pote falsus. & hæreticus: per symbolum fidei iam excluſus: sed posterior qui verissimus est. Non enim tam ignarus erat Apostolus vt eum lateret filium Dei secundum naturam diuinam non posse dici vllo pacto factum. Quod enim male est, æternum esse non potest. Facta enim (vt recte theologi autumant) æternitatis mensura non mensurantur. Veruntamen quod de æterna natura in filio negatur absque absurditate dici potest de eodem secundum naturam humanam: sicut dicimus filium Dei mortuum, occisum, &c. Ignorantia igitur huius admirabilis theologię factum est vt illi errarent, & non propter verba Pauli, quæ verissima habentur. Nihilominus tamen credibile est Paulum non sine mysterio abstinuisse se à verbo genitum, vel natum: & vsu tpasse verbum factum, tam in hac epistola, quam in ea quæ scribitur ad Galatas. Abstinuit igitur Paulus à vocabulo genitus, eo quod genitum dicatur tam de eo quod generatur in tempore, quam de generatione quæ non fit in tempore. Nam de filio Dei secundum genetationem etiam æternam dicitur; filius Dei est genitus: & de temporali etiam, vt Iacob genuit Ioseph virum Mariæ: de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. At factum tantum attribuitur rei quæ fit in tempore. Et quia Paulus volebat ostendere filium Dei secundum carnem in rempore esse factum, quod expræssius in epistola ad Galatas manifestauit, dicens; At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum de muliere: hic autem quia non habuit expressam de rempore mentionem, eam insinuauit per vocabulum factus. Nam in tempore incæpit esse homo, & factus est homo, qui semper fuit Deus. Istud autem aptius significauit Paulus per vocabulum factus, quam per vocabulum genitus. Ideo magis vsus est eo. Addere etiam possumus, & aliam rationem, quæ fortassis mouit Paulum: scilicet, quia illud nasci dicitur quod non quomodocunq; fit, sed quod naturali ordine producitur; sicut fructus ab arbore, vel filius à patre. Quod enim producitur à voluntate agentis, non secundum ordinem naturæ, non dicitur illud natum, sed factum: sicut domus, à domificatore. Adaptemus hæc nostro instituto. Christus ordine naturæ processit à Virgine secundum aliquid: nempe quia cõceptus est ex purissimis Virginis sanguinibus: & sic dixit Matthæus; de qua natus est Iesus: non dixit; de qua factus, sed; de qua natus. Cæterum quia hæc conceptio facta est non mediante virili semine (vt diximus) sed mystico spiramine, ideo Christus dictus est à Paulo factus secundum carnem. Vbi tu diligens lector considerare pores quanta sit energia in verbo factus: quia non significauit Paulus quomodocunque factum Christum, sed hoc admirabili modo factum. Duo igitur insinuauit Paulus: scilicet Christum factum hominem, & modum diuersum ab omnibus alijs hominibus. Excutere autem quomodò pet hanc vnionem, nempe hypostaticam factus sit homo: & quomodo vera sit hæc propositio; Christus factus est homo, lubenti animo ista telinquimus timanda doctissimis scholasticis theologis: quæmadmodum iam faciunt Thomas in 3.p. & teliqui in 3. sent. Legant quibus erit voluntas, apudillos. Nos ad nostrũ nos conuertimus Paulum.

Matth. 1.

Galat 4.

Matth. 1.

Vide Augustom. 4 & 10.

D. Tho. 3. p. p. 16. per totã

Ei.

ADiecit Paulus pronomẽ ei, de quo lis est interdoctos interpręies: nũ sit particula de textu. Dubitationẽ autem non faciunt latina exẽplaria. Nã omnia quæ videre licuit habent hoc pronomẽ. De quo noster Caietanus breuiſ-

Cur posuerit Paulus pronomen ei.

breuissime se expedíuit, dicens, superflué esse appositam, & expungendam esse à textu. Cuius rationem assignat nullam. Fortassis eó dixit, quia non legit in aliquo exemplari græco. Dico autem in aliquo, quoniam in aliquibus græcis exemplaribus etiam inuenitur. Verum cum nostrum institutum fuerit, vt à principio diximus, explicare exemplar & textum latinum, iuxta vulgatam editionẽ, quicquid sit de alijs exemplaribus, nobis nihil curę esse debet. Et cum in exemplari nostro reperiatur, & potissimé quia beatus Ambrosius non reliquit intactũ, proinde ponderare nos non erit absurdum. Et in primis mirum videtur quód Paulus loquens de natiuitate temporaria, dicat Christum esse factum ei, hoc est, Patri: (Sic enim omnes expositores exponunt particulam illam ei. Si enim sermo esset de æterna generatione, nihil mirum videretur. Nam filius semper nascitur illi, id est, Patri. Sed loquens Paulus de temporali, aptius dixisset, qui factus est nobis. Nam sic canit Ecclesia, dicens; nobis datus, nobis natus. Et in symbolo; qui propter nos homines, & propter nostram salutem: & homo factus est. Et Isaias; Puer natus est nobis. Nostri enim gratia Christus in tempore homo factus est. Hæc ratio tantum momenti habuit apud nostrum Thomam, & alios: vt dicant sic; Factus est ei, id est, ad gloriam Patris. Christus enim non quæsiuit gloriam propriã, sed eius qui misit illum. Quasi diceret Paulus; Christus factus est homo, non ad gloriam suam, sed patris sui. Ideo apposuit pronomen ei. Verumtamen dices; Non ne omnia quæ facta sunt, etiam ipsa mundi creatio, ad gloriam Dei patris facta sunt? Quare igitur Paulus expressit hîc, & non exprimitur alibi in sacra Scriptura? Respondetur; omnia facta esse ad summam gloriam Dei patris: tamen quia opus Incarnationis manifestius ostendit bonitatem, sapientiam, & potentiam Dei patris, hinc fit vt specialiter dicat Paulus tale opus Patri esse factum, idest, ad gloriam Dei patris. Nũc respondemus ad argumentum dicentes, quód licet incarnatio sit magis ad nostram vtilitatem (nam medicina nostrorum peccatorum fuit: per eam enim à nostris malis & morbis liberi effecti fuimus) nihilominus tamen ipsa incarnatio ad laudem Dei patris facta fuit: qui non nostris meritis, sed sua bonitate voluit nos tanto beneficio donare. Tacita igitur nostra vtilitate quam infernus declarabit Paulus, quando dicet Euangelium esse in salutem omni credenti, nunc solum ostẽdit gloriam Dei, ex qua magis poterat commendari incarnatio ipsa. Cæterum B. Ambrosius exponit sic: qui factus est ei, nempe Patri, filius. Quæ explanatio nescimus an secundum formam loquendi scholasticorum sit reprehenda. Tamen quia sententia est tãti Doctoris, hîc locum habere poterit regula quam scripsit nobis reliquit Diuus Thom. scilicet vt simus cauti in iudicandis propositionibus grauissimorum doctorum. Habuit namq, antiqua illa ætas longe maiorem loquẽdi libertatem: tum quia doctissimi erant viri, tum etiam quia non tanta erat infestatio hæreticorum. Et ideo dicimus quód propositio hæc, Christus factus est patri filius, potest habere geminum sensum. Alter est; Christus absolute sine aliqua additione, est factus filius patri. Et hæc falsa est, non minus quam ista; filius Dei factus est. Alius sensus potest esse, quod facta vnione duarum naturarum in vna hypostasi, ille inquam homo, qui habet has duas naturas, factus est filius Dei. Et hanc propositionem volunt aliqui esse veram. Sed profecto nobis videtur esse scrupulosa. Nam ille homo qui habet duas naturas, ipsum verbum diuinum est, quod non potest dici factum

D. Ambro.

Ia. 9.

D. Ambro.

Degemino sensu huius propositionis Christus factus est patri filius.

filius Dei, sed bene filius hominis. Qua re profecto credendum est quod cũ Beatus Ambrosius dixit, Christus factus est filius Dei, noluit negare quin si ius sit æterno patri filius. Sed vel voluit dicere factus est, vt accipiatur fieri pro esse, vel accepit in eo sensu, in quo vulgo solemus dicere; Deus factus est homo, vt homo fieret Deus. Licet D. Tho. in 3. p. q. 16. ar. 7. in corp. non satis videatur probare hanc propositionem; homo factus est Deus. Nã homo pro proprio supposito supponit, quando dicitur; homo factus est Deus. Non potest supponere pro creato quia nullum est: nec pro increato quia illud non est factum Deus, quia semper fuit Deus. Verum quia hæc cõtrouersia est de modo loquendi doctorum, ideo pie interpretandus est. B. Ambrosius, sicut B. Thomas interpretatur. B. Augustinum, vt patet in 3. p. q 16. ar. 7 ad 2. sic dico quod propositio Ambrosij potest esse vera in hoc sensu: Christꝰ factus est filius Dei ideſt per incarnationem factus est vt homo esset filiꝰ Dei. Vnde nota quod hęc est vera, homo per incarnationẽ est filius Dei: hęc tamen de rigore videtur falsa; Homo factus est filius Dei. Sed missa hæc faciamus, consulat lector D. Thomam & Caietanum. Hæc enim magis spectabant ad scholam quam ad interpretem. Per transennã ea tetigimus, vt ostenderemus mysterium quod sub istis verbis latebat: contra illos, qui dicebant parum mysterij & momenti habere particulam illam EI. Et fortassis propter hoc pro nihilo duxerunt expungere illam à textu. Quod bona venia illorum dixerimus non putamus esse verum. Et id circo dicimus ibi latere sacramentum, non solum vt significaret Paulus Christũ factum esse hominem ad gloriam Patris, sed etiam apposuit particulam ei ad extirpandam hæresim Sabellij, suorumque sequacium, confundentium personas trinitatis; scilicet, Patris, & filij, & Spiritus sancti. Destruit autem hanc hæresim Paulus, cum dixit, qui factus est ei, scilicet patri. Iam non est ergo eadem persona patris, & filij, sed duę: vna quæ dicitur pater, & alia quę nuncupatur filius. Dispurare autem contra hanc hæresim, nimis longum esset: et fieri nõ posset nisi transgrederemur breuitaris limites. Ecce quod secum afferebat mysterium particula illa. EI. Quod nisi voluisset insinuare nobis Paulus vel tacuisset, vel dixisset sic. Qui factus est nobis. Nam potius factus est nobis homo, quam Deo. Sic enim dixit Propheta Zacharias; Dicite filiæ Syon, ecce rex tuus tibi venit. Zac. 9. Asserunt interim non nulli phrasim esse hic & assuetum scripturę loquendi modum. Nam eo modo quo nos dicimus, natus est regi filius, eadem phrasi dixit Paulus, factus est ei. Quam interpretationem nõ refellimus modo tametsi priorem magis esse amplectendam existimemus: vt potemagis mysteriosam. Potius enim credimus Paulum respexisse ad illus mysterium, quam ad phrasim loquẽdi. Sed occurret fortassis nobis acutus auditor magis intricatum nodum afferens, dicensq. Si filius Dei factus est ex semine Dauid secundum carnem, bene cõsequitur ipsum factum esse id quod antea non erat. Non enim semper carnem habuit ex semine Dauid, sed eã incępit habere. Quod si admittas (vt te facturum puto) aliud grauius, & durius te admittere oportebit, in hoc facto nempe, interuenisse mutationem. Quod nulla tenus de Deo dici potest: cum ipse sua natura sit immutabilis, iuxta illud; Ego Deus & non mutor. Mala. 3. ad hoc respondemus iuxta. D. T. doctrinam in 3. p. q. 1. ar: 1. in responsione ad 1. quod quando Deus vnit sibi aliquam creaturam, talis vnio nõ fit per Dei mutationem, sed creatura est quę ibi mutatur. Nam tunc Deus terminat rationẽ habet. Terminus enim terminare potest citra sui mutationẽ

D. Tho. 3. p. q. 16. a. 7.

D. Tho. 3. p. q. 16. a. 7. ad 2.

Mala. 3. Responsio ad iusdã dubiũ.

Cum.

Cum ergo Deus sit terminus, immutatus manet. Sicut enim extempore dicitur Deus Dominus, vel creator, sine sui mutatione, cum mutatione tamen creaturæ: sic de nouo factus homo, sine sui mutatione.

Ex semine Dauid secundum carnem.

Cur dicat Paulus Christum factum ex semine Dauid.

MIrabitur profecto (& forsitan iure) diligens lector hoc in loco, Apostolum Paulum, quod ausus fuerit dicere filium Dei factum ex semine Dauid. Cedo Paule, attente & considerate aspexisti ne quæ modo dicis? nõ vides quid faris? Tecũ rursus expende etiam accurate. Videbis enim ex hisce verbis insinuari Christum non esse de Spiritu sancto, vt fides catholica intrepide confitetur. Si namque est ex semine, igitur non ex Spiritu sancto. Et quod durius videtur, dicis, ex semine Dauid? qui magnus peccator fuit. Fortassis ex hoc colliget aliquis minꝰ doctus, Christum in peccato conceptum fuisse quod per grandis blasphemia est. Vide ergo quid dixisti? Respõdetur: Constans sibi est Paulus. Volẽs & sciens sic loquutus (& non male) est. Sed anteqnam audiamus eum semetipsum tuentem, opere prætium ducimus lectorem reddere admonitum hic ne credat nos ex eo quod videt seorsum cõsiderari hæc verba à nobis, scilicet, ex semine Dauid, nec inquam credat quod separamus ab illis hæc: ab illis dicimus, scilicet verbis, qui factus est ei: ita quod sint duæ sententiæ separatæ, & fiat punctus in illo pronomine ei, & alia sit, ex semine Dauid secundum carnem. Nam nos vnã & continuam esse orationem existimamus, quæ complectatur totũ hoc scilicet qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Nam tota difficultas horum verborum, quæ precipue consurgit ab illo participio factus, nascitur ex varia punctuatione.

Quod si animaduertissent interpretũ aliqui, sane non dixissent hunc locum tam esse difficilem, tamque abstrusum vt vix fuerit intellectus Paulus profecto non tam obscure loquutus est. Licet enim participiũ factus referat personam diuinam, non tamen secundũ naturam diuinam, sed secundum carnem. Et proinde adiecit Paulus hanc particulam, secundum carnem, hoc est, secundum carnem, hoc est, secundum naturam humanam. Neque obstat quod factum, & non factum sint opposita: quorum conditio & lex est, non posse dici de eodem. Nam istud verum est, qnando dici debent de eadem re & secundum idem. Cũ enim in Christo sint diuersę naturæ, puta diuina, & humana, nihil incommodi sequitur si dicamus secundum vnam esse factum, & secũdum aliam minime. Si enim negamus verbum esse factũ tam absolute quam secundum naturam diuinam, non impedimur propterea quod non possimus affirmare esse factum quando carnem humanã susceꝑit, quando scilicet Verbum caro factũ est. Vnde semper in hac sententia fuimus, quod Paulus nec minus nec magis dixit quando protulit hęc verba, qui factus est ex semine Dauid, quam Ioannes quando dixit, Verbum caro factum est. Sed de his satis. Audiamus nunc responsionem ad illa quę in Paulum obiecta sunt, quæ eius candorem & bonum nomen denigrare videbantur. Quis quæso patienter audire poterit tam male Paulum sentire de Christo, vt dicat eum peccatõ esse obnoxium, ex eo quod sit factus ex semine Dauid hominis criminosi? Absit à nobis vt in huius rei cogitationem incidamus. Sed boni cõsulamus quod ipse dixit: Et si non intelligimus, aut penetramus, peritiores consulamus. Respondeo igitur ad illam obiectionẽ propositam, varijs modis eam fugare possumus. Primo dicẽtes quod à multis dici solet, videlicet quod venire

Ioan. 1.

Responsiones ad obiectionis.

nire & oriri ex semine Dauid bifariam contingit, altero modo proxime & immediate, sic non venit Christus ex semine Dauid. Et ideo non contraxit peccatum. Sed dices quid est venire ex semine Dauid immediate? Respondetur: Ille dicitur venire immediate ex semine Dauid, qui prodit ex semine viri, qualis non fuit Christus. Alij vero qui venerunt immediate, peccatum contraxere quia ex semine viri fuerunt procreati. Alij vero hoc loco nomine seminis Virginem intactam intelligunt, ex qua secundum carnem Christus natus est, vt fides catholica prædicat, dicens: Natus ex Maria Virgine; quę filio Dei solam carnem dedit. Ediuerso respondet primę formationi ista. Nam in illa mulier ex Adamo (non medio semine) sed ex eius costa formata fuit: e cōtra vero Christi corpus ex Marię carne & sanguine compositum fuit. Vnde sicut Eua iam formata, ille dixit; Hoc nunc os de ossibus meis, & caro ð carne mea: ita beatissima Virgo formato corpore Christi operatione Spiritus sancti, poterat dicere; hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Et illud Dauidis, Substantia mea apud te est. Non est reijcienda ista expositio, duplici de causa. Altera quod sit multorum interpretum (etiam de literis bonis bene meritorum) altera verò quod redūdat in laudem Virginis Mariæ: quod ipsa scilicet sit Christi, imò Dei semen. Propter quod etiam meritò mater Christi, & Dei nuncupatur & dicitur, & est. vnde si diligenter rimamur verba Pauli, agnoscemus nō tantum de filio, sed & de matre factā esse hic mentionem. De filio palam: de Maria vero Matre, latenter, Cæterum, saluis his duabus explanationibus, alio modo occurrimus nos propositæ obiectioni, dicentes; nihil consequentiæ habere illam ratiocinationem: scilicet, filius Dei factus est ex semine Dauid, ergo nō est de S. sctō. Sicut enim Ecclesia cōfitetur conceptū esse ex Spiritu sancto, & mox infert, natus ex Maria virgine: ita hæc simul stare possunt, videlicet, esse ex semine Dauid, & de Spiritu sancto. Quod si istud mens nostra capere haud possit, cum sit ipsa tam infirma & debilis ad tantū sacramentum capescendum, non debet id circo se demittere & prorsus succumbere, existimans tale non esse quod ipsa attingere & penetrare nequit. Duo namque sunt nobis relicta præsidia & remedia, in huiusmodi rebus tam abditis tamque profundis. Alterum est vt confugiamus ad autorisillarum rerum omnipotentiam (cuius mensura nō debet esse intellectus noster) plura namque Deus præstare potest, quā nos excogitare possimus. Hoc remedium Virgini sacratissimæ Angelus dedit, quando annunciauit ei abditissimum arcanum incarnationis. Quæsiuit Virgo ab Angelo, postquam audierat eum dicentem; Ecce concipies, & paries &c. Mox ipsa, ad illum. Quomodo fiet istud? Tunc Angelus. Modum Dei requiris illustrissima Virgo? Quod tibi dicere scio, & possum, tale est. Spiritus sanctus superueniet in te. Quasi diceret: Spiritus sanctus erit artifex huius admirabilis operis. Obmutuit Virgo serenissima hoc audito: Nec amplius quicquam replicauit. Nec mirum: Nā nihil erat quod dici posset, aduersus Dei omnipotentiam. Non est impossibile apud Deū omne verbum. Verbum hic profectò vsurpatur vt passim in scriptura videre est. Potestati eius, inquit Paulus, quis resistet? Secundum remedium est, quod si mens nostra & ratio humana ea quæ sunt supra captum suū nequit attingere, faciat quod fecit Propheta abacuc dicens. Considerauī domine opera tua & expaui. Considerare tibi datur & conceditur; & postea si negatur scrutari (eo quod scrutator maiestatis opprimitur à gloria) non tamen negatur aut prohibetur expauescere

Gen. 2.

Psal. 38.

Luc. 1.

Inuestiga tu lector diligēs ista loca. Roma. 9.

Abacuc. 3.

Pro. 25.

ueſcere,& admirari. Admirare Dei opera magnifica,ſed ſemper credens. Chriſtus enim Marthæ dixit. Nonne dixi tibi mulier,quod ſi credideris, videbis mirabilia? Mirabilis profecto valde eſt conceptus iſte exſemine Dauid:nedum hominibus, verumetiam & Angelis. Sed ſi eſt admirabilis, eſt quoque credibilis. Dicit igitur Paulus exſemine Dauid. Non dicit,exſeminibus,ſed exſemine. Nam eo differt cuiuſuis alterius hominis conceptio à Chriſti conceptione,quod illic vtriuſque parentis ſemen cõcurrit, tam maris,quam fœminæ:hic autem non fuit commixtio ſeminum,ſed tantum fuit ſubſtantia fœminæ,vel illud quod aliæ mulieres adminiſtrare ſolent in conceptionibus ſuarum prolum. Ex ſubſtantia igitur Virginis tantum,conceptus fuit Chriſtus,Spiritu ſancto ſupplẽte vicem viri:non quidem per applicationem alterius ſeminis,ſed per formationem,&organizationem corporis. Et proinde dicit Paulus, exſemine Dauid.&nõ exſeminibus. Neq; quod dicit hic Apoſtolus, pugnat cum illo noſtræ fidei articulo,quo dicitur,Chriſtum conceptum eſſe de Spiritu ſancto. Nam neque Spiritus ſanctus impediuit Virginis actionem: eã dico,quã in concipienda prole, ſolent habere matres:ſiue ſit pura paſſiua, ſiue partim actiua,& partim paſſiua. Id nunc non curamus. Satis eſt quod Beata Virgo in filij Dei conceptione non minus egit quam faciant aliæ matres. Aliter enim non diceretur Chriſtus proprie & vere Virginis filius. Nec operatio illa Virginis impediuit Spiritus ſancti operationem:ſed cooperatrix eius fuit. Et ideo Chriſtus vere dicitur exſemine Dauid,ex parte matris,& non ex parte Spiritus ſancti. Nam licet Spiritus ſanctus vicem patris in hac conceptione ſuppleuit:non tamen (vt diximus) mediante ſemine aliquo, ſed obrumbante virtute altiſſimi Et hinc factum eſt etiam, vt Chriſtus non ſit dictus filius Spiritus ſancti,ſicut docte differit D. Tho.in 3.p.quia non ſufficit ad hoc quod quis dicatur pater, ſupplere actionem & vicem patris. Et ex hoc met loco conſtat beatam Virginem eſſe exſemine Dauid. Aliter quo modo diceretur Chriſtus exſemine Dauid? Nam non ex parte patris;quia non habet igitur ex parte matris. Porrõ docere quomodo potuit Virgo ſuperbenedicta eſſe cooperatrix Spiritui ſancto, cum Spiritus ſanctus operatus fuerit in inſtanti,quod alienum eſt à creatura,cum ſit agens limitatum & finitum;iſtud committimus theologis ſpeculatiuis,quorum intereſt iſtud, & ſimilia reſerare,& limare. Vnum nos tantum dicimus,in gratiam illorũ qui nec alimine ſalutarunt ſacram theologiam, vt firmiter credant & intelligãt, nihil hic eſſe impoſſibilitatis, tam ex parte Spiritus ſancti, quam ex parte Virginis. Spiritus enim ſanctus & Virgo,maioris, efficatiæ erant, quam ſit in nobis pater & mater,&potentiores ad generandum Chriſtum. Præterea nõ dixit Paulus exſemine Dei, ſed Dauidis:vt aperiret nobis differẽtiam inter filios adoptiuos, & Chriſtum, qui non eſt filius adoptiuus. Nõ enim omnes homines ſunt exſemine Dauid, ſicut patet de his qui preceſſerunt Dauid. Et inde etiam erat quod Chriſtus dicebatur filius Dauid: non ſolum ab hominibus,ſed etiam ab Angelo, qui dixit Mariæ;dabit ei Dominus Deus ſedem Dauid patris eius. Et alibi, roganti Chriſto,cuius filius eſſet Meſſias, reſponſum eſt ei Dauid.

Sed dices: Si in conceptione Chriſti non interceſſit ſemen hominis, quo modo dicitur Chriſtus factus ex ſemine Dauid? Ad hoc reſpõdemus,quod licet ibi nihil interuenerit virilis ſeminis:tamẽ quia Chriſtus formatus fuit ex ea carne,quę conſtat exſemine Dauid:recte dixit Paulus illum factum ex ſemine Dauidico. Caro ſiue ſubſtantia Virginis,ex qua cõceptus fuit Chriſtus,

Ioan.11.

D.Th.3.p.q. 32.a.3.

Ex qua parte dicatur Chriſtus exſemine Dauid.

Diuina potẽtia infinita virtute ſupeˢat naturæ virtutem & vices.

Luc 1. Matt 22.

Solutio quæ rundam obiectionum.

stus, ex semine etiam virili composita fuerat: & ideo Christus dictus est factus ex semine Dauid. Sed quorsum Apostolus vt ostenderet Deum factum hominem, Dauidis mentionē fecit? Nunquid, si dixisset tantum, factum ex semine, satis innotuisset Deū factum esse hominem ex semine secundum carnem? Nam per particulā illam, secundum carnē, satis res perspicua erat. Ad hoc dicitur, quod Paulus non solum intendebat ostendere filium Dei factum esse hominem, sed vltra istud, ex qua stirpe & genere esset Christus. Alluſit ad illud quod scit Mattheus qui volens ostendere Christum factum hominem, prius ostendit eius genealogiam, dicens. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraam. &c. Sic Paulus nedū volens ostendere Christum factum esse hominem, sed ex qua stirpe esset factus, dixit; ex semine Dauid secundū carnem. Sed insurges fortan, dicens; Cur potius Dauid expressit, quam Abraham? Beata quidem Virgo ex semine Abrahæ quoque erat, vt canit Ecclesia, dicens; Natiuitas gloriosę Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, orta. &c. Accedit huc etiam quod promissio huius rei facta est Abrahæ etiam, sicut & Dauidi: & illi quidem prius. Ante enim illum nulli facta est promissio sacramenti huius. Paulus enim dicit. Abrahæ dictæ sunt repromissiones, & semini eius. Abraham iustus fuit, Dauid autem homo peccator, alienithoritio lator, & tandem homicida. Igitur hic tacendus erat, & alter potius nominādus, Quis vnquam in recitanda progenie alicuius filium nominauit, tacito patre? Dauid Abrahæ filius erat: nō igitur silentio inuoluendus erat Abraham, sed si volebat Paulus nominare Dauid, debuisset quoque mentionē facere Abrahę dicens; Qui factus est ex semine Abrahæ, & Dauid. Respondetur; quod Paulus silentio inuoluerit Abrahamum, Dauide recensito, varia assignari solet à diuersis ratio. Quidam enim ad literalem confugiunt, alij vero ad mysticam. Dicemus autem nos aliquot rationes, reliquas reliquentes diligentiæ lectoris, vt ab alijs petat. Non enim omnia à nobis sperare debet. Prima igitur ratio esse potest, vt spes nostra accrescat ac maior fiat. Certum quippe est, quod Dauid gerit typum peccatoris: non quomodocunque peccatoris, sed eius, qui vnico prolato, verbo, nempe, peccauit, audire meruit per Prophetam; 2. Reg 12.
Translatum est peccatum tuum. Hinc que factum est, vt Dauidis nomē quādam consolationem peccatoribus afferat. Et proinde Paulus tacito Abrahe nomine, Dauidis meminit. Alij aliam rationem assignant, dicentes, Matt. 1.
quia Dauidi, & non Abrahamo dictū est, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Pſal. 131.
Verum aliquantulum in firma videtur esse ista ratio. Nam licet non sub eisdem verbis facta sit Abrahæ promissio, tamen sub alijs æquiua lentibus: nempe, In semine tuo bene dicentur omnes gentes. Et. B. Hieronymus scribens super primum caput Matthæi, dicit sic. Christ⁹ dicitur filius Dauid, & Abrahę: quia ad hos duos facta est de Christo promissio. Igitur ratione promissionis vtriusque fieri debebat mentio. Quare videns hoc. D. Thomas, non modis omnibus satisfacere, confugit ad aliam rationem moralem potius quam literalem (quam supra diximus) specialiter, inquit, de Dauid fit mentio, vt daretur spes veniæ peccatoribus. Quasi diceret, si Paulus nominasset Abraham, qui iustus, sanctus, & bonus fuit, fortassis terrorē incussisset peccatoribus: modo vero Paulus dicens Romanis Christum esse filium Dauidis, spem venię non modicam peccatoribus dedit. Et hinc factum est, vt qui sperabant á Christo misericordiam, & veniam, soliti erant appellare eum filium Dauid. Sicut patet in multis locis in Euangelio. Nos Gen. 13. D. Hiero.

vero

verò vt quod de hac re sentimus, paucis donemus: triplici de causa istud factum esse existimamus. Primo quidē, quia antea dixerat Paulus Christum vaticinatum & annunciatum fuisse per Prophetas suos. In Prophetis autem Dauidis fit mentio, & non Abrahæ. Ideo vt magis concordaret cum eo quod antea dixerat mentionem fecit Dauidis, & non Abrahæ. Secunda ratio, quia Iudei negabant Christum esse filium Dauid, non autem Abrahę. Ideò hac de causa potius faciēda erat mentio ipsius Dauid. Adde tu huic rationi, quod sic Paulus magis palam ostendit Iudæis Christum esse Messiam. Quoniam promissio Messię ad solā tribum Iuda spectabat & familiam Dauid. Et ideo de solo Dauid loquutus est Paulus. Tertia ratio est, vt magis gratam & applausibilem redderet Romanis suam epistolam. Sic enim commendauit regiam autoritatem, cuius Romani studiosissimi erant. Dauid nāque fuerat rex, non autem Abraham. Nobilitatis autē maior ratio apparet cū dicitur aliquis filius regis quā eius, qui non fuit rex. Ob has igitur rationes Apostolus expressam fecit Dauidis mentionem: non tamen negare intendens, quod Christus esset ex semine Abrahę. Ad id autem quod obijciebatur, scilicet, Dauidem fuisse peccatorem, Abrahamum autem iustum & bonum, nihil curauit Paulus: quoniam licet Abraham sanctitate præcelleret, Dauid autem regali dignitate illum superabat. Neque curauit quod Dauid homo peccator fuisset: vbi dicit Christum non de dignatum fuisse assumere carnem ex peccatoribus: qui pro eis venerat vitam daturus. Carnem dicimus ex peccatoribus, non autem peccatrice. Caro enim Christi omnibus modis à peccato immunis erat.

Secundum carnez.

Cur dicatur secundū carnem.

ALteram partē hominis nominat tantum Apostolus: non quod filius Dei illam solam sibi vniuerit, sed vtitur vsitato sermone & phrasi, qua passim vti solet scriptura sacra, scilicet parte pro toto. Non enim minus dixit Paulus, quam si dixisset, factus est ex semine Dauid secundum quod homo. Idem enim pollent hoc loco, caro, & homo: sicut & in illo, Verbum caro factum est. Noluit autem Paulus dicere secundum hominem, sed secundum carnem, vt caueret occasionem existimandi filium Dei assumpsisse carnem cum supposito humano. Homo enim non ens suppositi est, non autem caro. Dices fortassis tu. Si Paulus se præseruauit ab illa occasione, vtens carnis nomine, non tamen se custodiuit ab alia, scilicet, qua dixerunt aliqui: vt Arrius, & Eunomius, filium, Dei solam carnem assumpsisse, nō animam. Ad hoc nos occurrimus dicentes, & Apostolum tuentes: quod nec Paulus, neque Ioannes illis hæreticis vllam dederunt ansam aut occasionem errandi: sed ipsimet acceperunt, nolentes, sicut oportebat, sane intelligere scripturas, sed pro suo arbitratu, & spiritu humano, ne dicam, diabolico. Nihil enim cōsequūtiæ habet: quod si Paudicat, filium Dei factum esse secundū carnem, tantum assumpserit carnem, & non animam. Sermo enim Pauli, non est exclusiuus. Quod autem carnem nominauerit, & non animam, teste Origene, ideo factum est, ne denotaret Paulus animam fieri ex traduce. Non enim anima rationalis educitur de potentia materiæ vti aliæ formę. Ideo, dicit Origenes, anima non dicitur fieri: Caro autem quæ ex alia carne est, magis propriè dicitur fieri. Hæc expositio etsi videatur vero consona esse, tamen an à Paulo fuerit intenta, non est vsquequaque notum. Et proinde accommodatior videtur altera: secundum quam diximus Paulum vsum fuisse illa figura non insolita, secū

Ioan. 1.

Origen.

dum

dum quam ponitur pars pro toto. Cæterum gemina potest esse huius partis culæ expositio, secundum carnem. Hoc est secundum corpulentam substantiam. Altera est, secundum carnē: Id est, secundum carnis seminationē illa prior vera & catholica est: atque intenta à Paulo: posterior autem, falsa & hæretica est. Aqua vt se custodiret Paulus, noluit dicere, secūdum carnalem generationem: sed, secundum carnem: ne præberet errandi occasionem Carnalis enim generatio, vt in vsu est apud homines, semper secum afferre solet seminum commixtionem; quam admittere in Christi conceptione, plusquam blasphemum est. Cæterum antequam huic negocio finis imponatur, admonemus hic lectorem, vt obseruet duo hæc, digna obseruatione. Primum tale est, quod tametsi Deus semetipsum exinaniuit, nō dedignatus formam serui susipere, & in ea omnia pœnarum genera pati & sustinere: scilicet, famem, sitim, frigus, calorem, laborem, flagella, spinas clauos, opprobria, iniurias, & tandem crucis mortem subire, nihilominus tamen noluit experiri nostræ conceptionis vilitatem: sed excogitauit alium admirabilem modum, secundum quem ipse solus fieret homo. Et hinc sequitur secundum, scilicet, quod in sua cōceptione non fuit obseruatus ille ordo communis & naturalis, quem mulieres habent in sua conceptione conuenientes cum suis viris: sed nouo modo diuino & admirabili factum est vt ex purissimis Virginis sanguinibus; nō ex cordis sanguine, neque ex alio sanguine, qui apti non sunt ad corporis formationem. Purissimus autem Virginis sanguis etsi ex se solus aptus nō esset, vt ex eo corpus formaretur: tamen aduenientes Spiritus sancti virtute dispositus sic fuit adaptatus, vt ex eo filius Dei potuit homo fieri. Hunc admirabilem modum insinuauit nobis Prophetaille, qui dixit, Nouum faciet Dominus super terram: fœmina circundabit virum. Virum ap. c. hac propterea quod Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit perfectus vir. Preterea hæc Pauli verba in primis notanda sunt, ad intelligendum quo modo facta sit vnio Verbi & carnis in vnitate personæ, & non in natura. In tota enim scriptura (quod sciamus) non est locus qui magis istud insinuet atque designet. Sed dices tu, Per quod verbum, vel quam particulam, istud designat Paulus? Respondetur. Per particulam, qui. Quæ particula refert filium Dei naturalem: & non refert naturam. Et proinde per eam ostenditur vnionem non esse factam, aut in natura, aut in alia persona, quam in filio Dei. Et sic constat vnitas personæ: & per consequens excluditur pluralitas. Et enam excluditur error illorū hereticorum, qui posuerunt plures hypostates, siue personas: nō animaduertentes siue non penetrantes, quod relatiuum qui semper vnicam & eandem personam filij Dei refert & denotat. Et ex hac mea animaduersione animaduertere debet acutus lector, quod hæc nostra versio vulgata in hoc loco multo melior est, quibusdā versionibus græcis, non habentibus relatiuum, qui. Quoniam versiones illæ non habent vnde possint colligere vnionem esse factam in vnitate personę Dei, & hominis. Neque habent vnde possint refellere illos errores: & maxime illum, quo dixerunt aliqui, Christum esse filium Ioseph. Quia tunc nō esset tantum vna persona. Item per hoc refellitur error illorum, qui dixerūt Christū fuisse hominē, priusquā fuerit assumptus: perperam intelligentes Dauidis locū dicentis. Beatus quē assumpsisti, & elegisti. Et denique per istam Pauli clausulam multi errores exterminantur & reprobantur, tam pertinentes ad filij Dei humanitatem, quam diuinitatem. Per verbum de filio suo, excluduntur errores pertinentes

Admonitio, quædam.

Phil 2.

Hie 13.

Psal. 64.

Varij errores confutantur per hanc clausulā Pau li.

tes ad diuinitatem: per particulam factus, explodituꝛ error dicentium, Christum esse purum hominem. Purus enim homo, non dicitur factus, sed genitus. Per dictionem exsemine Dauid reprobatur error eorum, qui dixerũt, non esse verum hominem. Per particulam, secundum carnem confunditur error eorum, qui dixerunt Christum è cœlo traxisse corpus: & illorum qui pessimè & hæreticè crediderunt Christum fuisse conceptum ad instar aliorum hominum: nempe secũdum rationem seminalem. Has hereses, & multas alias per hęc verba diuina Pauli præmissa, diligens lectoꝛ exibilare & explodere facili negotio poterit. Quo nomine diligentissime à quouis expendenda, & ponderanda sunt hęc Pauli pauca verba.

Sequitur.

Qui predestinatus est filius Dei. &c.

Quorsum dicat Paulus, qui predestinatus est filius Dei.

HActenus Apostolus occupatus fuit in aperienda vtraque Christi generatione: hic autem prætendit explicare virtutem ipsius. Cuius rei occasio accepta fuit ex eo quod proximis verbis elapsis in quibus explicauerat Paulus exinanitionem filij Dei secundum carnis susceptionem, asserendo factũ esse exsemine Dauid secundum carnem: & proinde opus erat ostendere gloriam diuinitatis & maiestatem Dei non este diminutam ab ipsa carnis infirmitate. Quare iusta de causa nunc aperit virtutem & potentiã eius dicẽs.

Qui predestinatus est filius Dei in virtute: Quasi diceret; ne existimetis ò vos Romani filium Dei amisisse virtutem quando susceptit infirmitatem. Susceptit humanitatem; non amittẽs diuinitatem. Factus est humilis, remansit sublimis. Non enim sic accepit, inquit. B. Augustinus, 1. de Trinit. formã

D. Aug.

serui, vt abijceret formam Dei. In forma Dei æqualis Patri: in forma serui minor Patre. In forma Dei, Verbum Deus: in forma serui, factus exsemine Dauid. In vtraque tamen forma, vnus & idem filius. Dicamus ergo, more nostroque discutiamus hanc Pauli periodum: quę sedula diligentia & examinatione digna est. In primis obseruandũ est relatiuum illud, qui: quod identitatis est, referens eandem numero personam: non solum secundum naturã assumptam, sed etiam secundum naturam ei à Patre communicatam. Vnde sic debemus legere hunc textum. Qui, scilicet, filius Dei naturalis, prædestinatus est. Cæterum circa participium hoc prædestinatus, torquent se non modice expositores & interpretes, an debeamus legere predestinatus vel destinatus, vel definitus. Hæc autem lis & discordia, est inter latinos, & græcos interpretes. Origenes doctissimus inter græcos interpretes, asserit in solis latinis codicib' inueniri vocabulum prædestinatus non autem in græcis. Quod si intelligat in omnibus græcis, nõ videtur multum vero simile esse. Nam si in nullis græcis codicibus inuenitur verbum prædestinatus, quo modo vertissent verbum prædestinatus, ex græco in latinum? Oporteret omnes illos qui verterunt, ignorãtiæ nota notare. Magna enim differẽtia est inter dictionem predestinatus, & definitus in literis græcis. Quare ille qui vertit latine, non potuit vsurpare vnum pro altero: nisi esset cæcus, aut græce nimium ignorans. Et proinde magna coniectura est, illum qui vertit hunc locum inuenisse in aliquo exemplari græco dictionem istam prædestinatus. Sed de hac re pertinaciter nolumus cum tanto doctore contendere nem habere: sed requiramus ab eo vt dicat nobis quamobrem vult expungendam esse hanc vocem á textu & eius loco ponendam destinatus, vel declaratus. Respondet Origenes, & dicit

circa vocabulum prædestinatus, variæ contẽtiones ortæ sunt

Origenes

Quod

Quod obstat & difficultatem ingerit, tale est. Discrimen inter prædestinari, & destinari ponitur huiusmodi: quod alterum spectet ad res quæ non sunt, aliud vero ad ea quæ existunt. Qui nō est, inquit prædestinatur: qui vero est, destinatur. Cum igitur filius Dei fuerit ab æterno, profecto nequit prædestinari. Prędestinari namque quandam antecessionem dicit, quæ longe est à filio Dei naturali: qui coęternus est Patri, iuxta illud Ioānis; Hoc erat in principio apud Deum. Destinatio autem nondicit istam antecessionem. Hac ratione quidam quasi perterrefacti, vidētes personam Christi esse Patri coęternam, confugerunt ad naturam humanam, quę in tempore fuit producta: dixeruntque naturam humanam fuisse prędestinatum, vt vniretur verbo. Quod nos Paulo post repudiabimus. Propter hanc mer forrassis rationem, apud magnam græcorum & latinorum multitudinem male audiuit, nomen prædestinatus: & bene nomē destinatus, definitus, & declaratus. Cæterum cum nos tamquam latini, non debeamus græcizare inter latinos: & cum ferme omnes latini (adminus doctores grauissimi) gratā, & applausibilem habeant vocem prędestinatus: nos (cum bona venia Græcorū) malumus latinos, in hac parte, sequi & imitari. Eo potissime quod, vt iam diximus, nostra semper fuit mens & animus, vulgatam editionem sequi: quę semper per annos plurimos retinuit & conseruauit vocem istam prędestinatus. Proinde relicta expositione Grę corum quę profecto nullam interpretis requirit operam & diligentiam: eo quod clarior sit, quam vt expositione indigeat. Si enim (vt vel vnum verbū proferamus) legamus sic; De filio suo facto ex semine Dauid secundum carnem, definito, declarato, vel destinato, in virtute Spiritus sancti, ideſt, per virtutē Spiritus sancti, ex resurrectione, & ex miraculis; hic sane sensus, luceipsa clarior est, neque vllam inuoluit difficultatem. Cæterum si recipiamus vocem prædestinatus (vt intendimus recipere) magnus nobis sese offert nodus dissolutione nō facilis. Tamen confisi primo, in eo, qui præstat sapientiam paruulis, & linguas infantium disertas facit: & secundo Paulino fauore prædiți, cuius ope & præcibus nos tantum opus aggredi non recusauimus, negotium quoque prædestinationis Christi attingere pro nostra ingenij tenuitate nō reformidabim'. Incipiētes igitur ab ipsa vocabuli significatione, scire nos oportet, quid sibi velit prædestinare. Si enim Etymologia vocabuli duci volumus, prædestinationis nomen sonat quandam destinationem. Componitur nā que ex præ, & verbo destinare, hoc est ante destinare. Particula namque præ est, quæ scrupulum ingessit Origeni & alijs: Apud quos ex osum est vocabulum prædestinatus maxime quando Christo accommodatur & applicatur. Nobis autem prædestinatio proprie accepta, est quædam transmissio creaturæ participis rationis, in finem supernaturalem. Destinare est mittere Illa igitur ratio in mente diuina, qua vult Deus transmittere aliquem in vitam ęternam, dicitur prędestinatio. Vtrum autem hęc comperat Christo nec ne, in hoc est huius rei neruus. Nā si huiusmodi finitioni stamus (vt standum est) quomodo cum prædestinari sit solius personę & suppositi, & nō naturę; sitque creaturę (vt dictum est in definitione prędestinationis: & filius Dei fuerit ab æterno, quo pacto potuit prędestinari, ideſt, antea destinari? Et quomodo potuit transmitti in vitam æternam, qui illam habebat in seipso ab æterno? Imo ipse erat vita æterna: Christo dicente; Hęc est vita æterna, pater, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quod enim per prædestinationem habetur, non est prædestinatæ

Ioan. 1.

Psal. 8.

S. Tho. in 1. p q. 23. a. 1.

Ioan. 17.

per-

personæ naturale vel connaturale ei, sed super naturale, excedens & supernaturam, & captum prædestinati: sicut videre est de gratia, & gloria, quæ duo nulli creaturæ naturalia dicuntur. Atqui gratia, & gloria, filio Dei connaturalia sunt. Imó ipse est vtriusque autor: secundum illud, gratiam, & gloriam dabit dominus. Præterea Christus non est creatura, prædestinatio est creaturæ, ergo non potest dici Christus prædestinatus. Quod autem Christus non sit dicendus creatura, consensus est vniformis peritissimorum theologorum precipue principis eorum Thomæ, vt licet intueri apud illum in 3. parte suæ theologiæ. Hæ sunt præcipua quæ augent difficultatem circa Christi prædestinationem, à quibus se facili negotio extricant & liberant, qui Græcorum expositionem amplectuntur: Nos verò, Deo adiuuante, ab his labirinthis prout poterimus liberos facere curabimus nos metipsos, iuuamine & præsidio nostri proto Apostoli Pauli intercedente. Tametsi non lateat nos hunc locum inter multos alios huius epistolæ esse oppido difficilem, & ad explicandum spinosum satis: nihilominus tamen conabimur reddere illum paulo clariorem, si prius tamen dictum fuerit, vnde tantam nactus sit difficultatem. Etenim aliquid lucis, & hoc nobis suppeditabit in hac re difficili & abstrusa. Principio igitur intelligat studiosus lector quæ, & quot sint illa, quæ reddunt istum locum difficilem. Inter alia quatuor sunt. Primum varia lectio, secundum varia explanatio, tertium varia vocis acceptio, quartum varia punctuatio. Varia quidem lectio, tam à Græcis, quam à Latinis patribus, circa duas illas dictiones, scilicet, qui, & prædestinatus. Multi quidem græcorum, & latinorum græcizantium non admittunt relatiuum qui, nec vocem prædestinatus: sed loco harum adhibent vocem, declarato, definito, vel destinato. Et secundũ hanc vocis mutationem etiam alium sensum colligunt: & hinc fit, vt Græci vno modo, latini verò alio explanent. Deinde inter latinos aliqui proprie, alij verò improprie vsurpant prædestinationis vocem. Rursus quidam, ad naturam referunt, alij vero ad personam. Qui ad personam, alij absolute, nullo apposito additamento, alij cum eo. Præterea nonnulli dicunt hanc clausulam spectare ad primum Christi aduentum, alij ad secundum. Quidam interpretantur de resurrectione finali. alij de resurrectione Iesu Christi, qui seipsum suscitauit à mortuis. Alij denique punctum collocant ante particulam illam in virtute: dicentes sic, Qui prędestinatus est filius Dei. Alij verò minime. Hæc & alia sunt quæ reddunt hunc locum abstrusum & difficilem, quæ tu lector apud illos legere poteris. Rogemus nos Paulũ nostrum, vt inter tot, tamque varia sensa, & Patrum placita (quo non aberemus) vt ipse, qui scripsit, adiuuet nos, & ad suam mentem & sensum tuta nos dirigat via. Præterea præter ista quæ diximus, quæ difficultatem faciebant apud latinos interprętes, qui receperunt vocem prædestinatus, facit etiam difficultatem ipsa vnitas personæ diuinę in duabus naturis: & ipsamet etiam soluit difficultatem, vt dicturi sumus statim. Primo quidem vnitas personæ facit difficultatem: nam si cur dicit B. Thomas in 3. p. si in Christo essent duæ hypostases (vt falsissime excogitauit Nestorius) nullus profecto esset labor ostendere Christum fuisse prędestinatum filiũ Dei. veruntamen quia vnica est tantum persona, & eadẽ numero, cõposita ex duabus naturis, hic opus, hic labor est, ostendere quomodo illa persona sit prędestinata. Et hic labor fortassis causa fuit, vt quidam dixerint in hoc loco Paulum nõ tractare de prędestinatione, sed alibi inferius. His iactis ceu fundamẽtis,

Psal. 83

D. Tho. 3. p. q. 16. ar. 8.

Ad intelligẽdum paulum rogandus est ipsemet Paulus.

D. Tho. 3 p. q. 24. ar. 1.

Quatuor reddunt hunc locum difficilem.

Nõ sunt isti audiendi, hic & inferius, sed respectu diuerso agit.

accingimur ad hoc negotiũm aperiẽ dum decidendumque pro nostra viri li. Et ante omnia, qui vult capeſcere prędeſtinationem Chriſti, intelligere debet, eam à noſtra aliqua ex parte eſſe diſcretam; & ex alia non differre. Neq; obſtat quód prædeſtinatio Chriſti ſit exemplar noſtræ, vt D. Tho. elegantem docet in 3.p. Siquidem non opus eſt vt exemplatum ſimile ſit exẽplari in omnibus: ſatis eſt in quibuſdã. Conueniunt autem noſtra prędeſtinatio & Chriſti in hoc, quód neutra eſt per naturam, ſed vtraq; per gratiam. Diſcriminantur autẽ in ratione termini. Prędeſtinatorum namq; omniũ aliorũ prędeſtinatorum, tam angelorũ, quã hominum, pro fine habet vitam æternam. Sicq; dici ſolet, quód prędeſtinatio abſolute loquendo, eſt reſpectu vitę æternę ſiue beatitudinis. In Chriſti autẽ prędeſtinatione nõ eſt terminus gratia vitę æternę, ſed aliquid altius, ſcilicet, gratia vnionis: quę eminẽtior eſt, & excellentior. Vnio etenim hypoſtatica, præſtantior eſt vnione per gratiam & per gloriã. Quoniam iſtę omnes duę vniones ſunt accidentariæ: illa autem terminatur ad eſſe Deũ, & ſubſtantialis vnio eſt, quæ maior dicitur à D. Tho. in 3.p. & ab alijs theologis, omni alia vnione. Cæterum cum hæc vnio ſit ſingularis & peculiaris Chriſto ſoli, hinc fit quoque quód ſua prædeſtinatio ſit ſingularis: non in omnibus penſanda iuxta aliorum prædeſtinatorum regulam. Et hinc factũ eſt vt princeps theologorum Tho. in 3. p. q. 24. ar. 1. ad 1. palam fit confeſſus Chriſtum quodam ſingulari modo fuiſſe prædeſtinatum. Neq; dubitare hic quiſpiam debet, an gratia vnionis ſit ſufficiens ad terminandam prędeſtinationẽ. Nã ſi alia eſt ſufficiens, quæ ſluit ab iſta, & hæc quo que ſufficientiſſima erit. Et ex hoc patet, quód Chriſtus alio modo eſt prædeſtinatus quam nos. Quoniã nos mediante gratia gratum faciente ordinati ſumus ab æterno ad conſequendam vitam æternam: non autem ſic Chriſtus, ſed per gratiam vnionis. Eſt & alia differentia; quód, nos Pater æternus prædeſtinauit ab æterno vt eſſemus eius filij adoptiui: Chriſtus autem, vt eſſet filius naturalis. Eſt & alia differentia; quód in noſtra prædeſtinatione includuntur ſanctæ operationes, à gratia gratum faciente proditurę, tamquã media per quæ ad vltimũ finem peruenitur. iuxta illud Petri; Satagite certã veſtram facere vocationẽ per bona opera: Chriſtus autem, cum in primo inſtanti ſuæ cõceptionis fuerit beatus, hac ſatagine, vt ita dicam, non opus habuit bonorum operum. Ex his patet, fuiſſe in Chriſto excellentiorem prædeſtinationis modum quã in alijs: ac proinde ſua prædeſtinatio metrum & menſura eſt noſtræ prædeſtinationis. Quod enim eſt primum & præcipuum in vnoquoq; genere, teſte Ariſt, eſt metrum & ratio aliorum. Sic Chriſti prædeſtinatio noſtræ eſt metrum & menſura. Quia igitur aliqui inter nos & Chriſtum fortaſſis putarunt nihil eſſe diſcriminis quod attinet ad prædeſtinationem, ex hac cauſa horrebant dicere Chriſtum eſſe prędeſtinatum: quod haud feciſſent, ſi has differentias præ oculis habuiſſent. Sed fortaſſis ſatis curioſam à nobis hic aliquis rogabit queſtionem bimembrem: an ſcilicet tuto affirmare poſſimus Chriſtum, quatenus filius Dei eſt, eſſe prædeſtinatum: &, ſi concedatur iſtud; an proprie, vel improprie. Cui queſtioni occurrimus exordientes à ſecũda re, dicenteſque. Paulum hic loqui de prędeſtinatione Chriſti proprie: quod, vel maxime indicant effectus prędeſtinationis recenſiti à Paulo in hac epiſtola: quales ſunt, Paulum eſſe ſeruum Chriſti, vocatum Apoſtolum, ſegregatum in Euangeliũ Dei, ipſum quoq; Euangelium, & quód filius ſit factus ex ſemine Dauid ſecundum carnem: omnia iſta ſunt effectus prædeſtinationis, & alia quæ ſequuntur in Pau

q. 24 ar. 5.

Conueniẽtia Chriſti & noſtræ prędeſtinationis.

Differentia.

ar. 1.

q. 2. ar. 3.

D. Thom.

Alia differẽtia.

3. differentia.

2. Petr.

Chriſti prędeſtinatio metrum eſt noſtræ.

Soluitur quæſtio quædam

in Paulo, scilicet, quód acceperit gratiam Apostolatus, &c. Si omnia ista sunt effectus prædestinationis propriissimè sumptæ sequitur sermonem hic fieri de prædestinatione propriè, & non impropriè: tamquam de causa, vt effectus resoluantur in causam propriam. Accedit huc & alia ratio in fauorem huius rei, quæ talis est. Si prædestinatio Christi non est propria, erit quidem alia, in quam omnes prædestinationes nostræ resoluantur. Sicut enim omnia clara, in solis claritatem rediguntur, & calida, in calorem ignis, sic omnes prædestinationes resoluende veniunt in prædestinationem Christi, qui est primogenitus in multis fratribus, & primus in genere prædestinatorum. Hoc igitur iacto, accedamus ad aliud quod longe difficilius apparet. Nam prima facie, male sonare videtur vt filius Dei dicatur prædestinatus, qui ab æterno fuit, imo ipsamet æternitas. Aptius enim veniret dicendus prædestinans, quam prædestinatus. Ea enim quæ passiuè prædestinantur, vel sunt temporaria, vel ad minus æuiterna. Quod dicimus propter Angelos, qui æuo mensurantur: sicut docet B. Tho. 1. p. Tam enim Angeli, quam homines, in temporis mensura assequuti fuerunt beatitudinem: & nullus ab æterno. Filius autem Dei vt talis, existens in sinu patris sui, à quo omnia sunt ei tradita, non in tempore, sed ab æterno: quomodo igitur fieri potest, vt proprie dicatur prædestinatus? Ad hæc; Si prædestinatio est æterna (ab æterno etenim Pater cœlestis prædestinauit) necessarium est, vt ipsa sit prior quam esse ipsorum prædestinatorum: vt licet intueri in ipsis Angelis, & hominibus, quorum esse in tempore incepit, sed eorum prædestinatio æterna fuit. Esse autem filij Dei, quà talis est, non solum æternum est, quin etiam ipsa æternitas. Quo igitur pacto dici potest prædestinatus? Pro huius reiclariori notitia, & pro resolutione prædestinationis Christi, quæ difficilis res est, nobis visum est totum hoc negotiũ sub aliquibus thesibus siue propositionibus comprehendere, quo hęc tes clarior habeatur: quarum vna, & omnium aliorum difficillima est quã proxime cepimus discutere: videlicet an prædestinatum vere sit attributum ipsius filij Dei naturalis, absolute consi derati. Nos vt resolute dicamus non audemus asserere veram esse hãc propositionem vt iacet; scilicet, filius Dei est prædestinatus. Et quæ nos mouet ratio, hęc est. Quia prędestinatum tantum debet dici illud, quod est creatura, vel quod habet aliquo modo creaturæ rationem: istorum enim est, prædestinati passiue: Dei autem est prędestinare, & non prædestinari, eum igitur filius Dei, vt sic, non sit nisi Deus, vt sic, non potest vere dici de eo prædestinari, vel esse prędestinatum. Ipse nãque, cum Patre, & Spiritu sancto est prędestinans creatura. Corroboratur istud sic. Si filius Dei, vt talis est, dicitur prędestinatus, cur non & Pater? Et quare nõ & Spiritus sanctus? At de Patre, deq; Spiritu sancto hactenus nullus dixit tale: igitur nec de filio dici debet. Neq; Pauli textus est capax huius propositionis. Nam tunc, sensus esset, Qui prędestinatus est filius Dei, id est, quĩ filius Dei, est prędestinatus filius Dei. Relatiuum enim qui, filiũ Dei refert. Quod enim iam tale est, nõ dicitur prędestinari, vt sit tale. Secunda propositio. De Christo, veré potest enunciari hoc attributũ prędestinatus: ita quòd, si prædestiuati repugnat cũ filio Dei, non autẽ cum Christo. Et si insurgas mox dicens; filius Dei, & Christus nonne sunt vnum & idẽ suppositum, & eadem numero persona? Igitur si prædestinatum repugnat filio Dei, & Christo repugnabit. Docti theologi recte calent quid simus responsuri: nec pro eis respondemus, sed pro minus eruditis & versatis in diuina theologia. Magnum enim interstitium est inter hæc

Similc.

q. 20. ar. 5.

De prædestinatione Christi.

duo nomina, scilicet, filius Dei vel Verbum, & nomen Christus. Nam Verbum, siue filius Dei nomen est vnius naturæ tantum: vnicam enim solummodo designat naturam, nempe diuinam: at vocabulum Christus quis ignorat denotare geminam, scilicet, diuinam, & humanam? Vnde licet in Christo tantum (vt fides nos docet) vnica sit persona, tamen geminata est in eo natura, scilicet diuina, & humana. Cuius rei gratia aliquid potest dici de Christo, quod non verificabitur de filio Dei sic nude cõsiderato: licet per idiomatum communicationem aliquæ reciprocentur propositiones. Quando igitur accommodamus attributum prædestinati ipsi Christo, hoc fieri potest aut secundum naturam diuinam, aut secundum humanam. Et hinc consurgunt binæ propositiones, quarum alteram falsam existimamus, alteram verò veram: Falsa ista est; Christus est prædestinatus filius Dei, secundum naturam diuinam. Nam secundum istam naturam, semper fuit filius Dei. Et quòd semper tale est, vt supra dicebamus, non prædestinatur vt sit tale. Vnde beatus Thom. & communiter doctores latini, illam reputarunt falsam: aliam verò veram, scilicet; Christus est prædestinatus filius Dei, secundum naturam humanam. Imò, & istam; filius Dei secundum naturam humanam est prædestinatus. Nam cùm hoc addito, non repugnat filium Dei secundum naturam humanam esse prædestinatum, sicut nec crucifixum & mortuum. Animaduertat tamen hic diligens lector, quòd cum dicimus Christum, vel filium Dei secundum naturam humanam fore prædestinatum, istud bene, & perperà potest intelligi: cuius rei diligenter admonuit ipsos nouicios theologos diuus Thomas 3. parte quæstione 24. articulo 2. ad secundum. Vbi sic dicit. Quod quando alicui homini tribuitur aliquid ratione naturæ humanæ, potest duobus intelligi modis: altero sic, quòd humana natura sit causa illius attributi: sicut esse capacem risus conuenit Platoni ratione naturæ humanæ, ex cuius principijs causatur esse risibile. Et hoc modo prædestinatio nulli competit, ratione naturæ humanæ: neque hominibus, nec etiam ipsi Christo. Siquidem, si sic esset, omnes habentes naturam humanam essent prædestinati: sicut omnes homines habentes naturam humanam sunt risibiles. Non enim causatur prædestinatio alicuius hominis ex principijs naturæ humanæ, quæ non dicitur etiam prædestinata. Alio modo dicitur aliquid conuenire alicui ratione naturæ humanæ, propterea quòd talis natura, est susceptiua illius rei & capax, & si non in se, in suis tamen suppositis: in qua significatione dixit beatus Augustinus; Naturæ hominis esse habere fidem. Non quòd fides esset homini naturalis: donum enim Dei est, & virtus infusa, sed ideò quod natura hominis capax sit fidei, & non natura bruti. Sic debemus intelligere quòd doctores dicunt, scilicet, Christum fuisse prædestinatum ratione naturæ humanæ, & non diuinæ: quasi dicant, filio Dei, vel Christo non repugnare prædestinationem, quatenus homo est, sed repugnare quatenus Deus est. De ea dem enim persona contradictoria prædicata dici respectu diuersorum nihil obstat. Et, si insurgas dicens; Illamet persona quæ est in natura humana est in natura diuina, igitur si non est prædestinata vt est in diuina, ergo nec vt est in humana: quia illamet est. Et addo, quia semper illamet persona fuit filius Dei. Igitur, &c. Ad primum dicimus inualidam esse consequutionem, & nullius ponderis & momenti. In simili infirmatur sic. Filius Dei secundum naturam diuinam non fuit mortuus, & est eadem met persona in natura humana, igitur

3.p.q.24.ar.2 ad 2.& 3.

D. Thom.

Vox secundi accipitur secundum te supplicationem.

D. Augusti.

igitur in hac non fuit mortuus. In multis etiam consimilibus instantiam inuenire facile est, ac proinde infirma sanè est illa ratio quemadmodum reliquę consimiles.

Antequam vlterius & longius progrediamur, illud est recognoscendum quod diximus in prima propositione, scilicet, quód prædestinatum tantum debet dici quod est creatura, vel aliquo modo habet rationem creaturæ. Obijciet aliquis dicens; Igitur Christus non potest dici prædestinatus, quia non est creatura. Adhoc dicitur quód licet Christus absolute non sit dicendus creatura, tamen cum aliquo addito tamento dicitur creatura, vt si dicamus; Christus secundum quód homo est creatura, vel secundum naturam humanam. Et sic habet rationem creaturæ.

S. Tho. 3. p. q. 16. ar. 8.

Tertia propositio est, Christus prædestinatus est filius Dei, in virtute. Hęc duplicis sensus esse potest. Alter est, vt perinde valeat ac si dicamus. Christus prædestinatus est vt sit filius Dei in virtute, hoc est, vt habet æquam & parem virtutem cum filio Dei naturali. Et si dicas; Non iam habebat ab æterno? Nunquid ex hoc quód prædestinatus est, vel ex eo quód factus est ex semine Dauid, accreuit ei aliquid, nempe quod sit filius Dei? Non ne iam ab æterno erat filius? Respondemus ad hoc, quod Christus ab æterno, vt erat Deus, & Dei Patris filius naturalis, iam habuit hanc virtutem & potestatem: sed ab æterno non habuit vt existens in natura humana, sed in tempore, quia in tempore prodijt homo. Et sic prædestinatus fuit, vt homo existens eammet virtutem habeat quã habet filius Dei; hoc est, eandem habeat quam ipse Christus vt filius Dei habet. Quasi dicat Paulus; non existimetis filium Dei ex eo quod factus est ex semine Dauid (quæres abiectionẽ dicit & exinanitionem) effectum esse minoris virtutis & potestatis quam fuerat quando non erat homo sed tantum filius Dei naturalis: quoniam ab æterno hic homo (ostenso Christo) prædestinatus fuit vt haberet æqualem potentiam, nec maiorem, nec minorem. Quæ potestas data fuit homini Christo quandó Verbum caro factum est in tempore: sed ad eam ab æterno erat hic homo prædestinatus ad hanc potestatem. Vndé clare liquet & constat, quód Christum esse prædestinatum, tantum abest vt detrahat de Christi laude quicquam, quin potius extollat, & eleuet & sublimet vehementer ipsum Christum, & supra omnes homines, & supra omnes Angelos. Licet enim esse hominem paulominus minuat eum ab Angelis, Propheta istud acclamante, tamen esse prædestinatum, effert, & extollit illum supra omnes Angelos. Nec mirum quidem. Nam istud factũ est, & homini Christo aduenit per gratiam vnionis, nullus autem homo, vel Angelus ad tantum dignitatis culmẽ fuit prędestinatus aut ordinatus. Cui enim aliquando Angelorũ, dicit Paulus ad Hęb. dictum est; Filius meus es tu? Et cui; sede à dextris meis, nisi Christo? Non igitur esse prædestinatũ Christum, vel vnum pilum, à Christi dignitate tollit aut subtrahit.

Tertia propositio.

Ioan.

Ioan. 1.

Psalm. 8.

Hæb. 1.

Alter sensus illius propositionis esse potest, vt insinuaretur quód ille homo per prædestinationem sit factus filius Dei. Istud namque magnam sapit hæresim. Denotat & insinuat iste sensus quód Christus prius fuerit filius Dei adoptiuus, & postea consequutum fuisse hanc dignitatem vt esset filius Dei naturalis. Hæc procul sunt à Pauli mente & intentione. Nã Christus nunquam fuit filius Dei adoptiuus: nec ab æterno, nec in tempore quando factus est homo, sed semper fuit filius Dei naturalis. Nam per hoc quód effectus est filius Virginis, aut hominis, non definit quidẽ ipse Christus esse filius Dei naturalis:

S. Tho. 3. p. q. 23. ar. 4.

sed ex hoc quòd factus est homo, & vnitus hypostaticè Deo, prædestinatus fuit in virtute, id est, vt haberet virtutem & potestatem, tantam, sicut antequam fieret filius hominis. Vnde colligat acutus lector, quòd sicut ratione naturæ humanæ est prædestinatus, vt antea diximus, sic eiusdem ratione est filius Dei, non absolute. Nam sic, ratione personæ est filius Dei. Ratione autem naturæ humanæ est filius Dei in virtute. Non tamen intelligat ingeniosus lector, nos velle dicere, prædestinationem Christi terminari ad naturam humanam. Nam licet magister senten. vna cum alijs quibusdam asserat naturam humanam posse dici prædestinatam, nos vero insequentes vestigia nostri doctoris diui Thomæ, non habemus gratam hanc opinionem. Terminus namque prædestinationis suppositum est; & suppositorum est prædestinari, non naturarum. Si enim natura Angelica esset prædestinata: consequens est, vt tota esset beata, Cæterum, si aliquandó apud grauissimum doctorem aliquem talem loquendi modum lector bone inueneris, hoc intelligiro ratione suppositi: vel si licet verbis scholæ vti, dices, naturam dici prædestinatam vt quo, sed non est id quod prædestinatur. Et sic potest excusari Petrus ille Lombardus vir alioqui doctissimus; & scholasticæ scholæ vnus illustris lapis. Quando igitur dicimus Christum prædestinatum ratione naturæ humanæ, significamus naturam humanam esse causam quam vulgo dicunt, sine qua non. Sine enim ea imprædestinabilis est filius Dei siue Christus. Iam enim diximus prædestinationem alienam esse à natura diuina. Cæterum quoniam diximus supra hunc locum abstrusum & difficilem ob variam punctuationem quã interpretes faciunt, fortassis à Paulo minime intentam: de ea aliquid dicere non erit ab officio interprætandi alienum. Licet enim copiosè satis de propositis thesibus à nobis sit dictum adeo vt fortassis visi simus alicui metam interprætis esse transgressi: non enim solent interprætes, præsertim in scribendo, esse adeo copiosi, ne fastidio sint suis lectoribus. Verum & si communiter istud fieri sic soleat, tamen quando res exigit, & necessitas profunditasque negotij expetunt & requirunt, quód plus paulo se extendat explanatio, vitio dari non debet. Sic nos in hoc negotio arduo ista licẽtia vti voluimus. Quod de punctuatione nobis occurrit ad huius loci Paulini declarationem, tale est. Ex neotericis interprætibus qui græcizant inter larinos, duo hic facere solent: reijciunt primó dictionem prædestinatus, & secũdo nullam in hac clausula Pauli punctuationem faciunt: sed vno ductu & tractu legunt vsque ad verba illa, Iesu Christi Domini nostri. Volunt que isti sensum prætensum à Paulo fore istum, scilicet. Qui secundũ carnem factus est ex semine Dauid, & in primo aduentu venit humilis & subiectus passionibus, hic idem filius Dei ab æterno definitus est, vt in secundo aduẽtu quando fiet mortuorum resurrectio, tunc fiet manifestum per suam iudiciariam potentiã omnibus, ipsum scilicet esse filium Dei. Quód si requiras, Quomodo fiet istud manifestum? Aiunt quód erit manifestum omnibus, quãdo ipse dabit & retribuet tam bonis, quam malis, iuxta illorum opera. Bonis, dicendo; venite benedicti patris mei, &c. & malis; discedite in ignem ęternum, &c. Ex hoc exercitio potestatis iudiciariæ, quæ data est filio hominis, agnoscẽt omnes hunc iudicẽ esse verũ Deum. Et adimplebitur illud, Videbunt in quẽ transfixerunt, vel pupugerunt. Nã in comparatione illius diei pauciissimi fuerunt, qui cognouerunt illum in primo aduentu fuisse Deũ verum. Filiũ namq; fabri appellabant illum, & alia de eo multó deteriora blasphema

Magist. seu, D. Thom.

Quomodo sit intelligendus Magister sen.

Matth 25.

Apoca 1.

Matth. 13.

phemabant. Sed dices; quale consequium est, ex illo actu iudicandi colligere Christum esse verũ Deum? Respondetur. Optimum & efficacissimũ sane est. Nam licet alicuius regni, Prouinciæ, vel partis mundi bene possit ese iudex homo qui non est Deus (vt videmus nostris oculis indies fieri) tamen quod quis sit totius mũdi iudex, & exerceat suã iurisdictionem in omnes homines nullo dempto, nõ potest fieri nisi ille sit Deus verus, qui solus hãc potestatem habet. Neque obstat quòd Ioannes dicit, datã fuisse homini Christo à Deo, iuxta illud; Pater omne iudiciũ dedit filio, quia filius hominis est. Nam iã respondet ipse met Ioãnes alibi dicens; Quia filius hominis est, nolite mirari hoc. Cur nõ Ioãnes? Nõne mirandi occasio & causa est? Minime. Quia iam ab æterno sic fuerat definitum. Eo quòd is, qui dicitur in tẽpore filius hominis, etiã est filius Dei naturalis, hæres legitimus Dei patris, à quo omnia sunt ei tradita, & quę patris sunt, ipsius etiã filij. Videntes igitur tã boni quam mali in die iudicij Christũ exercere potestatem sibi datam iudicandi super omnes, etiam Angelos, exploratum habebunt illum esse verũ Deum, & non purum hominem. Maxime aspicientes aduẽtum eius, cuius maiestatem tacuit Paulus; sed iam declarata erat in Euangelio Lucę dicentis; Tunc videbunt filiũ hominis in potestate, & maiestate magna. Et qui cõdemnarunt illum morte, dicẽt. Hic est quẽ nos cruci affiximus. Dicet Iudas: Ego illum vendidi triginta argenteis. Pilatus verò; Ego in eum mortis sentẽtiam tuli. Alij dicent, Hic est qui à nobis vapulauit, spurus, illusus, spinis coronatus, & tandem cruci affixus. Tũc dicet Christus; Nonne dixi vobis? Amodó videbitis filium hominis, sedentẽ à dextris virtutis Dei, & venientẽ in nubibus cęli. Ego ipsissimus tum. Et alibi, non me audistis dicentem; quod cum fuerit Christus exaltatus à terra, tunc

Ioan. 5.

Lucæ. 22.

Lucæ. 23.

Ioan. 12.

erit cognitus? Quando fui exaltatus in cruce, aliqui me agnouerunt, vt ille qui dixit; Vere filius Dei erat iste: sed pauci fuistis. Nunc à maximo vsque ad minimum, cum me vestris oculis cernitis totum mundum iudicantem, ab omnibus sum cognitus verus Deus. Neq; mirum. Sic enim ab æterno decretum, diffinitũque fuit à Patre meo. Ad istum igitur effectum fuit Christus & filius Dei prædestinatus, vt nostro more loquamur.

Marci. 15.

Ex his igitur patet quomodo definitus, siue prædestinatus est Christus in virtute, vt in generali resurrectione mortuorum ostenderetur filius Dei. Et tunc verificabitur illud Dauidis psalmo 9 scilicet; Cognoscetur Dominus iudicia faciens. Hoc est, ex eo quòd faciet iudicium, cognoscetur tam à bonis, quã à malis verus Deus. Hoc omnium iudiciũ fit, vt dicit Athanasius in suo symbolo, vt cant boni in vitam ętternam, mali verò in ignem ętternum. Iudicia autẽ dicit, & non iudiciũ, eo quòd nedum malos iudicabit, verũ etiã bonos. Neq; his pugnat quòd alibi dicit Dauid, Non resurgunt impij in iudicio: quoniam non intendit psalmus per illa verba, impios nõ esse in vltima die iudicãdos, sed aliud, quòd non est præsentis loci ad aperire.

Pſalm. 9.

Athana.

Psalm. 1.

Duo non parui momenti restant libranda in hoc arduo prędestinationis Christi negotio: alterum est, an Christus sit prædestinatus ad omnia quæ sub scopo prædestinationis cadunt, hoc est, respectu omniũ ad quæ quis potest prędestinari. Nec enim videtur major vnius quam alterius esse ratio. Et confirmatur: Quoniam cum prædestinari ad hoc, vel ad illud: ad pauca, siue ad multa, pendeat, non ex arbitrio prædestinatorum, sed explacito prædestinantis; non erit volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Ex misericordia namque sit prædestinatio: quam misericordiam facit Deus cui vult, nec pro meritis

Duo alia dubia per tractantur.

Rom. 9.

habitis, vel habendis eam concedit, sed secundum suum propositum & voluntatem: vt receptum est, non solum à Beato Augustino, Thoma, & alijs: sed ferme ab omnibus theologis doctissimis & grauissimis. Accedit huc quodsi in nobis non sit iustum vt istud fiat, verum in Christo, qui est, & erat filius Dei charissimus, æquũ & valde conueniens videtur. Adiuuat & hoc, quód Christus debebat esse metrum, & mensura omnium prædestinatorũ. Quod enim tale est, multo abundantius debet cõtinere, quam illa quę per participationẽ talia sunt: vt calor in igne multo copiosior est, quã in rebus ignitis. Sic ad multo plura se debet extendere prædestinatio Christi, quam hominum & Angelorũ. Istud vt penetremus, in primis obseruare diligentissime oportet quomodo Deus prædestinet, an libere, vel ex necessitate. Si namq; prædestinare esset actio Dei transiens in exteriorem, vt dicunt materiam, non esset difficile in prõptu respondere huic petitioni: quoniam per regulam illam vniuersam, qua theologi dicunt actiones externas fieri à Deo libere & non necessario, satisfactum esset postulationi: sicut patet in mundi fabricatione, gubernatione & reparatione: quorum Deus nihil fecit necessario. Veruntamen loquendo de prædestinatione, vt dicit ordinationem & dispositionem, ipsa denotat actionem immanentem: vt autem dicit executionem, præfert actionem transeuntem. Media enim; vt gratia, & reliqua bona opera, externa sunt. Et ipse seopus & finis prędestinationis, nempe gloria, externa res est. Veruntamen vtcunque istud sit, pro certo habendum est, Deum nõ prędestinasse aliquem ex necessitate, sed liberé. Sicut namq; non creat necessario, sed libere: ita prędestinat libere & voluntarié, non ex necessitate. Prædestinare namque actus diuinæ voluntatis est: secundum quem ab æterno præordinat creaturam intellectualem, non ab æterno productam, sed producendam in tempore, à Deo præfinitam, vt per gratiam, & bona opera meritoria, consequatur gloriam æternam. Dices: Igitur, si Deus nullum prædestinasset, nulli facta fuisset iniuria? Gratis damus. Verum ex suppositione, qua Deus decreuit creaturas rationales, & intellectuales facere suæ beatitudinis participes, operæ prætiũ fuit, vt si nõ omnes, saltim aliquot prædestinaret. Sed quos prædestinauit absoluté, liberé prædestinauit: non tamẽ sine preuio iudicio Dei facta est illa prædestinatio: & ad ea quæ cõsona erant rebus ipsis, vt facere solent sapiẽtes ordinatores & prudentes. Existimauit namque Deus, prius natura, bonũ esse prædestinasse aliquos. Sic namq; Deus (qui illa sapientia est, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter) disponit & prædestinat: semper tamen liberé istud facit, nulla ductus necessitate. Et hinc est, quód sicut non prædestinauit omnes prædestinatos ad æqualem gratiam aut gloriam: sic Christum nõ prædestinauit ad illa quæ communiter solent homines alij prædestinari, scilicet, ad gratiam & gloriam habendam & comparandam in tempore, sed ad aliud quod istis longe pręstantius est, scilicet ad vnionem hypostaticam, vt homo ille esset non tantum verus Deus, sed etiam filius eius naturalis. Quod si dicas, in Christo nonne arguit aliquam imperfectionẽ quód non sit prædestinatus ad illa duo ad quæ omnes alij sunt ordinati & prædestinati? Ad hoc respondemus, dicẽtes quód tantum abest vt hoc in Christo quippiam imperfectionis arguat, vt sit maxima perfectio in illo. Siquidem homines qui prædestinantur ad gratiam & gloriam habendam in tempore, antequam habuerunt, carentes fuerunt: filio autem Dei, cum sit Deus, non potest alicuius rei

D. Augusti. D. Thom.

Sapien. 8.

Gratuita est omnis prædestinatio, tam nostra quam Christi.

rei carentia attribui. Ipse est omnia. Ipse est gratia: & ipse est ipsamet gloria. Et hæc est ratio obquam Paulus loquens de Christi predestinatione, nō retulit illam ad gratiam gratum faciētem, vel ad gloriam, sed ad gratiam vnionis & ad alios effectus: nempe vt esset in fine mundi omnium hominū iudex. Neque inferas tu ex his, prædestinationem aliorum hominum esse præstantiorem, eo quod terminus eius est gloria & beatitudo, non autē Christi. Respōdetur iam esse dictū, quod hoc habet annexam priuationem. Et etiam dicimus, quod hæc vnionis gratia excellentior est: eo quod aliæ sint effectus istius. Ad illam enim gratiam vnionis sequuta est gratia gratum faciens, & multa alia quæ ponuntur in Christo. Sicut enim ex igne sequitur calor tamquam eius proprietas: sic ex gratia vnionis sequuta est gratia in Christo & beatitudo. Vnde quāto terminus predestinationis est excellentior, etiam & ipsa prædestinatio. Si enim Christus esset prædestinatus ad habendam gratiam & gloriam sicut alij prædestinati, non fuisset eius prædestinatio præstantior & nobilior nostra. Neque fuit conueniens quod Christus predestinatus esset ad creandum alium mundum (licet cum esset filius Dei istud posset facere) quoniam prædestinatio est de his quę pater æternus ab æterno ordinauerat esse futura in tempore. Et quia creatio alterius mūdi non erat ordinata à Patre vt esset in tempore: ideo Christus non dicitur fuisse prædestinatus ad hoc, & ad multa alia quę Deus potest facere quę nunquam fient. Satis enim fuit Christo vt esset prædestinatus ad reparandum, redimendumque mundum, in primo aduentu: & in secundo ad iudicādum totum mundum. Quę duo mirum in modum extollunt, commēdant, & exaltant Christum qua homo est: & non solum ipsum, sed etiam naturam nostram. Neque hinc inferas, vt aliqui faciunt (forsan non apte) hūc honorem & hanc excellentiam fuisse naturæ humanæ aduēturam (Adamo etiam non peccante) quoniam prædestinatio Christi, pro hoc maxime paratum facta est: Christus tanquam medicus de cœlo venit: sicque prædestinatus. Audi quæso Augustinum. Tolle morbos, tolle vulnera, nulla inquit, erit ratio medicinæ. A simili dicimus nos; Tolle morbos, tolle vulnera: nulla erit ratio medici. Prædestinatio Christi, ex suppositione est. Et hæc de primo.

Simile,

extollit & commendat.

Quæstio, si Adam non peccasset, si Christus fuisset incarnatus.

D. Aug.

Secundum & alterum libranda est, dignum quoq; ponderatione: quod vix vidimus obseruatum à quoquam Pauli interprete. Est autem istud istius modi. Quare, scilicet, Paulus prius dixit filium Dei factum hominem, & deinde prædestinatum. Inuerso namq; ordine videtur illum vsum fuisse. Nā prius fuit Christus prædestinatus, quā factus ex semine Dauid. Prædestinatio eius fuit ab æterno: at incarnatio, in tēpore. Quare, debuerat Paulus dicere prius filium Dei vel Christum fuisse predestinatum, ac subinde factum hominem. Ad hoc respondemus, dicentes quod prædestinatio siue prædestinatus potest considerari gemino modo: altero absolute, altero vero adhoc vel illud. Verbi gratia; absolutè & simpliciter dicere tolemus; Beatus Pater noster Dominicus fuit prædestinatus: alio modo dicimus; Beatus Petr⁹ fuit prædestinatus vt esset caput & Pontifex totius Ecclesię. Consimiliter de predestinatione Christi possumus bifariam loqui: altero modo absolute: & sic vere dicimus, sine aliquo addito Christus est prædestinatus; & etiam filius Dei est prædestinatus, absolute loquendo; & etiam cum hoc addito, secundum naturā humanam: & etiā cū Paulo vere dicimus, Christus est prædestinatus, vt sit iudex vniuersalis omnium hominum in fine mundi. Hisiactis, dicitur, quod Paulus loquebatur de præ.

Prædestinatio Christi, & ipsum & nostram naturā

Cur dicat Paulus, invirtute,

Prædestinatum, siue declaratum dixerat Apostolus Iesum Christum: nunc autem in quem finem siue scopum, aperit & declarat, dicens: In Virtute. Quasi dicat. Licet idem sit qui factus est ex semine Dauid, & qui prædestinatus & definitus: tamen non æqua lance, non eodem modo. Nam factus est secundum carnem, prædestinatus vero secundum virtutem. Factus est secundum carnem, hoc est, secundū infirmitatem carnis, exinanitus, infirmus, vir dolorum; quasi ille, qui incidit in latrones plagatus, pauper, humilis, & abiectio plebis: reputatus tamquam malefactor & peccator; sicut illi dicebant, Si nō esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Crucifige eū: dignus quippe cruce est. Hæc omnia, & similia denotauit particula illa secundum carnem. Et quid poterat sperari à carne, nisi hæc, & similia? Hæc terra est illa, de qua ob peccatum, homini dictum est, Germinabit tibi terra spinas, & tribulos. Non alium fructum ex ea colliges. Quid aliud sibi voluit corona spinarum, in Christi capite posita? Cur non confossum est Christi caput clauis, quemadmodum manus, & pedes eius? Nunquid spinę duriores atque crudeliores ipsis clauis fuere? Quid quæso amplius cōmeruit Christi caput, quam manus & pedes? Male factores & homines sceleratissimi, in varia corporis parte torqueri, & puniri solent: in manibus, in spatulis, in auribus: & denique pro facinoris qualitate, in omnibus corporis partibus: at in capite, nunquam. O durissimum iudicium. Dicite iudices, Christus quid cō meruit, vt in capite veniret plectendus? Christus iussit abscidendam manum, vel pedem, & oculum eruendū: sed de capite nihil dixit. Quorsum igitur imponitis in eius capite spinas? Si vultis hoc genere tormenti illum ferire & punire, apponite, applicate spinas manibus, pedibusque non capiti. Aiūt respondentque illi. Bene habet. Noli te mirari hoc esse, venit è cœlo ad terram istam desertam, infrugiferam q; quorsum si putatis? Ad colligendas nempe spinas quas ipsa genuerat nobis. Nos nostris manibus, hoc est, nostris peccatis, seminauimus eas: ipse vero venit ad eas metendas & colligendas. Quas non vt alij messores, re collectas in manipulos in terram rursus proijciunt; sed ipse Christus, quo videri possent ab omnibus, super caput suum permisit vt apponerentur. Non in honorem, sed in opprobriū suum: qui veneratin mundum in opprobrium hominum, & abiectionem plebis. In capite præterea posita fuerunt, quo insinuaretur peccatum capitis totius generis humani ibi puniri. Caput, nempe Adamus, peccauerat. Iuat pœnas Christi caput. Caput germinauerat spinas: colligat eas caput. Caput dulcissimum fructum arboris gustauerat: gustet & caput spinas. Caput summo cum honore in paradyso collocatū fuerat (in qua cū esset, euanuit) veniat aliud caput, non in honore, sed in humilitate: ponatur que in stabulo, & præsepio natus, & in cruce moriens, sed in resurrectione potens. Siquidem fecit Deus potentiam in brachio suo, etiam infirmo. Cum igitur hoc brachium in primo aduentu carneum & infirmum fuerit ostensū iustissimum profecto erat, vt rursus iā deiecta morte, infernique confractis portis, veniret secundo in aduentu, absconditam suam virtutem & fortitudinem ostendens, quę subfragili carne latebat antea. Ideo dicit Paulus; in virtute, Hoc est, in potentia: sumatq; de suis inimicis vindictam, & tunc cognoscet mundus illum prędestinatum fuisse, & definitum vt esset omnium verus et vniuersalis iudex, etsi iudicatus. Quo iudicio etiam medio (de vltimo enim loquimur) fiet vt agnoscatur filius Dei naturalis; etiamsi homo tam abiectus & humiliatus fuerit in primo aduentu à multis reputatus.

Luc. 10.

Ioan. 18.

Gen. 3.

Matt. 18.

Psal. 21.

Luc. 1.

Di-

Dicit modo Apostolus, in secūdo aduentu non erit sic, sed mutata veste veniet triumphator totius mundi, & æquissimus iudex, tribuens cuique iusta opera illorum. Ad istum effectum profecto necessaria erat virtus, etiam magna. An non opus est vi magna & potentia grandi, vt vna tantum voce prolata, omnes mortui resurgant, veniantque coram iudice Christo? Sed dices; Quid sibi vult virtutis nomine hoc loco Paulus intelligere? Respondemus; In scriptura sacra vocabulum virtutis homonymum est: Aliquando

Virtus in scriptura est vocabulū Homonymum.

vsurpatur pro illa virtute quæ dicitur bona mentis qualitas, quę bonum facit habentem: vt fortitudo, iustitia, & reliquæ aliæ. Non sic accipitur hoc in loco, pro virtute quæ contraria est vitio: sed pro potentia, vi, & efficatia, quæ opponitur imbecillitati. Imbecillis nāque ille dicitur, qui non habet vires & robur ad aliquid efficiendum. Imbecillus visus est Iesus Christus in primo aduentu: tum ob sui maximā patientiam, tum etiam propter suam mansuetudinem, & mititatem. Nec

Isai.53.

mirum. Iuxta enim vaticinium Prophetæ, tamquam agnus mansuetissimus ducendus erat ad occisionem, & coram tondente obmutescere. Hinc quę factum est vt varia iniuriarum genera passus: nullam voluerit assumere vindictam: nec per se, neq; per alios Quod eleganter significauit Petro,

Ioan 18. Psal. 74.

quando ei dixit; Mitte gladium tuum in vaginam: Quasi diceret ei; Non est nunc tempus sumendi vindictam. Veniet autem tempus, quando ego iustitias iudicabo, tunc nihil inultum, & impunitum relinquetur. Modo tu sine vt ego calicem, quem dedit mihi pater, bibam. Et ne Petrus tamquam tunc rudis & ignarus existimasset impunitam remansisse illam noxam ob defectum potestatis Christi, dixit ei; An

Matt. 26.

putas quia non possum rogare Patrē meum, & exibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorū? Mitte, mitte gladium tuum Petre, in vaginam. Arma enim nostra non debent esse carnalia, sed spiritualia: neque tuo egeo præsidio & adiutorio. Ego virtute mea propria, qui sumpre destinatus à patre in virtute iudex per me ipsum hanc culpam, omnesque alias vindicabo, in die quando totus & vniuersus orbis ad meum venient iudicium. Nunc tempus est miserendi non puniendi?

Aliud latere mysterium in dictione virtute (quod nobis Paulus voluit sub indicare) existimamus, preter illud quod nunc explanauimus: quod si requiras, in promptu habemus. Apposita est particula ista, virtute, vt per eam cognoscere mus discerniculum & discrimen inter nostram & Christi præ destinationem. Non enim sumus nos in virtute ista prædestinati, sed solus Iesus Christus. Volue, & reuolue totum Paulum, vel si mauis totam scripturam, non inuenies locum aliquem in quo Paulus loquens de nostra præ destinatione, vtatur vocabulo, virtute. Quando autem incidit hic in Christi prędestinationem (non enim sumus in illorum sententia, qui asserunt Paulum hic non tractare locum prędestinationis) vsurpauit dictionem hāc virtute: vt iam diximus, quo nota nobis esset differentia nostrę & Christi præ destinationis. Siue enim referamus istud ad filiationem Dei, siue ad potestatem iudiciariam, manifesta est differentia. De potestate quidem clarissime patet. Nullus enim nostrum tanta est potestate præditus. Si ad filiationem, ipse solus vnicus est filius Dei naturalis: qui æqualis est Patri. Homo namque Iesus, cum sit ipsissimus filius Dei per gratiam unionis, in potestate æqualis est. Neque in hoc minoratus fuit per incarnationem, tametsi ipsemet dicat, Pater maior me est. Istud namque ad naturam assumptam referendum est: sicut doctissime Athanasius in suo symbolo referauit, dicens: æqua-

Aliud latet mysterium in dictione virtute,

Ioan. 14.

æqualis Patri secundum diuinitatem: minor Patre secũdum humanitatem. Quæ minoratio multo maior est, quã illa, de qua Paulus & Dauid dixerunt; Vidimus eum paulominus minoratũ ab Angelis. Nam à Patre non paulo minus, sed in infinitũ. Inter namque duas creaturas, non potest esse minoratio in infinitum: sed minoratio creaturę à Deo, est in infinitum. Infinito namque modo creatura minor est ipso Deo creatore. Et ex hoc colligimus quoque nostram prædestinationem in infinitum fore minorem prędestinatione Christi. Nos prædestinati fuimus ad filiationem adoptiuam, vt essemus filij Dei adoptiui: Christus uero nullo modo. Nam neque absolute, neque si addas, quatenus, homo potest dici vere filius Dei adoptiuus sicut nec nos naturales. Vnde Ambrosius; Volui & reuolui totam scripturam, & nunquam filium Dei adoptiuum inueni. Vnde perinde valet dicere filium Dei prædestinatum esse in virtute, ac si dixisset prędestinatum fuisse filium Dei naturalem. At de nobis, quis istud asserere audebit? Nemo sane, cum nõ simus prædestinati in virtute, sed, in adoptione. Vnde Hilarius In 3. lib. contra Arrium sic loqnitur dicens. Hic verus & proprius est filius origine, nõ adoptione, veritate, non nuncupatione, natiuitate, non creatione. Hęc ille. Quod enim nos filij Dei simus, iuxta illud; Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes: Et illud: Potestatem dedit eis filios Dei fieri, gratiæ est, non naturæ, Quod autem Christus sit filius Dei, naturæ est, non gratię. Quod autem natura humana assumpta sit in vnitate personę, hoc non est naturę, sed gratiæ. Quod autem suppositum naturę humanę sit filius Dei, hoc non est gratię sed naturæ. Veruntamen insurget aliquis dicens. Quomodo potuit prædestinari in virtute, hoc est, vt habeat æquam virtutem Christus & cum Patre & cum filio Dei naturali, si iam ipse ab æterno fuit, & est filius Dei naturalis? Quo igitur pacto prædestinatur vt sit filius Dei in virtute, hoc est vt habeat æqualem virtutem cum filio Dei, cũ iam ab æterno eam habuit? Prædestinatur ne forsan aliquis ad id quod iã habet? Respondemus ad hoc iuxta Patrum doctrinam. Nam istud prima fronte arduum, difficileque apparet. Negare non possumus Christum habuisse ab æterno potestatem filij Dei, & æqualem cum illo, non tamen ab æterno homo existens æqualem habuit potestatem. Imo vt sic, nullam: quia ab æterno non erat homo existens. Et ideo prædestinatus dicitur in virtute, ut homo existens, eandem habeat virtutem. Itaque nõ dicitur Christus prædestinatus vt sit filius Dei: quia non in tempore consequutus est filiationem Dei, quæ ab æterno competebat ei. Conueniebat autem ei vt filio Dei: postea cum filius Dei factus est homo in tempore, peristam vnionẽ factum est vt sit filius Dei: sicut factũ est vt Deus sit filius hominis. Vnde quemadmodum Christus incepit esse homo: ita homo incepit esse filius Dei. Nam in vtraque generatione vnicus tantum est filius, qui dicitur filius Dei, & hominis. Non enim vnus est filius Dei, & alter filius hominis: sed vnus & idem numero Dei & hominis. Et ad hoc prędestinari poterat ab æterno homo ille, vt in tempore esset filius Dei naturalis. Et hæcmet prædestinatio, causa fuit vt nos prędestinaremur filij Dei adoptiui. Hæc tã abstrusa sunt, & á nostra naturali cognitione remota, vt nisi bona ex parte credamus, ea capere non possimus. Vnde tametsi diuina mysteria omnia sint credenda prout nostrum captũ superant: præsertim & potissimè hæc duo abditissima mysteria, scilicet Trinitatis, & incarnationis: in quibus, nisi mens nostra sit fide bene munita, semper videtur remanere aliquantulum titubans. Cæterum si verbum istud vir-

Heb. 1. Psal. 8.

D. Ambros.

D. Hilarius.

Psal. 81. Ioan. 1.

tute,

tute, referendum est ad secundum ad uentum consequitur necessario Christi prædestinationem adhuc non esse absolutam & completam, sed complẽ dam in die iudicij, quãdo ipse ab omnibus palam cognoscetur filius Dei naturalis. Hoc autem videtur fore absurdum. Nam multorum hominum prædestinatio iam est completa; vt B. Virginis, Petri, & Pauli, & multorum aliorum sanctorum & bonorum virorũ, qui iam gloriam sunt consequuti: Et Christi prædestinatio restabit complẽ da? Ad hoc possemus occurrere dicẽtes, quod sicut reprobatio & damnatio malorum non omni ex parte est completa, eo quod tantum illorum animæ cruciantur, non etiam corpora, cruciandatamen in die iudicij, quando Christus dicet; Ite maledicti in ignem æternum: sic etiam nec beati & alij, qui cælo gaudent, iam sunt plene & perfecte consequuti effectum suæ prædestinationis. Nam prædestinati fuerant vt essent beati nedum in anima, sed etiam in corpore. Complebitur autem istud in die iudicij quando dicetur eis; Venite benedicti patris mei, percipite regnum vobis paratũ ab origine mundi. Alio modo dicere possumus, non esse inconueniens cõfiteri prædestinationem Christi fore incompletam quantum attinet ad aliquem eius effectum: nempe quoad hoc, quod sit ab omnibus cognitus filius Dei naturalis. Nam pater æternus quando prædestinauit ipsum, iam sic ordinauit, quod iste effectus non esset donec veniret finis mundi. Accedit huc etiam quod numerus saluandorum non est ad huc completus in cœlo: neque erit donec sit finis mundi. Et istud spectat etiam ad effectum prædestinationis Christi. Nihil igitur incommodi est confiteri prædestinationem Christi non esse quoad omnes eius effectus completam, cum tam latissimè pateat. Sed adhuc vnus nodus restat dissoluendus, qui ad soluendũ non est facilis. Est autem nodus talis. Si Christum hominem in fine mundi per potestatem iudiciariam cognoscere debent omnes esse filium Dei naturalem, cum istud ad fidem pertineat & fides non sit omnium (non enim habuerunt fidẽ omnes: vt patet in multis paganis & idolatris) qui fieri poterit vtipse possit cognosci ab omnibus? Ab illis quidem qui fideles fuerunt, non mirum: sed ab omnibus, non apparet quomodo istud possit fieri. Aut enim necessum erit confiteri omnes habituros fidem, aut dicendũ est fiendum istud per cognitionem naturalẽ Neutrum sanè dicẽdum videtur. Ad hoc respondemus dicẽdo, quod nũc in præsenti statu Christus solum fide cognoscitur esse filius Dei naturalis, vel per reuelationem specialem: qualis fuit illa facta Petro, quando interrogatus; Quem dicunt homines esse filium hominis? respondit ipse dicens; Tu es Christus filius Dei viui. Cui dixit Christus. Beatus es Simon Ioannis, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus. Ecce specialis reuelatio. In fine autem seculi omnes, tam qui fuerunt fideles, quam qui non, agnoscent illum esse filium Dei cognitione experimentali: quæ communis erit tam bonis, quam malis: tam fidelibus, quam infidelibus: tam præscitis, quam prædestinatis. Nam licet prædestinatio Christi tantum habeat effectũ in prædestinatis, & efficaciam: tamen extendet se etiam (quantum attinet ad istum effectum) tum ad prædestinatos, tum etiam ad non prædestinatos: Ex eo quod ipse constitutus fuit, & ad hoc prædestinatus iudex bonorum & malorum.

Occurritur cuidam dubio.

Matt. 25.

Matt. 16.

Alius nodus dissoluitur.

Postremo referunt nonnulli (& nõ malè) particulam Virtute ad miraculorum virtutes, quas ipse Christus dũ apud nos ageret operabatur. Virtus inquit, ex illo exibat, & sanabat omnes: etiam à quacunque detinerentur infirmitate. Ostendebatur etiam eius

Luc. 6.

vir

virtus in fugandis à corporibus humanis Dæmonibus. In conuersione aquę in vinum. In multiplicandis panibus. Et denique super omnia, in conuertẽ do pane in suum verum corpus. Et nobilissime, in sua propria resurrectione seipsum suscitans à mortuis. Quod à nullo alio legimus fuisse factum, & in multis alijs heroicis factis declarata fuit eius potentia. Vndè B. Petrus Act. 2. tale protulit de hac potẽtia testimonium. Viri Israëlitę audite verba hæc. Iesum Nazarenum, virum approbatũ signis, virtutibus & prodigijs, quæ fecit Deus per illum, vt vos scitis. Et alibi Christus, quo suam declararet virtutem dicebat. Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me: quia Pater misit me. Io. 5. Quare iure Christus Iudæis improperabat dicens Ioan. 15. Si opera nõ fecissim, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem, viderunt, & oderũt me, & patrem meum. Sui igitur miracuIis Christus se Deum declarauit, manifestauitque. Verum autem illa miracula sufficienter ostenderint illum fuisse filium Dei, & verum Deum, qui volet legat D. Tho. in 3. p. q. 43. ar. 4. Alij multo expeditius, & breuius dicunt in Virtute, id est in potentia Diuinitatis. Quasi dicat Paulus, In carne ostensus homo, in virtute diuinitatis declaratus Deus. Neque nobis multum displiceret si diceremus in Virtute, hoc est, in Patre: cui virtus & potentia attribui solet. Hos enim sensus veros esse non ambigimus. An vero sint intenti à Paulo, ibi latet anguis. Quare exillis sensibus vtetur lector eo, quem iudicauerit magis ad Pauli mentem: perspecta tamen prius diligenter litera. Sitque memor Paulum hic non de qua cunque virtute, sed de ea quæ respicit potentiam iudiciariam loquitque non fuit ostensa adhuc, ostendenda tantum in die iudicij. Non enim Christus fuit prædestinatus ad ostendendã omnipotentiam suam in omni effectu: sed in isto qui est, iudicare mundũ Sed de hac particula satis.

Ioan. 2.

Christus primus & vltimus qui seipsum suscitauit amor tuus.

Act. 2.

Ioan 5. Ioan. 15.

Sequitur.

Secundum Spiritũ sanctificationis, ex resurrectione mortuorum.

PRimũ quod obseruãt hic neotherici interpres multi, est Paulũ hoc loco hębraizare. Hębraismum enim hic annotant. Proculdubio enim quod nos diceremus, secundum spiritum sanctificantem, dixit ipse, *secundum spiritũ sanctificationis*. Non enim est rarus hic Hębraismus in scriptura sacra Vtcunque sit, de Spiritu illo sancto effuso in die Pentecostes super pectora Apostolica loquitur Paulus. Fortasis ipse alluSit ad illud, quod Christus dixit in Euangelio, Si in digito Dei ejicio Demonia: profecto peruenit in vos regnũ Dei. Digitus enim Dei, Spiritum sanctum designat: qui à Patre, Filioque procedit, ad instar digiti, qui à brachio, manuque profluit. Hoc enim digito operabatur Christus miracula. Non enim fiebant alia virtute, nisi virtute Spiritus sancti. Tametsi Iudæi calumniati fuerunt miracula quę ipse faciebat, dicentes fieri in virtute spiritus maligni: videlicet in Beelzebub. Sed quorsum meminit Paulus hoc loco Spiritus sancti, loquens hactenus de Christo & filio? Ad hoc dicitur, ideo de Spiritu sancto fieri à Paulo mentionem, quoniam hæc effusio tam copiosa Spiritus Sancti per Iesum Christum, nobis est elargita: iuxta illud Pauli ad Titum cap. 3: Per lauacrum renouationis & regenerationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum Dominũ nostrum. Ideo de Christo loquens non incongruè facta est de Spiritu sancto mentio. Sed si referamus istud ad vltimum Christi aduentum, quid cõmercij &

Hebraismus quidam.

Luc. 11.

Tit. 3.

cij & nexus habet particula, Spiritum sanctificationis cum prædestinatione Christi, vel cum executiua potentia iudicandi? Respondemus dicentes iuxta hanc intelligentiam esse nexum & conuenientiam. Ostenditur per hanc particulam, secundum Spiritum sanctificationis, qualis, & quanta erit illa virtus & potentia executiua quæ exercenda erit: Non quomodocunque, sed secũdum Spiritum sanctitatis: hoc est, secundum potentiam conformẽ Spiritui sanctitatis. Potẽtia autem sanctitatis non attenditur secundum omne possibile, sed secundum congruentiam status. Alius namque est nunc status sanctitatis & alius erit in generali mortuorum resurrectione. Ostenderetur igitur potentia secundum Spiritũ sanctitatis illius status. Vnde docet hic duo Paulus, alterum quod Christus vtetur filiatione filij Dei: & modum. Potentia illa restringetur ac limitabitur vt ita loquamur) secundum potentiã consonam & congruam Spiritui sanctificanti in statu resurrectionis mortuorum. Quod si nos roges, dicens; In quibus consistet status ille? Respondemus: In multis. Præcipue in duobus, scilicet in his quæ spectabunt ad gratiam, & in illis quæ pertinebunt ad iustitiam. Ad iustitiæ namque virtutem duo spectant, scilicet premiare bonos & punire malos. Gratiæ autem erit renouatio seculi & mũdi, & perpetuitas status. Nõ erunt amplius mutationes
Apoc. 7. neque rerum vicissitudines. Non esurient, neque sitient; non erit æstus, vel frigus: quoniam priora transierunt. Et sic patet quomodo vsurus sit Christus sua potentia in secundo aduentu. Ne quis hic offendatur siue scandalizetur aliquis, cum audit nos dicentes potentiam filij Dei in secundo aduentu limitandam. Nam licet à nulla causa siue creatura limitari possit, cum sit infinita & omnipotens, tamen secundũ diuinam ordinationem ad aliquem effectum producendum bene potest fieri: nec male sonat. Nam non propterea tollitur quin Deus sit omnipotens. Non enim loquitur hic Apostolus de potentia Dei absolute, quæ est omnipotentia: sed de illa quæ decreta est filio Dei secundum carnem. Non enim Christus ratione naturæ humanę habet omnipotentiam: sed ratione personæ, quæ est omnipotens, & homo dicitur omnipotens.

Non sumus nescij ab alijs interpretibus aliter explanari & enodari istum locum, *Secundum Spiritum sanctificationis*. Referunt namque istud ad cõceptionem illam qua beatissima Virgo Maria, adumbrata prius fauore & virtute Spiritus sancti, dispositа & idonea reddita fuit concipere Verbum Dei Iesum Christum. Cum enim nescia esset modi concipiendi, vt edoceretur à Spiritu sancto per Angelum, dixit; Quomodo fiet istud? Cui Angelus Mariæ præceptor, dixit; Spiritus sanctus superueniet in te. Iam semel venit iterum superueniet in te. Prius suscipies Spiritum sanctum, & mox eo suscepto, suscipies Verbum æternum. Illum in mente: istud in mente & in vẽtre. Conceptio namque Verbi, nedũ fuit in mente sed etiam in ventre. Ne timeas tuæ virginitati, eius iam habebitur ratio. Non patieris concupiscentiæ ardorem: virtus enim altissimi tibi vmbra erit. Non te vret libidinis sol per Diem, neque luna (quæ mutationi exposita est) per noctem. Aliæ fœminæ cum concipiunt, pariuntque à sole vruntur, denigraturque earum virginitas: & sicut luna mutatur namque earum color optimus. At tu, Virgo inclyta, horum nihil timeas. A calore solis custodieris, & á lunæ mutabilitate præseruaberis. Sol erit in capite tuo, vnacum stellis: & luna sub pedibus tuis. Sine concupiscentia concipies, & sine virginitatis mutatione paries. Non accedet ad te malum: neq; flagellum aliarum mulierum ad te appropinquabit. Non enim in dolore

Alia explanatio huius loci.

Luc. 1.

Psal. 113.

Apoc. 12.

Psal. 90.

pa

paries. Virgo quidem concipies: & Virgo manens paries. Sed heu, quomodo fiet istud? Meam virginitatem ego Deo semel iam obtuli. Bene est, inquit Angelus, Nihil obstat istud, inclyta Virgo. Spiritus sanctus superueniet in te. Iste erit tanti mysterij, tam que nouę rei artifex. Ad hanc igitur Spiritus sancti operationem, referunt isti verba Pauli: quasi alludat ad istam conceptionem Iesu Christi, factam mysterio, opere, & virtute Spiritus sancti, Sanctificata namque fuit caro Virginis per sanctificatorem omnium, nempe Spiritum sanctum ex qua conceptus est filius Dei. Sanctificauit namque tabernaculum suum altissimus. Quare quod natum est ex ea, sanctum egressum est. iuxta verbum Angeli, Quod ex te nascetur sanctum, Prędestinatus igitur est sic Christus vt esset filius Dei in virtute. secundum Spiritum sanctificationis id est, secundum Spiritum sanctificantem, tam matrem, quam filium. Nam quod natum est sanctum, vocatum est filius Dei: non adoptiuus, sed naturalis. Recte & bene quidem hęc omnia habeant, neque est qui istis refragari audeat, si modo fidelis haben vult: veruntamen reuera hæc (vt liquido patet) magis explanant præcedentem clausulam illam, videlicet; Qui factus est &c, quam istam quę de prædestinatione Christi sermonem habet. Quod si dicas nobis; Nonne Christus prædestinatus fuit quoque vt fieret homo, non quomodocunque, sed ex virgine, & per opus Spiritus sancti? Maxime: Ita res habet. Sed cum illa protulit verba Paulus, nullam fecit mentionem prædestinationis: sed illo iamiacto & posito, instituit de Christi prædestinatione ordiri sermonem. Qua in re insinuauit ad aliud se velle dirigere & referre negotium prædestinationis, scilicet, ad secundum aduentum, & non ad primum. Quare patienter ferant illi qui in illa explanatione sunt, si dicamus nos omnia illa profecto verissima esse, non autē ad Pauli mentem satis accommoda. Accommodanior, & germanior sensus erit, si istud referamus ad secundum Christi aduentum. Iam enim Apostolus se expedierat à negotio incarnationis per illam clausulam, Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. Neque curauit docere hoc loco Romanos quomodo factus esset ex semine Dauid, sed tantum dixit factum ex semine Dauid. Verum tamen est, quod cum dixit factus, & non, natus, iam insinuauit illis non eo modo factum fuisse quo cæteri homines alij. Nam illi non dicuntur facti, sed geniti. Eo quod opere vtriusque parentis nascantur: non ex vno solo geniti, sicut fuit Christus. Sed dicis: Quare non fecit Paulus mentionem Spiritus sancti, quando asseruit illum factum ex semine Dauid? Ad hoc possemus respondere (etiam absque nota) dicentes nos nescire istud: Sed illum esse consulendum hac de re: Veruntamen dicimus, quia in clausula sequenti iam erat de Spiritu sancto facturus mētionem, cuius fauore factum est vt homo ille, Christus scilicet, esset declarandus & manifestandus in secundo aduentu filius Dei naturalis: & hoc in virtute & in Spiritu sancto; & si mauis in virtute Spiritus sancti: nam eadem virtute qua factum est vt verbū fieret homo, factum quoque est, vt ille homo fieret Deus, & prędestinaretur, declarandus & propalandus in secundo aduentu filius Dei naturalis: & ideo semel tantum Paulus apposuit particulam istam secundum Spiritum sanctificationis.

Ad hæc addere possumus, vt clarius innotescant, non fieri hic sermonem

de sanctificatione in primo aduentu, sed in secundo, maxime facit hoc quod Christus in primo aduentu non fuit prædestinatus in virtute, hoc est, vt ostenderetur eius virtus & potentia (licet ipse aliquantulum eam ostenderit signis, prodigijs, & miraculis) sed prædestinatus fuit vt ostenderetur eius infirmitas, & humilitas: & ideo venit in forma serui, habitu inuentus vt homo, nostri similis, & quasi peccator: exinanitus, tamquam mutus, non loquens, sedens super asinam & pullum, pauper & inops, non habens vbi reclinaret caput suum: & tandem vt Deus absconditus, vt verum redderetur Prophetæ dictum de illo; Vere tu es Deus absconditus. Quæso sunt ne hæc insignia & signa maiestatis & potestatis? Minime gentium, sed paupertatis & infirmitatis. Et ideo pro illo aduentu vere non potest de eo verificari quod sit prædestinatus in virtute, In secundo autem aduentu vbi Christus ostensurus est suam virtutem & potentiam, manifesto ostenderetur eum fuisse prædestinatum in virtute. Neque tu hinc inferas quod quidam dicunt, Christum scilicet, ab initio non fuisse prædestinatum vt veniret ad nos infirmus & humilis: sed in sua gloria & potentia fuisse prædestinatum. Quod autem sic veniret deiectus & infirmus asseribunt & imputant peccato primi hominis: quod nos plane fatemur, hanc culpam fuisse causam non solum quod venerit infirmus, sed etiam quod absolutè venerit: alias non venturus: vt iam cum beato illo Gregorio dicere possimus; O felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem! Illud asserunt qui contendunt, quod si Adam non peccasset Christus etiam incarnatus fuisset, & ad nos aduenisset: non quidem vt mendicans, sed vt glorificans. Nos vero adhærentes Patrum sententiæ, & veriori doctrinæ; sicut credimus Christum venisse peccatores vt saluaret: sic existimamus nullo alio fine & proposito fuisse prædestinatum, quam ad nostros tollendos morbos. Quem finem si tollas, nulla fuisset de Christo prædestinatio. Nam sicut peccatum hominis non potuit auferre prædestinationem, nec eius promissionem (fidelis etenim Deus est in verbis suis) sic nec potuit mutare modum consilij Dei. Prius namq; Deus prouidit morbum (qui ab homine nullo curari poterat) & sic prouidens morbum, ex sua clementia & pietate (non ob nostra merita) filium suum prædestinauit, siue præordinauit tamquam medium mittendum in temporis plenitudine, alias non mittendum, Et aliud excogitare, potius est diuina re, quam philosophari, Quis quæso ei consiliarius & à secretis fuit? Secretum enim meum mihi. Ipse enim solus sciebat quid esset facturus, si non interuenisset peccatum. Vnde non est prædestinatus Christus vno modo si Adam peccasset, & aliomodo si non peccasset: sed vno tantum modo, supposito peccato, quod si non fuisset, nec primus, nec secundus Christi aduentus fuisset: nec humilis, nec vt potens & triumphans: neque vt redemptor, neque vt non redemptor venisset. Et de his satis.

Philip. 2. Matt 21. Matt 9.

Psal. 144.

Isai. 45.

Luc 19.

Esa 40. Esai. 14.

Sequitur in textu.

Ex resurrectione mortuorum.

POstquam Apostolo dixit Christum declaratum & manifestatum per virtutem, hoc est, potestatem, & per Spiritum sanctificantem: modo dicit quomodo diffinitus sit & declaratus, & si magis prædestinatus, per resurrectionem mortuorum.

Quærsum dicat Paul. ex resurrectione mortuorum.

Vali-

Validissimum siquidem virtutis Christi signum est resurrectio mortuorū. Ac proinde vltimo loco seruauit Paulus dicendum. Veruntamen non bene conuenit inter interpretes de qua resurrectione mortuorum loquutus sit Paulus. Triplex namque in scriptura sacra, vel quadruplex de resurrectione consideratio est. Prima & principalis est resurrectio ipsius Christi: quæ tam in excellentia, quam in difficultate superat alias. Tanta enim est difficultas eius, vt ecclesia proponens nobis articulū de resurrectione Christi credendum, adiecerit particulam illā, secundum scripturas: quod in nullo aliorum articulorum videmus esse factum. Quorsū autē Ecclesia istud fecerit, non est præsentis propositi & loci dicere. Hęc enim nos obiter diximus, & non ex professo. Secunda resurrectio est eorum qui cum Christo resurrexerunt. Tertia eorum quos Christus suscitauit à mortuis, dum ipse viueret: vt resurrectio Lazari, filij viduę, & aliorum quos Christus vitæ restituit. Quarta est generalis resurrectio in die iudicij, de qua Paulus; Omnes, inquit, quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. Et Martha dixit Christo; Scio quia resurget in nouissimo die. Beatus Chrysostomus vnacum multis græcis referunt hoc ad resurrectionem Christi: secundum quod ipse propria virtute seipsum suscitauit à mortuis. Ipse namque dum viueret dixit; Ego potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Et si quispiam obijciat dicens; Paulus de multis loquitur. Multorum mortuorum enim genitiuus pluralis est, non singularis. Non enim opus erat dicere mortuorum, si de Christo loquebatur: Sed, ex resurrectione Iesu Christi Domini nostri, declaratus fuit Christus filius Dei. Ad hoc dicerent Græci, se nos habere casum ablatiuum, cuius loco vtuntur genitiuo. Sed per hoc non euadunt. Nam non est quæstio de gignendi casu: sed de casu gignendi pluralis, per quem visus est Paulus loqui non de Christi resurrectione, sed de illa quæ multis communis est. Ideo visus fuit numero plurali. Nisi dicas Paulum vsum fuisse plurali pro singulari: vt solet fieri aliquando in scriptura sacra (sicut in nostris seminarijs ad monitum fuit) nisi sic dicamus non caret scrupulo quomodo hic locus intelligi potest de resurrectione Christi: nisi etiam asseremus (vt adnotat noster Caietanus) particulam illam mortuorum, perinde valere, ac si diceret, Ex resurrectione à mortuis. Et tunc potest intelligi de resurrectione Christi & aliorum: sicut in symbolo dicitur; Tertia die resurrexit à mortuis. Sed reuera si sequimur illum sensum, quem conati sumus pro nostris viribus efformare, de secundo aduentu, & hæc verba referantur ad illum aduentum, non sunt intelligenda nisi de illa resurrectione generali: quæ vere erit resurrectio mortuorum. Ideo Paulus loquens de prædestinatione, siue manifestatione Christi in secundo aduentu, quę tunc fiet manifesta per generalem illam resurrectionem mortuorum, conuenientissime vsus est vocabulo mortuorum. Sunt alij qui alio torquent vocabulum mortuorum, scilicet ad illos qui cum Christo surrexerunt, vt essent testes resurrectionis Christi. Ad hos Paulum alluisse, Origenes sentire videtur. Nobis autem & acceptissima & probatissima declaratio est, quę reijcit hoc ad generalem omnium resurrectionem. Neque ad credendum adduci possum Paulum habuisse illam mentem. Nam Paulus de manifestanda Christi virtute loqui intendebat, non de iam manifestata. Vtrum autem illa manifestatio iam facta sufficiens fuerit quidem

resurrectio
2. resurrectio
3. resurrectio
Ioan. 11.
4. resurrectio
1. Cor. 15.
Ioan. 12.
D. Chrisost.
Ioan 5.
Luc. 20.
Caietanus
An omnes resurgent. D. Tho. in 4. sen. d. 47.
Origenes,

ad manifestandum Christum esse verum Deum, post explicatam hanc totam clausulam Pauli, istud in examen adducemus. Porro resurrectionis nomine, Paulus hic hæreticos illos ferit, nempe seductores: qui inficiabantur resurrectionem. Et eodē verbo iugulat alios, qui stultissimè animā vnacum corpore periretputabant. Ad quid enim esset resurrectio corporū? De hac Paulus loquitur. Nam anima non indiget resurrectione: cum non pereat, nec moriatur, Immortalis nāque est. Resurrectio autem eorum est, quæ verè prius fuerunt mortua. De hoc errore: nimirum de negāda resurrectione, notatus fuit Origenes: An verè, an falso ignoramus. Neque multum credibile est tantum doctorem, tamque in testamento nouo versatum, lapsum in istum errorem. Inter namque res illas quæ in nouo testamento clarè habentur, vnum est resurrectio mortuorum. Quis non legit in Euangelio, & in Paulo carnis resurrectionem? Quam sicut non est nobis opus probare: neque oppositum reprobare. Christus iam probauit, & contrarium reprobauit. Quod etiam probatum est in Prophetis: videlicet in Dauid, in Hieremia, in Isaia, in Ezechiele, in Iob, in Daniele, in Amos, & in Sophonia, & in multis alijs locis patet resurrectio mortuorum. Non enim potuit, nec debuit scriptura sancta, quæ ab Spiritu sancto veritatis autore edita fuit, silentio inuoluere carnis resurrectionem: quod res esset importantissima ad eleuandam, roborandam, tuendamque spem christianam, qua aliam vitam speramus. Hęc me consolata est in humilitate mea, dicebat quidam. Et Paulus: Si tantum in hoc mundo sperantes essemus, miserabiliores omnibus essemus. Et ille patientię speculum Iob, in hunc modum se solabatur dicens. Credo quod redemptor meus viuit: & in nouissimo die, de terra surrecturus sum. Et in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt. Tandem concludit dicens: Reposita est hęc spes mea in sinu meo. Ad hanc igitur spem multum valet carnis resurrectio. Tum etiam ad ostendendam Iesu Christi naturalem filiationem: ad quam fuit predestinatus. Nam per carnis resurrectionem manifestanda est virtus, excellentia, & potentia Iesu Christi: præcipue tamen in illa famosissima, & celeberrima mortuorum resurrectione quæ futura est. Et tunc magis clare & certo cognoscetur Christi potentia, qua potuerit seipsum à mortuis excitare.

Nam Paulus 1. ad Corinthios capi. 6. sic argumentatur, dicens; Deus Dominum suscitauit: & nos suscitabit per virtutem suam. Et alibi; Si resurrectio mortuorum non est, nec Christus resurrexit. Et alibi asserit resurrectionem mortuorum futuram esse per hominem. Per quem alium hominem, si puras, nisi per Christum Deum & hominem? Nam per purum hominem fieri non valeret. Homini siquidem Christo, & non alteri, data est hæc virtus: vt per eam nota fieret eius diuinitas, & naturalis eius filiatio. Resurrectio mortuorum efficacissimum argumentum erit inter multa, quę tam in vita Christi, quam in eius morte patrata fuerunt. Quare Paulus cum tam multa & varia argumenta adducere potuisset ad hoc institutum, neglectis omnibus alijs, de sola mortuorū resurrectione mentionē expressā fecit. Q. d. non opus est cōfugere ad conuersionē aquæ in vinum, nec ad panū multiplicationem, neq; ad curam infirmitatū quā fecit, neq; ad expulsionem Dæmonum à corporibus, neq; ad illam hominū à templo iectionem, siue ad quoduis eius egregium in vita factum: neque aspicere

1. Cor. 6.

1. Cor. 15.

Vide Tho. in addi. ad 3 p. q. 80. & se.

Psal. 47. Phi. 3. Iob. 14.

Ioan. 2. Matt. 11.

Luc. 19.

picere oportet ad illa ingentia signa quæ operatus est ipse Christus moriens in cruce, ad velum templi in
Matt. 27. duas partes scissum, ad solis eclipsim, ad petras scissas, ad clamorem quem emisit dum spiritum Patri suo redderet. Et vt in summa dicam, ad nullum illorum signorum nos attendere oportet, sed ad vnum tantum, scilicet, attendamus ad illud excellentissimum operum, videlicet resurrectionem mortuorũ: per quam omnis nostra mortalitas euanescet & interibit. Nam sicut
Col. 3 Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: ita & nos, resurgentes semel, iã immortales manebimus: nec mors vltra iam nobis dominabitur. Mors etenim pedissequa est peccati, hoc non erit: nec igitur mors esse poterit. Fugato peccato, mors fugiet abeis. Ex his quæ diximus (si detur nobis subtilis & acutus lector) facili negotio agnoscere poterit artificiosam Pauli hoc loco contrapositionem. Quando namque loquutus fuit de Christi infirmitate, quantum potuit eam depressit atque deposuit: quando vero ventum fuit ad virtutem & potentiam eius, eam quoad fieri potuit extulit, eleuauit, & magnificauit
Rom. 8. Neque temerè sanè. Nam cum loquitur Paulus de nobis prædestinatis (vti nãtales simus) sic loquutus est. Quos inquit prædestinauit, hos & magnificauit. Iusta igitur res erat, vt loquens de Christi prædestinatione: quæ causa est omnis prædestinationis, vt magnificis titulis, & epithetis eam magnificarer. Magnificari autem ea non potuit aptius & melius, quam per virtutem resurrectionis tam suæ, quam nostræ. Quando igitur de Christi infirmitate sermonem habuit Paulus, tria dixit: primo factum esse, secundo exsemine Dauid; qui homo peccator fuit & tertio secundum carnem: quo vocabulo clare patefecit eius infirmitatẽ: nunc Paulus hoc loco contraponit alia tria; contra carnem, quæ infirma est, & imbecillis, apponit, in virtute, In robore: non armorum, non in virtute curruum, aut equorum, sed in virtute nominis Iesu Christi; cui omne genuflectitur, cœlestium, terrestriũ & infernorum Et in sanctificatione Spiritus sancti, qui reddet Christum non infirmum secundum carnem, sed potentem secundum spiritum. Carni igitur Paulus contraposuit Spiritum. Quæ caro cum secum mortem afferat, contra eam apposuit resurrectionem mortuorum, quæ secum affert immortalitatis statũ. Denique cõtra verbum factus, posuit verbum prædestinatus: quod non præsefert deiectionem, sicut verbum factus. Nam de verbo absolute dicere possumus Verbum est prædestinatum: non autem dicere possumus sine additione, fuisse factum. Ioannes non est ausus dicere, Et verbum factum est: sed, Verbum caro factum est. Et hinc est illud quod dicit beatus Thomas in 3. parte, quod hęc propositio; Christus est prædestinatus filius Dei, magis vera est quam ista; Christus factus est filius Dei. Et addimus nos rationem; quia fieri non competit ei nisi ratione humanæ naturæ: prædestinari autem conuenit ei ratione naturæ humanæ, & etiam ratione Personæ. Fieri namque repugnat personæ: cum sit æterna, & nunquam inceperit esse: prędestinari autem minime. Item; fieri est in tempore, prædestinari autem ab æterno. Præterea prædestinatio extollit naturam humanam in Christo: factio autem eam deprimit. Licet enim vtrunque sit factum per grauam vnionis, & quod Christus fieret Deus, & quod prædestinaretur vt esset filius Dei naturalis: tamen Paulus quando voluit ostendere infirmitatem & humilitatem Christi, vsus est vocabulo factus: quando verò voluit ostendere maiestatem, magnitudinem, & potestatem, gloriam & decorem,

Phil. 3

Ioan. 1.

q. 24. ar. 1. ad 3.

vsus est vocabulo prædestinatus. Encomium, & non qualecunque, sed illustrissimum, Christi est, esse prædestinatum filium Dei in virtute. Denique quia iam tempus est vt huic clausulæ finem demus, priusquam istud fiat, obseruabit diligens lector, quód eum nunc diximus prædestinationem illustrationem quandam esse, & illam aduenisse filio Dei absurdum videtur. Nam nihil illustre potest filio Dei contingere de nouo. Et hoc dicimus illustrationē hanc aduenisse naturæ humanæ quæ eleuata & tracta fuit ad esse Dei per gratiā vnionis: quæ gratia naturæ, & non suppositō facta est

Simile.

nō enim facta est filio Dei gratia vt vniretur eū natura humana, sed ipsi naturæ. Cuius rei familiare exemplū esse potest. Si rex quispiam præpotens duceret in vxorem seruam & ancillam suam; quæso hæc gratia esset ne facta Regi? Minime certe: sed ancillæ, quæ ex se indigna erat, vt esset regi vxor. Sic quando filius Dei naturam humanam adamauit, & exquisiuit eam sibi sponsam assumere, gratia ipsi naturæ facta est, non filio Dei. Vnde potius gratulandum est naturæ nostræ, quam ipsi filio Dei. Et hoc insinuabat Propheta

Zacha. 9.

ille quando dicebat. Ecce rex tuus, tibi, non sibi, venit. Hoc est tuam vtilitatem: non suam quærit. Gratulare tibi ipsi, nō illi. Non enim missus est ob sua commoda, sed propter tua. Quo nomine etiam dictus est à Propheta rex tuus, non suus.

Iesu Christi Domini nostri.

Quæstio oritur de his nominibus.

HIC textus & si voces habeat claras & perspicuas, & partim iam à nobis declaratas in primis huius epistolæ verbis, quando Apostolus dixit; Paulus seruus Iesu Christi, ibi abunde satis diximus quæ ad illa duo vocabula spectabant, scilicet Iesu Christi: his tamen non obstantibus facessunt nobis hic negotium hæc tria nomina, Iesus, Christus. Dominus noster: tum quoad rem, tum etiam quo ad sensum grammaticum. Controuersum enim est inter grauissimos interpretes tam Græcos quam Latinos, in quo casu sint hæc tria nomina ponenda. Quidam in nominandi casu cum relatiuo qui. Alij in ablatiuo collocant. Nonnulli verò in genitiuo, vt est in nostra vulgata editione. Qui collocant in ablatiuo, sic dicunt; De filio suo, facto, & declarato filio Dei, in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum, Domino nostro Iesu Christo. Ita quod cum illis ablatiuis iungunt hos casus genitiuos. Alij, qui in nominatiuo, sic componunt textum. De filio suo, qui factus est secundum carnem ex semine Dauid; qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum: qui est Iesus Christus Dominus noster. Tertij verò qui nostram vulgatam hanc versionem tam quam magis approbatam defendunt pro aris, & focis (quod aiunt) bene se habere in nostra vulgata editione in genitiuo asserunt. Neque necessarium esse mutare in alium casum etiam aftruunt. Nam licet Græci non habeant ablatiuum, sed vice eius genitiuo vtantur: tamen nos qui habemus, non opus est vt quod dici potest per genitiuum, mutemus in ablatiuum: aliquid enim mysterij latet in hoc genitiui casu, quód non insinuatur per ablatiuum, vel per nominandi casum. Habet enim quisque casus suam emphasim. Et proinde nos eum iam non semel, sed sæpe dixerimus quód non intendimus nos diuertere à vulgata editione, sed eam in omnibus sequi, interpretari debemus hunc

textum

textum in genitiuo, & non in alio casu. Vnde si Paulus apposuisset coniunctionem copulatiuam &, dicendo sic: Ex resurrectione mortuorum, & Iesu Christi Domini nostri, hoc pacto sensus clarus esset & verus. Nam ex vtraque resurrectione Christus manifestatus est filius Dei. Ex sua tamquam causa: & ex aliorum tamquam effectus suæ resurrectionis. Tamen quia non apposuit coniunctionem, redditur huius loci obscurus intellectus. Pro quo declarando inuenerunt quidam duas classes mortuorum: alios qui sunt Christi, alios verò qui nō sunt mortui illius. Porro Christi mortui sunt illi, qui fidem habuerunt & gratiam. Et (vt cum Ioanne dicamus) in Domino mortui sunt. Qui autē mortui sunt sine fide & gratia, isti non sunt mortui Iesu Christi: qui non sunt suscitandi ad gloriam Christi, & beatitudinem suam: quia in peccatis mortui fuerunt. Quo nomine non dicuntur mortui Iesu Christi. Neq; refert quód excitandi sint & iudicandi à Iesu Christo iudice tam bonorum, quam malorum. Nam alia erit bonorum, quam malorum cōditio resurrectionis. Quoniam illi, boni scilicet, resurgent cum suis quatuor dotibus: mali verò minime. Ideo illi primi dicuntur mortui Iesu Christi: quia resurgent, in hoc similes Iesu Christo: & quia vita Christi absconditа eratin eis dum viuerent. Imó ipse Christus, eorum vita erat iuxta illud: Mihi viuere Christus est. Non igitur Paulus indiscriminatim de omnibus mortuis loquutus est hic, quando dixit; *Ex resurrectione mortuorum.*

Apoca. 8.

Quæst. an boni resurgent cum dotibus S. Tho. q. 82. in addi. 3. P.

Phil. 3.

Nam hic genitiuus restrictus est per hoc quod Paulus dixit; Iesu Christi domini nostri. Si vero spectetur virtus & potentia Christi secundum quam omnes mortui assumpturi sunt corpora vel gloriosa, vel non gloriosa: sic omnes mortui, sunt mortui Iesu Christi tam reprobi, quam prædestinati. Etiam ex eo quód resurgent incorruptibiles. Si autem resurrectio illa generalis consideretur secundum qualitates quas receptura sunt corpora, quia mali non resurgent cum illis dotibus non dicuntur mortui Iesu Christi, sed absolute mortui. Et secundum hunc sensum palam constat hunc genitiuum Iesu Christi non referri ad particulam illam; De filio suo: sed esse limitationem alterius genitiui, scilicet mortuorum. Vnde inferri posse videtur, quód Christus non est declaratus filius Dei naturalis ex resurrectione omnium, sed tantum illorum, qui erunt mortui Iesu Christi: quos alio modo vocauit Paulus ad Thessalon. mortuos qui in Christo sunt. Esse mortuos Iesu Christi, & esse mortuos in domino, idem pollent. Isti tales in resurrectione generali habebunt corpora ornata illis quatuor dotibus; scilicet, impassibilitate, claritate, agilitate & subtilitate: sicut doctissime Paulus alibi docet. Porró reproborum corpora nihil horum habebunt, sed tantum incorruptibilitatem. Quod si requiras; Vnde habebunt isti mortui Iesu Christi has dotes? Respondemus, a Christo: nam per eius virtutem communicabuntur electis istæ dotes. Spiritus etiam sanctificans dabit illis corporibus dotes has, per quas similes erunt filio Dei Christo. Vnde locus ille Pauli dicentis; Saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum; qui reformabit, &c. De mortuis Iesu Christi venit intelligendus, non de omnibus. Dices forsan: igitur tantum isti cognoscent virtutem Christi, non etiam mali & reprobi. Ad hoc dicimus quód vtrique, sed tamen diuerso modo. Nam mortui Christi per seipsos: mali autem per istos; videntes illos, nempe prædestinatos, & beatos ipsos tam gloriosos, tamque splendidos & fulgentes in corporibus suis, turbabuntur timore horribili, & admirabuntur in

1. Thess. 4.

Phil. 3.

Sapien. 5.

subitatione insperatę salutis: gementes præ angustia spiritus, dicentes inta se; Hi sunt quos aliquando habuimus in similitudinem impropĕrij: Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo sunt computati inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Quamobrem iusti habebunt sanctitatem, & puritatem (quæ sanctitas, quædam puritas est) & filiationem Dei, & non alij: non scimus aliam dare causam nisi quòd illi sunt mortui Iesu Christi, alij non. Idcirco spiritus sanctificans homines in die resurrectionis, tales efficiet illos, & non istos, qui non sunt mortui Iesu Christi. Nihilominus tamen cognoscetur Christus verus filius Dei naturalis ab omnibus, licet non eodem modo, vt dictum est. Et sic perfecte complebitur quod Christus sit manifestatus toti mundo tamquam filius Dei naturalis. Hic sensus profecto subtilis, & doctrina plenus est, & dignus tanto doctore. Esse autem ad mentem Pauli intentum facile credi potest: ex eo quód sic non astringimus Euangelium ad primum tantum aduentum, sed vt magis sit completum extendendum est vsque ad secundum aduentum inclusiue. Clariorem sensum horum verborum bene inueniremus nos, si à nostro instituto diuertere tantisper liceret: sed non subtiliorem & germaniorem menti Paulinæ. Profecto clarius sensus esset, si diceremus sic. Christum prædestinatum in virtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione à mortuis Iesu Christi Domini nostri Quid clarius dici potest? Quis istud non capit? Hic sensus clarus est: sed forsan (saltim principaliter) non est intentus. Nam Christi resurrectio, etiam & ascensio, & Spiritus sancti quoque missio, omnia ista pertinent ad primum aduentum. Et sic Paulus omnino dissimulasset secundum aduentum: in quo multo clarius & generalius monstratus est filius Dei naturalis. Nam in primo nõ est cognitus talis à toto mundo: in secundo à toto orbe cognitus erit. Neq; nobis obiicias dicens, Paulum loquutum fuisse de præterito, nõ de futuro; prima manifestatio iam erat facta, secunda restabat facienda: Nihil nos mouet istud. Quoniam Paulus non est loquutus de prædestinatione secundũ exequutionem. Bene namque sciebat prædestinationem istam non fuisse mandatam executioni, sed mandandam esse: sed loquebatur de prædestinatione vt ab æterno in mente diuina definitum erat & prædestinatum, vt filius Dei factus homo monstraretur mundo abiectus, humilis & exinanitus: in secundo autem magnificatus potens, illustrissimus & triumphator. Et proinde loquutus est de præterito: quia hoc iam erat præteritum, complendum tamen in futuro, nimirum in nouissimo dierum. Cæterum tribus egregijs titulis describit & depingit Paulus hominem Iesum. Primus est Iesu, secundus Christi, tertius Domini nostri. Quando dixit se esse seruum Iesu Christi, non adiecit, Domini: nũc autem non est contentus dicere Iesu Christi, sed addit, Domini nostri. Dominus enim nomen est potestatis & potentiæ: & quia hic mentionẽ fecit de Christo quatenus in secundo aduẽtu ostensurus est potestatem suam, eã mandando executioni, ideo annectit hic, Domini nostri. Exorsus est à nomine Iesu. tum quòd dulcius sit nomen, tum etiam eo quòd Christo propriũ & peculiare est. Tum etiã tertio quód Paulus studiosissimus erat & deuotissimus huius nominis Iesu. Vnde passim habebat in ore. Apposuit & secundum nomen, Christi quó dignitas eius manifestaretur: sacerdotalis nempe, & regia: qui ob vnctionem Christi vocabantur. Tertium nomen est potestatis; Domini nostri. In quo quidem nomine & sua & nostra pate-

facta

Soluitur quę dã obiectio.

Tribus egregijs titulis depingit Paulus hominẽ Iesum.

facta est dignitas. Non habemus Moysen, vel alium similem qui nos regat, ducat & gubernet: sed Dominus noster Iesus Christus est ductor, & legis dator. In resurrectione generali clarius patebit eius dominatio, quando omnia exacte subiecta erunt ei. O fœlices famuli qui Iesum Christum habent dominum! Hunc videntes boni cum ipse venerit iudex, flexis genibus complicatisque manibus, genu flectē tes vtrunque, vnusquisque eorum dicet quod Thomas dixit; Dominus meus, & Deus meus. Tunc Christus hilari vultu, lætaque facie ad osculum pacis suscipiet eos dicens; Venite benedicti Patris mei. Quo iure Iesus Christus sit dominus noster, non dicimus nunc: sed in alium vsque seruamus commodiorem locum. Qui seruum emit, eius merito dici potest dominus Empti fuimus & nō modico, sed magno pretio, sanguine nimirū suo Christus nos emit. Quo titulo eius omnes sequi sumus; & ipse noster dominus dicitur. Et cum iam sui essemus, vt pote ab eo conditi, & creati, rursus secundo vt magis sui essem' nos emere voluit. Quis obsecro lector bone vnquā vidit: vt quis quod suum est, prætio & magno, emat? Solus & vnicus est Christus in hoc: qui sicut quod non rapuit, soluit; sic quod suum erat quasi alienum emit. Sed quid hic moram trahimus, vt eum ostendamus nostrū esse dominum? Nonne ipsemet ore proprio confessus est dicens suis discipulis? Vos vocatis me; Magister, & Domine: & bene dicitis. Sum etenim. Fœlices nos, qui talem magistrum & dominum habemus. Non fuit passus se vocari bone, & sustinuit permisitq; appellari magister & domine. Dulcissime mi Domine Iesu, cur excandescis quando à doctore quodam magister bone diceris, & te vocari magistrū & dominum pateris? Nunquid præstantior nomenclatura est boni, quā domini: an dominorum non sunt qui dam boni & quidam mali? Nunquid non videmus plerosque ex dominis qui tyrannidem exercent? Boni autē nomen nunquid in malam vsum patur partem? Quid igitur causæ est, quod boni nomen te offendat, & non domini? In quem magis quadrat boni ratio quā in te? Qui, nedum bonus es (Propheta dicente; Bonus es tu) imo ipsamet summa bonitas es, cuius participatione reliqua bona sunt. Quare igitur nō sunt passæ tuæ aures, audire boni nomen? Quādo de re sparsum murmur multum erat, alij dicebant bonus est. alij vero non, sed seducit turbas, si nomen boni abhorres, & vbi inuisum est, reddentur mendaces, qui te sic appellitabant, dicentes bonus est: & illorum qui negabant te esse bonum, redderetur verum testimonium. Tua interest, & pro tuo facit honore, vt patienter feras vocari te magistrum bonū. Noli quæso excandescere dicendo, Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus Deus. Respōsio. Scimus nos quid Patres, Ambrosius, Beda, & alij, de hoc loco scripturæ sentiant: & ambo sane non minus piè, quam doctè explanant: licet alter dicat calumniosam, & tentatiuam fuisse interrogationem, alter vero inficietur. Legant illos, qui uolent: nos quæ sit nostra sententia explanabimus. Non fuit reuera Christus ira succensus quod ab illo doctore sit vocatus magister bonus: sed cum intelligeret quod apud illum ipse solus homo habebatur & reputabatur, non autem Deus dixit ei, Quid me dicis bonum? Quasi aperte ei diceret. Ipsum bonum est attributum, epithetum, & titulus eius qui Deus verus est: tu non istud sentis de me (ipse enim sciebat quid esset in illo) cur ergo me dicis bonum? Certe vel non agnoscis me, vel si tantum hominem existimas, irrisor, vel blandulus assentator videris. Nam bonus nemo alius est, nisi solus Deus. Vel aliter, & acutius quidem dici potest. Non excādescit

gen. 20. Matt. 25. 1. Corint. 6. Ioan. 13. Luc. 18. Psal. 118. Ioan 7. Respon.

cit, neque iratus respõdet ibi doctori, sed docet & instruit quod ipse nescie bat. Ignorabat enim Christũ esse Deũ docer illum Christus hanc veritatem. Dicis, & quomodo? Respõdemus. Sic. Ille dixit & appellauit Christum bonum: dicit Christus, Tu me appellas bonum. bonus non est, nisi qui Deus est. Ergo apud te, Deus haberi debeo. Tales namque debẽt esse res, quales per nomina nominãtur & dicũtur. Quod enim peculiare attributum est alicuius rei, verè alteri nulli competere potest. Boniras autem, vnum ex præclarissimis Dei attributis est. Vnde Christus nõ negauit se esse bonum, sed solum dixit, Deum solum dicendum esse bonum. Et sic tacite innuit ei se esse Deum. Hæc ex occasione illius vocabuli, Domini, sunt dicta. Porro mox ad aliam clausulam textus properandum nobis erat: nisi quia inferius lectori promisimus nos tractaturos nescio quid quod spectabat ad iam relatam periodum: sicque vt ei fidem seruemus, rationi consonum erit vt illud faciamus: quo facto ad alium textum proximum nostra se conuertet cõsiderario. Si bene memores sumus, quod promisim' nos tractaturos, tale erat, scilicet, an miracula quæ Christus fecit tam viuens quam moriens: & se ipsum à mortuis suscitans, ostenderint hominem Iesum esse verum Deum, & filium Patris naturalẽ. Neque hoc voluntarie discutimus, sed quadam quasi coacti necessitate. Si enim omnes interprætes in vnum descendissent sensum in explicanda hac clausula ad prædestinatione Christi, profecto nulla, aut modica fuisset necessitas tractandi huiusmodi rem. Verum enim uerò cum varij sint interpretes tam græci quam latini, hæc quidem varietas nos impulit (ne dicamus) coegit, in hanc descendere arenam. Negotium sanè aggredimur, vires nostræ modicæ & exiguæ. Ne succumbamus adiuuabit nos diuinus Palus, in cuius mente exacte venauda laboramus. Sua enim res agitur. Pauli præsidio fretisic de hac re philosophari incipimus, dicentes: quod bifariam potest id quod quærimus intelligi: vno modo, si referamus hoc ad primum Christi aduentum, & non ad secundũ. Et tunc quod pertractamus, talem sensum habet: an videlicet miracula quæ Christus fecit, ostenderint & declarauerint hominem Iesum fuisse verum Deum, & filium eius naturalem: ita quod mũdus totus cognouerit illum vt talem per virtutem suorum miraculorũ. Et hoc rursus intelligi potest dupliciter: vel mediante fide, vel sine illa. De hac re, vt à D. Tho. exordiamur, quod ipse scriptum reliquit istiusmodi est. Miracula à Christo facta sufficienter ostendebant eius diuinitatem. Quam veritatem triplici ratione probat. Prima, quia ex propria, hoc est, non communicata & participata virtute faciebat. Et sic imperando faciebat dicens; Tolle grabatum tuum & ambula. Imperium enim & authoritatem demonstrat. Qui authoritatem habent, imperio res agunt: sicut ille Centurio dicebat, Dico seruo meo fac hõc, & facit: vade, & vadit. Si enim Christus non habuisset propriam autoritatem, quomodo alijs communicasset? Quod enim tale est per participationem, emanare debet ab eo quod non est tale per participationem sed per se. Secũda ratio est, excellentia rerum factarum: quæ superabant omnes naturę vires: qũalis erat illuminatio eęcorum, & resurrectio mortuorum. Tertia ratio erat sua doctrina, quæ confirmabatur miraculis, Quando namque dicebat se esse Deum, miraculis istud confirmabat dicendo. Si mihi nõ vultis credere, operibus credite. Ipsa enim de me testimonium perhibent. vel illa testimonia erant vera, vel falsa: si vera bene habet: si falsa, ipse qui author erat, falsus esset. Vnde hęc tertia ratio efficaciissima est: cui si aliæ duæ adiungãtur

Nominare. bus respondere debeo & e contra.

Ioan. 5.

Matt. 8.

An miracula Christi ostenderint ipsum esse verum Deum

In 3 p. q 43 a. 4. & in 1. sen. dist. 17. q. 1. a. 1. & dist. 16. q. 1. a. 1.

Prima ratio.

2. ratio.

3. ratio.

Ioan. 9.

tur, restat vt ex his tribus in vnum conflatis, verissimum sit quod Architheologus Thomas dixit. Tamen verum est quod hęc miracula quæ faciebat Christus non euacuabant fidem. Nã quando Christus filium regŭli curauit, & à morte præseruauit: regulo, qui partim credebat, partim dubitabat, nõ fuit extincta fides, imo aucta. Quia dicitur ibi, quod credidit ipse & domus eius tota. Vnde quæso lector bone, pullulauit illa fides? Certe ex miraculo facto. Fides causa miraculorum est: & miracula fidem roborant & augent. Hæc de primo fundamento sint dicta. Secundum fundamẽtum tale est. Discrimen (& non modicum) est inter hęc duo: Miracula sunt sufficientia ad ostendendum hunc hominem esse Deum & miraculis ostensus est & declaratus Christus verus Deus. Nam licet Christi miracula & opera quæ ipse faciebat, secundum seessent sufficiẽtia, non tamen reipsa factum est, vt ipse Christus fuerit declaratus: propalatus, & manifestatus omnibus hominibus: sed quibusdam tantum. Christi natiuitas, & ante hanc admiranda eius conceptio non fuit omnibus hominibus, sed pastoribus, regibus, & quibusdam alijs euangelizata, & resurrectio identidem. Quod si insurgas, dicens, Si non tunc quãdo hęc facta fuerunt, postea successu temporis ista peruenerunt mysteria. Fatemur libenter hoc: sed (sicut antea à nobis dictũ est) non fuit Christus agnitus Deus à toto mundo. Ioannes clamat; In mundo erat: & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Sed cur nõ? Per quem stetit? Non per ipsum Christum: qui se obtulit, & compleuit ad vnguem illa opera quæ Messias aduenies prestiturus erat. Cęci videbant, surdi audiebant, leprosi mundabantur, claudi ambulabãt. Cur igitur per hæc tã rara miracula, (quæ solius Dei erant, & non est alius qui facerit ea) cognitus non est verus Deus?

Ioan 4.

Luc. 6.

Ioan. 1.

Matt. 11.

Quid dicamus aliud non est nunc, nisi vt credamus, istud ex illorum prouenisse parte. Obcecauerat enim illorum oculos sua propria malitia. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Quis credat istud? Creditu facile est: si quod sequitur audias. Erant, inquit eorum opera mala. En malitia. Non igitur imputandũ est miraculis, si per ea non est ab omnibus Christus agnitus & habitus vt verus Deus, sicut erat: sed ascribẽdum est cæcitati & cordis duritiei illorum. Quęso, quæ Deus fecit coram Pharaone nonne magna, & mirabilia valde erant? Quis negabit? Et quanto Deus maiora signa augebat, tanto ipse pertinacior perseuerabat. Vnde hoc? Ex signis? Quis nisi insanus dicet? Ex eo profectò quod induratum erat cor Pharaonis; quod ex cõditione luti erat: quod eò induresc it, quo magis sol (qui solet mollia alia reddere) illud calefacit. Et istud sit secundum fundamentum. Tertium oportebit addere quo res hæc nobis clarior fiat. Cum Apostolus Paulus quæ hic dixit de Christo, eo fecerit, vt nobis pateret, quis esset scopus huius epistolæ, & in quod munus ipse fuerit segregatus & á Christo vocatus Apostolus: nimirum in Euangelium Dei, operæpretium profecto erat, vt nos doceret, quę esset materies Euangelij, & quantum se extenderet. Alioquin neque de Christo, neq; de Euangelio exacta & perfecta cognitio á nobis haberi potuisset. Quare vt Apostolus perfectissimam & non truncatam exiberet nobis de hisce duabus rebus notitiam, appossuit illas duas periodos: alteram in qua de primo Christi aduentu esset sermo, & alterã per quam cognoscceremus qualis futurus erat homo Christus in die vltimi iudicij Quasi diceret Romanis tacite. Intelligite ò Romani, Euangelium Dei & Iesu Christi non solum constringi & limitari ad vnum tantum Christi aduen

Ioan. 3.

Exodi. 14.

nem, & natum de Virgine: sed credere oportet, non Patrem, neque Spiritum sanctum, sed filium Dei naturalē esse illum qui caro factus est. Vnde Ioannes Euangelista non dixit; Et Deus caro factus est: sed, Et verbum caro factum est, vt explicaret illam personam Trinitatis quæ iudura est nostram carnem. Verbi autem notio propria est secundæ personę, & non alteri. Non enim dicimus Patrē Verbum, neque Spiritum sanctum: sed solum Filium Dei, secundam personam Trinitatis.

Ioan. 1.

Vide. S. Th. in 1. p. q 34. ar. 2.

His igitur ceu fundamentis positis, breuissime negotium quod præmanibus habemus expeditū dabimus. Fiet autem istud aliquot propositionibus, quarum prima huiusmodi est. Si in quæstionem veniat an miracula quæ Christus fecit declarauerint suam diuinitatem, respondēdum esse, sine dubio declarasse. Clarificatus namque fuit Christus à Patre suo per illa opera quæ ipse fecit viuēs & moriens, & resurgens. Secunda, si autem in dubium ducatur an Christus declaratus fuerit Deus apud omnes homines per sua miracula, respondemus, nequaquam id factum esse: tum quod eius opera non venerūt in omnium hominum notitiam, tum etiam quia multi illorum eius operibus credere nolebant, existimātes non esse opera Dei, sed hominis, vel alterius, nēpe Dæmonis. Ausi enim fuerunt quidam dicere illi, Tu Dæmonium habes. Tertia, Christus non fuit prędestinatus vt cognosceretur in primo aduentu verus Deus ab omnibus: Quia prædestinationi non subest falsum: & quod prędestinatum est semel, nō potest non compleri: Istud non fuit cōpletum, igitur ad hoc non fuit Christus prędestinatus. Neq. obstat quod Ioannes dixerit illum venisse tamquā lucem veram ad illuminandum omnem hominem: quia nec omnis homo illuminatus fuit (non quidem lucis illius culpa, quæ sufficientissima erat) sed eo quod mundus dilexit magis tenebras quam illam lucem. Quarta, Christus suis discipulis manifestatus fuit esse verus Deus, tum miraculis tum doctrina, & abeis talis cognitus & reputatus: cognitionę tamen fidei. Nam cognouerunt & crediderunt ipsi in eum. Dicitur namque Ioannis 2. quod viso miraculo à Christo facto in nuptijs, crediderunt in eum discipuli eius. Hic fuit illius miraculi fructus. Quinta, cum cognitio fidei non tam latè pateat vt omnes homines comprehendat, tam bonos, quam malos, hac cognitione non fuit Christus cognitus Deus à toto mundo. Vnde dixit Christ⁹ Ioan 17. Pater iuste, mund⁹ te nō cognouit, ego autem te cognoui. Qui non cognoscit Patrem, neque Filium. Sexta, Christus manifestatus & declaratus fuit suis discipulis non solum Deus, sed etiam filius Dei naturalis, Petro potissime. Quod patet magnifica illa Petri confessio quando dixit; Tu es Christus filius Dei viui. Quę confessio (vt multi volunt) non est facta pro se solo, sed in persona omnium discipulorum. Et illis qui cum Christo fuerunt in monte quando transfiguratus fuit manifestatus fuit Christus filius Dei naturalis. Nam ibi, & in baptismo clare dixit Pater, Christum esse filium Dei naturalem, dicens; Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Septima propositio, Christus quando venerit cum potestate magna in die iudicij, nedum cognoscetur verus Deus, sed etiam filius Dei naturalis tam à bonis, quam à malis, imo à toto mundo. Primo quidem, quia ad hoc fuit prædestinatus, vt hic Paulus asseruit, quando dixit eum prædestinatum fuisse in virtute, ex resurrectione mortuorum. Secundo, quia hoc fuit ei à Patre promissum, quando dixit ei petenti clarificari, Et clarificaui, & iterum clarificabo. In primo aduentu Pater clarificauit filium

Prima. pro.

1. propo.

Ioan. 8.

3. propos.

Ioan. 1.

4. propos.

Ioan. 2.

5. propos.

Ioan. 17.

6. propos.

Matt. 16.

Matt. 17.

7. propo.

Ioan. 12.

filium suum: & in die iudicij copiosior & clarior erit eius clarificatio; quia perfecte & complete cognoscetur: non solum vt Deus, sed vt filius Dei naturalis. Ex qua cognitione habebitur quoque perfecta Patris cognitio. Hæc autem cognitio multo excellentior & clarior erit quam fuerit illa quæ in hoc mundo fuit. Nam hic per fidem fuit, quæ secum affert obscuritatem, tunc per claram cognitionem cognitum erit hunc hominem iudicem viuorum, & mortuorum, esse filium Dei naturalem. Et in hoc iudicio cõplebitur prædestinatio Christi quantum spectabit ad istum effectum. Ex his dictis nequeo nõ mirari aliquos (etiam in doctrina scholastica satis versatos & exercitatos) quid causæ mouerit illos, vt negent aliqui omnino Christum fuisse prædestinatum cum sit filius Dei naturalis, qui prædestinans esset potius dicendus, quam prædestinatus. Et alios qui asserunt tãtummodo dicendum esse Christum predestinationis capacem secundum naturam humanam, non autem absolute. Nam rogo, quid absurdius dicitur ex his duobus, scilicet Filius Dei factus est homo: vel, Filius Dei est prædestinatus vt manifestus sit in fine mundi omnibus hominibus? Sane non intelligo. Si dicatur quod quia filius Dei erat æternus. Quid vetat quominus quod æternum est, prædestinari ad aliquid temporale futurum non possit Et qui prædestinatus est vt in tempore esset homo, non ne etiam æternus erat: nonne ipsemet filius Dei naturalis erat? Si igitur potuit prædestinari ad esse hominis, ita ad esse iudicis in nouissimo die. Nõ enim dicimus nos Christum prædestinatum esse vt esset filius Dei naturalis: sed vt ostenderetur toti mundo quod reuera erat filius Dei. Vnum est esse, & aliud ostendi. Christus ab æterno erat filius Dei: sed non fuit ostensus ab æterno, sed in tempore: nempe in primo & secũdo aduentu. Neque mihi obijcias dicens, frustra ostenditur in secundo: quia iam fuit declaratus & ostensus in primo. Respõdemus adhoc, quod licet causa ostendi possit per quemlibet sui effectum, veruntamen quilibet effectus non est sufficiens ad perfectam & completam cognitionem causæ habendam. Et ideo donec omnes effectus reuocentur & resoluantur in suam causam, non dicitur causa esse cognita cognitione perfecta & consumata: sed semper dicitur cognosci imperfecte. Quando autem effectus vltimus resoluitur & reducitur in suam causam, tunc fit perfecta & completa cognitio: quia tunc causa cognoscitur quantum potest. Nam tunc totus conatus & vis causæ ostenditur. Pari modo, per ea quæ homo Iesus fecit in primo aduentu, monstrata est eius virtus, potentia, & sapientia sed non complete & perfecte. Non quod non potuisset istud fieri omnipotens namque venit in mundum Christus filius Dei naturalis: sed quia sic ab ipso patre Deo præordinatum erat, vt perfecta manifestatio reseruaretur ad secundum eius aduentum. Nam Christus iudicandus & improperandus, humiliandus, & iniurijs, opprobrijsque afficiendus in primo aduentu venire debebat. At in secundo, non iudicandus, sed iudicaturus illos à quibus ipse fuerat iudicatus, & vltionem & vindictam sumpturus de opprobrijs sibi illatis: & hoc exercendo suam mirificam iudiciariam potestatem. Et tandem, vt per istum vltimum effectum clare & palam à toto mundo cognosceretur quod ipse erat qui venerat non tantum filius hominis, sed etiam filius Dei naturalis. Et hæc erit completa & perfecta Christi manifestatio. Non audientur tunc illæ voces quæ in primo aduentu fuerunt auditę scilicet: Hic homo nõ est à Deo: quia sabbathum nõ custodit. Nec illa: Hũc nescimus vnde sit. Nec illa: Hic peccatores

Ioan. 9.

tores recipit, & mandauit eum illis. Quia videbunt quomodo ad infernũ mittet illos dicens; Ite maledicti &c. Neque murmur mutuis erit de illo, dicentibus; vnus; Bonus est: & alijs; Non sed se ducit turbas. Neque illa sonabit vox; sanat iranus es: & dæmonium habes. Videbunt etiam Demoniorum condemnationem. Neque audietur illa vox; Nonne hic est filius fabri? quoniam omnes agnoscent eum filium Dei naturalem. Surget Angelus Gabriel, & dicet. Hic est de quo ego dixi Virgini; Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Surget & Isaias dicens; Hic est de quo ego dixi; Ecce Virgo concipiet & pariet filũ: & vocabitur nomen eius Emanuël, id est nobiscum Deus. Et denique vnusquisq; Prophetarum dicet quod Spiritu sancto dictante scriptum reliquit de Christo. Post istos venient Petrus. & Centurio dicentes. Petrus prior dicet. Hic est ã quo ego dixi, interrogatus ab eo. Tu es Christus filius Dei viui. Deinde consurget Centurio dicens; Et ego quoque testis sum. Nam cum ipse moreretur, & ávobis Iudæis esset cruci affixus: audiui ipsum exclamantem, & terribilem vocem efflantem, & Deũ Patrem tuum appellantem dicendo; Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Vidi quoque hisce oculis meis eclypsatum solem: velum templi in duas partes æquas scissum, terræmotum magnum, & concussionem ingentem lapidum audiui, monumenta mortuorum aperta; & multa alia id genus vidi, & audiui. Tunc ego nõ potui non prorumpere in hæc verba dicendo. Vere filius Dei eras iste. Horum quæ dixi ego Centurio, testis fui oculatus. Tunc omnes qui in primo aduentu Christo fidem dare nõluerunt, rei veritate conuicti dicent; Ita est. Sed nos miseri errauimus à via veritatis. Semel insanuimus, sed proh dolor iam non est locus vt ad institutũ redeamus, Actũ est de nobis: Clausa enim est ianua. Quem in terris humilem & benignum recipere noluimus, dicentes, recede à nobis scientiã viarum tuarum nolumus, modo velimus, nolimus, iam cogimur per illius potentiam amplecti & recipere iudicem durum, implacabilem, terribilẽ & vt leonem rugientem. Vę nobis, vę nobis: vere experimur (etiam nostro malo) quod sero sapiunt Phryges. tũc omnes vna voce dicent. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Omnia quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus. Et hęc dicta sufficiant: quæ si multa videbuntur alicui, eum (quicunque sit ille) ne admirerur rogamus. Si quidem rei celsitudo, & materiæ difficultas, & etiam literæ difficultas, non permiserunt vt hunc locum Pauli breuius, & paucioribus verbis reseratum, & expeditum daremus. In reliquis dabimus operã & curabimus esse breuiores. Nunquã (crede nobis lector candide) gratafuit nimia prolixitas: Quare ea non vtemur, nisi quando res exposcet & aliter fieri nequibit.

Matt. 25.
Ioan. 8. Luc. 16.
Luc. 1. Isai. 7.
Matt. 16. Matt. 28.
Luc. 23.
Matt. 25.
Iob. 21.
Psal. 118.

Allusio prima.

EX præterita doctrina vehementer admonemur vt ita viuamus hanc viram temporariam, vt mereamur esse, non solum de numero eorũ qui resurgere habent in fine seculi, sed de numero eorum qui assumpturi sunt corpora gloriosa Quare magna custodia deberemus custodire corpora nostra ne fædarentur inquinamẽtis carnis & spurcitijs, considerantes & semper ob oculos habentes quã gloriosa sint in fine mundi futura, si modo apparuerint coram agno Christo immaculato, ipsa quoque immaculata & non colinquinata. Expẽdant istud homines illi luxui effrenate operam dantes: qui pro momentanea delectatione, & voluptate quę cito euanescit amitte

Allusio 1.

amittere nihil curant tantas tamque excellentes corporum dotes, quas paratas habet Christus pro illis qui non
Gal.5. polluerunt in hac vita corpora sua. Spiritu igitur ambulemus: & desideria carnis nō perficiamus, vt digni simus in die illo spiritu sanctificatore, per quem sanctificanda sunt corpora nostra in vltima resurrectione: vt nō solum mente, sed & corpore sancti simus. & impleatur in nobis illud, scilicet; Qui
Apoc.22. sanctus est, nimirum mente, sanctificetur & corpore.

Allusio secunda.

Allusio 2. SVmma cura elaborandum nobis est viris Christianis, vt cum mortē euadere nequeamus (statutū quippe est omnibus hominibus semel mori)
Heb.9. Psal.88. vt Paulus dixit) cum quo concordat Propheta Regius dicens; Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem?) saltim demus sedulam operam vt in Domino moriamur: & mortui Domini nostri Iesu Christi simus. Quod facili negotio nobis prommittere possumus, si immaculatam vitā in hoc seculo duxerimus. Siquidem
Apoc.ca.14. scriptum est in Apoc; Opera enim illorum sequuntur illos. Et alibi; Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternā.
D.Aug. Si enim vita bona nobis comes fuerit & mors. Nam vt testis est. B. Augustinus dicens, Non vidi bene viuentem, male morientem. Si igitur vita nostra bona fuerit & in domino: in eo quoque mori sperare possumus.

Sequitur:

Per quem accepimus gratiam, & apostolatum.

Quotsem dixerit Paulus hæc verba. DIxit Apostolus de filio Dei duo, quę nostrum calamum detinuerunt, ne citius veniremus ad istum locum. Nec mirum sanè. Nam nec leuia nec clara erant sed difficilia & abdita. Erant autem illa duo hæc: Videlicet filium Dei factum hominem ex semine Dauid secundum carnem; & aliud erat, ipsum met fuisse prædestinatum: quibus duobus expeditis, ad tertium transitum fecit dicens; *Per quem accepimus gratiam & apostolatum* Quasi dicat, vltra illa duo encomia de filio Dei, manifesto vobis Romani tertium encomium: vt intelligatis vos cui debeatis referre tantum beneficiū tantumque donum acceptum, quale est Euangelium Dei: si nobis ipsis, vel Deo, vel cui. Antequam vlterius currat noster sermo ad alia, in primis vocamus lectorem hic vt expendat & diligenter consideret Apostoli Pauli fidelitatem, dicamus, & bonitatem: qui postquam dixit se seruum Iesu Christi & vocatum Apostolum, & segregatū in Euangelium Dei tantique muneris administrum. & quod maius est post recensitum tantum beneficium generi humano collatū, scilicet quod filius Dei sit factus homo, & prædestinatus; post hæc omnia nihil sibi arrogare voluit, sed tamquam fidelis minister, nihil sibi attribuit, sed Deo, & Iesu Christo omnia ascripsit dicens; *Per quē accepimus gratiā & apostol.* Siste hic paulisper lector bone. & vide quem refert particula. PER QVEM. Relata dictio est: quod est eius antecedēs? Non alium profecto refert nisi illum quem dixit esse factum hominem, & prædestinatum. Eandemmet personā quam tetulerat relatiuum qui tam in prima, quam in secūda clausula. PER Quem, filium Dei, & filium hominis Christū Iesum, qui est mediator Dei, & hominum. Vnde sicut antea appellauit eum hominem & prędestinatū filium Dei in virtute: modo appellat eum mediatorem nostrum. Ecce tertium encomium authoris Euangelij. Tale donum, tamque præclarum non

potest

poteſt non oſtendere datorem liberalem,& magnificum. Declarauit ergo Paulus liberalitatem & magnificẽtiam,ex tanto beneficio collato homini, quale eſt promulgatio Euangelij, quod nobis bonum nuntium indicauit,imó ſecum tulit.Alluſit Apoſtolus hic ad illud quod habebat ſcriptum.1. Corinth.15.Plus inquit omnibus laborauiinon egoſolus,ſed gratia Dei mecum.Vide miniſtri boniratem;vide & fidelitatem.Confiretur ſe plus omnibus laboraſſe.In quo laboraſti Apoſtole?In promulgatione Euangelij.Si tuus igitur fuit labor, cur non tibi tribuis?Quia non ego,inquit, ſolus laborauiſed mecum gratia Dei laborauit. Bene habet.Si ambo cur potius aſcribis gratiæ,& nõ tibi?Reſponderet Paulꝰ;Vt inueniar fidelis miniſter &diſpẽſator.Vnde colligi poteſt doctrina illa quę iam eſt recepta in ſcholis,quód quando cauſa prima ſimul operatur vna cũ ſecunda in bonis:licet effectus ſit eauſatus à duabus, tamẽ attribuitur primæ:in malis & peccatis imputatur & attribuitur cauſæ ſecũdę:vt elegãter nobis mõſtrat eſſe verũ locus ille.Per ditio tua Iſrael ex te:ſalus autem ex me. Sic Paulus acceptum fert ſuum laborem gratiæ Dei. Et alibi ſe totum dedit gratiæ Dei dicens; Gratia Dei ſum,id quod ſum.Sed rogemus Paulum vt nobis dicat quorſum hoc loco noſtros ob oculos ponit liberalitatem & magnificentiam Chriſti, qui pauperrimus venit in mundum : Et quid commertij habet iſtud cum incarnatione & prædeſtinatione aut cũ mortuorum reſurrectione? Quæ ſeries & quis nexus horum verborum cum præcedentibus?Extra rem videntur eſſe hæc verba. Nequaquam extra rem ſunt: ſed ſatis accommodata & periodo prętęritę comũcta. At dices; cum quo verbo præteritæ clauſulæ ſeriem habent?Reſpondemus, cum poſtremis verbis illis,ſcilicet,Ieſu Chriſti domini noſtri. Quia dixerat Paulus Chriſtum eſſe dominum noſtrum,ſtatim commendat illũ dicens. *Per quẽ accepimus gratiam & apoſtolatum.*

1.Cor. 15.

Oſee cap. 13.

9.Cor. 15.

Commendatoria ſunt iſtęc verba.Nã nulla res profecto eſt,quæ magis commendet dominũ quempiam, quam ipſa liberalitas & generoſitas.Liberales etenim domini,ab omnibus ſeruis amantur.Cum igitur liberalitas multum commender dominos apud ſeruos,conſentaneum fuit vt Paulus oſtẽderet Chriſtũ non eſſe dominũ parcũ auarum &tenacem:ſed liberalẽ &multorum donorum largitorẽ.Ideo dicit; Per quem,ſcilicet,Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum,accepimus gratiã &Apoſtolatum.Non te prærercat,diligẽs lector,neq; diſſimules, verbum accepimus:ſed ſcrutare diligenter quis eſt qui hic loquitur,an Paulꝰ ſolus loquatur,vel in Eccleſiæ perſona.Solet ipſe aliquando ſui,aliquando Apoſtolorũ & aliquando Eccleſiæ agere perſonã. Quando dixit vocatum fuiſſe ad munus Apoſtolarus,ſolus ipſe eſt loquutus.Modo dicit accepimus Apoſtolatũ:& non dixit,per quem ego accepi Apoſtolarũ.Vnde hęc nouitas?Si Paulus dixiſſet tantum accepimus gratiã, facile eſſet retorquere ſermonẽ eius ad multos &ad ipſam Eccleſiã quę eſt cõgregatio multorũ.Et ſi dixiſſet, per quẽ ego accepi,nos ab hoc labore leuaſſet:ſed quia dixit accepimus,videndũ eſt in qua perſona loquitur:ſi ſingulariter de ſeipſo,aut de alijs.Hinc factũ eſt vt interpretũ quidam referant hoc ad Eccleſiã,eo quod multos fideles habeat:in quorum perſona dicunt,Paulũ hic loquutũ fuiſſe.Et etiã eo quód gratiam dixerit,quę eſt donum commune,&nõ vnius particularis perſonę. Vnde bene poteſt Eccleſia dicere,Per quẽ accepimus nos fideles gratiã.Dicis;bene habet:ſed nõ valet dicere;per quẽ accepimus Apoſtolatũ.Nam functio iſta apoſtolica cõceſſa fuit Paulo & nõ Eccleſiæ.Alioqui omnia mẽbra

Ad Ephe. c. 4

Eccleſiæ eſſent Apoſtoli: cõtra Paulũ qui dicit alibi; Quoſdam quidem dedit Apoſtolos. Sed iſtud non euellit nec remouet hanc intelligentiã iam datam. Nam ſicut dicimus gratiã datã Eccleſiç. ita & apoſtolatum intelligere poſſumus eſſe datũ Eccleſiç. Nõ quod credamus Apoſtolos omnes homines eſſe, ſed quia eriã officium Apoſtolatus datum eſt Eccleſiæ, in ſui vtilitatẽ. Et ita vere poteſt dicere Eccleſia quod accipit gratiam & Apoſtolatũ. Vnde Apoſtolatus nedũ eſt munꝰ collatũ Paulo & alijs Apoſtolis, ſed etiam munus conceſſum Eccleſiç. Alioqui nõ potuiſſet Eccleſia ſubrogare Apoſtolorum loco Epiſcopos aliquos: qui licet reuera nõ ſint Apoſtoli, ſunt tamen in multis getẽtes vices Apoſtolorum, & Apoſtolici viri appellari poſſunt: & maxime ſi vita & mores eorũ ita expoſtulent. Alij verò referunt & accõmodant totum egregio Apoſtolo Paulo: quoniã ipſe ante prçmiſerat. ſe vocatũ Apoſtolum, & ſegregatũ ad iſtam functionem, ſed nõ dixerat per quem fuerat vocatus. Modo quod tũc tacuit, explicat & exprimit dicens. Per quem, Ieſum Chriſtum ſcilicet, accepi ego Apoſtolatum. Quaſi dicat, non per hominem, ſed per Ieſum Chriſtũ. Et non illo modo quo alij Apoſtoli, ſed ſpeciali modo. Videtur hic Paulus alludere ad ſuam illam mirabilem vocationem. Et ſi dicas, Quare dixit accepimus? Dicere debebat accepi, & non accepimus. Ad hoc occurrunt aliqui dicentes, Paulum ſe computaſſe cum alijs Apoſtolis: ideo dixit, accepimus. Hæc euaſio nobis non placet multũ: tametſi propter honorẽ doctorũ qui eam exhibent, non debemus eam nos impugnare. Sed quæ nobis aptior videtur cauſa, hæc eſt. Eo quód Paulus dona quç accepit, communia reputauit. More religioſorũ loquutus eſt, qui quæ habent, maximé ſi bona ſunt cõmunia eſſe dicunt. Vnde Reuerendus admodum Pater noſter Auguſtinus in ſua illa apoſtolica regula ſic iubet dicens. Et non dicatis aliquid proprium ſed ſint vobis omnia cõmunia. Et adiungit rationem: quia charitas (quæ omnia communia facit) cõmunia propriis anteponit. Vnde cum Apoſtolus totus charitatis amore eſſet repletus, & inflammatus, omnia collata ſibi dona communia facit. Ideó congrue dicit accepimus. Sed cedo Paule quæ, & quot ſunt illa dona? Audi eum. Gratiam, inquit & apoſtolatum. Hæc duo dona nõ futilia & valoris modici ſunt: ſed magna & prætioſa munera. Qualis dator, talia data. Neſcit namq, Deus dare niſi iuxta ſuam magnificentiam. Vnde tametſi numero pauca, nempe duo, tamen virtute, magna & multa ſunt. Quid non ſecum affert gratiæ donum? Sed iam cogimur hic diſcutere: cum gratiæ vocabulum latiſſime pateat. Multæ enim latent in hoc vocabulo, gratia, æquiuocationes: quas ſi omnes hic diſcutere vellemus, vix á prolixitatis nota nos excuſare poſſemus. Vix eſt aliud vocabulum in tota ſacra pagina, quod ſit tam homonymum, & rot habeat ſignificationes. Nos vnum tantum intendimus hoc loco (alia alibi dicturi) decidere quod putamus ad huius loci intelligẽtiam non modice pertinere. Eſt autem iſtud tale. An hic gratiæ nomen intelligendum ſit de illa gratia qua Deo accepti & grati ſumus: quam ſcholaſtici appellare ſolent gratiam gratum facientem. Quę quid ſit, & quæ eius natura; & an coeat cum charitate, non eſt hic noſtra intentio dicere. Forte alibi maior nobis dabitur ocaſio dicendi. Interim qui impatiens erit, & nos non poterit expectare: is diuum Thomam, & alios inuiſat & conſulat. Nos contenti abibimus, ſi quæ neceſſaria ſunt ad intellectum huius loci dixerimus. Paucis cape quæ de hac re nobis occurrunt. Si gratia & Apoſtolatus tantum ſunt vnum donum (vt multi, & non

Gratiæ vocabulum homonymum.

Paulus quæ ſibi donata fuerunt communia putauit. D. Augu.

non in docti existimant) videtur tunc nomen gratiæ referendum esse ad gratiam (quam vocant) gratis datam. Apostolatus officium est, sicut Prophetia: & apostolatus officij nomen sicut, & Propheta. Hęc autem officia pertinere videntur ad gratiam gratis datam. Nã licet pie credamus, quód quando Christus creauit suos discipulos Apostolos, ipsi fuerunt in gratia gratum faciente (quia digne voluit vt exercerent officia Apostolatus: & ad hoc exigitur gratia gratum faciens) tamen munia Apostolica ipsi bene poterant exercere etiamsi expoliati & priuati essent illa gratia. Nam miracula facere, & gubernare Ecclesiam, & euangelizare, homines etiam peccatores possunt: quicquid obganniant Nebulones noui hæretici Lutherani. Gratiæ enim gratis datæ, non dantur ad sanctificandos homines quibus dãtur: sed ad aliorum potius vtilitatem. Et hinc fit quód cum tales homines habentes huiusmodi gratias peccant, si amittunt aliam gratiam per peccatum, non tamen alias gratis datas. Si igitur per has duas voces intelligatur gratia tantum apostolatus, & functio apostolica pertineat ad gratiam gratis datam, hic de ista erit sermo, & erit sensus, Per quem accepimus gratiam ego, cum alijs Apostolis, & apostolatum, id est, gratiam apostolatus. Apostolatus namq; est munus quod gratuito alicui impenditur, & non ex suis meritis. Et hic sensus magis videtur (vt multi volunt) accedere ad mẽtem Pauli: eo quód alludit ad illud quod iam dixerat scribens Galatis, sci licet, Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem: sed per Iesum Christum & Deum Patrem. Quodibi dixit, Per Iesum Christum, hic dicit, per quẽ, scilicet, Iesum Christum Dominum nostrum, confitetur se recepisse apostolatum. Veruntamẽ D. Thomas (forsan sequutus B. Augustinum) considerans coniunctionem illam, & quam posuit Paulus inter illas duas voces, scilicet, gratiam, & apostolatum duo dona existimat hic adduxisse Paulum, scilicet, gratiam & apostolatum: gratiam gratum facientem communem omnibus Christi fidelibus, & apostolatum communem cũ omnibus alijs Apostolis. Vter autem horũ sensuum sit Paulo germanior, & magis ad literę mentẽ, lectorũ iudicio relinquimus. Si diligenter consideramus mentem Pauli, volentẽ ostendere liberalitatẽ Christi in donis conferendis & muneribus: profecto magis quadrare videtur literę quód sint duo dona, quam vnũ. Multo magis ostenditur quis liberalis & magnificus in duobus donis quã in vno. Quo enim quis maiora & plura largitur, tanto liberalior demonstratur. Si enim sunt duo dona, vnum nempe, primum, spectabit ad gratiam gratũ facientem: & aliud ad gratiam gratis datam. Et quia homo dignus efficitur per gratiã gratificantem, vt denturilli gratiæ gratis datę (tametsi ista possint, esse sine illa) tamen Deus de more habet vt quandó ad munus aliquod siue officium illustre & præstantissimũ assumit aliquem semper illum solet ornare virtutibus & gratia: & non qualicunque gratia, sed illa quæ deceat dignitatem & excellentiam officij ad quod est à Deo vocatus & electus. Et hæc est D. Thomę sententia in 3. parte. Et hinc colligere licet quód cum Virgo Maria ascita & electa, imo prælecta fuerit ad tantum munus, quale est esse filij Dei naturalis veram & propriam matrẽ: consequens est & rationi consentaneũ, omnia gratiarum genera (quarũ ipsa capax esse poterat) fuisse ei collata. Non tamen æquando eam suo vnigenito filio Christo, cui non ad mensuram data est gratia. Et ex hoc quoque (tametsi scriptura taceat) valde credibile est, Mariam Dei matrem ab omni labe peccati fuisse semper immunem. Talis enim sanctitatis

Gal. 1.

D. Thom. 3. q. 27. arti. 1. ad 2.

gradus & putitatis, & filium, & matrem maxime decebat: licet dispari modo illum gratiæ gradum ambo consequuti fuerint: alter, scilicet, per naturam, alter vero per grariam tantum donum habet. Hæc ex ocasione dicta sint. Ad nostrum Paulum reuertamur explicantem sui apostolatus authorem, qui est Iesus Christus Dominus noster, cuius ipse in primis verbis se dixit esse seruum. Doctissimus Origenes grariam refert ad sustinentiam laborum, & apostolatum ad prædicationis authoritatem. Cæterum de vocabulo apostolatus se torquent hic nonnulli, grammatizantes potiusquã Paulum declarantes. Malunt quidam magis se ostendere grammaticos & latinos, quam expositores & interptæ tes. Contendunt permutandam esse illam vocem apostolatum, in istam, scilicet legationem. Quod an bene fieret nec ne, relinquimus peritorum interpretum indicio. Nos iudices vocabulorum esse nolumus: tractent fabri lia fabri. Vnum tamen certo scimus, quod tametsi apostolatus & legationis vna sit significatio, tamen latius patere legationẽ quam apõstolatũ haud dubitamus. Ad prophana namque negotia se porrigit legationis nomen: at apostolatus legatio quædam est potius spiritualis, quam secularis. Verum tamen est, quód si Paulus dixisset, Per quẽ accepimus apostolatus functionem sublatum fuisset istud: sed vertẽs, non tantum scrupulosus vocabulorum, potius respexit ad id quod iam vsus recepit, quam ad vocabula. Receptissima vox est & latine vsurpata à viris tam Græcæ, quam Latinæ doctissimis, pro officio & functione apostolici muneris. Apostolatus officiũ apostolicum significat; & simplici voce significatur quod per illas duas insinuatur. Sed de hac re amplius nihil. Aduertat lector hic, quód non dicit Paulus, à quo accepimus, sed, per quem accepimus: insinuans nobis, quód licet omnia dona optima & data perfecta sint à Patre. vt Iacobus testatus est; tamen per Iesum Christum communicãtur nobis: per eius manus transeunt ad nos. Nec mirum. Nam capitis munus est influere in membra omnia. Christus Iesus datus est nobis, tam quam caput nostrum: iuxta illud ipsum dedit caput Ecclesiæ. Igitur apposite loquitur Apostolus dicens. Per quem accepimus. Vt nos intelligeremus Christum caput esse quod, quantum ad nos attinet (non est minus nobis vtile, quam quod sit factus homo. Quid nobis conduceret Christum accepisse donum gratię vnionis: nisi de plenitudine eius nos omnes recipere mus? Et quomodo reciperemus, nisi ipse constitutus esset nostrum caput, influens in membra? Quando ergo audis Paulum dicentem, per quem, intelligetu; per quem, tamquam per caput. Capitis. n. conditio est, pro se, suisque membris accipere, quæ illis necessaria sunt. Manus parant cibum, oculi prospicunt, pedes ad illum quærendum festinant, guttur probat. Pes non comedit, nec edunt oculi, nec manus & pedes cibum deglutiunt: sed caput ipsum distribuit singulis mẽbris, pro vt eis opus est. Qui acceperunt dona? Prophetæ? Patriarchæ? Apostoli? Martyres? Confessores, aut puellæ virgines? Horum nullus. Sed Christus ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem; hic accepit dona in hominibus: non vt ea sibi reseruaret, sed vt acciperet in hominibus. Quid quæso est in hominibus? Non accepit in se, sed in hominibus? An ab hominibus ad eum fluxerunt? Absit. Caput nihil mutuat à membris: sed vice versa. Quomodo ergo accepit in hominibus? Alia lectio clarius habet dicẽs; Dedit dona hominibus. Sed nihil refert. In hominibus accepit Christus, hoc est, in vtilitatem hominum: & pro ipsis hominibus. Dicis igitur; Petrus non accepit pontificiam cathedram,

Orige.

Iaco 1.

Ad Ephe. 1.

Simile.

& Pau

& Paulus Apostolatum, sed Christus? Fatemur libētissime omnia dona quę nobis elargita fuerunt, accepisse Christum pro nobis: vt ab illo in nos confluerent, & deriuarentur. Sicut enim caput accipit pro membris: sic Christus omnia dona nostra pro nobis accepit. Sed cur non dixit istud Paulus de Spiritu sancto, qui est omnium donorum distributor? Ipse namq; distribuit singulis prout vult. Respondemus dicentes Spiritum sanctum distributorem esse donorum, sed non distribuit eo modo quo solet caput. Quia ipse licet dicatur Deus noster, non ramen dicitur esse caput nostrum. Caput eiusdem naturæ esse debet cum membris. Christus cum sit Deus & homo, est eiusdem naturæ nobiscum. Potest quoq; & alia assignari ratio quare Christo attubuitur donatio gratiæ. Ex eo scilicet, quod quęmadmodum per primum hominem ad nos, membra illius, descendit culpa: ita per secundum flueret in nos ipsa gratia. & quod homo destruxerat, repareretur per hominem. Non per quemlibet: sed per illum per quem homo conditus fuerat. Eiusdem quippe artificis est cōstruere, & destructum reparare. Per filium autem, qui est patris ęterni ars, omnia fuerunt condita: iuxta illud; omnia per ipsum facta sunt, & per eādem artem reparanda erant, & tesicienda.

Simile.

Respon.

Ioan. 1.

Allusio prima.

Allusio prima.

NON ab re Paulus preter Apostolatum se accepisse & gratiam confessus est. Et primo gratiam, & subinde apostolatum. Non. n. Apostolatus illi adduxit gratiam: sed gratia illum fecit Apostolum. Gratia Dei, sum, id quod sum. Quid es tu Paule? Seruus Christi sum. Quid amplius? Apostolus sum. Quid vltra? Prędicator gentium. Quid pręterea? Vas electionis. Quid plus? Segregatus in Euangelium Dei, ante promissum per Prophetas. Vnde hęc omnia habuisti? Respondet; Ex Dei gratia sum id quod sum. Nihil ex meis meritis. Totum quod habeo, per Dei & Iesu Christi gratiam mihi aduenit. Erigant hic aures qui legatione & officio Apostolatus hodie funguntur. Videant, & metuant si tale munus exercent absq; gratia: in peccatis, & in vita nō pura, & sancta. Nam licet officio Apostolici hominibus appareant: tamen reuera non sunt nisi ęs sonans, & cimbalum tinniens. Nec refert quòd importunè, & opportunè verbū Dei prędicent, & mundum post se totum attrahant: dicere tamen non valent quod hic Paulus dicit; Per quem accepimus gratiam & apostolatum. Gratiā ipsi non habent. Qui igitur dignè & bene volunt apostolica functione vti, hi prius gratiam procurent: sin minus, dicetur illis; Quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentū meū per os tuū? Prædicas nō furādū, & furaris?

1. Cor. 12.

Psalm. 49.

Ad Rom. cap. 2.

Allusio secunda.

Allusio secunda.

DOcet nos hic locus Pauli & ad memoriam reuocat, non esse obliuioni tradenda, nec silentio prętereunda Dei beneficia ac dona nobis collata: sed oportere de eis iugē & perpetuā recordationē habere. Noster Paulus nec oblitus fuit, nec sua dōa tacuit: sed ea publicauit (non vt de illis se iactaret aut gloriolā captaret) sed vt ostēderet Romanis se de collatis donis & beneficijs habere recentem memoriā: & hoc ne illis ingratus inueniretur. Erequens namq; beneficiorum recordatio, ipsorū est, quędā recōpensatio. Nō erat profecto ille oblitus suorū beneficiorū qui dicebat; Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Et alibi; conuertere anima mea in requiem tuā, quia Dominus benefecit tibi. Et rursus idem malū sibi impręcabatur, si eum obliuio tenuerit dicens; Adhęreat lingua mea faucibus meis, si nō meminero tui. Sed quid moramur? Si mūdi principes qui nō nisi exi

Psalm. 115. Psalm. 114.

Psalm. 136.

Simile.

gua & parui momenti conferre possunt beneficia, ægreferunt & indignãtur si intelligant se contulisse hominibus obliuiosis & ingratis beneficia, quid facturum putamus benefactorẽ nostrum Deum optimum Maximum si intellexerit nos, in quos tot tantaq. contulit dona, esse ingratos & obliuiosos? Profecto aliud nihil credibile est, nisi quod in posterum nulla dabit nobis dona: & quæ iam semel contulit iudicabit meritò auferenda esse à nobis. Paulus dixit, quid habes homo quod nõ accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Dicimus nos; quid habes homo ingrate quod non aeceperis? Et si accepisti, cur obliuisceris? Si Paulus gloriationẽ damnat: quomodo obliuionem approbabit? Imitemur igitur nostrum Paulum in hac re. sæpius recordemur ne ingratitudinis nota nos comprehendat.

1. Cor. 4.

Sequitur.

Ad obediendum fidei in omnibus gentibus.

NEquis existimaret Paulum frustrà tantam functionẽ Apostolatus accepisse, dicit ipse modo & enarrat in quam vtilitatem, commodum, & fructum acceperit: alludẽs ad illud quod alibi dixerat; scilicet, & gratia eius in me vacua non fuit. Accipiunt siquidẽ pleriq, in vanũ gratiã Dei. Vnus igitur fructus hic explicatur, ex Apostolatu Pauli: qui est obedientia fidei. Clarior est locus hic apud Græcos quam apud nos. Sic namque habetur. Ad obediẽtiam fidei. Sed non multũ refert hæc lectionis varietas. Respondet Apost. hic interrogationi, quam sedulus auditor formare poterat, dicens. Si accepisti Apostolatum, in quem vsum data est tibi talis functio? Nunc respondet dicens: In obedientiam fidei. Ac si aperte diceret Pau. Si cupitis scire finẽ & scopum mei Apostolatus, scitote fidei obedientiam esse. Neq; turberis hic si audis Paulum alibi dicentem, fidem donum Dei esse. Quod si ita est quomodo igitur pendet ex Apostolatu Pauli? Vtrunque sane verum est: & quod fides sit donũ Dei, & quod pendeat á Paulo. Quantum attinet ad fidei prædicationẽ (maxime secũdum cõmunẽ vsũ (fides ex prædicatorum ore pẽdet. Fides inquit Pau. exanditu est (nisi quando Deus quodam speciali dono immediate docet aliquem fidem suam) sed quomodo, inquit postea, audient, sine prædicante? Et qui erunt prędicantes, nisi qui mittuntur? Et qui sunt missi nisi Apostoli? Nunquid non Apostoli missi interpretantur? Apostolatus igitur ad fidei obediẽtiã destinatur. Per quos quæso à Deo plantata fuit fides (post Christum bene dictũ) nisi per Apostolos? Non ne illis Christus dixit (vt Euangelista Marcus ex præsertim habet) ite, prædicate Euangelium omni creaturę? Et alibi; Ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructũ afferatis: nẽpe per vestrã Euãgelij prædicationem. Quæso quid aliud est hic fructus nisi fidei obedientia? Quæ cõparatur per Euangelij predicationem. Imo ipsa fides Iesu Christi est materies Euangelij. Quid enim docet Euãgeliũ nisi fidẽ in Iesum Christũ Deũ & hominẽ? In quo credẽdo nostra posita est salꝰ. Nã postquã dixit prædicate Euangelium omni creaturæ: mox adiecit Christꝰ, Qui crediderit, saluus erit. Et inferius dicturꝰ est Pau. Euangeliũ Dei virtutẽ esse in salutẽ omni credẽti: tã Iudæo, quã Græco. Est ne in Euãge. aliqua gentis discretio, & acceptio personarũ? Absit. Igitur quisegregatꝰ fuit in Euangeliũ, & ad plantandam fidẽ apud omnes gentes id facere debebat vt omnes fidei obedirent, quæ erat scopus & finis Euangelij, complẽdus nedum per Pauli prædicationem: sed per aliorũ Apostolo. Sed forsan dices, Ad quid tot homines destinati fuere, eum iã magnus ille Prophetarum

Ad Ephe. 2. Cõciliatio. Ad Ro. 10. Marci. 16. Ioan. 15. Marci. vlt.

Ioan

Ioan.1. Ioannes Baptista missus fuerit vt testimoniū perhiberet de illo lumine Christo videlicet, vt omnes crederentin illud lumen? Nunquid satis ipse fuit ad hoc muneris obeundum? Respondemus, non fuit tatus vnus homo, qui testis solummodo fuit antequam Christus in mundum venisset: & dū in mūdo mansit, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Preter istud oportuit creari alios testes, & adiutores primæ missionis Apostoli, scilicet, Christi: qui post absolutam suam legationem exirēt in totum orbem totamque terram ad fidem adducentes: ut in illud: In omnem terram exiit sonus eorum. De quo loco nihil in præsentiarum dicere volumus: an scilicet ad literam, aut in sensu mystico, de Apostolis dicta sint illa verba. Relinquimus istud lectoti discutiēdū, si non vult nos expectare in proprio loco declaraturos. Quintum autem ad præsens spectat, nihil refert siue in hoc, siue in alio sensu intelligantur. Satis est vt verba hæc sint adducta: á Paulo non extra hoc nostrum propositum. Cæterum Christus post solutum iam tuum pensum, adueniente hora & tempore, quo ad cœlum Patremque suum reuersurus erat, oportuit alios in Ecclesia relinquere: qui narrāssent mundo Christi passionem, eiusdem resurrectionem, & denique suā triumphantissimam ascensionem. Fecisset ne hoc Ioannes Baptista, qui iam vita fūctus erat? Minime gentiū. Quare summa prouidentia factum est, vt illi qui testes esse poterant (etiam oculari) per totum mundum discurrerēt de hisce prætitis rebus plantantes fidem. Hi Apostoli fuerunt: inter quos primas tenuit Apostolus Paulus siquidem Christus dixit: Eritis mihi testes, in omni Iudæa, & Samaria &c. De Paulo autem sic loquutus est Ananiæ, Vade Anania quia vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israēl. Porró quot, & quantos fructus fecerit Paulus in suo Apostolatu, ipse palam) citra tamen iactantiam) propalauit & dixit, dicens. Ego Paulus plus omnibus laborauī. Quasi diceret. Laborauerunt in hoc officio & alij illi quidem qui mihi dextras dederunt: sed ego plus illis laboraui. Virgis pro hoc munere obeundo cæsus, semel lapidatus sum, ter naufragium feci. In laboribus plurimis in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. Quasi dicat; Nullum non moui lapidem, quo Euangelium & prædicatio quę mihi credita erat, cūreret, & fides Iesu Christi non modicè cresceret. Neque cuiuis quasi aerem verberans, sed multos Christo lucrifeci. Cursum consumaui: & fidem alijs prędicans, ego ipse seruaui: & per me (non tamen solum) sed per gratiam Dei quę mecum semper fuit effectū est, vt gētes quæ mihi datę fuerunt, crediderint, & ad obedientiam fidei venerint. Sed dicito nobis Paule, quænam noua hęc loquendi phrasis est? Quid sibi vult ad obediendum fidei? Quid sonat obedire fidei? Obedire ita mandatorum est, at fides nullum est ex decem mandatis. Quid igitur nobis insinuare vis cum asseris tuum apostolatum datum esse tibi ad obediendum fidei: vt tu, vel, vt nos obedientes essemus fidei? Quid præcipere potest fides nisi credere? Nunquid Iteras dicit; Domine quis credit auditui nostro? an Deū credēdū est, & nō in homines. Samaritanę mulieri dixerūt illi; Iā nō propter tuā loquelā credimus. Quis nisi solus Christus dicere potest? Si mihi non vultis credere, operibus credite. Quid igitur sibi vult iste sermos ad obediendum fidei? Nunquam in aliud adduci potuimus, nisi quod hęc noua loquēdi phrasis Pauli secum obuoluit mysterium, & non leue. Aperiēmilla sacramentā quæ in hoc loquēdi modo Paulus nobis insinuauit

Psal.19.

Actor.1.

Actor.9.

1.Corin.15.

Isaie.53.

Ioan.4.

si prius tamen paucis dixerimus quo modo fides Dei, & quomodo hominum dici debeat, vt occurtamus istis obiectis quæ modo à nobis adducta fuerunt. Pro huius rei enodatione, obseruatione dignum est, quod Paulus vtrunque dixit, & fidem Dei donum
Ephe. 2. Rom. 10. esse (vt patet ad Ephesios 2, Donum, inquit, Dei est, vt nequis glorietur: & ex auditu creaturæ esse, vt ipsemet Paulus docet ad Romanos. 10, Sed diuerso modo. Nam si fidei originem spectamus, à solo Deo est. Nulla enim creatura, sicut non potest esse, causa gratiæ, ita nec causa fidei. Est enim fides res altioris ordinis, res supernaturalis: & ideo non potest esse donum alicuius creaturæ. Vt enim homo habeat voluntatem credendi illis quæ fidei sunt, neque ipsum credere in Deum, causari potest à creatura aliqua: sed ab ipsomet Deo causatur Verum quoad determinationem & explicationem credendarum terum, ipsa fides potest esse ab homine. Non enim explicatio fit immediate à Deo.
Actu 9. Actu. 10. Vnde Paulus missus fuit ad Ananiam docendus. Et Cornelius Centurio postquam recepit donum fidei à Deo accersiri fecit Petrum vt ab eo disceret quę ei determinate essent credenda. Et sic est in alijs hominibus. Vnde est vt etsi Ecclesia possit determinare nobis quæ sunt determinate credenda, tamen illa augete & multiplicate nequaquam potest sed tantum debet explanare illa quæ mediante verbo Dei reuelata fuerunt tam Apostolis quam Prophetis. Quantum autem ad explanationem fides dici potest esse
Actu 8. ab hominibus. Vnde & à Philippo dictum fuit Eunucho Isaiam legenti; Putas ne intelligis quæ legis? Respondit ipse, quo modo possum intelligere si nullus me docuit? id est, nullus mihi declarauit. Vnde licet in Deum sit credendum & non in homines, tamen hominum opera & diligentia indigemus. Audite oportet etiam ipsos homines qui interprætentur nobis scripturas, & ipsa credibilia. Non illis fidē damus quatenus ab eis referata sunt, sed quatenus à Deo credenda nobis proponūtur. Ad hoc indigem' suffragio hominum: non vt in illos credamus. Vnde apostoli postquam declararunt articulos beatissimæ Trinitatis, & vltimo loco venissent ad personam Spiritus sancti, & ostendissent eius diuinitatem, & æqualitatem quam habet cum Patre, & filio à quibus procedebat: mox ordinauerunt posuerūtq. articulum de Ecclesia catholica dicentes. Et vnam sanctam catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Expende lector quomodo omiserunt particulā illam, in. Non enim dixerunt; Et in vnam sanctam, catholicam Ecclesiam: sed sine illa præpositione pronuncia-
D. Aug. runt articulum dicentes, & vnam &c. Quod ponderans, B. Augustin. in Psal. 77. & tractatu 29. in Ioannem, & multo clarius doctissimus Ruffinus in symboli declaratione, dicit. Non est dictum in Ecclesiam; sed Ecclesiam: ad denotandum quod nō debemus credere Ecclesiam esse Deum, sed congregationem Dei esse. Nam, inquit, dictio ista, in distinguit Creatorē à creatura. Vnde B. Augustinus loco citato, dicit. Credimus Paulo, credimus Petro: in Paulum, aut Petrum non credimus. Credere namque in eum est, credendo amare. Hæc est ratio ob quam nos non dicimur credere in Ecclesiā sed Ecclesiam. Neque commemoranda est alia causa, quę friuola datur á quibusdam: eo quod, scilicet, Ecclesia congregatio hominum est. His expeditis accinganur: ad ea mysteria resecranda & enucleanda quæ diximus latere in hoc loquendi modo, scilicet ad obediendum fidei. Quatuor in his verbis insinuat Pau. Apost. Primum est Euangelium esse de genere illorū, quæ naturali tatione nequeunt attingi: Secus non foret necessaria obediē tia fidei: sed absq; illa sciri posset. Materia

teria Euangelij non sunt tes quæ natura duce agnosci possunt. Est siquidē vtraque Iesu Christi generatio, tam temporalis, quam æterna: at harum neutra nisi per fidem attingi potest. Et ideo ad quamlibet harum necessaria est fidei obedientia. Et hinc fit verum quod alibi dixit Paulus scilicet, non omnes obedire Euangelio: quia non omnes fidem Euangelio præbent: non solum quia fortè non adhuc est omnibus annunciatum: sed etiam quia credere nolunt, etiamsi iam audierint. Nūquid Christianorum (vt prætermittam Indos, & Barbaras nationes) magna turba Euangelio non vult credere? Non ne audiuit Arrius Euangelium? Non ne & Sabellius? Nunquid & Macedonius? qui dicit Spiritum sanctum esse minorem Patre & Filio, & non esse eiusdem eum illis naturæ? Et turba Græcorum quæ tanto tempore in illo errore fuit quod Spiritus sanctus tantum à Patre procederet: nō ne audierat Euangelium? Et illi qui dixerunt Deum esse corporeum, an non audierunt Christum dicentem in Euangelio, Spiritum esse Deum? Et vt semel finiamus, & nostri temporis Hęresiarchas includamus: nunquid isti audierunt Euangelium clamans; Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis? Et alibi; Agite fructus dignos pœnitentię. Et rursus, Arbor quæ non facit fructū, abscidetur, & in ignem mittetur. Crediderunt Euangelio, cum pessundant, destruunt, & bona opera nostra damnant, blasfemantes, & dicētes omnia illa peccata esse? Et vt ad Christicolas nostra descendat oratio, an non audiunt per singulos dies Euāgelium in templis, & in gymnasijs? Et quanti sunt, qui non obediunt, Euangelio? Pauci, an multi? Vtinam non tā multi. Quid est obedire mandatis? Adimplere mandata. Et obedire Euangelio, complere Euangelicam doctrinam. Multi auditores, panci factores. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores. Et beatos Christus non predicauit auditores tantum, sed verbi factores. Qui nāque mandata Dei adimplent, & ea cū fide coniungunt. ij nobis videntur fidei obedientiam habere. Nam qui tātum mortuam fidem habent, isti inobedientes sunt. Fides namque præcipit complere mandata. Et duas habet partes Christiana iustitia: nimirum credere, & operari. Hoc est primum insinuatum à Paulo in his verbis. Nam existimare Paulum hoc loco loqui de solo illo assensu quo assentimus rebus ipsis credibilibus, est restringere hunc locum, & à mente Pauli illum alienare. Imo, & ab Apostolico officio aliquid detrahere. Parum namque esset inducere homines ad credendum ea quę fides predicat, nisi adducerentur etiam ad facienda opera quæ fides docet & pręcipit esse facienda. Hoc profecto tātum esset facere homines fidelesin fide informi, & non in fide formata. Multo igitur melius, & ad Pauli mentem accommodatius est dicere hic Paulum loqui de fide, non illa mortua) quam etiam Dæmones habent) sed de illa quę per dilectionem operatur. Hæc præter assensum, & intellectus captiuitatem adimpletionē mandatorū habet: Illa vero sola nos Dæmonibus assimilat, qui ore Christum confitentur, sed non factis. Sic qui credunt, & non faciunt, factis Deum negant. Vnde eleganter Iacobus dixit. Tu credis quoniam vnus est Deus: benefacis: & Dęmones credunt & contremiscunt. Quasi dicat: Pares cum Dæmonibus simili modo habes fidem vt illi, qui te in alio vincunt Nā illi credunt & contremiscūt: sed Christianorum bona pars, si credit, non tamen contremiscit. Deum non timent nec homines verentur. Quare bene conqnestus est de istis Dominus per Malachiam dicens. Si ego Dominus, vbi est timor meus? Nō est timor Dei ante oculos eorum. Absque timore perpe-

Luc. 24.
Luc. 13.
Matt. 3.
Iacob. 2.
Luc. 11.
Iac. 2. cap.
Malac. 1.
Psal. 35.

perpetrant mala. O pudor, ó inuerecũdia magna Christianorum vinci, & superari in fide à Dæmonibus! Nullus igitur existimet prædicationis Apostolorum finẽ fuisse credere tantum: sed fidei obedientiam: quam nos habere dicimur quoties facto complemus illa quæ complenda sunt & fidei lex iubet. Et hinc manifeste extirpatur error illorum cæcorum qui se putant saluandos esse per solam & nudam fidem. Neque hic locus in aliquo illis fauet. Imo ex diametro pungit illos. Notet hic prudens lector quam prepostere & perperam fungatur Lutherani prædicationis functione (etiam si se appellitent Euangelistas) nam solam fidem faciunt scopum, & finem. Et sic ad operandum; ad ieiunandum, ad confitẽdum peccata: & ad alia opera Christiana facienda suos auditores non alliciunt, neque inuitant in suis concionibus, sed tantum ad credendum. Fidem Dei vehementer commendant, extollunt, prædicant, & exaltant homines in Deo fideles. Concludamus ergo & dicamus Paulum loqui de illa fide quæ docet operari. Nam hęc est finis prædicationis Euangelij, & totius sacræ scripturę. Per hanc (vt supra à nobis dictum est cum definiremus sacrã scripturam) efficitur homo Dei in iustitia, ad omne opus bonum instructus.

Idem finis prædicationis Apostoli ex & toti⁹ sacræ scripturæ.

Secundum insinuatum Pauli in hoc loco tale est. Paulus istis verbis denotat nobis fidem esse de illis rebus quę voluntati nostre subiectę sunt. Nam obedientia præcipue versatur in illis quæ voluntati sunt subiecta. Vnde dixit B. Augustinus, nihil esse tam voluntarium quam credere. Et nos in nostro vulgari idiomate dicimus, credere urbanũ esse. Creer escortesia. Nam nisi quis velit, cogi nequit. Vnde filij infidelium ad sacrum baptisma suscipiendum cogi non possunt: nec ipsi iam grãdiores effecti, vt sanior approbat theologorum opinio, Gratissime & voluntarie vult Deus vt credamus, non vi armorum, non violentia, non coactione, non timore, sed amore. Nullam vim facit nobis Deus vt credamus. Nec mirum. Fides namque facti ficiũ quoddã est, quo homo captiuat & sacrificat seipsum. At sacrificia coacta non placent Deo. Vide Christiane lector, & expende Dei bonitatem & candidum quoque animum erga nos: qui noluit vt coacti credere mus in eum, sed nostra sponranea voluntate. Ideo Apostoli, qui primi plãtatores fuerunt doctrinę Euangelicæ, hominibus nullam vim fecerunt vt parerent Euãgelio. sed suauiter ad Christum duxerunt, intelligentes neminẽ posse venire ad Christum, nisi à Patre tractum. Neque cur iste trahatur, alius vero non, requirenda est à nobis ratio & causa. sed istud alte in nostra reponendum mente. Torum hoc mysterium insinuauit nobis Paulus vtens verbo illo, obedientia fidei. Neq; istis aduersatur locus ille qui dicit; Compelle illos intrare primo quia vt dicitur ab Aug. potest intelligi de scismaticis & hæreticis, qui iam tenel voluntarie fidem acceperunt. Et hos Ecclesia compellere potest, ti egressi sunt a gremio eius: non solum spirituales mi nando pœnas, imo & infligendo: verum etiam & corporeas applicando; vt redeant ad vnitẽ Christi quod est Ecclesia. 2. dicere possumus iuxta B. Gregorij sensum, Non fieri ibi sermonem de fide, sed de amore, ad conuiuium, & cœnam. Inuitabantur enim non ad primum Ecclesiæ ingressum, qui fit per fidẽ. Et tertio dici potest quod iã nos in nostris regulis scripturæ admonuimus; scilicet, in parabolis non oportere vt omnia ad viuum respondeant, & compleantur. Quarto & vltimo forte non male respondere posse mus dicentes quod etsi pater familias dixit vt compelleret eos, tamen ille qui vocabat ad cœnã, istud nõ præstitit: saltem scriptura non dicit, forsan, vel

quia

D. Aug.

2. q. 10. ar. 12. & 1. p. q. 82. ar. 10.

Ioan. 6

Luce 14.

1. respon.

2. respon. D. Greg⁹.

3. respon.

4. respon.

quia Dominus iratus dixit, & famuli non omnia mandare debent executioni quæfieri iubentur ab iratis dominis. Oportet enim eum qui præcipit, animum habere paccatum & quietum) vel quia seruus eum ab ira esset remotus (quæ solet impedire animũ ne possit discernere verum) quod sibi dictum fuerat à Domino suo complere noluit: iudicans illud non esse ratio ni consonum. Non enim raro vsuenit, vt serui prudentiores, & iustiores sint suis dominis.

Tertium insinuatum in his verbis Pau. est quod nostra recuperatio per obedientiam inchoanda & perficienda erat. Nec mirum. Nã nostra ruina ab inobedientia ortum habuit, sicut Paulus inferius dicit, quod per vnius inobedientiam peccatores constituti sunt multi. Peccarũ quippe primi hominis inobedientia fuit. Noluit ille obediens esse præcepto de non edendo fructu veuito, sed maluit vxori suæ complacere, quæ dixit ei, fructum, nedum pulchrum visu; sed etiam ad edendum suauem. Et ipse, ne suas (vt ait Augustinus) contristaret delicias, fructum à muliere oblatum comedit. Sic etiam in nostra reparatione inuenienda erat in homine & muliere obedientia. In homine Christo scilicet Qui factus est obediens vsqũ ad mortem crucis: in muliere, Maria nempe, quæ credidit verbis angeli: cui cognata sua Elisabet dixit; Beata quæ credidisti. Primum igitur quod curabant Apostoli in suis prædicationibus, erat fidei obedientia: hoc est, facere homines obedietes fidei captiuantes, intellectum in obsequium fidei.

Cap 5.

Genes.3.

Phil.3.

Lũ,ca.1.

Quarto & vltimo Apostolus in his verbis insinuauit differentiam inter humanas, physicas, ingenio, lumine naturali & arte elaboratas disciplinas, & ipsam fidem. Quoniam illę disciplinæ non pendent ex obedientia, neque captiuatur ibi intellectus (etiã si dicat Aristoteles, oportere addiscẽtem credere) sed pendent ex euidentia, quæ potest compellere intellectũ nostrum, & cum vincere. Eius autem non cogit, nec necessitat nostrã mentem, sed pia volũtatis affectione recipiuntur ipsa credibilia quæ nisi prius credantur, postea non intelliguntur, iuxta illud, Nisi credideritis non intelligetis. Vnde sicut disciplinæ humanitus inuentæ sensibus iuuantur, & ratocinijs comparantur: ita fides miraculis, & reuelationibus (non priuatis, sed illis, quæ spectant ad religionem communem) adiuuatur, nutritur, & augetur. Et quemadmodũ nisi disciplinis adhibeantur demonstrationes, scientię nomen amittunt; ita si eas fidei accommodes, fidei interitus sequitur. Argumenta & demonstrationes abhorret fides. Neque proinde de sua certitudine, & authoritate, vel tantillum deperit. Nam fides rationi aut demonstrationi non innititur, sed veritati primę. Ex qua parte, etsi non habeat maiorem euidentiam, habet tamen maiorem certitudinem ipsa fides: quę quominus humanis rationibus fidit; tanto firmior est. Non tamen ob hoc illas rationes humanas penitus à se excludit, sed (solas quę eam antecedũt quę vero consequuntur, germana charitate amplectitur. Nec temere. Nam quæ antecedunt, fidei meritum tollũt at quæ post eam sequuntur, nihil de merito auferunt. Vndè miracula, & ratio naturalis tantum abest vt fidem ęgritam cuellant & destruant, vt eam nõ leuiter confirment. Vnde Marci vltimo de Apostolorum prædicationib⁹ dicitur. Illi autem profecti, prędicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Obserua, sequentibus signis. Nõ dixit præcedentibus signis: sed sequentibus, quę Christus Iudęis noluit concedere dicens. Nisi videritis signa, non creditis. Scrupulus tamen hic vnus restat profugandus, qui talis est. Si fides ad obedientiam reducta est, & obedię-

Iſa.53.

D. Tho.2.2. q.2.ar.10.

Marci vlti.

Ioan.4.

tia

tia ex nostra pendet voluntate: crede reigitur non erit nobis necessarium, sed mere voluntarium. Qui igitur nō crediderit, non dānabitur. Respondemus, credere necessarium est, non necessitate rationis: nulla enim ratio nos nos necessitat, sed necessitate præcepti. Quia sine fide impossibile est placere Deo. Forsitan quispiam interrogabit nos hic scire cupiēs quid causæ sit, quod cum credibilia, quę á Deo proponuntur nobis credenda, rationi maxime sint consentanea, & non aduersa: absque ratione velit Deus vt ea recipiamus. Nunquid præstantius, & rationi conformius esset quod fides diceretur nasci ex ratione, quam ex obedientia volūtatis? Ratio & natura cum fide pugnantiam non habēt sed quandam affinitatem & ordinem. Inter res namque fidei, & res naturales ordo est superioritatis (vt ita loquamur.) Nam inferior est natura, fides superior. In ordinatis autem superiora non pugnant cum inferioribus sed mutuum habent iuuamen. In explicādis etiam & intelligendis sacramentis fidei plurimum adiumenti conferūt naturales disciplinę: & è contra secreta naturę, quæ nostra mens capere, & penetrare nequibat, quis nisi fides manifesta nobis fecit? Non igitur fides naturam destruit: imo perficit: quęmad modum dici solet etiā de gratia. Profectó pulchrum & scitu dignissimum est hoc postulatū (quod maiores quā sint nostræ) exigit vires. Veruntamen pro nostra ingenij ruditate, adiuuante nos Deo satisfaciemus. Paucis nunc dicimus, & respondemus ideo factum esse vt res fidei non rationibus humanis probētur, eo quod ipsę nō sint tā firmæ & certæ, quam est ipsa authoritas diuina: cui vt fidem præbeamus, nulla eget ratione. Humana autem authoritas cum sit hominum, qui fallaces esse possunt, imo sua conditione omnes mendaces, se rationibus munire debent, vt illis fides adhibeatur. At Deus qui summa veritas est, quando aliquid dicit, vel per se, vel Prophetas suos, Apostolos, & Euangelistas, mox absque aliqua ratione credi debet. In iuria siquidem, & non modica, Deo fieret, si ab eo verborum suorum (de quibus Ps. dicit; Principium verborū tuorum veritas) nos homines rationē exigeremus. Quandoquidem, si ille Philosophus homo mendax tantum authoritatis sibi arrogauit, vt suis dictis existimaret satis esse pro ratione si sui discipuli dicerent; Magister dicit: quāto maior Dei verbo debetur authoritas, vt pro ratione satis sit nobis intelligere ipsum dixisse. Et hęc nunc pertrā sennam dicta esse volumus. Hæc sunt illa mysteria quę significauimus inuoluta esse in illis Pauli verbis, scilicet,

Respon.

Ad Heb. 11. D. Tho 2. 2. q. 2. ar. 3.

Psal. 118.

Simile.

Ad obediendum fidei Quę obedientia fidei secum nō patitur quęstiones cōtentiones, pugnas, ratiocinationes, & argumentationes. Obediens namque homo, auditis verbis sine contradictione præbet assensum: vt exēplo nobis esse poteſt Paulus, qui mox vt vocatus fuit à Christo dixit; Domine quid me vis facere? Verba sunt prompti & parati animi ad obediendum. Quasi diceret; Iube tu: ego iam sum tibi obedire paratus. Accedere his etiā poteſt, quod gentilis ille miles Centurio in laudem seruorum suorum protulit dicens; Dico seruo meo, fac hoc; & facit: & alio, vade, & vadit.

Allusio.

QVam celebris, quamque præclara sit obedientiæ virtus scriptura sacra tam verbo, quam opere palam demōstrat, verbo quidem, cum dixit; Melior est obedientia, quam victimę Regum 1. cap. 15. Nec mirum: Nam, vt B. Gregorius ait, per victimas aliena caro per obedientiam verò, propria mactatur. Iure igitur præfertur. Et ipsa quoque fortitudine obedientia fortior

tior est. Nam fortis aliquãdo succumbit, & victoriam non assequitur: at vir obediens (vt sapiens ait) loquetur victorias. Obedientia Isaac immolauit, obedientia Abrahamum à domo sua expulit, obediẽtia solẽ retrocedere fecit, obediẽtia productus est mundus. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Fiat lux, & facta est lux &c. Per obedientiam à petra fluxerũt aquæ, & per eam diuisum est mare rubrum. Sed quid moramur? Ipsa quidẽ est custos & mater omnium virtutũ. Hanc qui habet, cæteras habet: qui vero ea caret, omnium aliarum inops est. Per hanc fidei obedientiam sanctiuicerunt regna, operati sunt iustitiã &c. Hæc totius disciplinæ initium & caput: sicut inobedientia prima radix errorum & hæresum est. Hæc ad componendos, reformandosque mores nostros, forma & exemplar est. Hanc in sanctis patribus imitari debemus. Admiranda enim in eis extitit obediẽtiæ virtus: sed in Christo, supra omnes, qui Patri obediens fuit ad mortẽ vsq; crucis. Hic nobis singulariſſimũ reliquit obedientiæ exemplum, quod si imitari cupimus, magnum nobis reportabimus fructum. Nihil enim nobis tam expedit, vt custodiamus ab errorum & hæresum labe quam esse fidei obedientes: captiuantes intellectũ nostrum in obsequium Christi.

Prælara obediẽtiæ encomia. Psal 148. Gene. 1.

Obedientia custos & mater est omniũ virtutum.

Heb. 11.

In obedientia radix errorum & hæresum prima

Sequitur.

In omnibus gentibus.

DIxerat Paulus prædicationis Euãgelicę, vel, si mauis, Apostolat' fructum collocatum esse in fidei obediẽtia: nunc autem amplitudo & latitudo Apostolatus, tam sui, quam aliorum Apostolorum ostenditur, cum dicit, *In omnibus gentibus*: Istud autem manifestare & ostendere fuit Paulo necessum. Nam licet ipse esset Apostol⁹ Non tamen dixerat quorum esset Apostolus: an gentilium tantum, vel etiam Iudæorum. Et ideo declarat sui Apostolatus authoritatem extendere se ad omnes gentes: vt omnes gentes obediant Euangelio credẽtes in Christum. Cæterũ hęc verba, *In omni. gen.* ambigua sunt, & varium sensum causare possunt. Vndè fit vt inter interpretes, aliqui ea verba astringant ad gentiles tantum, alij vero ampliant & dilatant ad omnes mundi nationes. Primi asserunt, Paulum dixisse in omnibus gentibus, in laudem populi gentilici, & in vituperium Iudeorum: qui gloriabantur quod tantum esset Deus notus in Iudæa, & in Israël magnum nomen eius. Et ideirco asserunt per gentes solum intelligi populum gentilicum: in cuius gratia Paulus vocatus fuit specialiter, vt ipsemet cõfessus est dicens. Operatus est & mihi intergentes. Et cum Romani essent natione gentiles, vt eos magis constringeret ad recipiendam suam doctrinam, ostendit hic factum esse sibi ius, vt eos docere posset. Nec eum repellere poterant dicentes, nõ esse sub sua ditione comprehensos, cum iam essent instructi ab alio Apostolo, nempe Petro. Quare ostendit Paulus se habere authoritatem prædicandi eis Euangeliũ, cum ex gentilium natione essent: quasi clare eis diceret. Vos mihi repulsam dare non potestis dicentes; Qua autoritate nobis hanc epistolam destinasti? quid nobis, & tibi? quis te constituit nostrum concionatorem, & Apostolum? Respondet ipse. Vos gẽtes estis & ego prædicator gentium. Non ergo ego me introduco, neque ingero: sed vos in meam sortem cecidistis. Hęc est mens aliquorum interpretum, & non paucorum: quam amplectendã iudicaremus si Paulus de se solo dixisset, per quem accepimus gratiam & Apostolatum. Sed cum iam illo in loco

Psal. 75.

Ad Gala. 2.

Cur dicat in omnibus gẽ.

Mens quorũdam interpretum.

co illa verba relata fuerint non solũ ad Paulum sed ad alios Apostolos: id circo vensimile esse non credimus vt Paulus loquatur de gentibus in ea significatione, qua gentes à Iudæis distinguí solent. Nam tunc temporis Iudæi qui erant Romæ dicere potuissẽt nihil ad eos pertinere epistolam istã sed tantum ad Gentiles. Id circo multo magis à nobis probatur alia sentẽtia, quæ refert verbum, gentibus, ad omnes mũdi nationes, cuinscunque essent conditionis. Quomodo credibile est, quod cum Christus dixerit Euangelium prędicandum esse vniuerso mundo, hoc est, vniuersis nationibus quæ sub cælo erant, cuiuscunq; essent ritus & conditionis, quod Paulus restringere vellet Christi prœceptum? Nunquam ad hoc credendum adduci potuimus. Neque minus persuadere nobis poterit quis, quod à quibusdam dicitur (nescimus an rectè) quód Paulus hęc verba dixit in reprehensionem Iudeorum. Sed sanè istud dixit Apostolus in laudem & encomium Euangelij sacri: ad differentiam potius legis Moysi, que non tam latè patuit. Nec enim fuit comunis, aut data est omnibus gentibus, hoc est, omni populo, sed Iudaico tantum: Euangelium verò, in salutem omnium nationum. Notat hic Paulus discrimen inter legem nouam, & veterem. Vnde videant illi qũi limitant hunc locũ ad gentes tantum, ne hanc excellentiam ab Euangelio rapiant, & illud ea fraudent. Etsi populus ille Iudaicus cum esset in infantia fidei gloriabatur de notitia Dei aduersus Gentiles, illud veniebat ex legis receptione, & ex ignorantia illorum. Ignorantes quippe & arrogantes simul erant. Nondum enim suum prœceptorem Paulum audierant, qui ab illo errore eripuit illos. Sed iam enunciato & predicato Euangelio, nec Iudęus contra Gentilem, nec vice versa, vnus contra alũ habet quod glorietur, & se extollat. Commune docuit Paulus fuisse peccatum, & communẽ medicinam: nẽpe Euangelicam doctrinam. Nam sicut in Christo non est Iudęus, neque Gentilis: ita neque in Euangelio aliquid valet nisi noua creatura, quæcunque sit illa. Ad obediendum fidei omnes homines inuitati sunt: si non venerunt, illorum culpa factum est. Scriptum quippe est. Vocaui & renuistis: extendi manus, & non fuit qui eas aspiceret. Christus voce, & manibus vocat ad Euangelium. Voce, clamauit dicens; Venite ad mẽ omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Sed quomodo, manibus? Quis vocat quemquam manibus? O bone Domine Iesu, si manus habes eruci affixas, quomodo eis clamas? Quomodo egredietur clamor ex manibus tã inter sese separatis? Rustici qui abigere volunt volueres & aues, ne comedant quæ seminata, nedum vocibus clamant sed etiam plaudunt manib⁹, vt illo audito manuum clamore fugentur & recedant auiculæ. Tu mi Domine, non vales plaudere manibus: vt vt qui eas & affixas, & separatas habeas. Vnde egredi poterit tuarum manuum clamor? Bene habet: sed non videmus eas esse perforatas? Per foramina egredi bene poterit sonus & vox. Quare permisit suas perfodi manus, iusi vt exire possent vox & sonus? Foderunt inquit manus meas. Perforatas habere manus dicuntur qui prodigi sunt. An hac de causa foderunt illi tuas manus? Sed quomodo homo pauperrimus prodigus esse potest? Nõne te audierunt dicentem; Filius hominis non habet vbi reclinet caput suum? Ossa tua dinumerari poterunt: sed non tuæ opes. Non ne tu dixisti? & pauper sum ego? Non igitur adhoc opus erat perfodi manus tuas. Quid igitur sunt dulcissime Iesu plagæ istæ in medio manuum tuarum? His inquit plagatus sum in domo eorum qui me diligebant. Non quærimus istud

Gal. 6.

Prouer. 1.

Matt. 11

Dissimile.

Psal. 21.

Matt. 8.

Psal. 40.

Zach. 13.

istud, amor animarum nostrarum, non locum quærimus, sed quid sint? Foramina inquit sunt, per quæ vos ad me ingredi oportet, & per quæ ad vos egressus est amor meus. Portę apertę per quas vos in cælum ingredi oportet. Portæ aperte per quas clausæ sunt inferi portæ. Hę sunt quas regius Propheta sibi aperiri petebat dicens; Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino. Si Psaltes ausus est dicere, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate; quid dixisset si ambas manus apertas vidisset? Dum esset Christus in mũdo, ore suo loquebatur. Aperiens, inquit Matthęus, os suũ, docebat discipulos suos dicẽs; Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum: beati mites, beati misericordes &c: at in cruce moriens, non solo ore loquebatur: Non vnum tantum os habebat sed multa ora. Totvidelicet, quot mẽbra. Pedes loquebantur, oculi & manus. Lingua dixit, sitio, os dixit, pater ignosce illis &c. oculi respexerunt matrem, & dilectum discipulum Ioannẽ, dicẽtes; Mulier ecce filius tuus: & discipulo; Ecce mater tua. Manus dixerunt In manibus meis descripsite. Pedes dixerunt; Quam pulchri sunt pedes euangelizantium pacem. Caput spinis oppletũ clamabat, dicens, Caput meũ doleo, caput meum doleo. Tandem, vt semel finiamus, Christus totus erat vox, vocans omnes ad fidei & Euangelij obedientiam nedum vnam nationem. Non solum in vna regione, non in vna mundi parte: in Asia, Afftica, aut Europa, sed in toto orbe, & in omnibus hominibus, Si locum queris vnde vocauit, dicimus. Ex stabulo pastores, & reges: ex templo sacerdotes, ex gymnasio legis doctores, ex mari Apostolos, ex Theloneario Matthæũ, de lupanari (secũdum Chrysostomũ) Magdalenam, de cruce latronem, de cęlo vocauit nostrum Paulum dicẽs; Saule, Saule, quid me persequeris?

Christus non habet præclusa sua foramina sed aperta.

Pſal. 117.

Pſal. 103.

Matt. 5.

Ioan. 19.

Ioan. 19. Pſalm. 49.

Ad Romanos

4. Regum. 4.

Luc. 2.

Act. 9.

Hęc dicta sint partim ad literam, partim ad christiani pectoris consolationem. Aliquantisper enim sacrarum literarũ explanationẽ diuertere se à literra, ad spiritum, nemo qui de ea gustare vult reprehendere debet. Colligamus igitur, ad Paulum reuertentes & dicamus eum loquutum fuisse non de vna dumtaxat Gentilitatis natione, sed de omnibus mũdi nationibus. Allusit ipse ad verbum Christi iubentis alijs Apostolis, Prędicate inquit, Euangelium omni creaturę. Idẽ enim pollet in omnibus gentibus, & omni creaturę. Et istud, vt fieret, æquum erat. Nam sicut in obedientię primi hominis participes fuerunt omnes homines, ita iustum erat vt in obedientia secundi omnes communicarent. Communicatio autem ista per fidem fit. Et ideo obedientia fidei latissime patere debebat, & non coarctari ad vnum tantum populum. Nam tunc in plures abundasset delictum, quam Christi donum.

Marci. vlt.

Sequitur.

Pro nomine eius.

VAtij sunt interpretes de intelligẽtia horum verborum. Et primo circa prępositionem illam, P R O, & deinde circa sensum verborum horum. Quod ad prępositionem attinet qui Beatum Ambrosium sequũtur, existimant mutandam esse in aliam, scilicet in præpositionem de, vel super. Huius mutationis occasio fortassis fuit varia significatio vocabuli græci, quod anceps est ad has tres prepositiones, scilicet pro, in, & super. Interpres editionis vulgatæ maluit dicere pro, quam in, vel super. Quod si fecerit aliqua speciali motus ratione, nos latet. Non multum refert. Nam quacunque apposita præpositione, siue in, siue super, sensus verus colligitur, di

D. Amb.

uer-

uetsus tamen. Si nam q; legamus pro nomine eius, sensus est accepimus nos Apostoli gratiam & apostolatum hoc est munus prædicandi in omnibus gentibus, vt obediant hon ines fi dei, quæ fides est de nomine Iesu. Sic explicatur materies fidei, quę est nomen Iesu Christi. Et in hanc sententiã descendunt Augustinus, & Chrysosto mus. Si autem præpositio pro dicat non causam materialem, sed finalem, tunc sensus est, pro nomine, hoc est ad gloriam nominis Iesu Christi. Quasi dicat, non ad gloriam nostrã, quia non prędicamus nosmetipsos, sed Iesum Christum. Deinde ad alium sensum torquent Ambrosius & Hieronymus, vt pro nomine idẽ valeat quod pro vice illius, quasi legati Christi. Apostoli legati Christi fuerunt in prędicatione Euangelij. illos Christus delegauit, sicque Paulus confessus est pro se & aliorum Apostolorum persona dicens, Legatione pro Christo fungimur. Hanc explicationem aliqui improbant, dicentes hanc periodum iuxta hanc expositionem non quadrare & coherere cum illis verbis, per quem accepimus gratiam & Apostolatum. Quod nobis non videtur verum. Nam si loco, apostolatum, dicamus legationem, vt multi volunt, bene quadrant dicendo, per quem eum gratia accepimus legationẽ pro eius nomine hoc est vice eius, alludendo ad illud quod iam Paulus 2. ad Corinthios cap. 5. dixerat, scilicet legatione se fungi pro Christo. Et sic optima est adaptatio. Quare nos tum propter multorum interpretum doctrinam qui sic explicant, rum etiam quia non videmus aliquam harum trium explanationum Pauli menti esse contrariam, omnes has tres absque repugnãtia amplectimur. Cęterum inter eas quæ sit magis germana, aliorum sit iudicium. Si quis tamen esse vellet tã importunus lector, & tantum vrgeat quo ei dicamus de hac re nostram opinionem, tunc quasi coacti responderemus, nobis illam magis placere quę istud referr ad gloriam & exaltationem nominis Iesu Christi. Nam huius nominis exaltatio, tunc temporis neeessaria erat, quæ neeessitas fortassis si non coegit, forsan vehementer ineitauit (vt trinitatis tribus nominibus tacitis, & relictis) ipsi Apostoli conferrẽt sacrum baptisma in nomine Iesu Christi. Quod modo vbi iam celebrius multo nomẽ Iesu habetur (Deo sit gratia) credimus iam non licere. Contendere autem quod si fieret, an esset baptismus nec ne, examiner, discuriat, disputet & controuertat schola theologorum scholasticorum. Nos nostri instituti nõ immemores, interpretem agimus, & non (saltim ex instituto) scholam docemus. Quod modo tamen se se offert est, docendum esse lectorem, vt ex his Pauli verbis decerpat & colligat alterum finem in quem dẽstinata est euangelica prędicatio. Hæc quidem functio non vno tantum fine est contenta, sed geminum habet scopum, quorum alter est obedientia fidei & Euangelij, alter vero vt nomen Iesu Christi super omne aliud nomẽ extollatur, exalteturque. De priori fine iam dixerat Paulus, nũc in istis verbis, scilicet pro nomine eius, alterum finem aperit & ostendit. Illum quidem finem prius est aggressus dicere, quo nos doceret istum esse omnium vltimum, qui etsi prior intentione esse debet, exequutione tamẽ posterior est. Adde tu etiam quod dictum de obedientia fidei potius ad nostram vtilitatem faciebat. Ex obedientia enim fidei, nos sumus qui teportamus commodum. Deo autem nihil vtilitatis aduenit siue credam⁹ siue nõ credam⁹. Neq; obstat quod scriptũ est scilicet omnia propter semet ipsũ operat⁹ est Dominus. Nã particula propter nõ insinuat cõmodũ & fructũ, sed aliud, in operib⁹. n. quę De⁹ nostri gratia operatur, duo est cõsiderare alte-

Fides de nomine Iesu est.

Aug. & Chri.

Amb. & Hie.

2. Corin. 5.

Act. 16.

Prouer. 16.

alterum est operis fructus & vtilitas, alterum est gloria Dei. Illud prius in nos intrat totũ. Nihil seruat sibi Deus. Nec
Psal. 15. marum. Bonorum enim nostrorum non indiget. At secundum, totum est
Isai 42. Dei. Gloriam inquit meam, alteri non dabo. Mihi asseruo, mea volo vt sit tota, Eleganti ssimè noster Paulus istud penetrauit tam hic quam alibi, quando dixit. Siue comedatis, siue bibatis,
1. Corin. 10. omnia (nota verbum omnia) in gloriam inquit Dei facite. Quid est omnia in gloriam Dei facere, nisi pro ei⁹ gloria omnia facere? Non pro nostra, quæ inanis & vana est. Quod illic dixit Paulus in vniuersum, hic adaptauit
M & faciendum esse voluit etiam in prædicatione Euangelij. Quasi diceret. Dent operam qui tali functione vtũtur, adducentes homines ad obedientiam Euangelij & fidei, vt hoc fiat pro nomine eius scilicet Christi. Ac si apertè dixisset Non enuncietur, nec prædicetur Christi Euangelium lucri causa aut laudis humanæ, vel alicuius alterius temporalis commodi gratia, sed fiat pro nomine eius id est pro gloria nominis Christi. Hic debet esse scopus &
Apostro. finis vltimus. Arrigant hic aures, & audiant hoc concionatores nostri temporis (quod non absq; magno nostri cordis dolore scribimus) audiant & contremiscant, ne hæc verba Pauli illos feriant. Ex his enim verbis intelligere poterunt qualem mentem & animum habere debeant, quando ad tale munus exercendum accinguntur. Non enim mittuntur à Deo ad terrena lucranda, nec destinantur vt quærant quæ sua sunt sed quæ ipsius sunt Iesuchristi. Duo præcipua, exaltatio scilicet sui nominis, & nostra salus est. Hos duos sibi proponere debet finis; qui vocatur ad tale munus exercendum. Audiant Paulum dicentem, non
2. Co. 12. quæro vestra, sed vos. Indignus sane est tali officio, quihos non habet fines, Reuera suo abutitur munere. Memor esse debet se gratis accepisse & nulla data mercede, quæ ipse in alios diffundit & elargitur. Quod gratis Dominus dedit, & gratis dare iubet, non debet seruus pro mercede vendere aut distribuere, sed gratis donate. Sed proh dolor! quam altera est in hac nostra infœlici ætate multorum Intentio (& vnà sola esset intentio.) Nunquid non videmus aliquos prædicatores (dicemus aptius quæstores) qui nisi proposita sibi mercede & interuenire pacto, si ad vineam Domini colendam
Matt. 20. vocantur, ire nolunt? Quasi eum Iuda illo auaro dicentes; Quid vultis mihi dare si euangelizauero vobis? Quæ sors mihi erit? Quid lucraturus sum? Paciscamur prius, quàm dem vobis verbum. Scire enim volo quid lucri mihi eueniet. Tot tantaque ego lucrari soli tus sum, tali in loco elapso anno centum aureos lucratus sum. &c. O verba fœdaiosa! ò verba nefanda! Si lucratus es tot & tanta, animam tamen perdidisti. Quid quæso profuit tibi etiam si vniuersum mundi thesaurum esses lu
Matt. 16. crat⁹, si anima tua detrimẽtũ & magnum passa est? Lucratus es aurum & argentum, & Demones lucrati sunt aurum, id est animam tuam, & argentum hoc est corpus tuum. Extendi posset hæc animaduersio & merito formari maior & acrior reprehensio in tales concionatores auaritiæ deditos, nisi scirem⁹ istud pot⁹ esse officiũ eõciona toris, quã inter prætis siue glossatoris Rogam⁹ tamen illos (si qui nũ tales sint) per viscera Iesu Chri. vt puro animo, S. Syncero, cẽstiano & apostolico predicationis Aposto. officiũ exerceãt & præstẽt, mercedẽ receepturi à Domino Iesu Cẽsto, pro cui⁹ nominis gloria institutũ est in Eccle. huiusmodi mun⁹. Quod vt digne præstare possit duo sũt eis maxime cutãda, alterum vt sancti sint, conscientiam & vitã bonam à læthali crimine liberam habentes, & alterum vt auaritiam & quæstum

O destina

detestentur, abominentur, & vt pestē fugiant. Recordentur hanc functionem esse rem sacram & spiritualem, quæ non nisi à sacratis viris exerceri debeat. Quod si à peccatoribus aliquā do fiat, non tamen absque mortali crimine, vt alliqui theologi pro explorato habent. Nam rem sacram immundi & maculati exercent. Ptius namq; ille sanctus egrægiusque concionator Dauid, dicebat; Cor mundum crea in me Deus, & postea aiebat; Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Fortassis causa cur tam pauci hodie conuertuntur impij, est quia cō cionatores (nō de omnibus dico) non habent cor mundum à peccatis & à lucris. Sicut namq; cor maculatur ab alijs peccatis, ita à concupiscentia bonorū terrenorum. Vnde peccato obnoxius est qui predicat intendens & oculum habens ad aliquid terrenum, sicut decisum est apud theologos. Nā siue sit pastor (qui iure tenetur ad hoc munus) siue sit alius qui debito non tenetur, quicunq; sit ille, gratis hoc munus exercere debet. Et si quis nobis dicat; Ego gratis prædico: pecunias enim non recipio: bene habet, sed cedo accipis ne pannū, aut aliud simile quod pecunia estimabile sit? Dicis: Maximé. Dicimus tibi quod Christus dixit, date gratis: quibus verbis non solum intendebat gratis dari, quod sine pecunia datur, sed gratis hoc est sine lucro & sine cōpensatione rei terrenæ. Nostra tamen mens non est per hæc velle priuare concionatores illo iure quod ipsi habent ad suum victum vestitumq. quibus habitis, contenti esse debent vt noster docet Apostolus. Neque ipse tam durus esse debuit erga prædicatores Euangelicos, vt constringeret illos suis sumptibus tale exercere munus. Quis inquit plantat vineam, & de fructu eius non edit? Et quis pascit gregem & de lacte gregis non manducat? Si nos vobis spiritualia seminamus, est ne magnum si carnalia vestra metamus? Et qui altario deseruiunt, non ne de altario participare debent? Ita inquit Paulus, Dominus ordinauit ijs qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ordinauit quidem Dominus dicens; Dignus est operarius cibo suo, & mercede sua. Paulus nihil horū vsus est, sed gratis prædicauit, ne christianis oneri esset. Obseruent Prædicatores verbum viuere: non dicit discescere. Non laurè & oppiparè de Euāgelio viuere. Mediocris namq; victus & cibus sufficere debet christianis prædicatoribus. sicut enim vestitus nimiè curiosus dedecet Apostolicum concionatorem, ita mensa lauta & oppipara. Magnus ille concionator Ioannes Baptista commendatus fuit à Christo tam in victu quam in vestitu. Dent operam huius temporis aliqui predicatores in his duobus, vt si non sunt digni laudari, saltim se dignos faciant ne veniant vituperādi. In omnibus enim exemplo esse debēt suis audiroribus. Fiet autē istud si in omnib⁹ imitati fuerint Apostolum nostrum Paulum.

Psal. 50.

1. ad Tim. 6

1. Cor. 9.

Mat. 10.

Manhæi. 11.

Allusio ad prædicatores.

Allusio.

CVrent diligenter verbi Dei præcones in quotidianis suis concionibus, Dei laudem & gloriam semper præ oculis habere, & non anhelent ad terrena, si fructum agere pretendunt. Secus si sua quærant & non quę Christi sunt, oleum & operam perdent. Nō enim sūt veri prædicatores qui relicto Christo semetipsos predicāt, & rebus caducis inhiāt. Qui tales sunt, ab ecclesia expellēdi essēt, non secus quam illi qui à Christo flagello proiecti fuere. Lucris enim illi intendebāt. Videmus enim hodie magnam & copiosam in Ecclesia Prædicatorum multitudinem sed heu, videmus fructum exiguum. Verè dicere possumus; Multiplicasti genres, sed non magnificasti lætiam. Olim quando messis erat multa & operarij pauci, fructus apparebat mul-

Ioan. 2.

Isaiæ 9.

Luc 10.

multus: nunc quando pro vna messe multi & plures sunt messores, modicus consurgit fructus. Bene est quód Ecclesia plures habeat prædicatores, nec hoc improbamus: at optaremus vel maxime, vt esset illorũ aliquis delectus, vt solũ essent ij, qui ad talem functionem tam quam digni vocati sunt. Multi enim indies seingerunt, & de repente à rure adambonem per saltum ascendunt. Videant hoc & prouideãt illi quorum interest. Ad tantũ enim munus turpe est vt pateat aditus & via omnibus volentibus.

Sequitur.

In quibus estis & vos vocati Iesu Christi.

Quare dicat Paulus inquibus estis & vos vocati,

DEmonstrata sui apostolatus extensione quæ se porrigebat ad omnes mundi nationes, descendit Apostolus & conuertit suum sermonem ad Romanos dicens. *In quibus estis & vos vocati, &c.* Q.D. Et vos quoque comprehensi estis & de numero illorum recensiti & descripti. Sed mox se offert scrupulus circa hanc intelligentiam. Si Paulus dixit eius apostolatum & Euangelium se extendisse ad omnes mundi creaturas, iam liquido constabat & Romanos comprehensos esse. Nihil igitur opus erat addere hæc verba. Vulgo dicitur qui totum dicit, nihil excludit. Sub illis verbis in omnibus gentibus, non poterant nõ comprehendi Romani. Nulla igitur necessitas erat ponẽdi hęc verba. Respondemus. Hic scrupulus ortum habet ex hoc quod à nobis nõ solis, sed ab alijs multis dictum est, quod sermo Pauli illic erat latissimus, & ad omnẽ creaturam se extendebat. Cuius dicti non nos penitet. Neq; ob istum scrupulum recantabimus palinodiã. Omnia bene habebunt, & scrupulus euacuabitur per ea quę dicemus. Intelligat auditor quod ille prior sermo Pauli nimium vniuersus erat, per quem apostolus non magis vnius quam alterius nationis captauerat beneuolentiam. Sed in vniuersum dixit, omnibus factum fuisse illud beneficium: nunc autem quia destinauerat hanc epistolam Romanis illorum specialiter mentionem facere voluit, vt captarer ipsorũ gratiam & beneuolentiam. Ideo conuertit ad illos sermonẽ suum, & quod dixerat in communi, adaptauit illis in particulari. Vnde non sumus opinionis illorum, qui asserunt Paulum dixisse hæc verba in Romanorũ deiectionem & vituperium. Imo hoc fecit, vt doctrinæ rectam methodum seruaret. Recta siquidem methodus exigit, vt de vna eademque re semper præcedat generalis consideratio, quam sequi debet postea specialis. Dices. Sed hoc præcauere debebat Apostolus, ne daret occasionem Romanis extollendi se super alias nationes. Respondemus nullam fuisse à Paulo per hoc datam occasionem. Quoniam istud non erat illorum dumtaxat prærogatiua, sed etiam aliorum. Extollentia etenim oriri solet ex eo quod singulare quidẽ & peculiare est alicui. Cum igitur vocationis donum non esset Romanis solis proprium, inde illi non poterant ansã extollendi se sumere, sed tantum intelligere poterant se non fuisse exclusos, quinimo inclusos in illo beneficio. Et hac de causa Paulus conuertit ad illos sermonem suum. Alter scrupulus.

Respon

Vnde extollentia,

Vulgare dictum,

Solutio cuiusdam obiectionis.

In quibus estis & vos, &c. Honorasset magis Apostolus Romanos, si dixisset cum eis alias gentes adnumeratas esse. Nam maiores non debent adnumerari cũ minoribus, sed viceversa. Cum igitur Romani essent primatum tenentes, non erant ipsi annumerãdi cum alijs, sed alij cum ipsis. Et tamen

Pau

Paulus dicit; *In quibus estis & vos, &c.* Videtur hic Paulus æquare Romanos cum alijs gentibus. Reuera cogit nos hic locus, vt dicamus Paulum facere Romanos pares cum cęteris gentibus. Neque istud sibi vitio & culpæ dari debet. Nam fecit Deus pares seruos cum dominis, non in temporalibus bonis (in quibus magna est differentio) sed in bonis spiritualibus. Cõmunia sunt omnia seruis & liberis, paruis & magnis, diuitibus & pauperibus. In dilectione, invocatione, in redemptione, & in Euangelio, & in reliquis alijs huiusmodi donis, non est Gẽtilis nec Iudæus, seruus & liber, circuncisio & præputium, sed omnia in omnibus Christus. Et ideo cum Paulus loquere tur in dono Euangelij in quo omnes homines pares sunt (commune est enim Euangelium) absque nota Paulus potuit æquare Romanos cum cęteris cum in hoc paris honoris & dignitatis sint omnes homines. Quod si dicas, in mundo semper solent præ alijs ho norari magis, qui genere & sanguine sunt illustriores. Non negamus. Mundus enim cæcus, & dux cęcorum. Alias leges habet mũdus, alias Christus. Paulus Christi leges sequitur, nõ alias. Mũdus blandulus est, magnorum adulator. Paulus verò ab omni adulatione semper alienus fuit, vt ipse. 1. ad Thessalo. cap. 2. dicit. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, vt scitis. Ideo Paulus ne videretur adulari illis, nihil magis voluit tribuere Romanis, quam cæteris nationibus. Ideo dicit illos vocatos fuisse sicut & alios. Secundo etiam hoc fecit Paulus, vt intelligerent Romani illud beneficium habuisse, non suis meritis, sed à Deo qui vocauit illos ad fidem saltim interius. Et idcirco eos debere ferre acceptum non sibi ipsis, sed Deo, qui fuit largitor. Iam expeditis his duobus scrupulis, ad explanandum hunc textum iuxta literam nos conuertimus, dicentes

Roma. 10.

Matth. 23.

1 Thess. 2.

Paulum hoc loco incipere aperire illas personas quibus scribebat hanc tã celebrem epistolam. Iuxta namq; qualitatem personarum quibus scribim⁹, oportet esse epistolas, vt illis magis gratæ magisq; sint acceptæ. Cum amicis & familiaribus per epistolas etiam interdum iocari solemus, at cum magistratibus & personis grauitate præditis, serio & de rebus magni momenti loqui & scribere in more est. Profecto si rerum de quibus Paulus Romanis scripsit, rationem haberevolumus, facili negotio comperiemus quanti fecerit Paulus Romanos, scribens eis hanc epistolam, quæ & sensuum profunditate, & sententiarum grauitate, cæteras alias excellit & superat. Neq; obstat quód in omnibus epistolis eundem habuerit scopũ & finem, sicut supra diximus, nimirum gratiam Dei & Iesu Christi: in hac tamen epistola sacramenta maiora & mysteria excellẽtiora pertractat. Quo nomine merito & primatũ & primum locũ sortita est inter omnes. Dicit ergo Paulus. *In quibus estis & vos, &c.* Emphasim habet verbũ & vos. Hic punctum fieri volunt nõnulli, ita vt sensus sit. In omnibus gẽtibus, ideſt inter quas estis & vos vocati, recẽsiti, & accersiti. Alij vero pũctum asserunt esse faciendũ vlterius, in dictione scilicet Iesu Christi. Et tũc varius potest esse sensus huius literæ. Nã si Iesu Christi est genitiui casus, sensus est, in quibus estis vos vocati Iesu Christi, ideſt à Iesu Christo. Si vero Iesu Christi sit nominandi casus, sensus est Iesu Christi, hoc est vocatione dicti estis christiani. Neq; hęc explanatio alicui videarur dura, & à Pauli mente prorsus aliena. Nam in more est discipulorum, nominare se nomine suorũ prœceptorum & magistrorũ: iuxta quã cõsuetudinem in scholis Philosophorũ quosdam dicimus Platonicos, & alios Aristotelicos; & in schola rheologorũ nõnullos Thomistas, alios vero Scoti-

Scotistas: & hoc fit,propterea quod horum vel illorum tuerunt discipuli, & professi doctrinam illorum. Sic cũ Romani nomina dedissent(& satis libenter)Christo, & suam doctrinam essent professi,non incongrue Paulus accommodans se cõsuetudini,appellauit Romanos Iesus Christos,hoc erat veros Christi discipulos & christianos.

Actor, 11.

Antiochia namq;(vt Apostolorũ acta narrant)primum nomẽ quod Christi discipulis dedit,fuit christianus: & sic appellati fuerũt christiani.Nomẽ profecto illustrius quocunq; alio, de quo nos magis gloriari deberemus. Quid sunt Guzmani,& Mendoçe:quid Gothi,si non sunt vere christiani? Sane nũquam nobis placuit mos ille cõcionatorũ a liquorũ qui suos auditores prius appellant illustres, & deinde christianos:ordo sane non tantũ inuersus,sed reuera peruersus. Vnde sunt, dicito,illustriores,nisi eo quo sunt christianiores? Illustratio siquidẽ à christianismo venit. Vnde dicere deberent,christianũ auditoriũ,& ideo illustre. Hic esset verus & christianus salutandi modus in concionibus.Sed quid christianus est,si non sit sicut nomẽ & res? Is titulo & nomine tenus dici debet christianus.Ex christianis partim veri,partim pseudo christiani sunt.Qui mali sunt, deteriores paganis & Iudæis inueniũtur. Atqui christianum vocari,& non esse,quid prodest? Nulli sufficit christiani nomen habere,si opera non habeat Qui Christianus solo nomine est Samaritanis similis est,qui Christo solo nomine credebant.Qui verus haberi & esse cupit christianus,Christo corda,voces det,& opera,alioqui de illorum numero erit, de quorum Christus dixit. Populus hic labijs me honorat,cor autem illorum longe est à me. Dicamus igitur Paulũ appellasse Romanos nomine Iesu Christi,eo quód veré christiani essent,& Christo fidem dedissent.Fortassis si in vsu fuisset tunc nomen Iesuita,illos Iesuitas appellasset.Non admonemus hic vocabulum illud vocati,non esse participiũ plurale,sed nomẽ,tum ex eo quod satis cõstat,tũ etiam quod vix est vnus interpretũ,qui id nó admonuerit. Noster Caietanus,qui non segnẽ de vocabulis & dictionibus curã habuit, diligẽter hoc admonet,sicut etiã admonuit in principio,quãdo Paulus dixit se vocatum fuisse Apostolũ.Nõ sunt hęc pro nihilo habenda,ei maxime qui ex professo intendit verbatim expendere literã Pauli Quod vero ipse dicit, scilicet particulas illas duas, Iesu Christi, non pertinere ad istam periodũ sed ad aliam scilicet ad obediendũ fidei Iesu Christi. Tametsi hic sensus bonus sit, tamẽ nos ignoramus an à doctis fuerit approbatus. Sed nihil refert,quoniam istud non ex determinata & certa dixit mente: quod coniecturamus ex eo, quód apposuit particulam illam,forte.Communis tamen & fermè omnium sentẽtia est,vt verba illa sint coniungenda cum secunda clausula, vt iacent in nostra versione.

Caietan

Vnde veniat illustratio.

Ma,tus.

Sequitur.

Omnibus qui sunt Romæ,dilectis Dei,vocatis sanctis.

QVã late pateat Pauli amor & affectus erga Romanos,ostendit hic Apostolus,qui nõ ad reges tantũ,principes,magnates,magistratus atq; præfectos se diffundebat,sed in discriminatim effluebat ad omnes,nedũ Romanos,sed ad Romæ existentes, siue essent Romani siue alienigenæ,& peregrini. Roma namque semper fuit hospitiũ peregrinorum,& multarum gentium. Alienigenas & extraneas nationes,voluit Paulus facere participes suæ epistolæ, tametsi ex primo instituto scripta fuerit pro instruendis,docendis que Romanis. Sed quoniam boni condicio talis est, vt quo magis diffunditur, eo perfectius efficiatur, noluit paulus à tanto bono excludere

Hic ostenditur amor Paulus erga Romanos.

Roma omnium cõmune hospitium.

Qualis sit boni conditio & natura.

dere quemquam qui Romę esset de gens.siue esset Romanus, siue non dū modo Romæ existeret,ibique vitam duceret.Ad omnes istos destinat suā epistolam.Et ideo non dixit, Omnibus Romanis,sed omnibus existentibus Romę.Ex his palam fiunt personæ quibus Paulus scribebat.Sicque ex illis tribus quæ solent fieri in scribendis epistolis hoc loco tertium ostē dit Paulus.Namque postquam declarauit personam scribentem, cum suis qualitatibus,quæ erat ipsemet,& materiam epistolę, scilicet Euangelium Iesu Christi,etiā cum suis conditionibus:restabat ei tractandum tertiū scilicet persona cui mittebatur epistola quę modo describitur, etiam cū suis epithetis & atributis.Sunt autem personæ,illæ quæ existebant Romę,omnibus inquit qui sunt Romæ.non magistratui tantum,non primoribus,sed omnibus.Porro quod ad literam attinet huius loci,approbāt nōnulli aliā lectionē magis,scilicet,omnibus qui estis Romæ in secūda persona,& nō in tertia,vt sermo iste alteri respondeat, quando dixit, in quibus estis &vos vocati &c.Nos malumus sequi nostram vsitatam lectionem,in qua Paulus loquitur per tertiam personam.Neque forsan absque rationabili causa.Nam in hoc Paulus voluit iam receptam cō suetudinem illorum seruare, qui scribūt epistolas:quibus semper iste mos fuit,vt persona ad quam mittitur epistola , non sit in secunda , sed in tertia persona dicendo,Hieronymus Augustino salutem dicit. Sed de hac re non opus est nobis contendere, parum refert siue in secunda, siue in tertia persona dicamus esse factam hanc Pauli salutationem.Eodem enim tenore dit,Pauli que mens vna & eadem est, siue per secundam , siue per tertiam personam fiat : & quocunque modo dicatur, semper ostenditur quam lata & patens esset Pauli dilectio circa proximos suos,quod imitari deberēt qui alijs præsunt.Non enim tantū vtiles esse debemus domesticis, parentibus,amicis,& conciuibus, sed etiam alienis & extraneis bene facere (exemplo Pauli prouocati)debemus. Et citra delectum communicare quæ omnium concernunt salutem . Et pastores maxime Ecclesiæ &qui animarum curam habēt,permittere haud debēt, vt sint factiones inter suas oues & subditos, sed eas rescindere , sicut in hac salutatione significauit Paul⁹,quādo salutationē vnā cōmunē fecit Iudæis & gētib⁹,domesticis & alienigēis. Nā nō vno modo vnos,&alio alios salutauit.

Tria fieri solent in scribēdis epistolis

Allusit ad id quod ei dictū fuerat oportet te Romæ testificari.

Desenditur vulgata editio.

Paulus seruat consuetudinē receptam.

Quid imitari debent qui alijs præsunt.

Sequitur.

Dilectis Dei.

PRæterea Apostolus à donis gratuitis describit personas,ad quas destinata fuit sua epistola Tria attributa accōmodat & tribuit illis: primum est quód erāt dilecti Dei:secūdū vocati & tertiū sanctitribus ępithetis sedescribit Paul⁹ dicens se esse seruum Iesu Christi,& vocatū Apost. & segregatū in Euangeliū Dei:totidē quoq; describit illos quib⁹ scribit.Prim⁹ titulus est dilectis Dei. Non dicit diligentibus Deum,sed dilectis Dei.Dilectio siquidem Dei gemina est, altera actiua , & altera passiua.Actiua est illa qua Deus nos diligit: passiua qua ipse diligitur à nobis. Vtramuis aperuit Ioannes in sua canonica,quando dixit;Diligamus Deum,quoniam ipse prior dilexit nos.Quasi diceret. Deus diligatur à nobis vel hoc titulo,quod ipse prior dilexit nos.In diligēdo præuenit nos Deus.Ipse prior fuit , nos posteriores Semper namque causa (vt Philosophi autumant) debet esse suo effectu prior:dilectio Dei non promanat nec causatur á nostra sed è contra . Cęterū inter has duas dilectiones hoc est discrimē,quod Dei dilectio actiua causa est nostrę bonitatis. Diligere enim

1.Ioan.4.

aliud

aliud nihil est, quam velle bonum alicui. Nostrum autem velle alicui bonū, non facit quemquam bonum: non enim est tantæ efficaciæ. Et ideo nos ex rebus boni sumus nō propterea quia volumus. Dei autem voluntas cum sit causa rerum omnium, sola sua voluntate facere potest nos bonos. Et suum velle alicui bonū, ipsum reddit bonū. Est autem dilectio qua nos Deus diligit, prima radix & origo omniū bonorum nostrorum. Dilectis Dei, hoc est à Deo. Diligi autem à Deo, præstantius est quam nos eum diligere. Præstātius enim est Deus diligēs nos (ſi ita loqui licet) quam Deus dilectus a nobis. Nā sicut dare est præstantius quam accipere ita amare præstat amari. Amare enim actionē dicit, amari vero minime. Amantur enim etiā qui immeriti sunt, quos autē Deus amat & diligit sua dilectione, bene meritos facit. Fœlices erant Romani, si ita dilecti Dei erant. Præterire silentio in voto erat nostro quod quidam & non vulgaris nominis, dicunt quod nobis non paruā ingerit difficultatē. Est illud, vt mox dicamus, tale. Aiunt illi, quód Paulus non destinat hanc epistolam omnibus qui erant Romæ, sed tantum existentibus Romæ qui erant amici & dilecti Dei & vocati sancti. Omnes namque qui erant Romæ, non erant huius conditionis & status. Aliter frustra esset hęc Pauli personarū discretio. Et istæ duæ dicunt conditiones, discernunt personas quibus Paulus scribit, ab alijs etiam Romæ existentibus. Vnde aperte confiteri videntur, Paulum non destinasse suā epistolā nisi omnibus existentibus Dei dilectis & vocatis sanctis. Itaque istæ duæ conditiones restringunt verbum illud, omnibus existentibus Romæ, & coarctant. Hic est sensus huius loci á quibusdam excogitatus.

D. Tho. 1. p. q. 19. ar. 4.

Quem aliquando nós fortassis nimium literæ adhærentes, non aspernabamur, sed pauló altius & acutius hunc sensum scrutantes, aliquantulum durus visus est nobis & scrupulosus. Et hoc aliquot moti rationibus. Primó quidem si hanc expositionem sequamur, iam Paulus videretur habuisse respectum ad personas, in his quę sunt salutis, quæ communia debēt esse omnibus, & non tantum quibusdam & paucis. Paulus Euangelium mittebat ad illos, & commune fecit tam Gentibus quā Iudæis. Quomodo dicemus tantum restrictum esse ad illos solos amicos Dei & vocatos sanctos? Reuera hęc ratio nobis vim facit. Addimus alteram rationē. Paulus scripsit decē epistolas ad Ecclesias, vt retro dixim⁹, quarū vna est hæc ad Romanos. Eccle sia nonne cōstat tā ex electis dilectis & vocatis, quam ex alijs? Quomodo igitur limitāda est & coarctanda hæc epistola, vt dicatur scripta solum esse ad illas personas? Rursus si ad solas illas personas quæ erant dilectæ Dei & vocatæ sanctæ, scripsit, quomodo sciri poterant qui essent illi? Et sic forsan ansam dedisset Paulus discordiæ. Dixissent Iudæi eos esse dilectos Dei & sanctos, & sic non pertinere epistolā hanc ad gentiles. Dicere namque potuissent, de nobis, & non de vobis dixit Petrus, Vos estis gens sancta, regale sacerdotium, populus acquisitionis. Et illi contra prætendissent non ad Iudæos, sed ad se & pro se esse scriptam, eo quod Paulus qui mittebat, esset prædicator Gentilium specialis. Et sic volens Paulus sedare & pacem cō ponere inter illos duos populos, inie ciisset bellum. Quare (salua illorum reuerentia & honore) non videtur expositio illa esse ad mentem Pauli. Dicet modo aliquis pro illis. Si Paulus non discreuit hic inter personas existentes Romæ, & alios quibus scripsit: quorsum igitur adiecit Paulus hæc verba dicens, dilectis & vocatis sanctis? Ad hoc nostra interest sane respondere. Et sic paucis dicimus, apposita esse illa verba primó vt se benevolum redderet apud illas per-

1. Pet. 2.

sonas quibus scribebat. Solent namq; qui epistolas scribunt, commendare & titulis aliquot illustrare illos quibus scribunt. Et sic vocant magnificos, illustres, peritos, doctos egregios, ingenio pollentes, & de literis benemeritos, &c. Paulus nihil horum voluit dicere de illis, sed commendauit illos il lustrioribus titulis. Potuisset commendare Romanos in literatura, in peritia philosophiæ, de ingenij acumine, de sapientia, de prudentia, deque multis alijs rebus similibus, sed noluit facere Paulus, eó quod ista sapiunt & redolent nescio quid vanitatis & secularitatis. Sed considerauit in eis alia dona spiritualia longe præstantiora istis quæ erant dilectio Dei, vocatio & sanctitas. Et per hos titulos magis fuerunt commendatæ personæ quibus scribebat, & sua quoq; epistola eo quod non esset directa ad vulgares personas, sed ad eas quæ istis donis erant ornatæ & prædiræ. Ex his namq; tribus solet haberi commendatior epistola, scilicet ex scribente, ex negotio, & ex personis quibus mittitur. Addimus secundo dicentes idcirco addita fuisse hæc verba illis, omnibus qui sunt Romæ, fortassis propter gentes, quarum vocatio non erat ita manifesta sicut vocatio Iudæorum. Proinde voluit Paulus reddere illas certiores, quód dilectæ & vocatæ essent à Domino, vt etiam ipsæ essent sanctę. Omnibus enim dixit, sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Visus est hic aludere Apostolus ad illud Prophetæ Oseæ. Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam. Quibus verbis eleuauit Deus spem Gentilium, declarans eos esse participes promissionis sicut & Iudæos. Sicut enim Iudæi erant dilecti à Domino & vocati ad sanctitatem, ita etiam & gentes ad Euangelium & beatitudinem.

Leui. 19.

Oseæ. cap. 2.

Vocati sancti.

DIxerat ante dilectos Dei, nunc appellat illos sanctos. Neq; mirum, quoniam dilectio Dei non solet esse vana & ociosa. Quos enim Deus diligit, vocat ad sanctitatem. Sanctitas ipsa effectus est dilectionis Dei. Et ideo Paulus primó vocauit eos dilectos, & secundo sanctos. Non quod iam actu essent sancti, sed quia vocati essent ad sanctitatem. Quemadmodum religiosus non dicitur perfectus, sed vocatus ad statum perfectionis qualis est ipsa religio. Vnde fit vt religiosus non teneatur esse perfectus, sed tendere ad statum perfectionis. Sed dices forsan si illi actu non erant sancti, quomodo Paulus appellat illos sanctos? Res nõ debet nominari ab eo quod potest esse, sed ab eo quod actu est. Respondemus quod quemadmodum in scriptura non tantum nominantur beati illi qui iam adepti sunt vitam æternam, sed etiam illi qui sperant: sic duplex potest esse sanctitudo, vna in spe, & alia in re, & à qualibet potest aliquis dici sanctus. Quin potius quia Paulus nõ dixit illos nominatos & nuncupatos sanctos, hoc est in corde mũdos & puros, & immaculatos, sed tantum illos accersitos ad sanctitatem. Allusit ad illud quód alibi dixit, Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Et Paulo ante, hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. Hęc autem sanctificatio potissime fit per gratiam, & sacramenta. Vndé dicebat Paulus Corinthijs. Abluti estis, sanctificati estis. Aliter etiam dicere possimus (vt quidam dicunt) Paulũ appellasse illos vocatos sanctos, accommodans se cõsuetudini quæ erat in Ecclesia primitiua. In qua iste fuit mos, vt quotquot sacro baptismate initiandi tingebãtur, sine vllo discrimine sancti vocabãtur. Et ideo idem pollebant, fieri Christianum, & fieri sanctum. Nec iniuria quidem. Nam cum inter alia significata huius vocabuli sanctus, vnum sit significare hominem mundum, & qui baptiza-

Simile.

Thom. 22. de statibus q. 184 ar. 1. ad 3.

Respon.

Gemina sanctitudo.

1. Thessa. 4.

1. Cor. 6.

baptizatur mundus fiat ab omni labe & macula. In re appellari, & dici poterant sancti. Isto igitur digni erant antiquit⁹ titulo, qui suscipiebãt baptisma. Sed cur nunc hoc nomine non gaudemus? Nun quid præstantius erat eorum baptisma? Absit. Vna fides, & vnũ baptisma. Sed fortassis nostra culpa factum est istud, vt amitteremus tale & tam insigne nomen, quoniam nunc haud ei respondemus. Erant tunc illi insignes & nomine & re christiani, à quibus degenerauimus nos. Ideo iure priuati tali nomine. Quare nunc delatum est ad illos diuos qui iã ciues sunt in regno cælorum, & non hospites & aduenæ, sed domestici Dei. Isti vocari debent absolute sancti, qui in nostris necessitatibus à nobis peccatoribus iure inuocantur, inuitis illis delyris Lutheranis. Quod autem hodie vulgus quasdam mulierculas vocat sanctas, circa quas aliquãdo deceptus fuit mũdus (& forsan nunc decipitur) illud abusus est, qui veniret corrigendus & de medio tollendus. Neque propterhas inficiari intendimus omnino, in mundo hoc nostro aliquos esse viros sanctos, & mulieres. Sanctis inquit David qui sunt in terra eius. Sed quod volumus significare, illud est, vt nõ simus faciles ad credendum quibusdam mulierculis, quibus vtitur ille qui se trãsfigurat ad alios decipiendos, & deludendos. Recordemur multos per has mulierculas fuisse delusos. Arma sunt diaboli, Origene teste, & rete ad capiendas hominum animas. Quæ porrò bonæ sunt & reuera humiles, taciturnæ, & honestè & religiosè viuentes, saris illis esse debet si bonæ mulieres vocentur. Anna illa præclara inter mulieres vidua, quæ annos octogita quatuor permansit in viduitate sua, quæ non discedebat à templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die, non vocabatur sancta: & nũc (quod certe pudor est) mulierculæ quædam (quarum vix est vestigium sanctitatis) appellari debent sanctæ? Non permittant istud illi quibus incumbit, tollere debent à republica christiana hunc & alios abusus & etiam eradicare, si opus fuerit. Ne q-

Ad Ephes 4.

Ephes 2.

Pſalm 15.

2. Cor. 11.

Origc.

Lucæ. 2.

Occurritur obiectioni.

hic aliquis nobis obijciat (quod iure & merito in Ecclesia fit) in qua Ecclesiæ caput nempe Pontificem summum, Patrem sanctum vocamus, non absolute, sed Patrem sanctum. Quod ideo facimus, vt ipse memor sit & recorde tur cuius caput sit, & à quo positum, & cuius vice, vt sic accingat se & animetur ad maiorem sanctitatem, & ad illam quę maximé decet suum officiũ. Et secundo nostri gratia: qui tanto honore eũ in terris honorare debemus (etiamsi homo mortalis vt nos) vt nõ veniat in cõtemptum hominum, sed vt tamquam pastor totius Ecclesiæ catholicæ Romanæ veneretur, suscipiatur, & honoretur, contra illud quod faciunt illa membra Diaboli Lutherani, qui illum opprobrijs & blasphemijs lacerant vt canes rabidi, & feræ immanissimæ, de eo verba proferentes quæ aures omnes abhorrent, appellitãtes eum etiam antichristum. O quo modo non descendit ignis è coelo, & eos in carbones cõuertit? o terra quæ deglutisti Dathan & Abiron, cur non aperis os tuum, vt hos blasphemos absorbeas? o cete Ionæ quare non euomis Ionam, & in ventrem tuum ingurgitas istos sacrilegos? Caput suũ quod titulo sanctitatis honorare deberent, Antichristum vocant? Si Antichristus est: cum vos membra eius sitis, vestrũ caput erit. Insani & ebrij (non vino sed malitia) non attendunt quód dicunt. Os suum ponunt in coelum. Vos videbitis in die illa victima si est Antichristus. Vos estis Antichristus, qui iam incipitis eius opera facere. Concedat nobis hoc vna vice, benevolus & christianus lector, si noster calamus euagatus fuit fortassis plus solito & iusto. Occasione enim accepta, non potuimus in istos nebulones non excandescere paulisper. Alibi nos hanc prolixitatem

Numeri. 16.
Pſalm. 105.

Ionæ 2.

Pſalm 72.

fixitatem breuitate pensabimus.

Sequitur.

Gratia vobis & pax á Deo patre,& Domino nostro Iesu Christo.

NE amplius detineret Romanos(satis enim copiosé & abundãter hactenus disseruerat Paulus de his quæ pertinere poterant ad hanc salutationem)nunc coronidem ei imponit,dicens.Gratia vobis,&c.Supplere oportet hic,sit.Quasi diceret.Gratiam & pacem precor vobis. Vide lector animi Paulini erga Romanos candorem.Ex illo ardenti affectu & amore, quid effluere poterat nisi gratia & pax? Bonus homo de thesauro suo bono profert bona.Ex his donis quiuis agnosceet Pauli charitatem erga Romanos. Cognouerũt antea Romani se à Deo esse dilectos,agnoscãt & modo se dilectos esse à Paulo.Signum namq; dilectionis,exhibitio est operis. Verbis ostenderat Paulus flagrantissimum amorem Romanis, nunc donis illum confirmat.Non tantum diligit verbo, sed opere:Digna profecto est hæc epistola,quæ gratanter recipiatur, cuius initio gratia & pax lectoribus & receptoribus datur.Iam non poteritis, ó Romani,eam reijcere,à vobisq; pellere, nisi sitis tales qui gratia & pace vos indignos esse putetis.Si filij pacis sitis,requiesceet super vos epistola Pauli,quæ briuis est gratiæ & pacis. Qui offert gratiam, gratus debet esse vobis. Qui pacem impartitur,pacifice venit recipiendus. Quid igitur dicetis? Non habetis quod dicere possitis. Si aliquando inuisus & non gratus fuit, vt pote vos persequens:nunciam gratiam offert,Si olim inimicus vester erat,nunc amicus factus pacem offert, dicens,pax vobis sit. Digna igitur est eius epistola vt à vobis recipiatur.Pacificus est eius ingressus. Sed dices, noua forma hæc est salutandi,& gentibus,philosophis,& Rheroribus non assueta.Gratis fatemur,sed noli mirari.Noua epistola, nouus Apostolus, noua materies, nouam requirebant salutandi formam, vt omnia forent noua.Consulto Paulus reliquit illum salutandi modum, qui familiaris erat gentibus & ethnicis. Ad multum ille modus hæc verba continebat.Salutẽ, vel bene agere, vt patet in libris Machabæorum.Et in literis missiuis, quæ modo inter seculares circumferuntur,M.C. Attico salutem dicit.Bonum donum est salus corporis,& bene agere.sed multo maiora præcatur Paulus scilicet gratiam & pacem: primum & vltimum donum,in quibus etiam intelliguntur alia media dona. Non enim finis haberi potest absque medijs. Prius offert illis gratiam, deinde pacem. Gratiam illam quam prius ipse recepisse dixerat, quando dixit, per quem accepimus gratiam.Hanc prius precatur,& deinde pacem.Quoniam gratia est principium & fundamentũ. Imitatus est hoc loco peritum artificem,qui primo fundamẽtum ponit Domificator fundamentum cõstruit,deinde alia,donec perueniat ad tectum. Sic Paulus gratiam primo offert,eo quod sit fundamentum ædificij spiritualis,deinde pacem tamquã tectum huius ædificij. Conueniẽs fuit hæc forma salutandi Paulo, & ei familiaris.Quæ forma tametsi sit inusitata apud illos qui de sermonis nitore & politie verborum gloriantur, tamen nobis christianis in magno prætio habenda venit.Christiana sane salutatio & tanto Apostolo digna.Reuolue totam legem veterem,vsq; ad vltimum iota,non repeties nec talem nec similem. Nec mirum. Moses enim bona terræ promittebat, Paulus vero gratiã & pacem.Seruandus erat hic salutandi modus primo Christo, & secundo Paulo&Apostolis.Sed dices,Christus dixit suis Apostolis tantum precandã pacem

Matth.10.

2.Macha.1.

Simile.

Soluitur quæ dã obiectio.

pacem,& non dixit gratiam, videtur Paulus addere Euangelio & præcepto Christi, qui tantum dixit: in quamcunque domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui. Respondemus, Paulus non addit. Nam si aliud quid donat, in persona (inquit) Christi donaui vobis. Adiungit autem Paulus gratiam, vt insinuaret suarum epistolarum gratiam esse thesim. Potrò de his duobus donis, primo & vltimo, multa possemus dicere, maximè de gratia, quæ varias habet significationes. De quibus omnibus si nunc diceremus, prolixi essemus. Nunc simus contenti tantum scire de qua gratia loquatur hic. Nam iam in 3. cap. & inferius dabitur nobis occasio satis ampla, loquendi rursus de ea, & tunc totus eius ambitus discurretur. Modo pro huius literæ intelligentia, intelligat lector, Paulum Romanis præcari illam gratiam perquam iustificamur, quod magnũ donũ est, & quo Deo (vt verbis scholæ vtamur) formaliter grati sumus. Quæ vulgo dici solet gratia gratificãs. Eo quod illa nos gratificauit Christus Deo patri. Hæc est illa gratia qua iustificatur impius, & recipit peccatorum remissionem. Hæc sine præcedentibus meritis datur. Merentur namque impij pœnam non gratiam. Neq; gratia esset, sicut alibi Paulus dicit, nisi gratuitò & gratis daretur. Si ex debito, iã gratia (inquit Paulus) non esset gratia. Iam modo ex his intelligitur quid precatur Paulus Romanis, quando dixit; Gratia sit vobis, hoc est remissio peccatorum. Non tamen nos latet hunc locum à quibusdam aliter declarari. Vsurpant etenim vocabulum gratia in aliam significationem. Nempe pro fauore diuino, & non pro gratia gratum faciente. Fauorem autem diuinũ appellant illum, quo nobis Deus bene vult & cupit. Ponunt autem discrimen inter fauorem istum diuinum & gratiam gratificantem, quòd ille fauor habeat vicem causæ, & gratia gratificans effectus eius sit. Et persuadent istud accepta hac analogia a principibus secularibus. Apud quos solent homines pro suis amicis procurare gratiam coram illis, hoc est fauorem, vt omnia illis in vita sua prospere succedant. Sic Paulus quando dixit Romanis, sit vobis gratia, vel precor ego Paulus vobis gratiam, hoc voluit dicere: gratiam, hoc est fauorem. Et istum fauorem appellant primum donum & præcipuum omnis gratiæ quæ datur nobis. Et in hac significatione volunt accipi vocabulum gratia in Pauli salutationibus. Et deniq; istud hac ratione confirmant, dicentes quod si Paulus non loquitur de fauore isto, non præcaretur & optaret Romanis omne bonum: si autem accipiatur gratia pro fauore, omnia bona complexus est Apostolus. Hæc isti. Quæ an sint præferenda his quæ antea dicta sunt à nobis non debet relinqui nostro iudicio & censuræ. Committatur aliorum iudicio. Hoc vnum pro certo scimus, multo plures & antiquiores esse in priori sententia, cuius nisi fuisset prolixum, recensuissemus hic non paucos. Et vt vnum post beatum Ambrosium adducamus, beatum Thomam in priori opinione esse patet omni intuenti illum. Quod autem dicunt Paulum nõ optasse omnia dona Romanis si sermo sit de gratia gratum faciente, non existimamus (pace illorum dixerim) esse verum. Nam sicut Paulus in nomine pacis optauit illis omnia dona, & quæ sequuntur pacem, & quæ eam præcedunt sicut est gaudium, ex quo nascitur pax: ita per vocem gratia, optauit illis omnia dona quæ sequuntur ad gratiam gratificantem, & quæ antecedunt scilicet diuinum fauorem, ex quo emanat ipsa gratia gratificans. Nã nisi Deus isto fauore prosequeretur creaturam rationalem, nunquam daret ei gratiam gratificantem. Dices tamen; Ad minus hoc habetur, quòd gratia gratificans non sit primum & præstan

Luc. 10.

2. Corin. 2.

Simile.

De gratia iustificante & sanctificante loquitur hic Paulus.

D. Ambro. D. Thom.

Ad Roma. 11.

Ambros. et.

præstantius donum, sed illa gratia quę dicitur Dei fauor. Respondemus ad hoc, quód interpreres quando dicũt gratiam gratificantem esse primum donum, intelligunt de donis creatis. Illud autem donum quo Deus fauore aliquem prosequitur, non videtur esse aliud nisi ipsamet Dei benevola voluntas, quæ præsupponitur ad omnia dona, sicut etiam est de gratia Regis, vel Principis, quæ non est, nec ponit in nobis aliquid, nisi quando Rex excitatus abillo animo benevolo, impartitur nobis aliquid, & tunc qui recipiunt, dicũt se recepisse à Rege vel Principe gratiam. Nam quæso, quis potest agnoscere se esse in gratia Regis, nisi quando rex ei beneficia confert? Sic qui recipiunt à Deo beneficia, per ea bene agnoscunt se habere apud Deũ fauorem. Magister autem noster alter, nẽpe Tho. Caietanus, licet hic nihil nobis dicit de gratia, nisi quod est primum donum, tamen infra quando Paulus dixit, per quem accepimus gratiam & apostolatum, nomine gratiæ intellexit gratificantem. Et eandẽ quam ipse ante dixit, credimus nos hic ab Apostolo esse præcatam Romanis.

Card. Caie.

Et pax.

APostolus non contentus gratiæ dono (quod non vulgare est) aliud optat illis nempe pacis. Nec temere & superflue. Nulla quippe est boni possessio grata, iucunda & suauis sine pace. Pacem omnia optãt, sicut litem detestantur. Hæraclitus omnia voluit facta esse secundum litem, Paulus omnia optat fieri secundum pacem. Christus in mundum veniens, & à mundo recedens, mundo pacem cõtulit. Paulus vt eius seruus & discipulus, nullum vult cum Romanis habere negotium nisi prius eis præcata pace, dicens; Sit vobis pax mei Romani. Alluſit ad Christi præceptum quo suis Apostolis iussit in primo domus ingressu, pacem vt præcarentur, non tantum filijs pacis, sed etiam alijs qui oderunt pacem. Cuius fructus non in osores, sed in datores erat reuersurus. Reuertetur (inquit) ad vos pax exhibita, si respuerint illi eam. Q. D. non deperdetur non frustra erit, in vos ipsos redundabit. Porro quod tanta cura & diligentia Christus iussit fieri, non potest nõ esse importantissima res. Pax quippe omne bonum est. Pax data est à Paulo post gratiam. Quoniam sine gratia gratificante in nobis non est vera, sed tantum apparens pax. Gratia & pax non sunt idem. Pax est, quando animus sedatus est, & cupiditatibus terrenarum rerum non agitatur & commouetur. Pax non tanti fit a multis, quanti ipsa est. Cum pace multa vitia bellum habent. Pacis virtus & efficacia nunc non plene cognoscitur. Ad pacem itur per gratiam. Qui pacem non habet, boni nihil habet. Paulus non est præcatus Romanis pacem, quam homines inter sese habent, neque illam quam mundus confert, sed eam quam Christus abiens à mundo ei reliquit, dicens; Pacem meam relinquo vobis. Neque istam solam Paulus hoc loco optat (& si alibi obtinendam) sed illam quæ exuperat omnem sensum & intelligẽtias nostras, quam beati illi ciues in paradiso iam possident, & ea fruuntur, de qua Psalles cecinit dicens, Posuit fines tuos pacem. Christiana salutatio est gratia & pax. Accommodatissima Romanis litigãtibus de primatu: adaptanda quoque christianis seditiones habentibus. Sed à quo est petenda ista pax? Num ab hominibus? Nequaquam. Audiamus Paulum qui nos docet. A Deo, inquit patre nostro. Nostram fiduciam adaget Paulus, dicens non esse petendam ab hominibus, sed à Deo, qui nedum prompte dat, verum ad petendum nos inuitat dicens; Petite. Sed quid petemus? Quid? Petite pacem, & Deus

Luc. 10.

pax omne bonum.

D. Thom. 22 q. 29. ar. 3.

Ioan. 14.

Psalm. 147.

Ioan. 16.

pacis

pacis erit vobiscum. Nam in pace fa-
Ad Roma. 15. Psal. 75. ctus est locus eius. Ibi inuenitur Deus, in pace. O fœliciſſima pax, quæ ſecum ſemper Deū portat! Vbi pax ibi Deus, vbi Deus, ibi pax. Admirabile cōmercium habet Deus cū pace, & ipſa pax
Isaiæ. 9. cum Deo. Qui non modice gaudet appellari Deus pacis, imo á Propheta dictus est princeps pacis. Quem hic Paulus (niſi fallimur) tacite vocat patrem, pacis, eum dicit euenire pacem à Deo patre, & Domino noſtro. Cur non dabit igitur pater pacem filijs ſuis eam petētibus? Dabit haud dubié. Quisquę ſo deſperauit habere gratiam & pacē, ſi (vt deeet) petat, intelligens horum donorum authores eſſe Deum, & Ieſum Chriſtum? Negabit ne pater ſuis filijs, & frater ſuis germanis? Nemo iſtud credet. Docet ergo Paulus poſt quam impartitus est dona, authores illorum dicens. A Deo patre &c. Sed mox ſcire forſan cupiet lector, quid hoc loco patris nomine intelligere debeamus, an primam trinitatis perſonam, an totam trinitatem? Nec iſtud fruſtra quæritur. Nam quæ dantur diuinitus, a tota trinitate dari dicuntur & non ab vna ſola perſona, iuxta illud theologorum axioma, ſcilicet opera trinitatis ad extra fore indiuiſa, hoc est fieri à tribus diuinis perſonis & à tota trinitate. Cum igitur collatio horum donorum ſit opus ad extra, neceſſum est vt dicamus factum eſſe non ſolum à perſona patris. Hoc dubium volebamus ſicut & multa alia ad ſcholam remittere, eo quod eius diſſolutio vix fieri poteſt niſi hic aduocemus theologiam ſpeculatricem, cui in eum bit ex officio hunc & ſimiles nodos reuoluere & enodare: tamen ne ſic Pauli litera dubia & anceps remaneat, viſum est non eſſe extra rem de hoc dubio vel modicum dicere. Ecce dicimus. Qui ſunt in literis ſacris verſati, ſatis exploratum habēt quod hoc nomen pater, & hoc quoque nomē Deus, ſolent bifariam vſurpari. Primó nomen Deus accipitur aliquando vt eſt nomen naturę, aliquando quidem certe accipitur vt eſt nomen perſonæ. Sic nomen pater aliquando perſonaliter, hoc eſt pro propria patris perſona ſumitur, vt quando dicitur in nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti: aliquando vero pro tota trinitate, vt cum dicimus Pater noſter qui es in cœlis &c. Non enim ibi oramus Patrem ſolum, ſed totam trinitatem. Hoc iacto, quærimus nunc an cū Paulus dicit dona iſta eſſe à Deo patre tam quam ab authore eorum, patris nomine debeamus tantum vnam perſonā intelligere, puta primam, vel totam trinitatem? Quod non totam, illud ſuadet, quod iam meminit Paulus ſecūdæ perſonæ, quæ est Ieſus Chriſtus, dicens, & Domino noſtro Ieſu Chriſto. Quod totam intelligat Paulus trinitatem, ſuadet argumentum iam à nobis adductum de operibus externis. Itaq; vtrinque res hæc anceps eſſe videtur. ſi author vulgatæ editionis vertiſſet ſit à Deo patre, & Domini noſtri Ieſuchriſti, profecto noſtrum excuſaſſet laborem, quia tunc ſenſus eſſet, à Deo patre noſtro, & patre etiam Ieſu Chriſti. Non enim est niſi vnus pater Chriſti, & noſter, licet modo multum diuerſo. Nam Chriſti pater est per æternā generationē, noſter autem per adoptionem. Veruntamen quia noſter textus habet ſic, à Deo patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto, difficilius eſt intelligere quomodo Paulus loquatur de Deo patre. Secundum primam lectionē, reuera interpretari debemus nomen Dei patris perſonaliter. Si autem dicamus (vt dicendum eſſe credimus) ibi fieri mentionem totius trinitatis, eo quod dona quę Paulus præcatus est Romanis, emanant & profluunt non ſolum ab vna, vel duabus, ſed à tribus perſonis. Neque obſtat quód facta ſit mētio ipſius Chriſti perſonę. Mox enim dicemus quorſum ſit factum iſtud.

Sequi

Sequitur.

Domino nostro Iesu Christo.

Cur dixerit Pau Domino nostro Iesu Christo.

NOn dixit Paulus & Deo nostro Iesu Christo, sed patrem vocat Deū & Iesum Christum, Dominum nostrum. Quod nō fit absque mysterio & sacramento. Voluit Apostolus nullam dare occasionem, vt quis minus peritus putaret Patrē & Iesum duos esse Deos. Et ideo postquam attribuerat hoc nomen Deus Patri, noluit attribuere idem nomen Iesu Christo, sed appellauit illum alio nomine, scilicet Dominum. Neque proinde data est à Paulo ansa illis hæreticis qui dixerunt Christum non esse Deum. Nam per illa duo nomina, scilicet Dominū & Iesum: iam satis Paulus denotauit illum esse Deum. Noluit geminare nō men Deus, sed vocauit illum Dominū. Qui titulus ei competebat, nedum eo quod filius Dei esset & Deus, sed etiam ea parte qua homo factus est, Dominus noster erat. Qui suo sanguine prætiosissimo nos emerat. Vide & expende ingeniose lector Pauli artificiū videlicet quia Christū appellauit Dominum nostrum, illum non appellauit Deum, & quia Patrem dixit Deum non nominauit illum Dominum. Partitus enim est hęc duo nomina inter illas duas personas, ad tollendas illas occasiones, ne scilicet videretur dicere duos Deos, & duos Dominos, cum Pater & Christus Iesus non sint niſi vnus Deus, & vnus Dominus. Forsan Paulus alludere voluit ad illa verba Christi, ascendo ad patrem meū & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Patrem cum Deo combinauit, & Deum cum patre: sic Paulus hic dixit, à Deo patre. Sed quid dicemus de Spiritu sancto, de quo nulla hic fit à Paulo mentio? Ex hoc Pauli silentio Spiritus sancti, quidam inepte satis colligere voluerunt Spiritum sanctum non esse Deum, eo quod in elargitione donorum Paulus non fecit mentionem de eo, sed solūmodo de duabus personis, Patris & filij scilicet. Hęc ratio frigida & friuola satis est, & ab hominibus minus versatis in scriptura sacra adducta. Solet enim scriptura aliquando nominare Patrem, tacito filio, & Spiritum sanctum, tacitis patre & filio, neque propterea sequitur Spiritum sanctum tantum esse Deum, & nō alias personas. Et etiam si hic non fiat expressa mentio Spiritus sancti fit tamen implicita, vel illis duobus donis, vel in duabus personis expressis, quarum ipse est nexus. Neque necessaria erat hic expressa nominatio Spiritus sancti, sed tantum patris & Iesu Christi. Patris vt alluderet Paulus ad illud Iacobi, omne donum optimum & perfectum venire & fluere à patre luminum, & non ab hominibus. Et à Iesu Christo tamquam per mediatorem nostrum. Et etiam quia gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

Ioan. 20.

Iaco. ca. 1.

Ioan. 1.

Epilogus.

Recolligētes igitur hæc omnia quæ diximus pro explicatione salutationis epistolę Pau. in summa omnia veniūt in tria nempe in personam scribentis, qui sicut diximus semper binomius fuit, etsi non semper duplici nomine nuncupatus, sed interdum hoc, interdum alio vsus est. Dictęq; sunt rationes mutandi nominis in Paulo. De quo etiam manifestata est conditio suæ personæ, tum ex statu, tum ex officio Apostolatus quem non sibi arrogauit, sed Deo & Christo suo acceptū tulit, qui segregauit eū ad hoc vt portaret per mundi orbem Euangelium promissum in scripturis sanctis per Prophetas suos. Hæc & alia adnotatu digna dicta sunt de persona scribentis. Porrō de materia epistolę diximus esse fidem Iesu Christi, qui filius Dei & hominis est; hominis, quia ex semine Dauid secundum carnem: Dei, quia declaratus est talis ex resurrectione mor-

mortuorũ. Denique personæ ad quas scribebat, Romanos dixit, non tantum genere & patria, sed qui vrbem Roma nã habitabant, siue essent ciues, siue nõ Ex his igitur tribus constat salutatio Pauli, videlicet ex persona scribente, ex materia epistolæ, & ex personis ad quas missa est epistola. Et hæc dicta sufficiant. Quæ si multa tibi videntur pro titulo epistolæ, recole non tales esse epistolas Pauli, quales Ciceronis aut alterius, sed longe præstantiores.

Allusio de pace habenda etiam cum his qui eam oderunt.

Allusio. SI pax tantum bonum est, quid causæ est quod tam parui fit ab hominibus nostri temporis? Quãdo plura bella? quando maiores discordiæ? quando tam grandes lites? quando tam ingentes contentiones? quando tam frequentes clades? quando denique tot mortes? Vbi sunt qui quærunt pacem? omnes in ore habent, pax, pax, & non
Hie. 6. est pax. Filius surgit contra patrem, & frater fratrem tradit ad mortem. Dicis nobis, ego cupio pacem, sed non datur mihi. Non sunt qui eam velint. Pax & veritas hodie odio sunt hominibus. At habeto tu cum illis qui eam odiũt
Psal. 119. pacem, dicesque cum Propheta rege, Cum his qui oderunt pacem eram ego quoque pacificus. Dicis, vellem ipse, sed ipsi nolunt. Bene est, si non vales adminus non stet per te. Sis in animi præparatione cum omnibus pacificus Quod si nec hoc præstare vales, saltim tecum sis pacificus. Audi Augustinum
In sermo de verbis Do. in monte. superillud, Beati pacifici. Ait Augustinus, pacifici dicuntur qui in semetipsis pacem habentes, omnes animi sui motus componentes, & subijcientes rationi, carnalesque concupiscentias habentes edomitas, regnũ Dei fiunt: in quo ita ordinata sunt omnia, vt quod est in homine præcipuum imperet, cæteris reluctantibus quæ sunt nobis cum bestijs communia Et hæc est pax quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis. Voluntatem habeto bonam, & pax tecum erit.

TEXTVS.

Primum quidẽ gratias ago Deo meo, per Iesum Christum, pro omnibus vobis.

Exordium epistolæ. POst expeditam & explicatam salutationem, transit Apostolus ad exordiendam epistolam, cuius exordiũ secunda porro est huius epistolæ quę prima sui partitione in tres partes partita est, videlicet in salutationẽ, exor. & nar. exordit autẽ eam à gratiarũ actione dicens *Primũ quidẽ gratias ago Deo meo: &c.* Noua salutatio, & nouum epistolæ exordium. Nihil horum tamen culpa & vitio dignum, sed vtrunq. recte factum. Alij qui scribũt literas, & ad alios mittũt, pauci vel nulli à gratiarum actione auspicãtur. Paulo tamen sic sibi fieri beneuisum est, vt ante omnia Romanos gratitudinis virtutem doceret. Debuit ergo Paulus eis eius animum ostendere. Est autem huius virtutis materies ipsa gratiarum actio. Sed dicis. At gratiarum actio post recepta beneficia fieri solet. Religiosi, & qui tales non sunt (sed bene ad christianismum instructi) adsolent expedito & absoluto prandio vel cœna, in gratiarum actionem prorũpere. Res quidem iusta, & decens non tantum personas religiosas, sed omnes etiam Christicolas, qui non more bestiarum accedere & recedere, ad mensam debent, sed primo comedã da benedicere, & deinde pro comestis gratias Deo agere. Et sic è multis consurgit vnus omnium vice voce clara & alta sic intonat, dicens. Agimus tibi

gra-

gratias omnipotens Deus pro vniuersis beneficijs tuis. Quod si ante cibum absorptum diceret, profecto tui alijs esset. Non displicet quod Paulus gratias referat Deo, sed quod ab eis auspicetur epistolam. Nouus enim videtur hic esse modus. Si Paulus non antepo-
Respon. suisset beneficia Romanis à Deo patre collata, sine dubio aliomodo exorsus fuisset, non a gratijs. Verum cum iam proxime ostenderit duo & præcipua beneficia collata fuisse Romanis, ratio poscebat vt mox adiungeret gratiarũ actiones. Non enim tantum beneficijs actiones gratiarum debentur, verum etiam mox & statim exhiberi debent. Inter namq; beneficiorum receptionem & gratiarum actionem nulla debet remporis cadere morula. Vulgo dicitur, qui cito dat, bis dat. Dicamus nos, qui cito habet gratiã, bis dat. Gratiæ tardæ non sunt benefactori gratæ. Qui tardus est ad agendas gratias, oblitus videtur receptorum beneficiorum. Paulus nevideretur oblitus, mox prorumpit in gratiarum actiones, dicens. PRIMVM QVIDEM. Hoc est antequam aliud dicamus, gratias ago Deo meo. Q.d. premittamus istud. Sit hoc primum præludium: Vide Pauli artem. A gratia finierat salutationem, & á gratiarum actione exordium epistolæ inchoat, vt qualis fuit finis, tale esset & principium. Est autem gratiarũ
Quid sit gratiarũ actio. actio (vt pinguiMinerua eam depingamus) receptorum beneficiorum recẽs & perpetua recordatio, cum donatoris laude. Antidotũ est contra ingratitudinis morbum. Vnde ingratus ille iure dici potest, qui receptorum beneficiorum & datoris memoriam non
Ge. 40. & 41. habet. Qualis fuit Pincerna ille Pharaonis erga Ioſephum. Sed quorsum Paulus post tam copiosam salutationem immorabitur in his præludijs? Existimamus ea de causa esse factum, vt abundantiorem affectum ostenderet, non straretque quam beneuolo & candido animo esset erga Romanos. Et sic stat venetur in exordio illorum bene uolentiam ostendens suum studium & diligentiam suam. Sed attendat eruditus lector quod Paulus non dicit Romanis, agite vos gratias Deo, sed ego ago inquit. Qui recipiunt dona & beneficia, illi tenentur gratias agere. Romani receperũt, & Paulus agit gratias Quæ nouitas ista est? Paulus dedit illis gratiam & pacem, receperunt illi, & Paulus exhibet gratias? Qui confert, ad hoc nõ tenetur, sed qui recipit. Gratiarum actio, receptionis beneficiorũ est confessio & recognitio. Confiteri igitur debet ille qui recipit. Respondemus, Non solum Paulus candidũ animum & officium suum ostendere in exhibendis donis voluit, sed in reddẽdis gratijs. Vide lector bone Pauli amorem, conspice charitatem, mirare affectum paternum. In more est inter mũ-
Respon. danos, quando rex confert munus & beneficium filio, vt pater agat pro filio regi gratias. Hunc morem insequutus est Paulus, Romanos habens vt filios, quibus Deus contulit vocationis, & dilectionis, & sanctificationis beneficia, pater nimirũ, Paulus pro eis Deo
Alia Resp. Op. Ma. agit gratias, Vel si mauis, dicas istud facere Paulum, eo quod dona data Romanis, æstimet ipsi sibi data. Et proinde, p his donis quasi proprijs, in actiones gratiarum prorũpit. Duo nos docet hic Apostolus, primum est quomodo debeamus primitias Deo nostro offerre & dare. Gratiarum actiones sunt primitiæ omniũ nostrorũ operum. Secundo docemur hic à Paulo non tantum pro nostris sed etiam pro alienis beneficijs nostris proxi-
1. Cor. 13. mis collatis, reddendas fore gratiarum actiones. Sic namque inuidentiæ noxam fugimus & proximorum amorẽ ostendimus. Charitas namque non tã-
tum non quærit quę sua sunt, sed congaudet & congratulatur aliorum bonis. Gratiarum actio tanta debet esse, quantum requirit beneficiorum collatiõ, quæ si major fuerit, maiorem pos-
S. Tho. 22. q. 106. a. 5. cit

cit gratiarum actionē. Hæc non tantū voce habenda est, sed corde & opere. Sed cui agit Paulus gratias? Respōdet DEO MEO. Non hominibus, sed Deo habenda est gratia. Ei qui contulit dona. Gratiam & pacem quis cōtulit Romanis, Paulus vel alius homo? Nequaquam sed Deus. Dentur ergo illi gratiæ. Gratiam & gloriam
Psal.83. dat Deus, non nobis ergo detur gloria, sed nomini tuo. Redeant flumina
Eccle.1. ad eundem locum vnde egressa fuerunt. Neque hinc inferas soli Deo debitas esse gratiarum actiones, & non hominibus. Non istud Paulus autumat nec somniat. Sed Deo tantum haber gratiam, eo quod illa dona a Deo solo collata erant. Gratia enim à Deo immediatè pullulat, cuius ipse solus author & creator est. Non meminit hic Patris sed Dei mentio fit: neque etiam illum excludit, quinimo includit. Nam nomen Deus hic tres personas inuoluit, quarum beneficio nobis cuncta bona eueniunt. Et ideo his tribus (sub vno tamen nomine) gratias agit. Porro adiungit, MEO. Hęc adiunctio aliquid debet habere mysterij. Nō satis fuit Paulo dicere DEO sed MEO. Habet sane emphasim hęc particula meo: Si tuus est, noster non erit Paule Deus? Tuum & meum duo pronomina aduersa sunt, quæ faciunt in mundo discordias. Vnus dicit, hoc meum est, alius dicit, non est tuū sed nostrum. Quod commune est, nemo debet dicere propriū. Quid quæso tam commune quam Deus? Interroga cælos, dicent tibi, suum esse Deū: lapides, arbores animalia quæque homines & Angelos rogato, respondebit tibi illorum singulum, suum esse Deum. Quomodo ergo Paule tuum tantum facis Deum? Si tuus solum esset Deus, tu omnium ditissimus esses.
Cap.3. Sed nobis quid? Nonne tu inferius dicturus es; An Deus tantū Iudeorū, nōne & Gentium? Qui igitur dicis nunc Deum tuum esse? Nunquid & Deus Romanorū est? Respōdemus pro nostro Paulo, qui nō tā arrogās & cupidus est, & etiam inuidus, vt velit se ostendere tantū iuris habere in Deo (qui omnibus cōmunis est) vt dicat suum esse totū & nullius alterius. Quis hanc dementiā de quouis alio cogitare posset homine? Alieniſſimū profecto istud à tanti Apostoli mente fuit. Quid igitur Paulus sibi voluit, dicens DEO MEO? Dicemus nos præmittentes tamen prius id quod certū & indubiū est, scilicet Deum nostrum esse gubernatione, conseruatione, redemptione & creatione. His quatuor titulis dicere potest quilibet hic est Deus meus. Et his titulis non est magis Pauli Deus quā alterius, Ceterū est nescio quid in Paulo el singulare & particulare, quo ipse ausus est dicere Deū esse suū. Quid quæso istud est? Respōdem⁹. Affectus quidā peculiaris in Paulo latēs, quo ipse totus deliciebatur in Deo, qui per alia verba aperta nequit explicari, nisi per hæc verba De⁹ me⁹. Quando aliquis vnicè & vehementissime amat aliquē, solet illū appellare amor meus. Sic Paulus tantum erat Deificatus (vt ita loquamur) quod ausus fuit Deū appellare suum. Non quod alios, vellet excludere quorum etiam Deus est, sed vt qualis ipse esset erga Deum, & Deus erga ipsum, insinuaret. Duæ namque sunt coniecturæ siue signa quibus ostendi potest res cuius sit, altera est prouidentia & cura illius altera vero amoris. Nam de re sua vnusquisque maiorem solet habere curam & prouidentiam quam de aliena. Solicitiores enī multo esse solemus erga nostra quam aliena: & nostra plus amam⁹. Ex his duobus signis non leuis cōiectura colligitur ad cognoscendū aliquid esse meū vel alterius. Modo dicim⁹, quod ob istas duas causas Paulus dixit, Deum esse suum. Primo quia ipse erat totus suus, Simile.

quod agnoscebat Paulus ex speciali cura quam Deus de illo habebat, sicut patet ex vocatione & collatione Apostolatus, & aliarum multarum rerum Et Deus quoque suus erat, quia ipse Paulus suum fecerat fide, spe, & amore, cuius vis cum transformatiua sit, amatum transformatin amantem, & amans transformatur in amatam rē, vt illud cōpleatur, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Cēterum qui putant Paulum adiecisse particulam meo, vt notaret Romanos quod non essent perfectæ fidei in Deum profecto falluntur. Nihil enim tale Paulus hic cogitauit. Neque illorum reprehensionibus versabatur eius sermo, sed inceptanda benevolētia. Et cum statim esset commendaturus fidem illorum, dicens eam sparsā esse per totum mundum, quomodo credibile est quod hic dicatur reprehendere illos eo quod non haberent perfectam Dei fidē, & per consequens Deum quem Paulus habebat? Sane non est solitus Paulus seipsum commendans reprehendere alios. Quare quæ isti dicunt, nec rationi consona, nec vero similia sunt.

1. Ioan. 4.

Sequitur.

per Iesum Christum,

Cur dicat Pau per Iesū Christum. Matt. 11.

TAm fixa est Iesus Christus in Pauli corde quod tertio quoque verbo ipsum habet in ore. Ex abundātia cordis, os loquitur Docuerat nos Paulus vt Deo pro acceptis donis gratiā haberemus nunc nos docet quomodo ei offerre debeamus. Quasi dicat: Si vos Romani scire cupitis quomodo ego ago gratiarum actiones Deo meo, intelligite quod per Iesū Christū. Per illummet per quem accepi gratiā & Apostolatum. Vnus est mediator per quem recepimus & per quem reddimus. Per illammet manū per quā recipimus á Deo dona reddimus illi gratias. Vnde fortassis Ecclesia in suis precibus quas ad Deum, transmittit imitari voluit Paulū. Vnde finita precatione, adiungit per Dominum nostrum Iesum Christum &c. Quasi dicat. Non nostris meritis petimus, sed per ea quæ meruit nobis filius tuus Iesus Christus, qui semper exaudiri dignus fuit pro sua reverentia. Hac fiducia confisa Ecclesia, suas dirigit in cœlum precationes. Vnde colligimus Christum nedum esse apud Patrem aduocatum, sed inter nos & Deum mediatorem. Mediator Dei & hominū Christus Iesus, inquit Paulus. Duo pro nobis facit Christus officia, aduocat causam nostram apud Patrem, & reconciliat nos Deo. Pro quibus duobus officijs, ei geminum debemus præstare famulatum Apud nos alter aduocat, alter mediat. Apud Deum vnus solus est qui aduocat & mediat. Aduocando mediat, & mediando aduocat Bene sperare habent nostræ res, quando huic aduocato & mediatori sunt commissæ, quod si alteri, in discrimine sunt. Vt est varius euentus belli, ita est & litium. Non parum refert cui aduocato causa sit commissa tua. Non raro contigit vt ea causa cuius ius erat aduocati in curia & nescientia de perdatur. Quis non nouit quanta dilīgentia quantoque studio Christus totius humani generis fecit causam? Vt de psalmista in persona omnium dicebat, Fecisti iudicium meum & causam meam. Bene nobiscum actum est, quando nostra causa tibi credita fuit, quæ (tametsi alteri commiti potuerat) veruntamen talē qualem habuit, non fuisset sortita effectum & exitum. Et hac pro re Deo maximas debemus gratias. Quis aduocatorūvnquā si amittit causā, soluit pro cliētulo? Et si cliētul^s re^s est mortis, mori nevult pro illo Minime gerīū. Vide ergo nostrū aduocatū soluētē quē nō rapuit, & animā suā dātē pro clientib^s suis. Ego inquit animā meā pono pro ouib^s meis, causa

Christ. apud patrē est noster aduocatus apud Deū mediator. 1. Tim. ca. 2.

Psal. 9.

Isa. 53. Ioan. 10.

tua

tua Domine Iesu, sicut causa impij iudicata est. Quia nequam habuisti aduocatũ & iudicem. Nostra nõ sic, quia tu eius fuisti aduocatus. Fecisti causam meã in cruce moriens. Meã dico, quoniam tua ibi nulla erat. Nos digni eramus tua cruce, sed hoc tibi inter alia debemus vt vbi nos esse debebamus, vt vbi nos esse debebam⁹, tu vnus pro omnibus esses. Tibi non quas debemus, sed quas possum⁹ vnacũ nostro Apo. Pau. agimus gratiarum actiones. Tibi non per alium, sed per temetipsum.

Sequitur.

Pro omnibus vobis.

Cvi agebat gratias explicauit Paulus indicat modo pro quibus, an pro se, vel pro suis consanguineis, amicis, ant consuetudine iunctis. Nõ: sed pro vobis inquam Romanis dilectis Dei, vocatis sanctis, & Romæ existentibus. vos inquam estis pro quibus ego ago gratias Deo meo. O felices vos Romani, qui talem gratiarum largitorem habetis. Non poterunt non esse gratæ tales gratiæ Deo: vt pote exhibite à tanto Apostolo. Iam apostolici officij trãsgreditur Paulus limites. Iam in alio quam Apostolatus officio deseruit vobis o Romani, Paulus. Prędicare, gubernare, & miracula facere, apostolici muneris quidem sunt, at pro alijs agere gratias, nemo vnquam dixit. Super effluit in hac re teuera Apostolus. Neque dedignatur ista agere, etiamsi non sint Apostolici officij. Ex quo facto discãt qui aliorum sunt prælati, non solũ ea prorsus subditis præstare quæ sua prælatio ab eis requirit, sed etiam ea quæ in suorum subditorum vtilitatem accrescere possunt. Non dicat prælatus; Quid mea refert si meus subditus sit infirmus, vel pauper, non sum ego medicus, nec dives, non teneor ego ad ista. Non dicat hoc prælatus, sed si non est medicus, quærat ei medicum: si non est dives, quærat inter diuites vnde pauperi subueniatur. Neq; Paul⁹ tenebatur pro Romanis gratias agere Deo. Sed vide quid agis Paule? Si tu agis gratias pro Romanis, ipsi non agent. Dicent iam ate actas. Nunquid quia tu agis, vis forsitan hoc labore ipsos Romanos leuare? Nos non existimamus (nisi fallimur) Paulum habere hanc intentionem. Quid igitur sibi vult? Nos putamus Paulum istis verbis excitare, promouere, impellere q; Romanos vt sint grati Deo & pro suis beneficijs Deo reddant gratiarum actiones. Quasi dicat: Ego iam facio vobis modo incumbit vt mei sitis imitatores. Ego exemplo sum vobis, sequimini me, vos. Ego ex paterno quo diligo vos affectu, istud facio Vos ex vestro debito hoc facere tenemini. beneficiatus suo benefactori tenetur. Dicit ergo Paulus; Pro vobis ego ago gratiarum actiones. Sed pro quibus vobis? Pro vobis Iudæis tantum? aut pro vobis gentibus tantum Minime sed pro vobis omnibus siue sitis Iudæi siue Gręci. Apud me nõ est acceptio personarum. Ego natura Iud⁹ sum, nõ Græcus, sed apostolatus officio functus sum Iudæis tamquã Iud⁹, & Gentilibus tamquã gentilis. In Iesu Christo pares mihi estis vos omnes. Ideo pro omnibus vobis gratias ago. Nonne pro omnibus vobis mortuus est Christus? Nunquid Euangelij gratia communis nõ est omnibus vobis? Num mihi cura non est de vobis omnibus tan non pro vobis omnibus Apostolatus functionem accepi? Vt in Deo meo nulla est personarum acceptio, ita nec in me esse debet. Ex æquo omnes vos in visceribus meis habeo. Et idcirco à meis gratiarũ actionibus vestrum neminem excludo sed quoties eas Deo meo sacrificio & offero, omnes vos Romanos participes facio. Vnde nõ male quidã hunc locum exponentes, pro mutant in, de insinuantes materiam gratiarũ actionis esse Romanos.

Gerdicat Paulus pro omnibus vobis.

An gratiæ sint iure debite.

Sequitur.

Quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo.

Cur dicat Paulus, quia fides vestra annunciatur in vniuerso mũdo.

NE putarent Romani confictas esse à Paulo laudes, & forte adulando esse prolatas (cum ipse illos nũquã inuiserat, nec cum eis aliqua fuerit familiaritas: volens se Paulus ab his suspicionibus extricare, profert in mediũ cuius rei gratia comendet, laudetq; illos. Quòd fides vestra annũciatur in vniuerso mundo. Quasi dicat. Nõ palpo vos, o Romani, neq; adulationi studeo. Causa mihi est laudãdi vos (quod non vt vos extollatis dico) sed ad Dei gloriam vos commendo, & maxime ex eo quòd fides vestra annunciatur in vniuerso mundo Rumor sparsus de vestra fide in causa est. Vestra religio diffusa est nõ solũ ad Corinthum (vbi ego habito) sed per totũ vsq; mundũ volat vestra fama. Bene audtis vbiq; terrarũ Nullus est angul' in quo fides vestra non resonet. Ad me quando delatus est hic rumor, ego mox pro vobis (vt par erat) Deo meo gratias egi, meo & vestro nomine, considerans & mecum reuoluens quòd ante hac eratis incredduli, & nunc fides vestra celebratur & prædicatur toto terrarum orbe. Hæc quę me mouit causa. Nõ sunt confictæ à me istæ laudes neque adulationis gratia scriptę sed vestrę cõmendandę fidei causa hæc scribimus vobis, vt ipsa laudata magis crescat. Adulationis namque sermo semper nobis fuit inuisus. Pro ista vestra fide ego gratias ago, non pro vestris terrenis & caducis bonis, sed pro fide, quæ basis & fundamentum est omnium bonorum, sine qua impossibile est placere Deo. Magnum donũ profecto fides est, & radix omnium bonorum. Dicit ergo Paulus, de hac fide laudo vos. Obijciunt nobis catholicis, Lutherani illi qui bona opera aborrent, dicẽtes: Videns vos quod Paulus tantum commendat fidem Romanorum, & mirabatur quòd nos eam tanti faciamus? Nunquid in Romanis agnoscebat charitatem, spem, & cæteras virtutes? Et illis omnibus omissis, tantum fidem cõmendat. Quid aliud innuere voluit, nisi vt summa & tota sit nobis habenda de fide cura? Siste Lutherane. Tota tu quoq; aberras via. Primum dicito nobis, quæ te docuit Dialectica hanc cõsequutionẽ? Videlicet, Paulus mirifice laudat fidem, igitur deprimit charitatẽ & alias virtutes? Antecedẽs tibi gratis damus, sed quod ex eo colligis, iure inficiamur. Rursus si credis Paulum loqui de fide illa nuda, quę (non tantum laudis meretur) toto aberras cælo. Nõ est sane credibile Romanos accepisse donum fidei absq; charitate, quæ (teste ipso Paulo) fide maior est. Neque insurgas proinde dicens, Cur igitur non commendauit Romanos de charitate, cum ipsa sit maior? Respondemus Paulum potius fecisse mentionem de fide, & non de charitate, eo quod Romani magis instruendi veniebant in his quæ fidei erant, quam circa officia charitatis. Addimus etiam Paulum de sola fide mentionem fecisse, eo quod epistola in instituta esset vt Romani maiorem haberent fidem in Iesum Christum per quam fidem iustificati fuerant, & nõ per legem naturę, aut scriptã, sicut inferius copiosius est ostensurus. Et idcirco tantum commemorationem fecit de fide, dicens:

Respondetur obiectioni.

Quia fides vestra, &c. Sed nunquid aptius dixisset quia fides Dei annũciatur in vniuer. mun? Non ne fides Dei donum est? Respondemus Fides & Dei erat, & Romanorum Dei, tamquam datoris: Romanorum tamquam possidentium. Vsus est hic Paulus illo loquendi modo, quo solemus dicere quod datum est alicui, suum esse, & non alterius. Si enim rex mihi liberalissimo dono daret beneficij quidpiam, meum esse nichil dicere pro-

Simile.

Ad Heb. 11.

prohiberet. Nam non diceretur meũ vel quod ego meis meritis sim illud cõsequutus, vel quòd meo labore & industria comparauerim: sed quia ego vtor eo cum volo & illius possessor sum, dicitur illud esse meum. Sic fides quando datur, dicitur donũ Dei, quod nemo suis meritis mereri potest, sed iam infusa quando in actum exit, dicitur nostra, tum quia à nostra mente pendet, tum etiam quia voluntarie credimus, Nemo credit, ait Augustinus, nisi volens. Adde tu quoq; quod hic nõ accipitur fides pro habitu, sed pro actu. Quod vel ex eo constat, quia dicit Paulus, annũciatur in vniuerso mũdo. Non. n. habitus est qui annũciatur, sed actus. Neq; quis laude dignus est propter solos habitus, sed exactibus laudamur vel vituperamur. Sed forte veniet nobis obuiã aliquis dicens; Si tã approbatę & cõmẽdatę fidei Romani erãt, quorsum Paulus illis fidem prædicat? Non. n. Pauli prędicatione opus habebãt, si illorum fides respersa erat in toto mundo. Satis apparẽs videtur obiectiũcula ista, cui ex doctrina B. Hiero. in epist. ad Galatas respondemus. Putat B. Hiero. Romanos non habuisse omni ex parte perfectã fidem. Quoniam nõnulli eorũ seducti à pseudoapostolis existimabant ceremonias legis non esse extinctas, sed in suo persistere vigore. Et ideo tametsi prõpte acceptas sent Euangelium, nihilominus tamen contendebant simul obseruandam fore legem cum Euangelio. Et hic error nedum causabat & fouebat simultates inter Romanos, verum etiam fidem illorum infirmabat: quam volens Paulus consolidare & perficere, scripsit eis hanc epistolam. Posset & aliter explicari hic Pauli locus, & non inepte, si dicamus Paulum non loqui hic de fide quæ est vna ex tribus theologicis & infusis virtutibus, sed pro virtute quæ dicitur religio, cuius cultum docet ipsa virtus fidei. Quasi dicat Paulus. Ego gratias ago Deo meo quòd vestra religio prædicatur & annunciatur in vniuerso mundo Florebat namq; in eis religio christiana. Non erant idolatræ & falsis Dijs inseruientes, velut aliæ nationes, sed debitum cultum Deo vero exhibentes in sacrificijs, oblationibus, & alijs. Iste modus viuendi religio dicitur, & qui bene obseruat, religiosus. Vnde B. Tho. 2. 2. q. 81. ar. 1. ad. 1. dicit, omnes qui specialiter colunt Deum, posse vocari religiosos. Sed quia Deus non bene & vere potest coli nisi per christianam fidem, videtur congruentius per fidei nomen quam per religionem istud esse dicendum. Sed siue esset fides, siue religio, sciendum nobis est quo pacto annunciabatur & quomodo per totum mundum. Nunquid miserunt Romani viros aliquos qui nunciarent in toto mundo suam religionẽ vel fidem, vel per epistolas mũdum totum certiorem fecerunt? Vtrũ q; videntur factu difficile. Ad indos, & Antipodas rumor de sua fide peruenire nepotuit? Paulus non dixit nobis quomodo facta sit ista annunciatio. Sed quod eredimus de hac re, tale est. Videlicet quod de ore in os fiebat. Cũ n. Roma esset caput mũdi, ex omnib⁹ mũdi nationib⁹ ad eã cõfluebant. Ibi erat Monarchia, & in ea erãt rot & tanta digna aspectu & admiratione plena, quòd ex omni natione ad eã properabant. Isti ad propria remeãtes, referebant & narrabãt Romanorũ fidẽ siue religionẽ, & sic per mundũ diuulgabatur. Sed durũ videtur & creditu difficile q⁹ dicitur per totum. In multis mũdi partibus facile creditu, sed in toto difficile persuasu. Aliqui hic agnoscũt hyperbolẽ figurã (vt nos in nostris adnotamentis seminarijs adnotauimus) nõ raro in sacra scriptura inuẽtã. Iã. n. ibi ostendimus diuinã paginã hũc & alios tropicos loquendi modos admittere. Alij dicũt in toto mundo annũciatum esse, eo q⁹ Romę annũciabatur, quæ erat caput mundi, vbi erant gentes ex vniuerso mundo. Nonnulli volunt

D. Aug.

D. Hiero.

Alia expositio huius loci.

D. Thom.

Hæretici nostri temporis suam sectã à religionem vocant, sed falso.

Respon.

in vniuerso mundo perinde valere ac si dixisset Paulus in maiori mundi parte, Alij quod maxime manifestum est, illud dicunt sciri à toto mundo. Post istos si nobis aliquid dicere licet, verã horũ verborum intelligentiam ex illo verbo annuncietur pẽdere existimamus. Non enim Paulus dicit Romanorũ fidem iam suo tempore esse annũciatã in toto mundo. Hoc tam cito fieri non poterat: Sed dicit annũciatur. Hoc verbo insinuauit esse in fieri & nõ in facto esse. Hoc est non est annũciata adhuc in toto mundo, sed fitiã annũciatio. Indies diffundebatur per mundum. Hęc namq; annunciatio vt cõpleta esset, magno tẽporis spacio indigebat. Sed quia hæc est conditio illarũ rerum quæ successione & tractu temporis fiunt, vt etiãsi non sint cõpletæ, dicantur esse, vt cum sol summo mane oriri incipit, solemus dicere iã esse in toto mundo sic Paulus hoc loco loquutus est. Neq; oportet tantum extẽdere Romanorum fidẽ vt dicamus eã ad Angelos qui sunt in superiori mundo sparsam & extensam esse. Nimium extendere fimbrias esset istud. Et qui tale existimãt, à Pauli mente remotissimi sunt. Extensio fidei Romanorũ, facta est vt homines ex ea fructũ aliquẽ reportarent. At ad quid Angeli & cæli opus habebant Romanorũ fide? Debebant ne prouocari exemplo Romanorũ ad credendum? Friuola sunrista.

Simile.

Allusio.

Allusio.

CHaritatem suam Paulus erga Romanos palam & lucide manifestat & hoc in actione duplici, in gratijs Deo pro eis referendis & in effundendis orationibus pro eisdem. Quibus duabus rebus iuuabat Romanorũ profectum in religione & fide crescẽda, quasi animans eos ad profectum, dicensq. Incepistis bene, perseuerate & perficite. Ex vestra fide pendet multorum fides. Non solum vobis ipsis, sed & alijs profectui eritis. Confortamini. ego in meis orationibus semper vestri sum memor. Videant hunc christianum animum & æmulentur qui alijs pręfecti sunt. Inferiores & subditi ad isthæc facienda exemplo suorum maiorum sunt mouendi. Prompte & facile facit inferior quod a superiore videt fieri. Verba mouent, sed magis facta. Quod me videritis facere, & vos facite dicebat ille. Maxime in vsu est vt populus semper maiorum mores imitetur. Erubescit miles retrocedere, cum videt suum ducem, hostem viriliter aggrediẽrem. Præfecti maxime inuitare debent suos ad gratiarum actiones & ad orationem, & maxime hoc nostro infœlici tempore, in quo fides catholica suas patitur tempestates.

Iudic 7. & 9.

Simile.

Calamitoso stri tẽporis, i fœlicitasq.

Sequitur.

Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo, in Euãgelio filij eius, quod sine intermissione memoriã vestri facio semper in orationibus meis.

PErseuerat Apostolus beneuolentiã suam magis aperire Romanis, & de ea magis reddere securos. Vtitur autem eo argumẽti genere, quo res abscõdita & secreta, & soli Deo cognita, probari & ostendi potest apud homines. Et hoc facit vt Romanos ab omni suspicione liberos reddat. Nõ quod Paulus male sentiret de eis, sed quod timeret pseudoapostolos, qui sinistram opinionem de eo possent inter Romanos seminare, sicq; non adhibuissent verbis eius fidem. Præcauens autem istud Paulus, pro sua virili & quoad potuit, conatus est parefacere Romanis suum animum tam beneuolum & prõptum. Quasi diceret Paulus. Iam mihi hoc solum restat quo vos reddam certissimos de meo in vos propenso animo, vt adducã vobis Deũ in testẽ. Ac pinde dico vobis. *Testis est mihi Deus*

Beneuolentiã suam pau. magis aperit Romanis.

Ac

Acsi aperte dicat. Scit hoc ita esse vt ego dixi vobis, ille Deus meus cui ego seruio, & cui ego pro seruitio gratias ago. Ex interpretibus partim referunt verba hæc ad præcedentia, partim ad sequētia. Nos vero ad vtraq; referēda existimamus. Qui referūt ad gratiarū actiones, quas Paulus Deo agebat, inde forte mouentur, quòd Paulus dixisset. Testis enim est, enim perinde valet ac si dixisset, quia, quæ particula causalis est, & præcedentis clausulæ cōfirmatiua. Confirmat Paulus Romanis quæ dixerat vera esse, & non ficticia. Et non tantū ore, sed ex corde emanare. Ideo illum in testem adducit, cui omne cor patens est. Cęterum cū non solū actio gratiarum, sed etiā memoria vel recordatio in orationibus res latens fit, & soli Deo cognita, vtriusq; actus vnū & eūdem testē nēpe deum adducit. Eodē enim testimonio vtrūq; cōfirmat. Verūtamē de his primis verbis, Pauli interpretes nō modice sese torquēt. Qui dā aiunt non esse hęc verba iusiurandi. Alij Paulum hic iurasse affirmant.

Ex hęreticis quidā pro absurdo reputant Paulum iurasse, cum Dominus dixerit omnino non esse iurandū. Ex catholicis vero qui negant hic iuramentum esse, illud non faciunt quòd putēt illicitum esse, sed eo quod credūt Paulum dixisse hęc verba asserēdo nō iurādo. Vnde hic locus sic manet perplex? & nō decisus. Quod ne sic remaneat, nō ab re erit adducere huc illā quæstionem, quæ à doctis afferre solet de iuramento, an sit licitum iurare. Nullus in hac tota epistola Pauli apparet locus aptior & accōmodatior ad istud discutiēdum. Ex huius, n. quæstionis decisione, remanebit liquidum & dilucidum an Paulus peccauerit iurando nec ne. In exponenda nam q; scriptura sacra, excusare omnino quæstiones est impossibile: nam omnes ferme ex ea ortum habuerunt. Quantum nobis licuerit breuitate de hac re nos expedimus, memores nostri instituti, multa relinquentes scolasticis theologis. Ad rem igitur dicendam vt accedamus, primo duo encomia iuramenti recolamus, alterum est quod inter Dei beneficia nobis collata, recensendum est iuramentum: alterum vero nobis cōcessum esse ob defectum fidei humanæ inter homines, quæ si integra & sana esset, homines iuramento haud opus haberent. Cæterum est hodie in mundo tam fidelitas fraudulenta vt passim ad iuramenta sit necessum recurrere. Et vtinam in ipso iuramento fides seruaretur. Nūnc paucis dicimus inter theologos & ortodoxos homines indubitatam rem esse iuramētum fore licitum, si sit cum suis tribus comitibus sociatum: à quibus si denudetur, quòd sit peccatum nihil mirū. Videat & consideret quisq; qui iurat, quo modo vtitur iuramento. Si enim iusiurandum sua natura esset malum, nec Deus eo vteretur, neque psaltes cecinisset dicens; Laudabūtur omnes qui iurant in eo. Ad religionis virtutē iuramētum spectat, si suos secum ferat comites. Remanet igitur inter catholicos citra controuersiam, iuramentum absolute non esse vetitum neq; prohibitum illo secundo præcepto decalogi, in quo solū prohibetur vanum iuramentum. Cęterum adducere rationes & argumenta illorū hęreticorū Vualdensiū & aliorum, quibus conātur ostēdere christianis esse interdictum iuramentum omnino, in præsentiarū longe esse onerosum & prolixū: satis nobis esse debet hunc errorē iam esse ab Ecclesia damnatū & reprobatum, vt videre est in cōcilio Ephesino, & Constantinopolitano. Et illud quod Christus dixit non iurare omnino, non prohibet absolute iuramentū, sed iurandi facilitatē. Non debet christianus esse nimium propensus ad iurandū. Qui de hac re copiosam desiderāt considerationē, legant D. Tho. 2.2.q.89. & Alphonsum à Castro virū doctrina & religione non mediocriter præditum, in illo suo egregio

Matth. 5. & 23.

An sit licitū iurare.

Duo encomia iuramēti.

Psal. 62.

Matth. 5.

D. Thom. Alphō. Cast.

gio opere contra hæreses, in dictione iuramentū. Porrò longe difficilius est scire an Paulus iurauerit hoc loco nec ne. Multis nāq; hęc verba non videtur esse iurantis. Verba etenim ista; Testis est mihi Deus, possunt esse hominis inuocātis Deū in testē sui dicti, vel verba ista possunt esse narratiua. In primo sensu sine controuersia sunt iuramentum, in secundo non. Nam sensus est; Deus est meus testis: nō iuro per Deū. Quare volunt nonnulli verba Pauli hoc loco idem pollere ac si dixisset. Deus est meus testis eorū quæ ego scribo vobis Romani. Et reuera si isti efficacius probarēt illorū verborum Pauli esse talem sensum, & illius mentē, vehementer credibile esset Paulum hic non vtiiuramento. Verum præter id quod hoc est opponere se magno torrēti doctorū, qui buccis plenis asserūt Paulum hoc loco iuramento confirmasse quæ dicebat Romanis, in hanc declinare nos inducit sentētiam, quòd nihil incommodi consequitur aut absurdi, si dicamus Paulum iurasse. Non ideo eum peccati reum facimus, neq; Paulo aliquam impingimus notam. Non enim Romani tam rudes erant vt nescirent iuramentum aliquādo fore licitum. Nam non repugnat legi naturæ neque scriptę. In politia humana ad tollendas lites vel citius finiendas, vtile est iuramentum. Quare Romanis propter hæc verba Paulus non fuit scandalum, nec illis præbuit offendiculum. Sed rogabis dicens; Vbi sunt comites iuramenti huius? quę impulit eū necessitas? Respondemus. Ex reipsa quam scribebat, de qua certiores faciebat illos, nascebatur iurādi necessitas. Oratio & gratiarum actio res secretissimæ & abditissimæ erant. Non enim Paulus gratias publicitus, & orationes coram multis vel aliquibus effundebat, sed (vt nos credimus) formam in his à Christo exhibitam seruabat, clauso scilicet ostio orabat Patrem suum. Ergo si solus Deus videbat Paulū gratias agentem & orantem, quos testes poterat ipse exhibere nisi Deum? Quare in huius rei testimoniū sanctę inuocat Deum in testem dicens. *Testis.n. mihi est Deus.* Q.D. Vos Romani nō potestis intueri & videre meū cor. Hoc soli Deo datur. Vt cognoscatis an habeā vos in meis orationibus præsentes, & vestri memoria faciam, non possum alium producere testē nisi Deum qui cordium scrutator est. Testem inuoco in hac reipsum Deū, qui mentiri nō potest. Quis tā stolidus credet hic Paulū falso iurare? Quādo periurus repertus est Paulus? Quisvnquā arguit eū mendacij? Vtigitur Pauli sinceritas apud Romanos libera esset ab omni suspicione, vel adulationis, vel fictionis, & in reliquis maior accresceret Apostolo autoritas & fides, ad Dei gloriā, honestū & sanctū fuit Pauli iuramētum. Nam hęc tria licitum efficiunt iuramētum. Quod si ab his expolietur, quòd fiat culpa dignū nulli sit mirū. Credamus igitur Paulum emisisse hic iuramentum, qui iā alibi hoc ipsum fecit. Et hoc exēplo Pauli. B. Augustinus in multis locis docet nō esse prauū & malū iurare. Dicitq; in sermone Domini in mōte, ridiculū esse putare illū qui dicit per Deū iurare, sed non illum qui dicit, testis est mihi Deus. Aequi pollētia esse hæc duo, tantus existimat Doctor. Cui se subscripsit noster Tho. Et quicunq; alius tuto potest. Alter vero Tho. Caie. nempe nec vnum nec alterum determinate dicit, sed subter fugium adinuenit dicens quòd si verbum verbo oratio redderetur (vt vtamur eius verbis) non esset legendum testis est mihi Deus, sed Deus est meus testis. Et in hac lectione dicit Paulum nō iurare, sed tantum dicere Deum esse suum testem. Sed libēter ab eo quærere mus si adesset, quod horū duorū magis cōfirmet Pauli syncerita tē circa Romanos, an sermo narratiuus vel iuratiuus. Multum sane interest quidquam dicere

D. Augustī.

D. Thom. Caieta.

Matth. 6.

dicere narrando vel iurando. Maior namque fides datur dictis alicuius cũ iurat, quam cum narrat, tametsi Deus siue cum iuramento siue sine eo, æque verax sit testis. Et sic Paulum adducere Deum testem, bene conuenit inter omnes, sed an iurando an non iurando, hic est controuersię cardo. Abundet quisque in suo sensu. Quantum ad nos attinet.

Sequitur.

Cui seruio in spiritu meo in euangelio &c.

Cur dicat Pa cui seruio in spiritu meo

VNo verbo poterat Paulus reddere Romanos certos & securos se non falso iurasse, si dixisset sic. Testis mihi Deus quód non mentior vobis Romanis, in his quæ scribo vobis, & non opus fuisset dicere, cui seruio in spiritu meo &c. Noluit tamen facere, quoniam tunc non ostendisset misterium quod in his verbis latens est. At dicis mox; Et quale est mysteriũ? Respondemus. In primis Paulus demonstrat Romanis quo cultu ipse colebat Deum, & ex consequenti qualis ipse esset erga Deum, quod non ficte Deũ colebat, adorabat & venerabatur, sed veré. Sed quorsum hoc agit hic Paulus quid ad hanc rem facit cultus suus erga Deum? Dicimus non esse istud à Paulo extra rem adductum, sed maxime spectabat ad suum iuramentum. Q. d. ipse. Ne putetis vos Romani me adduxisse Deum in testem mendacij. Nam ego ei seruio in spiritu meo: Ac si dixisset: Eorum est adducere Deum in testem falsitatis, qui eum non colũt & adorant: ergo vero latria adoro eũ, ideo non debetis suspicari quod falso iurauerim. Repellit igitur Apostolus à se hanc suspicionem. Vnde non dicit hoc vt se ostentet bonum virum coram Romanis, sed vt purget se. Secundo hoc fecit Paulus vt suos Romanos doceret quo cultu deberẽt Deum colere ad eius imitationẽ. Sed dicis Paulus hic non vtitur cultu, sed de seruitute loquutus est, dicens, cui seruio. Non dixit quem colo. Seruire, non est colere. Multi seruiunt, qui non colunt. Respondemus. Paulus non dixit tantum seruio sed adiunxit in spiritu. Seruire in spiritu. colere est, licet seruitus absolute non sit cultus. Qui solo corpore seruiunt, non colunt Deum, sed qui mẽte & (spiritu. Secũdo dicimus) quod doctè Magister noster Caie. adnotauit) apud exemplaria græca haberi seruitutem, non qualemcunque, sed illã quã theologi appellant latriã, quæ est quædam seruitutis species quę soli Deo debetur, & non creaturæ. Dicis modo, cur igitur interpres & author vulgatæ editionis non animaduertit istud, & non dixisset simpliciter seruio? Non est culpandus quicunque fuerit. Quia istud ex eo fecit quod se vidit vocabulorum penuria constrictum esse. Caremus nos in lingua nostra latina propriovocabulo. Ideo vsus est interpræ communi nomine seruitutis ad explicandam istum Pauli cultum Dei. Vnde cum Paulus scripserit græcè Romanis, iam intellexerunt de quo modo seruientis & cultus loqueretur Paulus, non de quacunque, sed de illa quæ soli Deo debita est. Dicit ergo Paulus,

Respon.

Respon.

Vide D. Thom. 2. 2. q. 103. ar. 3.

Excusatur author vulgate versionis.

Cui seruio in spiritu, &c. In principio epistolę in primis verbis dixit se esse seruum Iesu Christi, nic autem dixit se Deo seruire. Ne putes aliam esse seruitutem. Sicut enim Deus & Christus vnus sunt dominus, ita vna seruitus eis debetur. Illic Paulus non declarauit quomodo esset in spiritu seruus, hic autem in gratiam Romanorum explicat. Cæterum cum duplex sit forma seruiẽdi Deo, sicut & adorandi, scilicet interna & externa, sic geminus est modus inseruiendi Deo, exterior & interior, vterque bonus quinimo necessarius (tametsi Lutherani externo quantum possunt detrahant.) Tamen multo melior

lior est interior, sine quo non multũ valet exterior. Quid obsecro valet corpore Deo seruire, si spiritus carni, mũdo, vel Dæmoni deseruiat? nam Sicut (Christo teste) Patrem veri adoratores in spiritu adorare debẽt, sic quoque eidem veri seruitores debent: Scilicet non solo corpore, sed in spiritu. Cæterum particula hæc, in spiritu, suã etiam habet emphasim. Triplex est hominum genus qui inseruiunt Deo, quidam corpore tantum, alij corpore & spiritu, nonnulli vero in spiritu. Corpore tantum, qui coacte non voluntarie inseruiunt, sed crucem Christi portant sicut Simon Cyrenæus. Mente & corpore illi qui licet spontanee seruiunt. non tamen Deo placent. Quia nõ in spiritu contribulato, & corde contrito in seruiunt. Hic enim spiritus cõtribulatus non despicitur à Deo vt attestatur Propheta Regius psalm. 50. Spiritus contribulatus, Deo est sacrificium. Sacrificium quidem contritionis, quod Deo maxime gratum & acceptum est. Contrito namq; debite, gratia nunquam denegatur. Et sic Paulus seruiebat Deo suo non solum spiritu & corpore, castigans corpus suũ, sed etiam in corde contrito & spiritu humiliato inseruiebat. Et hic modus maxime Paulo erat familiaris. Et inter istos modos inseruiendi Deo hoc capitur discriminis, quod qui inseruiunt in spiritu, non vocantur à Christo serui, sed amici, sicut dictum fuit Apostolis; iam non dicam vos seruos, sed amicos. Amicus sic seruit amico, vt suum ministerium sit amico suo gratum & acceptum. Quod si aliquando nõ est nõ imputãdũ ei qui inseruit, sed alteri qui forte homo fastidiosus est, vel conditionis talis vt nulla ei placeant. Deus autem nec fastidiosus, nec talis conditionis est, sed quæcunq; ei offerimus, in spiritu humiliato, gustui ei sunt etiã ipsa peccata: O beati vos Romani: qui Paulum nacti estis hominem talem in pastorem & vicarium, qui in omnibus & per omnia gratus & acceptissimus est Deo! Non poterit non esse gratissimus in suis gratijs orationibus, & etiam in ministratione Euangelij, quod est eius officium. Sed expendamus quorsum dixit, in spiritu meo, nunquid satis erat dicere cui seruio in spiritu? Emphasim forsan habet verbum meo! Cur non? Non est noster Paulus redundans in verbis, sicut nec diminutus in sententijs. Adiungit meo ad tollendas alias huius loci intelligentias, quarum hic locus esset capax, nisi adiecisset Paulus, meo, nam si tantum dixisset in spiritu, non addendo meo, cum nomen spiritus in sacris literis cõ diuidatur contra literam, sensus poterat esse, cui seruio in spiritu, id est non in litera. Non in litera quę occidit, sed in spiritu qui viuificat. Sed quia adiectum est meo, apte non potest intelligi in hoc sensu. Quia ille spiritus non dicitur spiritus Pauli. Quare hic animaduertendum est non omnium hominum vnum esse spiritum, sed diuersum, quod alibi satis aperte dicitur. Nolite credere omni spiritui, sed probate an ex Deo sint. Iste spiritus talis est in vnoquoq; qualia sunt dona quæ habet à Deo. Qui nacti sunt mansuetudinem, spiritum mansuetudinis dicuntur habere. Qui zelum, zeli, sicut Elias, & sic de alijs Sic Paulus secundum donum sibi datum accepit spiritum. Et hic spiritus Pauli est, si hoc modo loquamur de nomine spiritus. Habet Paulus & suum spiritum: Neq; repugnamus & contradicimus illis qui dicunt dari hominibus spiritus, sed non secure nobis persuademus hic Paulũ loqui de hoc spiritu. Nam sic non debebat dicere in spiritu meo, sed in spiritibus meis. Multos habet Paulus spiritus, sicut habet multa dona, in quibus omnibus Deo seruiebat. Quare nobis semper magis germana intelligentia visa est huius loci illa quæ refert istud ad spiritum, hoc est mentem & animã. Hæc enim in scriptura multories spiritus

Ioan. 4.

Luc. 23.

Psalm. 50.

Ioan. 15.

Respon.

2. Corin 3.

1. Ioan. 4.

tus dicitur. Et tũc sensus est, cui seruio in spũ meo, in Euãgelio, & cætera, hoc est nõ tãtũ corpore Deo seruio sed etiã in spiritu meo, id est mente & anima mea. Alluſit fortaſſis ad verba Chriſti quæ dixit Samaritanæ; Veri adoratores & Dei cultores, adorabunt Patrem spiritu & veritate. Sic Paulus oſtendere voluit Romanis se seruire Deo nõ in ceremonijs legis Moyſi, neque cultu tantum externo, sed interno, qui fit fide & charitate. Deſyderamus hoc loco ſi qnis habet aliquid melius, doceri ab eo magis, quam contentionibus de seruire. Ex his Pauli verbis colligat erudítus lector differentiam inter cultũ Iudæorum, Gentilium, & christianorũ. Iudæorum carnalis erat, in animalibus bobus, capris, ouibus, & volucribus. Gẽtilium quo que carnalis & falſus. Non fiebat Deo vero, sed ſimulacris & Dæmonibus. Chriſtianorum vero cultus & verus & ſpiritualis eſt. Verus quia Deo vero fit, ſpiritualis, quia in ſpiritu eum colimus, faxit Deus vt ita ſit.

Ioan. 4.

Paulus non more aliorũ seruiebat Deo.

Trip. cultus

In Euangelio filij eius

Cur dicat P. in euangelio filij eius. Simile.

CVm in domo regis varia ſint miniſteria & adminiſtrationes, ſic varij ſunt & miniſtri. Non enim vnus omnia adminiſtrat, ſed ſunt multi, omnes tamen ſubditi ſunt regi. Sic in domo regis Ieſu Chriſti, quę eſt preſens Eccleſia, multi adminiſtrant. Vnus seruit in cura peregrinorum alius prædicationi operam dat, alius ſcripturas interpretatur, alius docet indoctos, alius ſcribit libros, alius ſoli Deo vacat, alius proximorum intendit ſaluti, & ſic vnuſquiſque pro talento ſibi credito, ad inſtar corporis naturalis, in quo ſunt multa membra, non tamen eundem actum habentia. Ita omnes vnum corpus ſumus in Chriſto, habentes gratię donationes differentes. Et nedum vnũ corpus tantum ſumus myſticũ ſed etiam vnus tantum ſpiritus. In vno nãque corpore vnus ſatis eſt ſpiritus. Vbi quia in vni Domino ſpirituali ſeruimus, Vnus, quia vna eſt tantum fides. Vnus denique propter baptiſmi vnitatem. inſinuauit Paulus illis tribus vocabulis; Vnus Dominus, vna fides, & vnum baptiſma. Cum igitur dixiſſet Apoſtolus ſe Deo inſeruire in ſpiritu ſuo, reſtabat ei dicere qua in re & in quo officio in hac Chriſti domo nempe Eccleſia ipſe Deo inſeruiret. Dicit modo *in Euãgelio filij eius.* In docendo, plantando, & ſeminando Euangelio præciputè intergentes, quarum ipſe ſpeciali dono vocatus & creatus fuit magiſter & doctor. Non erat Paulus in Eccleſia ocioſe comedens panem. Gratias agebat, orationibus vacabat, & Euangelium annunciabat. Sed quomodo, ſegniter, an vigilanter? Quomodo, ſemel aut bis in anno (vt multi faciunt) laute ſe tractans, aut ſibi non parcens? Cutim curans, an corpus caſtigans? Audiam illum. Ipſe pro ſe reſpondeat, ętatem habet. Auſcultem ipſum ad Thimot. loquentem. Memor eſto Dominum Ieſum Chriſtũ à mortuis reſurrexiſſe, ex ſemine Dauid, ſecundum euangelium meum, in quo laboro vſque ad vincula, quaſi male operans. Sed omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur. Quod autem ad meum corpus attinet caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Hoc igitur officio fungebatur Paulus, & in eo ſeruiebat Deo, & ipſum colebat. Officium ſanè laborioſum, ſed maxime glorioſũ ac fructuoſum. Fructum autẽ prędicationis Pauli nec nos valemus enarrare, neque tẽporis anguſtia ſuſtinet. Multis enim opus eſſet verbis & maiori dicendi copia quam ſit noſtra. Ex lectione namque ſuarũ epiſtolarum ſatis lucide apparet Pauli fructus. Ipſe hic ſuum ſtudium & curam in plantando Euangelio propalat & manifeſtat, Quantus autem ſit futurus fructus non curat

Ad Ro. 12. & 1. cor. 12.

Ad Ephe. 4

2. ad Timo. cap. 4.

1. Cor. 9.

ſciens,

1.Corin.3. sciens quod qui plantat aut rigat nihil est, sed qui incrementum dat Dominus est. Videte modestiam Pauli, ex tã nobili officio nihil sibi ad scribit præter officij laborem, fructum autem in Dei gloriam & proximorum cõmodum refert. Quantus igitur sit Pauli fructus, qui scire cupit, Deum roget, & à proximis requirat. Hic autem solum nobis dicit, quod in officio Apostolatus ipse inseruiebat Deo. Mirum negotium' proximorum (præcipuè Romanorum) necessitatibus inseruiebat, & Deum se colere dicebat. Si namque Deo tantum vacasset, nihil mirum. sed negotijs proximorũ intendens, Deo se seruire dicit. Vide quid dicis? Vidit, & videt. Nonne Christus reliquit scriptum, quod vni ex meis minimis feci-
Matth. 25. stis, mihi feci stis? Igitur qui seruit proximis, Christo seruit. Non enim tantũ illa Dei seruitus dicitur qua homo soli Deo vacat, sed etiam illa qua sui proximi negotia curat. Si comẽdauit Chri-
Lucæ. 10. stus Magdalenæ partem, non tamen reprobauit illã quæ Marthæ erat. Magdalena typum eorum qui contemplationi vacant tenet, Martha autem eorum qui de proximis curam habent. Non vult Deus totum cultũ, sicut nec à nobis totum poposcit amorem, sed sicut in amore patitur socium, sic & in cultu comitem. Qui prædicant Euangelium, curam habent de suis proximis. Bonam enim illis præcantur salutem. Quo nomine lætanter & magno plausu esset abomnibus recipiendum. Sed cuius dicit Paulus esse Euangeliũ quod annũciat, suum an alterius? Respondemus, audet aliquãdo Paulus appellare euangelium suum in suis epistolis, sed hic non dicit esse suum, sed filij Dei Nouus sermo. Supradixit euã-
Matt.11. gelium Patris, hic affirmat esse filij. Sed quid mirum? Quę sunt patris sunt ne discreta ab his quæ filius habet? Filius est alia persona, sed non alius Deus, Filius confitetur omnia sibi tradita esse a Patre suo. Pater à filio nihil. Verumtamen quæ patris sunt, & filij quoque sunt, & versa vice. Nihil igitur mirum si Paulus dicit modo euangelium esse Patris, modo dicit esse filij eius. Sed dicamus paucis quomodo est filij. Est euãgelium filij Dei, eo quod ipse est materia euangelij. Filij est, eo quod prædicatum ab eo, & ad hoc à Patre missus. Denique filij est, eo quod ipse Paulo & cæteris Apostolis commissum fecit, prædicandum omni creaturæ, quã-
Marci vlti. do dixit; Ite, prædicate Euangeliũ. &c.

Quod sine intermissione memoriam vestri facio. &c.

Ingẽs amor Pauli.

EXplicatio ingentis affectus & amoris sunt verba hæc circa Romanos Non temere Paulus præmisit iuramẽtum. Quis enim Paulo fidem dedisset nisi quod hic dicit iuramento affirmasset? Hominem qui Romanos non agnouerat, tanta illos prosequi benevolentia, vt sine intermissione in orationibus suis illorum memoriam haberet, quis credet? Reuera congruè Paulus iuramento indiguit, vt tantum animi sui affectum Romanis persuaderet. Credite, credite ó Romani Paulo. Nulla est hic hyperbole aut exageratio, sed sermo iste suam idoneè habet veritatem Quod vel ex eo quod iuramento est confirmatus, credere potestis. Testis inquit mihi est Deus, quod vera vobis loquor. Quãdo aliquis homo fide dignus loquitur, & iureiurando illud affirmat, inciuile est dubitare de eo quod dixit. Maxime fide dignus est Paulus, & quod vobis scribit medio iuramento loquitur. Aequum ac iustũ est vt ei fidem præbeatis. Dicunt; Bene est, sed quod nos detinet tantisper verbum illud est quod dicit sine intermissione se nostri memorem esse. In nulla alia re occupatur Paulus nisi in nostri memoria? Nun quid illi cura est de Corinthijs, Galatis, & alijs? Nos sumus in causa quod cæteras gentes nostri gra

gratia habeat oblitas? Totos dies totasque noctes insumit pro nobis orans & Deum deprecans? Non durabit. Nã quod caret alterna requie, durabile non est. Non interponit interdũ suis gaudia curis? Perpetuo orat sine interpollatione? Si ita est (reuera ita est) magno nos obstrinxit beneficio, pro quo magnas tenemur referre gracias, vt gratijs gratias compẽsemus. Neminẽ vestrum terreat, ô Romani, quod Paulus dixerit sine intermissione. Prudenter istud intelligere debetis, & non vt prima facie vox sonat, sed boni consulite quod Paulus dicit. Vobis insinuare vult, quando orabat, semper sine intermissione vestri memoriam faciebat Quod clarius dixisset, dicẽdo. In meis orationibus nunquam intermittebã vos. Sine intermissione erat semper in me vestri memoria, non alios excludendo, sed vos cum illis includendo. Quando aliquis orat pro aliquo interpollatis vicibus, cum intermissione orat pro illo. Prætermittit namq; interdum illum, Paulus nunquam Romanos prætermittebat. Et hoc sibi vult in istis verbis, & non quod omnibus horis diei & noctis ipse pro eis oraret. Hoc namque non sufferunt humanæ vires. Sed horis constitutis & statis orabat. Alijs enim rebus operam dabat. Comedebat, dormiebat & manibus suis operabatur, sicut ipsemet fatetur 2. ad Thessalo. cap. vltimo. Hæc omnia interdum prætermittebat, vt orationi operam daret, cui ipse studiosissimus erat, adimplens illud Christi iussum Oportet semper orare, & non deficere. Quantum enim momenti habeat apud Deum oratio, ipse experimento callebat. Quare orationẽ suis diligentissime commendabat dicens; Et vos quoqne sine intermissione orate.

Luc. 18.

2. ad Thessalo. cap. 5.

Allusio.

Allusio.

AVdiãt hoc qui prælatorum munere fungũtur, quique pastores sunt quantum debeant habere curam vt orent pro grege sibi commisso. Nec sat eis esse deberet quod illum doctrinę verbo pascant. Hoc quidem debẽt facere, sed illud (Pauli exemplo non omittere.) Certe aureis literis & indelebilibus deberent Prelati scribere verba hæc Pauli, quæ istud vigilantissimũ studium prælatorum erga suos subditos ostendunt. Vnde Samuël 1. Reg. 12 cap. dicebat. Absit a me hoc peccatum, vt cessem orare pro vobis. Sed prohdolor, nihil minus curant aliqui huius temporis prælati, redituri tamẽ de huius muneris negligencia rationẽ Sed & subditi egregium habent hoc loco documentum, quod duabus deberent amplectimanibus, scilicet quód & ipsi habeant priuatas suas preces, nec sint tantum contenti orationibus communibus & publicis. Paulus enim cui dictum est; Sufficit tibi gratia mea qui certus erat de sua corona, præter illam gratiam quam dictum est ei sufficere, adhibet preces priuatas, & nos tãtum negligentes erimus, vt contenti simus orationibus communibus? Absit sed vtrasque adhibeamus. Sunt sane vtræq. Deo quam gratissimæ.

Prælati debent cõtinue orare pro suis subditis.

2. Corin. 12.

Allusio secunda.

Allusio secũ

ALiud reliquit nobis Paulus salubertimum documentum, vt inser vijamus proximorum nostrorum necessitatibus, in hoc rem gratissimam Deo facturi. Quod seruitium annumerauit inter modos colendi Deum ipsum. Reseruantes tamen ei illam seruitutis speciem quam latriam appellamus In reliquis autem nostris proximis inseruire curantes. Hospitalitatẽ non obliuiscentes, calamitatibus eorũ occurrentes, infirmitatibus subueniẽtes, pro illis gratias agentes. illos Deo orationibus commendantes. Huiusmodi enim hostijs promeretur Deus, cui gratissimus est hic inseruiendi modus.

Ad Heb. 13

Sequi

Sequitur

Obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniēdi ad vos. &c.

Quænam esset memoria Pauli de Romanis.

EXplicat Paulus quænam esset memoria quam de Romanis habebat in suis precibus. Sunt quidam in orationibus memores, rogare Deum vt Deus dignetur illos à malo præseruare ab inimicis custodire, bona ista caduca & terrena elargiri, fortunam bonam præstare, diuitijs abundare, pōpositos titulos possidere, & denique vt succedant illis omnia ex animi sentētia. Istum habent scopum in suis orationibus, quando Deum orant. Paulus horum nihil excogitauit, sed eo tandem intentio sua tendebat, quo posset illos illos inuisere, illisque frui in Domino. Maxime enim cupiebat videre illos. Pro hoc ardenti desiderio vt completetur, Deum orabat. Quare ostendebat Romanis beneuolum & amicum animum. Hic est enim amantis genius, vt quamdiu corpore absens est, cupiat suis oculis intueri rē amatam. Sponsa amore capta, per vicos, plateasque quærebat dilectum suum, dicens. Filiæ Hierusalem, si vidistis vos quem diligit anima mea? Si inueneritis, renunciate ei quia amore langueo. Et alio in loco ipsa mersponsa cupiens illum habere præsentem, anxia dicit. Quis mihi det te fratrem meum suggentem vbera matris meæ vt inueniam te foris solum & deosculer te? Omnia verba hæc ebulliunt ardore desiderij, quo amans cupit videre amatum. Consimilia sunt hæc Pauli verba, quibus vehementiam sui desyderij aperit & demonstrat, & eisdē verbis magis declarat quam beneuolo sit erga eos animo. Dicit ergo.

Cant. 5.

Can. ca. 8.

Obsecrans si quomodo. &c Cum particula obsecrans putamus nos adiungendum esse aduerbium semper, & non cum præcedentibus. Ita vt sensus sit sine intermissione in meis orationibus memoriam facio vestri. Semper obsecrans si quomodo tandem aliquando &c. hoc est semper orans vt hoc meum desyderiū quo ardeo videndi vos (si Deo placuerit) cōplea tur & executioni mandetur. In hoc enim mea oratio occupatur. Q.d. Hoc vnum solum mihi est desyderium, nō videndi vestram illustrem & magnificam vrbem, non generosas domos & splendida palatia, non vestros Triūphales currus, nō vestras magistratuū celeberrimas ædes non denique vestra, sed vos Romanos, mihi charissimos, & in Iesu Christo diligētissimos

Differentia inter orare & obsecrare.

Obsecrans si quo &c. Nota est differētia inter orare & obsecrare. Vtraque est eleuatio mentis in Deum, sed obsecratio addit supra orationem attestationem quandam, qualis est illa Ecclesiæ oratio; Per admirabilem ascensionem tuam, & Spiritus sancti gratiā libera nos Domine. Sed quam Paulus Deo faciebat attestationem? Non legimus nec interprætes assignāt. Nec mirum. Nam fermé omnes dicunt mutā dam esse vocem obsecrans in vocem orans. Neque videmus quid absurdi contingit si legamus vt vulgata habet. obsecrans. Quæ vox non est omuino ab ore Pauli aliena, vt in eo versati satis sciunt. Obsecro verbum componi tur ex ob & sacrum. Obsecrare per aliquam rem sacram rogare. Qui orat pro re quam maximo affectu optat, iste obsecrat. Paulus in suis orationibus Deum orabat pro re quam magno optabat affectu, qualis erat videre Romanos. Sed dicis, non est hic attestatio rei sacrę, quæ dicitur obsecratiō Manifeste admittimus, sed forsan erat secreta dicens, Obsecro te Domine, vel per tuam bonitatem, clementiam, vel misericordiam, vt detur mihi

hi legitima & oportuna occasio visẽdi Romanos. Hanc formam fortassis vel consimilem seruabat Paulus Deum obsecrans & orans. Cæterum duo hic accommode satis se offerunt sua sponte petenda à Paulo, alterum quorsum aggregauit & coaceruauit hic tantam aduerbiorũ copiã? Quid hic facit tantus vocabulorum acervus? Nunquid Paulus vult ostentare eloquentiam suam? Secundum quod à Paulo rogamus est, vt dicat nobis quæ necessitas impulit eum vt tam exactam det Romanis de suo desyderio rationem. Quod ad primum attinet, conglutinatio illa aduerbiorum non est sine emphasi. Primo posita est ad vehementiam sui desyderij discoperiendam. Secundo vt doceat nullo modo stetisse per eum si non visitit illos. Nam ipse satis optabat adimplere suum desyderium, sed non licet per tempus, nec fuit locus & occasio & oportunitas commoda vt ea acceptaad eos venire posset. Q.d. Habete me excusatum. Ego libentissime vos iam multo ante inuisissem (nam istud maxime cupio) sed non licuit. Quod si me rogatis quid causæ fuit non datam mihi fuisse occasionẽ? Nunc tantum hoc dico vobis, quia non fuit voluntas Dei. Ego autem nõ debeo vel pedem mouere absque Dei voluntate. Sum etenim eius seruus qui nõ habet proprium sed domini sui voluntatem. Ad aliud vero secundum dicimus vt nemo Paulum in hac re miretur.

Respon.

Nam tametsi superior non sit astrictus rationem dare suis inferioribus, tamen Paulus pro sua modestia & humilitate Romanis voluit dare. Tum vt intelligerent quod ipse illos non vt seruos vel subditos, sed tamquam amicos haberet. Quibus etiam cordis abstrusa & secreta pandenda sunt. Desyderium res abscondita est. Tum fortassis hoc fecit ne Romani (vel excitatibus pseudo apostolis, qui de Paulo nonbene multum sentiebant) vel Romanis ipsis suspicantibus Paulum de se non habere illam curam & diligentiam, quã ipse de cæteris habebat, putarent eo maxime quia alijs scripserat & illos præsentia sua visitauerat de Roma autem nulla cura sibi erat, cũ ipsa esset caput mundi & gloria eius, sed quasi obliuioni tradita. Timens autẽ Paulus ne Romani hanc querimoniã haberent, voluit apertissime ostendere nihil tale venisse in eius mentem. Et idcirco curauit ab illorum mente depellere hanc suspicionem, si forsan eam animo concepissent suo.

Sequitur.

Prosperum iter habeã in voluntate Dei &c.

Multæ retrahere solent hominem a bitinere eo faciendo.

MVlta sunt quę homines retrahere solent ne se committant itinerari. Aliquando temporis inclementia quando nimis uiget auster, quando est niuium ingens copia, quando vigent calores, quando via non est tuta sed oppleta latronibus, quando via est aspera & iter fragrosum, quando nimis longum, & denique quando nimis periculosum. Hæc incommoda viam reddunt inambulabilem. Quando horum aliquid est, iter nõ est prosperum sed aduersum. Paulus optabat iter prosperum. Rogemus eum vt dicat nobis quid horum impediuit quominus non arriperet iter Romã versus. Fuit ne detentus ob æris in clemẽtiam? Aut quia via non erat tuta, vel quia aspera, & fragosa, aut quia scelera tis hominibus plena? Nihil horum detinuit Paulum. Cur igitur se continuit? Cur tanto in tempore non est aggressus iter? Desyderabat. & optabat & nõ properebat? Necessitas & desyderiũ aculei & calcaria sunt. Cur igitur non se accingebat Paulus ad iter? Respondet eo quod non haberet, prosperũ iter. Obsecro quando datur prosperum

Respon.

rum iter? Non facit iter prosperum planities viæ, non securitas, non fertilitas, non hospitiorum bonitas, non breuitas viæ? Quid igitur prosperum faciat iter? Psalmistam consulamus & audiamus. Quid dicis Propheta? Respondet. Prosperum iter faciet Dominus & voluntas Domini. Mira res. Prosperitatem itineris facit Deus. Quando Dominus est transiturus per iter asperum & fragrosum, serui solent præparare viam, & eam prosperam facere, vt sine labore eam Dominus deambuler. Hic è contra fit. Dominus seruis suis prosperum iter facit. Neque mirum. Ipse namque ascendit pandens iter ante nos, & ipse est noster ductor. Ipse nostrum iter facit latum. Larum mandatum tuum nimis. Iter Dei securum: iter impiorum peribit. Quare peribit? Quia non est prosperum. Quare non est prosperū? Quia non est in voluntate Dei. Impius non sequitur ductricem Dei voluntatem. Non potest quis habere iter prosperum si declinet à Dei voluntate quæ est recta. Impio est alia via quæ videtur illi recta: sed nouissima ducunt ad inferirum. Hinc illud salubre consiliū Tobiæ 4. animaduertere licet, docens filium suum dicebat ei. Omni tempore benedic Deū, & pete ab eo vt vias tuas dirigat. Et Psaltes obnixe rogabat dicens; perfice gressus meos in semitis tuis. Vnde antiqui patres pro more habebant peregrinantibus p̄ cari salutem vt prosperum iter haberent. Et in nostra religione id moris est vt recedentes fratres religiosi à domo, qui iter agere debent, vt vel corā sacro sancto sacramento altaris, vel alibi coram imagine aliqua prostrati, ibi pro prosperitate itineris preces effundant Domino antequam iter arripiant. Et idipsum iubet ordo faciendum quando reuertuntur ab itinere. Quinimo per viam singulis diebꝰ mox summo mane ab vrbibus egressi, ambulantes pro prospero itinere Deum orant. Quam consuetudinem vtinam omnes ambulantes seruarent, forsan non tot & tanta si nistra illis acciderēt. Pau. orationibus prosperum iter optabat Hodie quidam more bestiarum equorum, & mulorum, equitant & ambulant. Memores esse deberent eorū periculorum quæ in itinere hominibus euenire solent. Et proinde euntes, & redeuntes committere se Deo, & Angelo ductori nostro dicentes. In viam pacis dirige nos Domine, vt cum salute reuertamur ad propria, & Angelus Domini comitetur nobiscū, vel aliam similem præcatiunculam recitare.

Psal. 67.

Osee. 13.

Psal. 118.

Tobiæ. 4.

Mos fratrū dominicanorum.

Norma egregia de ambulandi iter

Sequitur.

In voluntate Dei veniē di a d vos &c.

PAulus non audet ire ad Romanos & itineri se committere nisi habeat Dei voluntatem comitem. Videre illos desyderabat, sed eos inuisere sine volūtate Dei recusabat. O sancta & omni laude digna obedientia! non habet Paulus velle aut nolle, sine Dei voluntate. Alludit hoc loco ad Christum qui etsi calicem bibere recusabat, tamen Patris voluntati collū submisit dicēs. Si nō potest fieri quod ego volo, tua fiat voluntas, non mea. Sic Paulus absolute non optat videre Romanos, sed cū voluntate Dei. Nec mirum. Nam absque ea nihil est prosperum, nihil iucundum, & nihil tectū. Diligentissime scrutetur hęc Pauli verba christianus lector, & intelliget & sciet sua moderari optata & desidera ta, iuxta rectam regulam. Quidam enim laxant habenas in suis desyderijs neque ea submittunt voluntati diuinę, sed pro sua libidine & ineffrenata concupiscentia. Vnde fit vt rarissime, vel nunquam compleantur. Dicis nobis. Ego obnoxia & pestifera, & Deo aduersa non desidero. Bene est, Nec

Vide D. T. 3. p de voluntate Christi. q. 19. ar 5. Lucæ 22.

Pau

Paulus rem malam & iniustam optabat. Non enim malum erat Pauli desiderium, & tamen illud voluntati Dei subijciebat. Neque Pauli optatum diuino beneplacito displicebat, ad impleri autem nolebat nisi Deo volente. Dicas forsan, hæc conditio frustranea est, & pro non adiecta haberi debet. Quis tam ingenij inops est, & rationis expers, qui non intelligat nihil fieri posse Deo nolente, sed cuncta fieri Deo volente? Nihil igitur opus erat addere in voluntate Dei. Iam enim intelligebatur illa conditio, etiãsi non esset expressa. Et Iuris canon & regula est, quod expressio eorum quę tacite insunt, nihil operatur. In omni enim facto & optato tacitè intelligitur, Deo volente, permittente, & dante. Nam nisi Deus dederit & concesserit, nemo sperare debet & potest iter prosperum. Imò, nec quicquam iucundum. Non est existimandũ Paulum hæc verba adiecisse sine mysterio. Hoc sane fecit primò vt ostenderet se non esse de albo illorum quos Apostolus Iacobus carpit cap. 4. qui in consideratè satis & de re futura incerti dicebant, ecce nunc qui dicitis hodiè, aut cras ibimus in illam ciuitatem & faciemus ibi quidem annum, & morabimur, & lucrũ faciemus. Hæc dicebant illi. Adiungit Iacobus dicens Et nõ dicitis si Dominꝰ voluerit, Aut si vixerimus, faciemus hoc aut illud. hoc hominum genus carpit ibi Iacobus. Ne igitur comprehenderetur Paulus sub ista nota, apposuit verba hęc dicens, in voluntate Dei. Hoc est. Si Deus voluerit. Q.d. Ego prætervoluntatem Dei nihil volo. Nec nobis, nec nostris proxinis, nos quicquam præter Dei voluntatem optare debemus. Dilectio proximorum non pro nostra, sed pro Dei voluntate exhibenda est. Qui vero aliter tribuit, diligendi modũ & mẽsurã excedit. Paulo nimiũ Romanos dicebat à se esse dilectos, ne quis putaret excedere dilectionis regulã, adiecit suo desyderio voluntatẽ Dei. Q.d. tacite. Non excedo dilectionis regulã, quia eã voluntati Dei subijcio. Meum desyderiũ inuisendi vos sub Dei voluntate est subiectum. Si Deus voluerit, impleatur, sin minus, non egreferam. Secundo verba hęc apposuit Paulus, vt nos simul cum Romanis doceret, ne speremus aliquid posse nobis prosperum euenire, nisi eatenus quatenus conforme erit diuinæ voluntati, cui nostrã tenemur in omnibus conformare. Non ignorabat tantus doctor Paulus nihil fieri posse citra Dei beneplacitũ, neque hac de causa adiecit istud, sed vt intelligant Romani se pluris facere Dei voluntatẽ quã suum ingẽs desyderiũ videndi illos. O quam dispares sunt Paulo quidam nostri similes, qui incõsulta Dei voluntate, sua putant posse adimpleri desyderia.

Iaco. 4.

Quæstio an teneamur cõformare nostram voluntatem in volito & ratione volendi cum voluntate Dei.

Allusio.

DIscant hìc Christiani vt sua vota sint composita & ordinata secundum regulam diuinæ voluntatis. Nec putent illa sibi esse prospera quæ mũdanis hominibus arridẽt, sed ea credant fore commoda siue læta siue tristia, siue aduersa, sine prospera fuerint quæ conformia sunt Dei voluntati, quæ prius in omnibus adimplenda est, vt cũ Propheta regio dicant; Doce me Domine facere voluntatem tuam, quę certa & secura, regula est ad nostrã regulandam, desyderia nostra Dei voluntati committamus. Ipsum amemus, ei diligenter inseruiamus, sicque nullis nostris frustrabimur votis sed omnia quęcunque faciemus, semper prosperabuntur.

Allusio.

Psal. 142.

Allusio secunda.

NOn despondeant animũ qui Deo inseruiũt & eius voluntatẽ adimplere curant, si mox non efficiãtur sui

Allusio.

bet præsentia doctoris, cuius exempla plus mouent quam verba, scripta quę mortua sunt nec tantam efficaciam habent ad mouendum vel persuadendum, sicut viuus ipse sermo de ore docentis effluens. Et proinde desiderabat beatus Paulus coram & in præsentia dicere, & potius per præsentiam visitare, quam per literas illos docere. Deinde nota Paulum non rogatum à Rômanis polliceri, imo impartiri donum & velle visitare eos, etsi non vocatus fuerit ab eis. Qua in re verum se ostendit amicum. Nam is certè verus dici potest amicus, qui de suis dònis dat antequam petat amicus, & illius necessitatem iuuat priusquam ab eo vocetur. Nô sic hodie habet humana amicitia, in qua nec amicus amico cômunicat; nec nisi quam rarissime subuenit. Nô igitur expectauit Paulus Romanorum petitionem, nec eorundẽ nuncios, sed vera amicitia motus præuenit eos dicens. Maximè opto vestrũ aspectũ, quo mihi liceat vos de meis donis facere consortes.

Notatur humana amicitia.

Sequitur.

Vt aliquid impartiar vobis gratię spiritualis ad confirmandos vos.

Cuius rei gratia Paulus cupiat videre Romanos.

CVius rei gratia Paulus cupiat videre Romanos, apertè declarat hic textus. Cum humanarum actionum varij possint esse fines (omne enim agens agit propter finem, & si liberum sit, pro suo beneplacito sibi prescribere potest hunc vel illum finem) dicit hic Paulus ob quem finem optaret videre Romanos & cum illis præsens esse, & illorum frui societate. *Vt aliquid*, inquit, *impartiar vobis gratię spiritualis*. Q. d. Non tam mei compendij & vtilitatis, quam vestri. Paulus iam viderat tot & tanta raptus in tertium cœlum, vt nullam cupiditatem haberet videndi ea quæ Roma habebat, siue essent præclara loca, siue raræ antiquitates. Quorsum cuperet videre vana quæ Romæ erant, qui raptus vidit arcana, quæ non licet homini loqui? Non erat hic Paulo Romam eundi finis, sed alius longè præstantior. Dicito Paule tu. Intelligant Romani ex tuomet ore quis sit tuæ profectionis scopus. Respondet; placet. Causa quæ me mouet visendi vos nulla alia est nisi *Vt aliquid impartiar vobis gratiae spiritualis*. Ac si dicat: Non vt accipiam à vobis, sed vt dem. Et quid vis illis dare? Respõdet. Quod ego habeo & à Domino accepi. Volo vt vos Romani sitis participes meorum donorum & beneficiorum, vt iam non verbis, sed donis agnoscatis & exploratum habeatis meum in vos amorem. Signum dilectionis, exhibitio est operis. Alluſit ad illud Ioãnis; Non diligamus verbo, sed opere. Sed cedó quale est donum quod impartiri vis Paule? Est ne aurum, argentum vel quicquam simile? Nequaquam: sed aliquid gratiæ spiritualis. Qualis est dans, tale est donum. Spiritualis dator spirituale donum exhibet. Spiritualẽ gratiam pollicetur se daturum Paulus Romanis. Sed quo pacto dabit Paulus donum spirituale, quod suum non est? Vsurpabit ne quod Dei est? Nonne donum perfectum desursum est à patre luminum? Quomodo ergo dabit Paulus spiritualem gratiam? Expendamus literam, & subinde fiet obiectioni satis. Nomine gratiæ spiritualis non intelligit Paulus gratiam gratum facientem, cuius dator est Dominus: sed nomine gratiæ spiritualis intelligitur donum spirituale, ad perficiendos illos in fide & bonis moribus. Sed dices, quod est hoc donũ? Respondemus. Doctrina Pauli à Deo sibi data, quam ipse vehemẽter cupiebat docere illos, nô

2. Cor. 12.

1. Ioan. 3.

Iaco. cap. 1

iam Paulus videtur ponere manum in messem alienā, & vsurpare quod ad eum non attinebat. Non est negandū partes esse Petri confirmare Romanos. Nam & peculiariter ei à Domino dictum fuit; Tu conuersus, confirma fratres tuos. Nihilominus tamē Paulus & hoc facere poterat ex speciali Dei priuilegio, quia de eo ad Ananiam dictū est; Vade, quia vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meū coram gentibus & regibus. Sed hoc verbo forsan Paulus offendit Romanos. Nam illis notā inconstantiæ & leuitatis impingere videtur. Qui nam quæ fluctuantes sunt, ij confirmatione opus habent. Respōdemus, Non posfumus inficiari verbum Pauli esse aliquantulum durum & acre: sed non fuit prolatum ab eo animo pungendi & feriendi Romanos, quod mox ipse met declarauit dicens. Idest simul consolari in vobis. Q.d. Non vos offendat quod dixerim ad confirmandos vos, quasi credam vos inconstantes & fluctuantes esse, sed per confirmationem intelligo mutuam consolationem. Vide bone lector Pauli modestiam, inspice & humanitatem, considera & periti chirurgi artem. Vix lanceola venam tetigerat, & iam prompte linit brachium. Quia verbū confirmare suspicionem generare poterat de constantia Romanorum, statim mitigauit & liniuit vocem aspera m conuertens illam in dulcem & suauem qualis est vox consolationis. Grata vox est consolari, & omnium auribus applausibilis. Consolamini, consolamini populo meus, dicit Deus vester, clamat Isaias. Boni quando mutuo se consolantur, non modicum gaudium & letitiam sibi comparant. Consurgit namque ex collationibus spiritualibus non modica iocūditas. Hoc experimento comprobarunt patres illi qui in eremo solitarij morabantur, quando contingebat illos ad inuicem aliquid de spiritu pertractare. In hac cohortatione recipro ca magnā dulcedinem sentiebant, & in ea adeò absorpti erant, vt desūmēdo alio cibo nulla esset recordatio. Hanc consolationem Paulus & sibi & Romanis vehmēter optat. Huc tendebat Pauli desyderium videndi Romanos. Habent hic concionatores documē, tum ad bene vtendum suo munere vt sint circunspecti in verbis quibus vtuntur, ne per ea, inconsideratè prolata, contristentur & irritentur aliqui forsan minus patientes ex his qui auscul tant. Videre namque est nonnullos verbi Dei prædicatores in suggesto tam parum moderatos & tanto iræ furore agitatos, qui putant non bene vti suo officio, nisi auditores acribus duris & injuriosis verbis aggrediantur. Et quod deterius est, istud zelum appellant & esse putant. Non ne prædicator eximius Paulus zelum habebat? Et tamen mollioribus & suauissimis vtitur verbis. Et si quod dicit paulo durius, mox temperamentum adhibet. Ad quid seruit stomacari in auditores & plus iusto in candescere, & verbis immoderatis illos arguere? Sane aliud non est quam irritare (vt in prouerbio est) cabrones. Et istud nihil sanè valet, quo fiant à suis vitijs emendatiores. Nisi Paulus vnum illud verbum leniisset, fortassis Romani suæ epistolæ repulsam dedissent. Quare ipse pro sua qua prædi tus erat sapientia, statim interpretatus est verbum illud durum per aliud dulce & amorosum. Vnde poterit hic diligenter animaduertere curiosus lector, quod Paulus in tota hac sua epistola nullum verbum interpretatus est præter istud, scilicet ad confirmandos vos. Profecto multa & varia sunt verba in hac epistola quæ potiori iure posscebant interpretationem & glosam, hic tamen apposuit vt ex sua parte nulla daretur occasio contristandi Romanos. Paterno affectu illos Paulus prosequebatur & ideò

Declamatorum documentū egregium & salubre.

Luc. 22.

Act. 9.

Respon.

Modestia. Pauotanda.

Pau. chirurgi laudus.

Isaie. 40.

pij patris fungi volens officio confirmationem in fide dixit consolationē Q.d. Non offendat vos rigor vocabuli, quoniam non intendo eo verbo vos notare, sed in vobis consolari. Cō solationis vocabulum qudam commutant in verbum cohortationem: quod non multum refert. Nam in alia voce & dictione intelligi potest & ista. Quinimo ex mutna cohortatione consequitur consolatio etiam mutua. Maluit autem vertens vti consolationis vocabulo quam cohortationis, eò quod illa dulcior esset vox. Sed dicito Paule quo pacto & modo consolari cupis in Romanis? Respondet. *Per eam quæ inuicem est, fidem vestram atque meam.* Medium quo futura erat consolatio explicat Paulus per mutuam fidem. Hæc consolatio circa fidem versabatur; Consolationes aliarum rerum caducarum renuebat cum Dauide dicens. Renuit consolari anima mea. Signum satis efficax & magna coniectura ad viros spirituales agnoscendos, videre in quib⁹ & qualibus rebus consolationem capiant. Carnales suas consolationes habent in his quę carnis sunt. At spirituales in spiritualibus rebus. Paulus non erat solitus oblectari animum suum rebus caducis, sed orationibus & gratiarum actionibus animo suo tristitia affecto parabat oblectationē. Hanc oblectationem solus capere diuinus Paulus nolebat; sed vna cū Romanis vt cōmunis esset hæc consolatio. Nō debet namq; pater absq; filijs recreari. Et ideo dsyderabat videre illos quo mutuo se cohortantes Romanorum fides caperet incremētum. Vide Pauli ingenium acute lector. Romanorū profectum dixit esse recreationem suam. Nec temerè sanè. Siquidem filiorum profectus, patrum non leuis est consolatio. Filius enim sapiens lætificat patrem. Quod autē addit Paulus, per fidem vestram & meam, explanatione opus habet, tametsi à multis interprætibus sit quasi intactum relictum vel per transennam consideratum. Principio hic nobis discutiendū est quid intellgat hic Paulus fidei nomine, si fidem (quæ virtus theologa dicitur) an religionem quę cultum & christianum viuendi modum designat. Si hoc loco intelligamus nomine fidei christianam religionem, intelligentia huius textus erit, per vestram & meam fidem, hoc est religionem. Qui enim sunt eiusdem religionis, in ea mutuo consolantur. Dsyderat nā que qui verus est christianus, vt omnes sint tales, qualis ipse est. Et quanto religio crescit, tanto illis maior est cōsolatio. Paulus verò in religione christiana optabat Romanos, imo omnes tales esse, qualis ipse erat, perfectos scilicet christianos. Si verò fidei nomen vsurpetur pro ipsa fidei virtute, restringitur hęc Pauli consolatio ad ea tantum quę sunt fidei, & non ad illa quæ concernunt bonos mores. Religio autem christiana vtrunque ambit, & credenda & facienda. Accedit huc quod Paulus dixit se velle impartiri a liquid gratiæ spiritualis, hoc est donum spirituale. Dona autem spiritualia non tantum sunt fides, sed multa alia charismata spiritualia. Non igitur Paulus dumtaxat cupiebat videre Romanos vt eos perficeret & corroboraret in fide, sed etiam in alijs spiritualibus donis quæ Deus dederat Romanis. Neque obstat quod Paulus mentionem fecerit solius fidei, dicens per eam quæ inuicem est fidem, quoniā ipsa fides est basis & fundamentum totius Christianæ religionis. Et quia Romani magis in hac virtute egebant roborari & exhortari atque confirmari forsan quam in alijs. Sed dicis quorsum meminit Paulus vtriusque fidei & suę & Romanorum? Visus est innuere geminam fidem, contra illud quod alibi docuit dicens, vnam fidem, & vnum bap-

Psal. 76.

Prouer. 10.

Ad Ephe. 4.

tisma

ūsima, Hic dicit se velle consolari per suam fidem & per fidem Romanorum. Debuisset dicere, vel per fidem vel, per fidem quæ vobis & mihi cōmunis est, sicque sublata fuisset occasio existimandi multiplicem esse fidem, & non esse aliam quam ipse habebat, & aliam quam Romani tenebant. Nam cum dicit vestram & postea addit meam, duas videtur insinuare fides. Respondemus Paulus volens effugere hanc suspicionem, adiecit particulam illam inuicem. Per eam, inquit, quæ inuicem est fides vestra & mea. Ac si diceret. Per mutuam fidem. Noluit dicere per vestram fidem tantum, neque per suam tantum, sed dixit per mutuam, insinuans vnam esse tantum fidem. Nam si fuisset alia & alia, quomodo accepisset Paulus consolationem? Imo tristitiam. Consolatur doctor quando agnoscit suos discipulos vnam cum eo habere doctrinam. Sic Paulus optabat videre Romanos vt posset conferre suam fidem cum fide Romanorum, ex qua collatione & concordia inuenta futurum erat vt Paulus cum Romanis, & ipsi cum eo mutuam haberent consolationem. Neque obijcias dicens, Paulus non egebat cohortatione & doctrina Romanorum, quo sua fides roboraretur. Fatemur ingenuè. Sed Paulus sicut omnia alia bona Romanorum vt propria reputabat sic hunc profectum & hanc cōfirmationem, vt suam existimabat. Et adde tu, quod vera charitas omnia facit communia, tam prospera quam aduersa. Vera enim charitate Paulus Romanos prosequebatur. Cæterum ad illud quod obiectum fuit scilicet Paulum dedisse occasionem Romanis existimandi fidem esse multiplicem, dicimus nec datam nec acceptam fuisse occasionem. Nam non volentibus literam extorquere, satis aperte loquutus est Apostolus de fidei vnitate, dicens meam & vestram. Q. d. Quæ est mea, est vestra, & quæ vestra, mea est. Quoniam vnamet est. Neque refert quod in Paulo esset firmior & maior. Nam fides non specificatur (vt verbis schole vtamur) permaiorem radicationem in subiecto. Vnde licet fides sit in vno homine firmior, validior, & constantior, & in alio infirma & pusilla, non proinde dicitur multiplex, fides, sed discriminantur tantum secundum perfectum, & imperfect. Fides enim in viatoribus in dies crescere potest. Non enim absque causa Christus assimilauit eam granosynapis qui in dies crescit, adeò vt fiat arbor alta, in qua volucres cœli habitare possunt. Et eadem de causa comparata est modico fermento. Crescit autem potissime, si ei maiora adddamus pietatis opera. Quod si intelligere vellent miseri Lutherani discipuli, non tantopere inuisa essent eis opera pietatis. Neque mirum. Pietas enim (Paulo teste) ad omnia vtilis est, nedum ad fidem augendam.

Respon.

Matt. 13.

Matt. 13.

Pietas fidem adauget.

1. Timo. 4.

Ex dictis (vt aliquid colligamus nobis imitandum) obseruare debemus in gentem Apostoli humilitatem, qui cum esset doctor & magister Romanorum, non dedignatur velle habere collationem de fide & scripturis cum suis discipulis, qui illi longe impares erant. Imitatus est magistrum suum Christum, qui volens necessitati hominum qui eum sequuti fuerant subuenire, suos prius consulit discipulos dicens. Vnde ememus panes vt manducent ij? Ex vtroque exemplo discere deberēt tam magistri quam præfecti, non habere contemptui suos discipulos, & subditos, sed cum eis quæ sunt illorum salutis contractare & disponere.

Ioan. 6.

Sequitur.

Textus.

Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque ad huc, vt aliquem fructum habeã in vobis sicut & in cęteris gẽtibus.

Cur dicat Pau. nolo autẽ vos ignorare.

TRifariam hactenus Paulus ostenderat quanto amore prosequeretur Romanos, primo quia pro eis gratias Deo referebat, secundo quia illorum continuam in orationibus memoriam habebat, & tertio quia vehemens desyderium videndi illos habebat annectit modo desyderio propositum adimplendi illud desyderium. Multi desideria habent, sed non proposita. Propositũ affinius est exequutioni, quam sit desyderium. Adesyderio venitur ad propositum. Qui verè desyderat, proponere debet, vt exequutioni mandetur desyderium. Vix vnus hominum est qui fœlicitatem non optet. Omnes cupimus esse fœlices. Bonum omnia appetunt Philosopho teste. At quam pauci sunt qui proponant & operam dent vt eã consequantur? Ille reuera proponit qui se disponit, & quantum est ex sua parte facit quod in se est. Nunc dicit Apostolus, ô fratres Romani volo vos certos esse magis quôd habeo de syderium videndi vos, ex hoc quod sæpe propositum habui veniendi ad vos. Proponebam indesinenter, sed prohibitus sum vsque adhuc: idest, in præsentem diem. Q.d. Non stetit per me vt iam complerem meum desyderium, sed quia præpeditus fui. Sit vobis hoc notum & exploratum, quod ego nollem à vobis ignoratum iri: quod etiam, si à vobis fuerit scitũ nulla vos tenebit admiratio, quod meum desyderium in vobis ad huc non sit completum. Et inde etiam vobis notum erit me non vos solo verbo amare, quod ex mea tanta mora forsan suspicari vos poteratis. Non dicit Paulus à quo fuerit prohibitus & impeditus quód non potuerit ipse complere suũ propositum. Cedo Paulę, quis te impediuit? Petrus ne, an alius homo? Nonne à Christo accepisti Apostolatus officium? Nonne confessus es quod non ab homine, neque per hominem creatus eras Euangelij minister? Quis igitur te prohibere potuit quominus tuo fungereris officio? Si quis te talem constituit: bene est, si alius, docet qua authoritate hoc facit. Verbum enim Domini non est alligatum. Romani sub tua apostolatus functione comprehenduntur. Non mittis manum in messem alienam. Si à Petro vel ab alio susceperunt fidei doctrinam, bene potes tu confirmare illos in susceptа iam fide. Vnde tã tum abest vt hoc fiat cum iniuria Romanorum, vt fides illorum per hoc illustrior habeatur, vt pote à duobus tã eximijs doctoribus approbata. Non igitur à quoquam potuit Paulus prohiberi ne iret ad prædicandum Euangelium Romanis. De causa prohibitionis istius, non est vnus omnium interprætum consensus. Imó necde nomine prohibitus. Volunt alij mutãdum esse vocabulum prohibitus in vocabulum impeditus. Sed reuera nõ oportet. Sic enim tolleretur emphasis quę est in verbo prohibitus. Omnis enim prohibitus præpeditus est, nõ tamen ê contra. Omne namque impedimentum non est prohibitio, nisi late vtamur vocabulis. Prohibitio si est legitima, à superiori habet fieri potestate. Inferior non potest prohibere superiorem. Paulus in prædicatione Euangelij in terra superiorem non habebat. quomodo ergo dicitur prohibitus? Forsan ob istud aliqui interpræres horruerunt vocabulum prohibitus vsque ad huc, & verterunt impeditus vsque ad huc. Nos vero existimamus optime vertisse interprætem, & legendum esse prohibitum, & nõ præpeditum. Siquidem qui illum vetuit & prohibuit ne Romam iret, Apostolo ma

2. ad Ti. 2.

1. Ethico.

lo maior erat. Ipse quippe Spiritus sanctus erat qui poterat prohibere Paulum. Ab hoc spiritu ipsemet Paulus iã alias confitetur se fuisse prohibitum.

Act. 10. Actuum 10. habetur quod Paulus à Spiritu sancto vetitus fuit prædicare verbum Dei in Asia. Hanc expositionem multi expatribus antiquis approbant. Multo namque connenientius est asserere Paulum prohibitum fuisse à spiritu Sancto, quam à spiritu Sathanico. Origei Tametsi doctissimus Origenes id fieri posse existimet, eo quod etiã

1. ad Thessa. cap. 2. Paulus alias hoc suaſponte sit confessus 1. Thessalonicenses cap. 2. dicens, impediuit nos Sathanas. Licet enim Sathanas nullum non mouet lapidẽ quo impediatur prædicatio Euangelica, tamen non tantam efficatiam habet vt Spiritus sanctus, qui imperando potest cohibere quod vult, & ei parere tenentur omnes. Sathanas autẽ sic prohibere non potest. Nec Paulus tenebatur stare illi prohibitioni. Nam

1. Pet. 5. Sathanę resistere iubet Apostolus Petrus dicens: Cui resistite fortes in fide. Verum tamen est quod ipse vt est pater seditionum & amator discordiæ, nihil intentatum reliquit vt perturbet pacem & concordiam in Ecclesia inter Christianos. Et sic fortassis Paulo fuit impedimentum nesuum complere desyderium. Cæterum qui dicunt Paulum fuisse prohibitũ propter peccata Romanorum, tametsi istud fieri poterat (quia peccata populi impedimento sunt ne viri sancti seminent in

Matt. 21. ter alios verbum Dei. Christus Iudæis dixit auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum. Et Pau

Act. 13. lus eisdem Iudæis ait, Quia vos indignos iudicatis eternę vitæ, & repellitis verbum Dei, quod oportebat primũ loqui vobis, ecce conuertimur ad gentes. Quando enim populus est oppletus peccatis, non est dignus vt detur ei prædicatio verbi Dei.) Cæterũ Paulum dixisse istud propter peccata Romanorum, non est credibile. Quoniã Paulus hic captabat beneuolentiam illorum, ideo non debebat reducere ad memoriam peccata illorum dicere: illa fuisse causam quod ipse non venerit ad illos. Sic enim magis redderet inuisos quam benevolos. Non igitur dixit Paulus se prohibitum fuisse propter peccata Romanorum. Quare citra præiudicium melioris sententiæ, existimare audemus Apostolum non fuisse impeditum à suo proposito vel ab Spiritu sancto, vel à Spiritu malo, vel à peccatis Romanorum, sed ab alijs occupationibus Euangelicis. Præoccupatus fuit Paulus in prædicatione Euangelij in partibus vbi nondum fuerat predicatum Euangelium. Romæ verò iam erat annunciatum. Nec obstat quod Roma esset caput mundi. Morem in hoc bonorum medicorum seruauit Paulus qui prudenter solent occurrere illi parti corporis quæ magis periclitatur. Sic in alijs partibus maior erat necessitas & forte maius periculum. Proinde inuisit Paulus illos prius quam Romanos, Et hæc occupatio fuit causa quod Paulus non potuit adimplere suum desyderium. Quando Paulus impediebatur á Sathana, vel à Spiritu sancto, iam ipse expresse dixit. Dixisset quoque modo, si ab aliquo horum fuisset impeditus. Ipse autem nihil dicit, Vnde magna conlectura trahitur aliunde fuisse impeditum. Certum quippe est quod occupatio circa alias Ecclesias prohibebat Paulum ne posset inuisere Romanos. Erat enim sua præsentia necessaria in Ecclesijs alijs, vbi nondum fuerat prædicatum Euangelium Christi. Neque nobis obijcias dicens; Si ideo quia Paulus non dixit se fuisse impeditum à Sathana, vel à Spiritu sancto, vel à peccatis Romanorum, nullum illorum impedimentorum fuit causa quod Paulus non compleret propositum, pari ratione nec ista à nobis assignata erit quia eam non dixit Paulus: Nulla exprimit causam. Respõdemus quod licet

Mos bonorũ medicorum.

licet Paulus hic impedimentum racuerit & secretum sibi habuerit, non patefaciens illud Romanis, verum inferius cap. 15. palam & aperte confitetur se fuisse impeditum & prohibitū propter prædicationem aliorum locorū, vbi nondum fuerat annunciatus Christus. Legat lector, & palam comperiet ita esse vt nos dicimus. Si igitur Paulus aperit mentem suam, & vnde fuerit prohibitus dicit, quid opus est diuina re & excogitare alia impedimenta, præter illa quæ ipse meras asserit? Quis eo melius potuit agnoscere à quibus fuerit præpedirus? In hoc intelligendo loco nullum alium volumus interpretē præter ipsummet Paulum. Quando enim Paulus seipsum declarat, non est à foris quærēda alia expositio. In principio epistolę noluit dicere Romanis vnde fuerit prohibitus ire, quia iam dicturus erat antequam elauderet epistolam suam. Et sic putauit expedire magis Romanis vt in fine epistolæ scirent, & non in principio.

Sequitur.

Vt aliquem fructum habeam in vobis.

Sinceritatē sui propositi declarat Paulus. Non enim Romanos adire volebat vt ex illa profectione lucrum sibi reportaret, more aliquorum qui lucri causa alios visitant, sed pro vtilitate eorū ire desiderabat. Ecce quorsum Paulus sæpenumero proposuerat venire ad Romanam Ecclesiam.

Sinceritatē sui propositi declarat Pa.

Circa hæc verba adnotatione dignum est in primis, hic ostendere se Paulum verè Apostolum Christi. Nam is qui pseudo apostolus est, etsi veniat ad aliquos, non habet apud illos fructum. Nec mirum. Quoniam nec hoc intēdit, sed aut propriam gloriam, aut terrenam mercedem. Verus autem Apostolus ex fructu quem affert dignoscitur. Ego inquit Christus, posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Et licet suis auditoribus afferat fructum, sibi etiam prodest qui alium docet. Tamen fructus magis agnoscitur in discipulo quam in doctore. Ideo qui non docēr vel pro suis opibus augendis, vel pro peculiari gloriola captanda, sed pro discipulorum profectu, isti sane si quid ex sua cura & studio vident prouenire frugis, non sibi sed discipulis reponere curant. Talis planè fuit Paulus noster Apostolus, qui fructum non in se sed in discipulis suis habere vult. Verū tamen antequam vlterius curratoratio, non est negligendum hic quod congruentissime in istum locum cadere potest, scilicet interdum ex defectu discipuli esse quod doctor nō proficiat & habeat in discipulo fructum aliquem: aliquando vero impedimento est ipsemet doctor qui docet. Si enim discipuli non se parant, diligēter que disponunt, laborare poterit Doctor, sed ocloſus erit labor. Non enim spiritualia minus dispositionem exigunt in recipientibus, quā corporalia. Quod elegantissima meraphora & parabola significauit Christus de semine: de quo dixit nullum fuisse collectum fructum ex illo quod cecidit inter spinas, nec de illo, quod seminatū est inter petrosa. At quod cecidit in terram bonam fructum fecit multum. Ex qua parabola congruè adaptari potest analogia de semine huic nostro proposito. Siquidem quod in grano frumenti facit terra idipsum facit in doctrinæ traditione discipulus qui recipit. Nam si illa diligenter à spinis alijsque malis herbis purgata fuerit, & alijs necessarijs bene præparata, tunc sua ex parte apta erit vt in ea tuto sperari possit fructus. Si vero fuerit inculta, & tribulis, ac noxijs herbis vbundet, qui in talem terram iacit semina, & suā operam perdit, & vanam de futuro fructu habet confidentiam. Sic est in hoc nostro proposito, in quo qui docet ty

Lucæ.

Signum ad cognoscendum verum Apostolū.

Ioan. 15.

simile.

cet typum habet agricolæ vel seminā tis, qui si habet terram hoc est auditorem aptum & dispositum ad recipienda spiritualis doctrinæ semina, certissimè sperare poterit fructum aliquem si autem deturilli auditor qui sit quasi terra dura, repleta spinis, tunc sua cura & diligentia cassa erit. Non enim habebit fructum. Vnde noster Paulus bonus agricola (qui de seipso dixit; Ego plantaui) tacite & lepida analogia Romanos commendauit hic quod essent terra bona apta & præparata, ex qua ipse posset habere, colligercq; fructum. Nam si putasset illos esse terram sterilem, nunquam eis esset pollicitus fructum aliquem. Neque ausus est pollicerì omnem, sed aliquem. Nā id Dei solius est, qui omnia quæ vult habere potest in sua cratura. Nos autem non sic, sed aliquid tantum habemus in creatura. Vel fortè dixit aliquē & non omnem, ne videretur arrogare sibi aliorum laborem. Laborabant & alij circa salutem Romanorum, fructumque habebant. Nam in fine epistolæ cap. vltimo dicit; Salutate Mariā, quæ multū laborauit in vobis. Et ideo nolens alioram fructum furtim sibi arrogare dicit. *vt aliquem fructum habeā in vobis*. Tacitè depingit hic Paulus differentiam inter veros & falsos Apostolos. Nam illi habent fructū & eorum fructus manet. Falsi nec faciunt fructum, neque manet. Nam licet aliquando vulgi sequelam & applausum habeant, nullum tamen bonum faciunt fructum. Nec mirum. Malę enim arbores sunt quæ fructum bonū facere nequeunt. Licet namque aliquando bonam terram habeant, tamen semen malum est, & doctrina pestifera. Ex quo semine oriri non possunt nisi spinæ & vrtice, & similia. Paulus autem magnam spem habebat se habiturum fructum eum peruenisset & inuisisset Romanos ex eo quod istudiam expertus fuerat inter alias gētes. Et præcipuè ex eo quod ipse ad hoc fuerat à Christo electus. Intelligebat enim se comprehensum quoque esse sub numero illorum quibus Christus dixerat; Ego elegi vos, & posui vos vt catis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Ideo dicebat Ego sæpè proponebam venire ad vos confidens quod in vobis quoque haberem aliquem fructum, sicut habui in alijs gentibus. Paulus hic nihil sibi optat. Omnia suis discipulis desyderat Nec mirum. Nam fructus Christiani doctoris non est gloria eius, sed profectus discipuli. Non ehristianè docet qui suæ doctrinæ commodum sibi rē portat.

1. Cor. 3.

Ioan 15.

Creatura tantum aliquid habet in creatura.

Sequitur.

Vt aliquem fructum habeam.

VIde bone lector Pauli modestiā. Perpetuó eam seruat. Non est ausus dicere vt aliquem fructum faciā. Aliquid interest inter facere fructum & habere fructum. Agricolæ ex suis arboribus fructum habent (maximè si arbores non sunt steriles) sed non sunt agricolæ qui faciūt fructum, sed arbores. Arbor bona dixit Christus, bonos fructus facit. Agricolarum munus est serere, fodere terram, in eam stercora iacere, colere arbores, & id genus reliqua, sed quod fructificat, & fructum producit, arbor est. Sed cui fructificat? Cui? Domino suo. Dominus habet fructum in suam vtilitatē, Arboribus videtur assimilare Paulus Romanos, quando dicit; *Vt habeam aliquem fructū in vobis*. Sed si Paulus habet fructum, Romani absque fructu remanebunt? Ex Pauli igitur aduentu nihil ipsi asportabunt fructus? Nam Paulus sibi ipsi videtur velle fructificare & non Romanis. Nihil obstat verbum habeam. Iam Paulus se explanat dicens; IN VOBIS. Q.d. Vester erit fructus. IN VOBIS, hoc est, In vos redundabit fructus. Quomodo ex

Matt 7.

do ergo diceris tu Paule habere? Ille habet propriè arborum fructus, qui illis fruitur. Respondeo. Ego habebo, quia illi habebunt. Illorum bona mea reputo. Vel: Ego habebo mercedem impartiēs illis: & ipsi fructum recipiēt, Et sic fructus mei aduentus & illis & mihi communis erit. Dicit ergo. *Vt aliquem fructū habeam in vobis.* 1. Corin. 3. Memor fuit Paulus se alibi dixisse; Neque illum qui plantat, neque illum qui rigat esse aliquid, sed qui incrementum dat. Qui dat incrementū, ipse est qui facit fructum. Ioan. 15. Vnde si diligenter scrutemur verba illa Christi; Vt eatis & fructum afferatis: non dixit fructum facia tis, sed afferatis. Non illi erant qui faciebant fructum homines docentes, sed Deus. Sicut enim non erant ipsi loquētes, sed spiritus Patris qui loquebatur in eis: sic non erant faciētes fructum, sed afferētes. Q. d. Christus. Ego faciam fructus, vos eritis collectores & delatores. Mitto vos vt colligatis fructus verbi Dei. Fructus inquam eorum quæ vos seminabitis. Apostoli & seminatores & fructuum collectores fuerunt. Sed expedit hic diligenter animaduertere Pauli (vt ita loquamur) audaciam. Qui ausus est habere propositum, & se idoneum existimare ad docendam Græciam, & Romanos: & paratū esse ad docendum tam sapientes, quam insipientes. Contine te Paule. Non vides quod multis hominum millibus inuisus & offensus es existimatus maximus Ecclesię persequutor; Memor esto quòd nulla humana eruditione præditus es Conspice quod artem sutoriam (quæ vilis est) exerees. Quomodo igitur tam imparem prouinciam & sarcinam humeris tuis imponis? Metire tuas vires, & quod supra te esse videtur, tentare ne præsumas. Forsitan succumbes. Respondet Paulus se aliud nihil posse facere. Siquidem huius muneris se debitorem esse agnoscit. Soluere opus tat suum pensum & debitum. At quo modo soluet? Soluet sanè Dei potentia & gratia prædit⁹ & adiutus, de qua ipse alibi dicebat. Omnia possum in eo qui me confortat. Neque opus habebat eruditione humana, quò huius mundi sapientes doceret. Satis diuina ornatus erat literatura ad id muneris exequendum. Ad Philip. 4.

Sicut in cæteris gentibus.

ROmanis cæteras gentes proponit Paulus. Multis enim hoc facit de causis. Primò vt intelligerent Romani quòd Paulus nolebat excludere illos ab illo beneficio quod alijs gentibus contulerit. Non enim erat apud eum acceptatio personarum in his quæ sui muneris erant. Secundò ostēdere in hoc voluit alias gentes non plus, nec ipsos minus esse dilectos ab ipso. Aemulationis occasionē voluit dimouere ab illis. Tertio maiorem spem Romanis dedit. Quando enim medicus infirmo dubitanti de sua salute, dicit se iam in alijs expertum fuisse medicamen quod illi prębere vult assurgit æger in maiorem fidē & spē quòd illud medicamen erit quoque & ipsi fructuosum & salutiferum. Sic intelligētes Romani quòd Paulus sua prędicatione fecisset iam fructum in alijs gentibus, animosiores & maioris spei reddebantur. In rebus namque dubijs multum valet aliorum experimentum. Propēsior enim quisque est ad aliquid credendum & ad doctrinam nouam recipiendam, quando videt iam fore receptam à multis alijs. Nobis videtur hoc loco Paulus argumentari à minori ad maius q. d. Si ego habui fructum in alijs gentibus quæ vobiscum non sunt comparandę, multò magis confido me habiturum in vobis. Id circo desydero vos, vt in vobis habeam aliquem fructum, sicut & in cæteris gentibus. Quod si hactenus Cur dicat Paulus in cæteris gentibus. Similis.

istud non sit factst, cnipa nō est mea. Ego enim promptissimus eram & paratissimus venire ad vos. at prohibitus sum vsque in hanc horam. Sed bono animo estote, quod cum ego huius rei debitor sim, dabitur opportunitas & occasio soluendi hoc debitum Et tunc aduentus noster ad vos non erit ociosus, sed fructuosus, sicut fuit in cæteris gentibus. Sed dicito Paule, quibus gentibus debitor es tu? Respōdet. Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipiētibus. Forsan occurrit hic Paulus obiectioni quam pretendere poterant Romani dicentes. Si tu Apostole Paule docuisti & instruxisti alias gentes, nihil mirum. Nam erant Barbarę & insipientes, at Roma plena est sapientibus qui non indigent doctrina. Obuiat Paulus dicens. Non ita est. Nam ego etiam sapientibus sum debitor. Hoc est, mihi quoque incumbit ex meo officio instruere & docere sapientes.

Græcis ac Barbaris sapientibus & insipiētibus debitor sum Ita quod in me promptū est & vobis qui Romę estis euangelizare.

Confirmat Paulus fortiori & valentiori ratione vehementiam sui desyderij & propositi, vt prosperum iter haberet eundi ad illos, semper tamen perseuerans in captanda solita benevolentia. Ratio autem in hunc modū ad formam redigi potest. Quiuis debitor cupit & desyderat exonerare se soluendo, a suo debito, at ego vobis Romanis, imo omnib⁹ debitor sum. Ideo facile erit vobis credere me magnopere desyderare videre vos. Nam sic meum soluam debitum. Quod autem vobis sim debitor, inde vos colligere potestis, quia Græcis & Barbaris, sapientibus & insipientibus sum debitor. Si illis, etiam & vobis. Nam & vos sub districto mei Apostolatus cōprahēsi estis. Quod si Græcis & aljs prius solui istud debitum, nō putetis vel pro maiori benevolentia, vel pro mea factum esse voluntate, sed ex diuina sic ordinante prouidencia. Spiritus Domini impulit me prius ad illos quam advos. Et ille impulsus causa fuit quod hactenus non viserim vos. Quando debitor multis creditoribus debet, si simul soluere non potest, prius soluere debet illis qui magis indigent. Ait Paul⁹. Illi tales quib⁹ pri⁹ prædicaui. Boni consulite istud vos, o Romani. Cæterum suam emphasim habet verbū debitor. Meritor se poterat appellare doctorem, sed humiliter de se ipso sentiens, maluit se dicere debitorem. Sed vnde Paulus contraxit tam copiosum debitum? Vni vel duobus, vel saltim decem hominibus esse aliquē debitorem, tollerabile est, at omnibus hominibus, horrendum dictu est. Primus ille noster parēs Adamus omnes homines debitores fecit, at ipse soluere nequiuit. Quo igitur pacto soluet Paulus si omnibus hominibus est debitor? Forsan ipse respondere nobis possit dicens. Qui iussit vt contra herem, ipse dabit vt soluam. Christus Iesus quando iussit vt portarem nomen suum per mundum, me debitorē omnibus fecit. Quasi diceret apertius. Quando me segregauit in functionem Euangelicam, tunc me omnibus debitorem fecit. Quod munus cum esset Paulo demandatum à Domino, doctissimè dixit B. Ambrosius ex mādato Domini prouenisse Apostolo hanc obligationem. Origenes autem ex eo facit Paulum debitorem, quod potens esset loqui omnium linguas, & sic prædicare eis Euangelium. Sed reuera peritia omnium linguarum magis facit Paulum idoneum ministrum quam debitorem. Ad idoneitatem magis spectare videtur loquutio omnium linguarum, quam ad obligationem. Paulus Deo gratiam habuit, quod omnium hominum linguis loqui

Confirmat Pau. vehemētiam sui desyderij & propositi.

Similc.

D. Ambro Orige.

qui posset, sed non dicit ex hac parte se debitorem esse. Aliunde contraxit debitum. Nimirum ex eo quod dispensatio & administratio ei à Domino credita fuerit. Necessarium igitur erat ei euangelizare. Væ inquit, mihi est, si
1 Cor. ca 7. non euãgelizauero. Necessitas enim mihi incumbit. Per hæc enim verba palam constat, vnde Paulus contraxerit hoc debitum. Quod quanti æstimauerit & reputauerit Paulus, ex eodem met loco colligere poterit lector diligens. Sed fortè dices. Paulus in hoc loco tantum confiretur necessarium esse vt ipse operam daret prædicationi Euangelij, sed non dicit necessariũ esse vt hoc præstaret apud omnes mũ digentes. Respondemus illic apud Corinthios non fuit necesse explicare nisi necessitatem prædicationis, & non ambitum illorum quibus communicanda erat: hic autem Paulo necessum fuit scribens Romanis. Et ideo hic nedum dicit se debitorem, sed etiam quibus sit debitor, nempe omnibus hominibus absque aliquorum delectu. Quod si tacuisset, esset iam hoc sic intelligendum. Euangelium namque omni nationi quę sub cœlo est debetur. Alias nõ voluisset Deus omnes homines saluos fieri, & Christus non fuisset redemptor omnium hominũ. Et inde colligimus rectè, quod si prædicatio Euangelij nondum est sparsa & diffusa per totum mundum istud aliquando necessario esse complendum, priusquam dies mundi vltimus nos compræhendat. Porro Paulus inter suos creditores quatuor recenset, Græcos primo, Barbaros, Sapientes, & insipientes. Græcorum autem nomine illos homines intelligit qui sapiẽtia & moribus prædità in maiori prætio habebantur. Homines sua sapientia inflati, sermone & lingua eloquentes, & legibus viuentes. Hos inflatos homines Paulus Euangelij collo subiecit. Neque hoc cuiquam mirũ videatur quód Paulus de istis hominibus triumphauerit qui tanta prędita erant sapientia. Sed sapientia Pauli perdidit sapientiam horum sapientum. Doctrina namque Pauli omnes alias superat. Erat enim Christi doctrina. Non enim ab alio ipse didicerat. Istis Græcis contrapositi Apostolus Barbaros. Hi erant qui non callebant linguam Græcam, sed tum sermone, tũ natura & natione Barbaræ gentes dicebantur. Hi absque legibus politicis viuentes, mores agrestes & in cultos habebant. Isti barbaræ nationi etiam fatetur Paulus se debitorem esse. Sed insurgunt aliqui & dicunt, indecoram sanè rem esse vt tantus Apostolus versetur inter Barbaras nationes, quæ vix rationis fræno domari & regi possunt. Et quomodo potent Paulus gentes tam rudes, tamque indociles docere? Et mores illorum rãferinos quo pacto poterit edomare? Quæ ratio eõ uincet illos qui nulla ducuntur ratione? Paulus qui paratus erat mori pro Euangelio, pro nihilo ducit harum gẽrium ferocitatem, nec eorum timet furorem. Animum habet ad compescendam tantam barbariam Apostolus, & parui facit laborem qui eũ manet in ea componenda & docenda. Quantus autem sit labor docere Barbaros & rudissimos, soli qui periculũ fecere sciunt & possunt dicere. Verũ neque hic labor, neque quæcunque alia pericula Paulum terrebant. Pro gloria Euangelij omnia discrimina pro nihilo ducebat. Proximorum salutẽ propriæ vitæ anteponebat. Quare labori nulli parcebat. Perinde erat ei cum Barbaris habere negotium, quam cum hominibus natura & ratione humanis. Sapientibus & insipientibus ex æquo par erat. Aequalis de ambobus illum cura tenebat. Non plus se sapientibus quam insipientibus debere palam dicebat. Sed quid Paule tam parui facis sapientiam? Nunquid tu optime nosti quanti sit habenda sapientia? Si tibi pares sunt sapientes

& insipientibus, nil præstabit esse sapientem vel non sapientem. Qui Paulum diligenter versat, & eum præmanibus habet, facile cognoscet nihili factam ab eo sapientiam huius seculi.

1. Corinth. 1. Quos intelligat per sapientes.

Quomodo poterat Paulus magnificare illam sapientiã, quam Deus stultam fecerat? In Euangelio pares sunt Paulo sapientes & insipientes. Sed inquiramus interim, quos appellat hic Paulus sapientes? Vocabulo sapientis illos homines intelligit, qui ingenio pollentes, eruditi erant non solum in se ornati humanis literis, sed etiam alios docebant in gymnasijs Philosophorum. Hi sapientes appellabantur. Horum apud Græcos non parua copia erat. Vnde non omnino incongruè putant aliqui eosdem à Paulo vocatos esse Græcos & sapientes. Nam Paulus non contraposuit sapientes ipsi, Græcis sed Barbaros. His tam Græci quam sapientes è regione opponũtur. Barbari, lingua Græcis lingua, barbari ingenio & moribus, Græcis sapiẽtibus, arte, doctrina & literis præditis opponuntur. Verum si vocabulo Græcorum & sapientium alias & alias nationes intelligere volumus, nihil incommodi inde sequetur. Tunc Græci tantum intelliguntur qui non erãt Barbari, quales erant qui linguam græcam non callebant. Et hi forte nõ erant multi. Nam lingua græca tunc temporis commune idioma erat, & qui non communicabant in hoc idiomate, pro barbaris habebãtur. Et istis quoque dicit Paulus se debitorem esse. Q. d. Nec volo excludere à meo debito illos qui nobiscum etiam in lingua nõ communicant. Cæterum per sapientes intelligit homines literatos & doctos, siue essent Græci, siue non, & per insipientes, indoctos & ignaros intelligit. Porro inter grauissimos Pauli interpretes non bene conuenit sub quibus istorum comprehensi fuerint Romani à Paulo. Diuus Chrysostomus dicit sub Barbaris. Eo quod non

D. Chry.

essent natione Græci. Quę sententia si approbetur, hoc erit tantum ob dicentis & asserentis authoritatem. Durum verbum est appellare Romanos Barbaros, eo potissimè tempore quo beneuoli efficiendi erant. Qui namq; beneuolentiam captat, à duris vocabulis abstinere maxime procurat. Beatus autem Ambrosius sub Græcorum nomine Romanos cõprehendivult. Quod rationi magis quadrat. Callebant namque & ipsi linguam græcam. Alioqui non scripsisset illis Paulus græce hanc epistolam. Sicut enim comprehensi sunt sub nomine sapientibus ita crædibile & verosimile est intellectos fuisse sub vocabulo Græcis. Quemmadmodum immodestũ fuisset appellari Romanos insipientes ita in ciuile dici barbaros. Vix est hodie grammaticulus aliquis, qui non moleste ferat si à quoquam appelletur barbarus. Quanto magis illa inclyta Romanorum familia durius tulisset. Si quis tamen vellet se ab istis angustijs liberare, dicere posset fortassis sub nullis illorum esse comprehensos Romanos, neque sub Græcis, neque sub Barbaris, quemadmodum asserit Origenes de Iudæis, quos dicit non esse comprehensos à Paulo, eo quod manifesto constabat Paulum debitorem esse eis, pro quibus præcipuè Christus venerat in mundum. Sic dicere possumus Paulum noluisse comprehendere Romanos sub illa communi ratione debiti, sed speciatim voluit indicare se debitorem esse his qui Romæ erant. Dicis, & vbi & quando hoc fecit Paulus? Respondemus. Ibi quando dicit, Itaque quod in me, promptum est & vos qui Romæ estis euangelizare. Q. d. Et vobis Romanis debeo prædicationem, sicut & cæteris, licet ad vos primò non venerim. Quod non præstiti eo quod existimauerim non esse debitam vobis prædicationem Euangelicam, sed quia vsque ad huc mihi non licuit etsi promptissimo ad arripien

D. Ambro.

Orige.

ripiendum iter. Nam in me promptū est & vobis qui Romę estis euangelizare. Solum hoc restabat Paulo dicendum vt modis omnibus fieret perspectum & exploratum Romanis quod ab eo essent dilecti, & reuera optaret videre illos. Q. d. Non putetis ex mea parte esse impedimentum. Nam quātum est in me, hoc est ad me pertinet promptitudo. Hoc est promptus & paratus sum vobis euangelizare qui Romæ estis. Rogate vos Dominum vt mihi facultas fiat, tunc agnoscetis quod non stabat per me, quia iam prōptissimus sum inuisere vos. Promptū est in me & vobis qui Romæ estis euāgelizare Paulus sensim & gradatim aperuit qualem animum haberet erga Romanos. Primo aperiendo suum desyderium videndi illos, deinde propositum, vltrio ò promptitudinem offert. Ex tam firmo proposito, non poterat non oriri promptitudo. Sunt quidam qui desyderium habent, sed nō propositū, sunt qui propositum, sed non sunt prompti, sed tardi & pigri ad desideria complenda. Paulus prōptissimus est ad suum munus peragendum. Hic Apostolus prædicatores excitat à torpore & negligentia, vt non sint ad exercendum suum officium pigri, sed semper parati & prompti præstolātes Domini iussum, sine quo pedem mouere haud debent. O quā paratus erat ille qui dicebat; Ecce ego mitte me. Quod non dixit Propheta arrogans & temerariè se offerens, sed quia iā ab Angelo purgatus erat. Neque iuit donec dictum est ei; Vade, cōcionator prius purget se, sicque purgatus expecter vt ei dicatur, vade. Nō eat nisi missus. Quomodo prædicabunt, inquit Paulus, nisi mittantur? Et hic quoque admonentur qui nō sunt concionatores, sed proximi rantummodo, vt sint prompti & parati, non tardi & pigri ad illa negotia quæ concernunt nostrorum proximorum salutem & commodum, maximè quando viget magna necessitas. Vera namque & christiana charitas nescit esse tarda & pigra: Paulus paratus erat. Et vobis inquit qui Romæ estis euangelizare. Nihil eis Paulus optat præter Euangelium. Sed qua re alia eget qui Euangelium hoc est rem euangelizatam habet? Qui Euangelium habet & seruat gratiam habet in præsenti, & vitam æternam in futuro. Quam magnificum & excelsum sit euangeliū quantam vim habeat, forsan statim dicemus vbi commodior dabitur locus. Pauli debitum quo dixit omnib⁹ se esse debitorem, aliud nullum erat quam Euangelij communicatio, ad quod persoluendum ipse paratissim⁹ erat. Sed quomodo dicit se paratum his qui Romæ erant euangelizare, cū iam istud opere compleat? An non euangelizat cum his hanc mittit epistolam? Euangelizare nonne est bonam annunciationem dare? Qui annunciat ea quæ Christi sunt, quid aliud facit nisi euangelizare? Iam non facit hoc Paulus in hac sua epistola? Reuera euangelizat hic Paulus in sua epistola, sed non est contentus hoc euangelizandi modo, sed alium exoptat: Dicis. Quem? Illum qui fit per viuam vocem, quæ quandam emphasim & energiam habet multo maiorē quam scriptura mortua, quæ non sic penetrat lectorum animos sicut verba maximè si ab ore inflāmati hominis exeant. Hoc pacto optabat paulus euāgelizare Romanis, nempe per præsentiam & non per epistolam. Si quidem per literas nunquam ipse fuerat prohibitus. Occupationes namque aliarū Ecclesiarum non impediebant eum quominus illis posset literas dare. Et ideo scribit illis dicens. Et vobis qui Romæ estis sum promptus euangelizare, sicut feci cæteris per presentiam meam. Obseruant nonnulli hic emphasim esse in vocula illa, &. Quod facile credimus esse, sed non illam quā ipsi putant. Dicunt enim dejectionis

gra

Isa. 6.

Roma. 10.

Reprobatur pigritia.

gratia & causa esse adiectã. Quod nos â mente Pauli alienum esse (si non fallimur) existimamus. Attende lector bone quomodo vero simile est Paulum hic dejicere Romanos, cum illorum tantopere affectet benevolentiã captare? Quæ occasio, quæ causa ad hoc movisset eum in exordio epistolæ? Revera si hic emphasis est, alia debet esse. Sicque nos credimus. Dicis; Quenam alia est si hæc non est? Respondemus. Tantum abest vt hic Paulus deponat & dejiciat Romanos, vt illos nõ mediocriter extollat. Perinde est ac si dicat. Græcis & Barbaris: sapientibus & insipientibus tantum puro me debitorem esse, sed vobis qui Romæ estis, nedum debitorem me esse confiteor, verum etiam præter debitum est aliud, nimirum quod sum promptus vobis evangelizare. Hoc est magis paratus vobis quam aliis evãgelizare Nec temere istud Paulus dicebat. Nam Roma mundi imperium tenebat, & toti orbi leges præscribebat. A Romanis ad alios viuendi norma effluebat. Romani erãt in summo honore reputati sapientes. Istis dicit Paulus. Et vobis paratus & promptus sum evãgelizare. Emphasis igitur quæ hic insinuatur, commendatoria potius est quam dejectoria. Velaliter Et vobis qui Romæ estis, qui Euangelio nullam repulsam dedistis, sed spõtaneo & prompto animo recipistis illud, quasi magis dignis debita est mea prædicatio Euangelica, quam ego paratus eram impartiri nisi præpeditus fuissem. Q.d, Habetote me excusatũ. Vide & expende christiane lector vrbanitatem & modestiam Pauli, qui suis subiectis de sua absentia tam copiosam reddit rationem. Omnibus diuinus Apostolus cupit placere & inseruire quantum in se est. Nec dedignatur communicare suorum negotiorũ prosperũ & aduersum successũ.

Sequitur.

Non enim erubesco Euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti Iudæo primum, & Græco.

Cur dicat Paulus Non erubesco evãgelium.

DIxerat Paulus Romanis ex sua parte se promptum esse evangelizare eis, probat modo istud & simul obuiam occurrit illis quę Romani dicere ei poterant. Particula enim rationem & causam denotat. Q. dicat. Si aliquid posset me reddere in promptũ & promptitudinem in me impedire, esset erubescentia Euangelij Iesu Christi. Hanc ego non habeo, neque mihi esse potest impedimento. Igitur credere mihi potestis dicenti me esse promptum ad evangelizandum vobis. Vt illam primam propositionem tamquam veram accipiat lector, ob seruet diligenter inter varia impedimenta & obstacula quæ solent aliquẽ retardare & prohibere ne promptè suum munus exerceat, intrepideque, tria sunt præcipua. Timor vnum est, aliud pudor & erubescentia, tertium pusillus animus. Timent aliqui maiestatem hominum vt sunt Imperatores & Reges, & coram eis vix audent loqui. Hunc timorem excussit Christus à suis Apostolis dicens. Cum steteritis ante Reges & præsides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Solet namque tanta maiestas deterrere homines. Paulus non timet Neronem, neque alios Potentatus qui Romæ erant. Et ideó hic timor non impediebat Pauli prõptitudinem. Neque ipsa erubescentia. Quomodo poterat pudor Euãgelij continere Paulum, qui pro eius gloria paratus erat mori? Audiamus illum Actorum 21. Ego, inquit non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum pro nomine Domini Iesu Christi. Non, in

Matt 10.

Actor. 21.

quit, erubesco Euangelium. Hoc est, non me pudet Euangelij. Q. d. Non sum sicut nonnulli, qui prædicationē Euangelicā pudendā ducunt. Alluſit hic forte Paulus ad illud quod apud Corinthios scriptū reliquit, scilicet Euangeliū Christi quibusdā, nēpe Iudæis, esse scandalū, aliis, vt pote gētib⁹ stultitiā. Isti de Euāgelio pudorē habebāt. Dicit Paulus mihi non est Euāgelica functio pudēda, sed illustris & gloriosa. Memor erat sententiæ Christi dicentis; qui me erubuerit & meos sermones, erubescere eū faciam coram Patre meo. Semouet ergo Paulus à se hoc internum erubescentiæ impedimentum, quo solent homines nō esse prōpti ad aliquid agēdū. Et ex hismet verbis occurrit Romanis. Quicum essent tanto supercilio prædicatio Pauli esset de homine cruci affixo, & ipse qui prędicabat esset ciuis Romanus, reputatus homo infirmę sortis, nō nutritus in eloquētię schola, sermone imperitus, his perspectis poterant insurgere contra eū dicētes. Non te pudet non erubescis rem tam nouam, & mūdo inuisam annunciare nobis? Audacter respondet Paulus dicēs. Non erubesco Euangelium Christi. Ac si dicat. Si aliqui sunt quos pudcat Euangelij, me non pudet. Ego non erubesco. Forsan dices; Et quid est erubescere Euangelium? Respōdemus paucis. Nihil aliud est quā timore vituperationis non audere prædicare Christum & eius veritatem. Non erubescebat vox illa in deserto clamans Ioannes quando Herodi dicebat. Non licet tibi habere Herodiadem vxorem fratris tui. Neque ille qui dicebat; obedire oportet Deo magis quā hominibus. Neq. Paulus quando restitit in faciem Petro: neque quando Galathas dure obiurgauit dicēs. O insensati Galatæ quis vos fascinauit non obedire veritati? Eratne Euangelium turpe lucrum? Permittebat vxoricidium? dissimulabat latrocinium? cooperiebat adulterium? concedebat inter inimicos duellum? sinebat rapere alienum? vetabat soluere debitum? nonne docebat Deo vero præbere debitum cultum? Quid igitur erat in Euangelio Pauli (dicamus melius Iesu Christi) quod esset erubescibile? Si nihil; cur ergo Paulus ipse illud debebat ducere pudendum? Nū quid Euangelium erat Aesopi fabula? vel agit de lana (quod dicunt) caprina? Habet ne fabulationes vt Philosopho tum doctrina? Iubet ne importabilia onera vt lex? Exigit dentem pro dente, & oculū pro oculo? Si huiusmodi non est, quamobrem debet Paulus erubescere Euangeliū? Erubuerunt primi parentes quando peccauerūt. Qui perpetrant mala, erubescant. Erubescere Sydon, ait mare. Paulus nihil agnoscebat quod erubescentia dignum esset. Dicis; Forte erat crux Christi quę male factorum patibulum erat. Deū prædicat conspūtum, alapis cæsum, flagellatum, & deniq. inter duos latrones mortuum. Hæc quæ narrat Euangelium non ne videntur pudore digna? Distinctione hic opus est. Inflatis & vanis Philosophis fatemur: at Paulo & nobis minime. Quinimo pro magna & ingenti gloria nedum honore, sed beneficio hæc ducimus. Qui non agnoscit prætiosi lapidis virtutum, nihil mirum si eum pedibus conculcet. Qui Euangelij & crucis Christi miranda m vim ignorat, quid mirum quod illud abiectum & futile habeat? Paulus crucis virtutem penetrans, tantam suam gloriam in ea collocauit dicens. Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Nunquid Danid potuit gloriari infunda qua Goliath prostrauit? Et Iacob in baculo quo Iordanem transiuit? Et Paulus in cruce per quam Christus de tyranno illo Dæmone triumphauit. Erubescere solet miles & sui, quando videt instrumentum quidem ipsum quo

ipse

i. Cor. primo

Luce. 9.

Exodi. 21. & Leuitici. 24.

Isa. 23. cap.

Responso.

Simile.

Marci. vlti.

Apostol. 5. ad Gala. 2. Ad Gala. 3.

Ad Galatas vltimo. cap. 1. Regum. 17. Gene. 32.

simile.

ipse fuit victus, sed non quando intue tur gladium quo ipse de suo aduersario triumphauit. Christus crucifixus in cruce exiuit vincens, non victus. Cur nos seruii eius nō gloriabimur in eius cruce? Hæc est gloria nostra, & Dēmonis confusio, Erubescat ipse crucem qui per illam victus est. Gloriemur nos in cruce, qui per eam salui facti sumus, & ab eo liberati.

Christiani nō debent erubescere propter crucis opprobrium quinimo gloriari.

Allusio prima.

Allusio.

Discant hic concionatores quam debeant habere in suis cōcionibus intentionem & mentem. Non aspirēt ad lucrum, non inhiant ad priuata cō moda, non querant quę sua sunt. Intēdant in suis auditoribus habere fructū si Paulum imitari cupiunt. Quē fructū cūm nacti fuerint, nō sibi ascribant, nec se iactent dicentes, fecimus fructū apud istos vel illos, sed memores verbi Christi dicant. Serui inutiles sumus, si quid boni est apud vos, dignatus est Christus per nos indignos ministros efficere. Nō nobis Domine, nō nobis: sed nomini tuo sit gloria, qui' voluisti vt nos haberemus fructum, non in nostram, sed in tui gloriam, &c.

Lucæ 17.

Psalm. 113.

Secunda allusio.

Allusio. 2. Sana conscientia facit ut erubescentiam.

Det operam qui erubescere nolu erit, vt suā habeat sanā conscientiā. Nihil agat Christianus ea reclamante. Nō studeat hominibus placere remordente conscientia. Ad mentē passim reducat se linitū fuisse chrysmate in fronte, quādo suscepit sacrū baptisma ne erubesceret Euangeliū. Si patiturvt christianus, non erubescat. Glorificet Deum in hoc. Caueat ne patiatur tam quam fur, aut homicida, aut malefactor. Tunc erubescere debet. Nō operetur ea de quibus Paulus dicit. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Sit promptus semper obedire euangelio

Roma. 6

Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco.

Causa cur nō debet erubescere Euangeliū.

Causam ac rationem assignat Apostolus cur non debeat de Euangelio habere erubescētiā: quoniā, inquit virtus est in salutē omni credēti. Q. d. Honesta res est Euāgeliū & nō turpis, vnde nō habeo quod debeā de eo cō trahere pudorē. Euāgeliū mihi cōmissum est à Domino. In id muneris nō me intromisi ego. Segregatus sum in Euāgeliū Dei. Cur igitur mihi in eo an nūciando pudor esse debet? Mun⁹ nobile est, adeó vt nō sim ego dign⁹ eo Euāgeliū res illustris & nobilis est. Nō est hic pudori locus. Si impijs & incredulis res est friuola & redicula, ipsi vi derint: credēti autē in illud sal⁹ est. Qui crediderit saluabitur: qui vero non, peribit. Vide lector acute, mirificum Pauli ordinem, & artificium. Ab euangelio incoauerat exordium suæ epistolæ, & ad ipsum terminat, vt finis principio respondeat, ac si diceret. Nemo debet habere pudorem in exercēdo officium suum (maxime si honestum sit, & illustre) atqui meum munus tale est, cur igitur cunctabor apud vos Romanos exercere illud? Veretur ne me dicus adducere infirmis salutem corporibus? Verebor ne ego adducere ad vos Euangelium quod nedum corporum sed animarū est salus? Quem pudebit accipere animi salutem? Nō ne salus animæ præferenda est bonæ corporis valetudini? Pudet ne infirmū medico patefacere sui corporis verēda, pro sanitate corporis comparanda. Si non offero vobis Romanis Euāgelium cum illo verborum lenocinio & cū eo loquētiæ flore quo vos ornatis estis, nō sit hoc vobis mirū. Memores estote euāgeliū esse Dei virtutē nō hominū. Quare humana nō opus habet eloquentia. Si namq; esset humana doctrina, quod ornatum veniret rhetoricis coloribus res iusta esset: modo cum sit Dei virtus, nulla aliūde indiget virtute iuuari. Per se ipsum satis efficax est Euangelium non de

Matt. vlt.

Simile.

mulcet aures, sed corda inflamat. Nō versatur in sermone, sed in virtute & potentia Dei. Imo ipsamet virtus Dei est in salutem omni credenti. Mysterijs plena sunt hæc Pauli verba. Nec mirum. Nam hac breui oratione totum scopum complectitur epistolæ. Sicut enim concionator aliquod sibi proponit thema, in quod omnia alia destinat, sic Paulus in hac epistola proposuit hanc propositionem tamquā argumentum omnium quę dicturus erat. Ordo & series congruus sane est. Nam expedita salutatione, & finitis præludijs, in quibus quam diligentissime Paulus Romanorum benevolentiam captauerat, nunc à exordio ad rem tractandam transitum facit, seruans in hoc Rhetorum leges. Non enim erat Paulus rhetorices ignarus tametsi eam in verbis non ostentauerit. Grauissimi namq; doctores eam magis in alio quam in verbis ostendūt. Posit igitur illos effectos benevolos, hic reddit Paulus eosdem dociles & attentos, cum excellentiam & præstantiam rei tractandæ incipit aperire, dicens Euangelium non esse rem de qua habenda esset erubescentia, sed rem esse adeo diuinam vt digna sit quæ dicatur virtus Dei. Res in qua maxime manifestatur virtus Dei. Expende acute lector quā sit Ciceronis imitator Paulus intradenda sua doctrina. Marci Tullij præceptum est, vt quādo suscipitur tractanda res aliqua, à definitione illiusrei auspicemur. Euangelium res erat non omnibus perspicua & clara, id circo principio à Paulo Apostolo graphicè & profundè est definitum, cum dixit esse virtutem in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Qua diffinitione innotescit nobis Euangelij natura, finis, fructus, ambitus, & ordo communicationis eius. Naturam in verbo virtus Dei intelligimus. finem & fructum in verbo salutem. Non qualecūque, sed verā & eximiā, non corporis (quę perit) sed animæ quę permanet. Extensionem porro docet Paulus in verbo omni credēti. Nō alicui, sed omni. Ordo autem declaratur in verbo Iudæo primū & Græco. A Iudaismo ad Græcismū deriuata est hæc salus Euangelica. Obseruandum hic in primis est Euangeliū & virtus, hæc duo nomina esse amphibola, Euangeliū quidem v surpari solet pro reipsa quæ vere & propriè est Enangeliū, qualis est Christus Iesus secundum vtranque naturam. De quo in principio epistolæ dixit Paulus esse euangelium dicens; De filio suo, qui factus est ei exsemine Dauid secundum carnem. Aliomodo Euangelij nomen significat cognitionem quandam de re ipsa annunciata in Euangelio, cum illis quę consequuntur hanc doctrinam, quæ varia & multa sunt. Solet etiam vulgo appellari Euangelium scriptura illa siue hystoria quam texerunt illi quatuor Euangelistæ, vbi Christi gesta incarne narrantur. Et sub hoc nomine neque Pauli Euangelica doctrina, neque oracula Prophetarū Euangelij nomine gaudēt. Et sic beata Ciciliā dicebatur in suo pectore portare Euāgeliū. Et quiiurant etiā dicūtur iurare p quatuor sancta Euāgelia, illa proprijs manibus tangentes.

Simile.

Variæ acceptiones Euan.

Virtus etiā nomē est homonymū. Interdū significat bonā mētis qualitatē, quæ vitio ex diametro cōpugnat. Alī quādo potentiā, vim, & efficatiā ad aliquid præstandū. vt illud, Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Hoc loco Paulus non vtitur virtutis nomine pro ea quæ vitio aduersa est. Nā licet Euāgelij virtus & potentia maxime aduersetur peccatis, vt pote, destruens illa tamen nō solum appellauit Euangeliū virtutē ex solo hoc effectu, sed etiā propter mirificam efficatiam & potentiam in multis alijs, quam habet euangelium. Non solum vitia destruit, sed multa alia maiora efficit. Vix est in hac vita vnus qui ad viuum agnoscat vim

Lucæ. 6.

vim Euangelij. Vbi relucet Dei potentia, nisi in Euangelio? Vbi magis patefit eiusdem bonitas, quam in Euangelio? Vbi tam copiosè demõstratur misericordia Dei, nisi in Euangelio? Ex encomijs quæ Paulus prodidit in supradictis, facile erit cuique considerare volenti quam sit res magni momẽti Euangelium. Poterat Paulus probare Euangelium non esse rem pudendam & etymologia vocabuli. Interpretatur namque Euangelium bonũ nuntium. Noluit tamen istud facere, nisi ostendendo naturam Euangelij. Multo enim efficatior est ratio quæ petitur à diffinitione, quam illa quę sumitur ab ipsa vocabuli Etymologia. Ad probandum enim Euangeliũ non esse rem erubescilem & pudendam, satis erat ostendere Euangeliũ esse bonum nuncium. Hæc est etenim etymologia vocabuli Euangelium. Quis quæso vnquam erubuit, vel quẽ puduit adducere bonũ nuntium? Maluit tamen Apostolus probare Euangelium non esse erubescendum eo quod esset virtus Dei in salutem omni credenti. Sed per contaris de quo Euangelio hic loquitur Paulus, de Euãgelio pro re, vel pro doctrina? Doctissimus Thomas à Vio Cardinalis bene meritus, Paulum dicit hic loqui de Euangelio secundum rem euangelizatam (vt eius verbis vtamur.) Hęc enim est quæ excludit omnem erubescentiam. Neque propterea intendit excludere Euangelium quod est cognitio, per quam etiam fit & annunciatur homini credenti salus. Annunciat nãque primo Euangelium illam summã coniunctionem hominis cum Deo, quam incarnationẽ appellamus. Deinde aliam quę mediante gratia fit, per quam filij Dei nominamur & sumus. Nec tacet illam qua tandem ducimur in vitam æternam. Multa alia bona nunciat nobis Euangelium siue sit vocale siue scriptum, semper est excellens virtus, Et ea quæ operatur, nõ ab alia potentia quam diuina fieri possunt. Quæ quæso humana potentia potest remissionem peccatorum præstare? Et quæ virtus vitæ mortuos restituere? Et quæ medicina morbos omnes curare? Et denique quæ facultas creata hominibus vitam æternam dare? Hæc & pleraque alia Euangelica virtus (quæ est potentia Dei) facili negotio efficit & præstat. Quid igitur mirum si Paulus dixerit Euangelium esse potentiam Dei? Non potuit Apostolus magis attollere & eleuare Euangelium, quam cum dixit illud esse potentiam Dei. Sed nota interim lector bone verbum, Potentiam dicit, Non potens. Quænam est hæc potentia Euangelica? Si ad rem annũciatam per Euangelium referatur verbum potẽtia, bene habet. Res namque nedum potens est, sed ipsa potẽtia. Iesus enim Christus filius Dei patris, eius potentia est. Omnia quæ Pater potest per ipsum potest. Potentia enim Filij atq; Patris vna est. Tunc sensus talis esset: Non erubesco Euangelium, hoc est, rem euãgelizatam; quoniam hæc res, est potentia Dei, scilicet, Patris. Si vero Pauli sermo intelligitur de Euangelio, hoc est, de prædicatione, vt est doctrina quædam diuinitus reuelata, potentia quoque dici potest. Quam ostendit multitudo eorum qui conuersi fuerunt per Euangelium. Magna vis & efficatia latet in Enangelio. Ioan 6. Ibi sunt verba vitæ æternæ. Ibi est insitum verbum quod potest saluare animas nostras Ibi fides, ibi charitas, ibi Spes, ibi Spiritus Sancti charismata. Ibi Sacramenta, ibi remissio peccatorum, ibi omnium malorum depulsio, & ibi omnium bonorum inuenitur adeptio. Sed cuius est hęc virtus? Dei, inquit Paulus. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. In nomine meo dicebat Christus Dæmonia eijciẽt, linguis loquẽtur nouis, serpentes tollẽt; & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit

Caieta.

Psal. 67. Marci vlti

bit. Super ęgros manus imponent, & bene habebunt. Hęc euangelij virtus & potentia præstat. Nec mirum. Non enim hominis, vel Angeli virtus est sed Dei qui omnipotens est.

In salutē omni credēti.

Cur dicat Pa. in salutem omni credenti.

POtentia ad actum ordinatur. Potentia enim quę non respicit actū & ad eum non reducitur, frustranea est. Ad quid valet potentia quæ est Euangelium, declarat apostolus dicens In salutem. Ac si dicat. Non est euangelium potentia ad malum (vęqui potentes estis ad malum) sed ad bonum & ad salutem. Euangelium non ad perditionem, sed ad salutem potētia est. Filius hominis Christus ad saluandum venit, non ad perdendum. Qui perduntur, non accusent hanc potentiam, sed seipsos. Non est Euangelium potentia perdendi, sed saluandi. Quare qui salui fiunt, huic potentiæ referant hoc acceptum. O eximia & admiranda potentia, quæ homines iustificat & saluat! Hęc potentia exlapidibus filios Abrahę facit. Hęc peccatores à Diaboli tyrannide liberat.

Isa. 5.

Matt. 3. ca. 6. Hęc est illa potentia de qua Paulus ad Ephesios dicebat; Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Sed cedo Paule, hæc salus vagatur ne per omnes? Est ne omnibus cōmunis? Nequaquam sed omnibus credentibus inquit. Quasi dicat. Qui non credunt, non sperent salutem in Euangelio. Siquidem soli credenti salus est. Alluxit Paulus ad illud Christi;

Marci vlti. Prædicate inquit, Euangelium omni creaturæ: id est omni homini, & qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit qui uero non crediderit, condēnabitur. Prædicationem euāgelij voluit Christus esse cōmunem omni homini siue credēti siue nō credēti, salutē autē tantūmodo homini credēti cuiuscunque esset conditionis, sexus & qualitatis. Solum inter credentē & nō credentem est personarū respectus.

Ante omnia fides necessaria est ad cō parandā Euāgelij salutem. Iam hoc loco incipit Paulus tangere Romanos, qui putabant aliunde videlicet, vel ex lege, vel ex circunsione, sperandam esse salutem: & non ex fide. Quare dicit & ostendit, necessariam esse fidem ad habendam Euangelij salutem. Nā solis habentibus illam datur. At rogas Datur ne hæc salus quam primum ā liquis est credens? Erit ne mox vt credit saluus? Nequaquam. Spe quidem erit, reipsa vero, minime. Scriptum est. Neminē per viam saluaueritis. Hoc est. Neminem dixeritis saluum interea dum est in via. Quoniam grandis ad huc ei restat via. Hoc dictum esse volumus propter miseros hæreticos, qui seipsos fallentes existimant continuo vt quis fidem habet, saluum esse. Quod perniciosissimus error est. Alioqui spes nobis non foret necessaria. Modo res certissima est nos spe saluos fieri, vel ipso Paulo palam attestante. Insurgat aliquis & dicat. Si potentia est virtus Euangelij dumtaxat se porrigit ad homines credentes, constricta & coarctata potentia est ad paucos: qui credunt vere pauci sunt. Nō igitur mirifica & excelsa est. Non debuit igitur Paulus eam ad tam paucos astringere. Nam excellentia potentiæ eò maior est quo latius patet. Respōdemus. Paulus non respexit ad id quod absolute Euangelium poterat, sed ad illud in quo habet efficatiam. Et quia tantum in credentibus efficaciter operatur, ideo dixit omni credēti. Simile est Euangelium medicinæ. quę non ostendit suam virtutem, nisi in eam recipientibus. Sic euangeliū non demonstrat suam efficatiam, nisi in recipientibus per fidem, & dilectionē. In alijs vero est sicut medicina in domo eius qui condidit illā, occlusa in vase, vbi ad nullius valet commodum & fructū. Sic Apostolus volens patefacere euangelij virtutem, non in seipso, sed in illis qui recipiunt illud

Lucę. 10.

Vnde oriatur potentiæ excellentia.

Simile.

illud, dixit solummodo eius virtutem reperiri & ostendi. In omnibus credē tibus. Quod autem sint pauci credentes (cùm credere sit cuique libertum) eorum qui nolunt culpa est. Porro quomodo potentia in salutē ad paucos sit cohibita & contracta in sacra scriptura in multis locis facile est videre, præcipuè in diluuio vbi paucæ animæ saluæ factę sunt, hoc est, octo tātum. Et idipsum contueri licet in ruina eorum qui subuersi sunt in mari rubro. Consulat lector scripturam si plura optabit exempla. Nos ad alia properamus. Obiter istud insinuare placuit, ne miraretis quare Paulus euangelicam virtutem contraxerit ad solos credentes. Animaduertat diligenter lector hæc verba Pauli, quibus Lutherani abutuntur ad confirmandū prauū illud axioma de salute consequenda per solam fidem. Existimant enim hunc locum maximè suo errori fauere. Audite, inquiunt, dicentem Paulum, quod Euangelium est salus omni crēdenti, Non dicit operanti, sed credenti. Igitur sola fides exigitur & sufficit ad salutem. Respondemus. Bifariā peccat hæc inualida argumētatio, primo quia imponit Pau. quod nec ipse cogitauit. Dicit enim eum loqui de sola & nuda fide quod falsissimum est, sed de illa viua quæ per dilectionem operatur. Secundo quia infirma est consequutio quæ colligit sic Paulus dicit Euangelium esse salutem per fidem, igitur non per opera. Euangelium est salus credenti, ergo non operanti. Non enim credere & operari, fides & opus sunt dissentanea, sed cōsentanea. Igitur quando Paulus de vno loquitur, non intendit aliud excludere. Non est perfecta fides sine operibus, nec opera perfecta, sine fide. Nā licet fides quæ non est operans vera fides sit, non tamen homini salutem adducit: quæ verò operans est operatrix salutis est. De hac loquebatur Paulus hic dicens, Euangelium esse salutē omni credenti per fidem scilicet operantem. Vnum quodque est propter suam operationem. Quod non operatur, inutile est. Nihil igitur habent Lutherani ex hoc & similibus locis, quod suo errori suffragetur. Cur igitur Paulus non dixit omni operanti, sicut dixit omni credenti? Respondemus eo factum esse, quia fidem attollere intendebat, & legem deprimere Euangelium silentium imponit legi. Si dixisset esse salutem operanti, visus fuisset loqui in fauorem illorum qui contendebant (etiam mordicus) salutem positam quidem esse in obseruātia legis. Hoc autem intendebat Paulus in hac epistola destruere ex professo. Vnde cum dixit euangelium esse virtutem Dei in salutem omni credenti, tacite declarauit legem expoliatam esse omni virtute, & loquēte euāgelio debere obmutescere legem. Loquente Euāgelio modo muta est lex. Dicebant ante; Non loquatur nobis Dominus, loquere tu nobis Moyses. E contrario nos dicimus. Non iam loquatur Moyses nobis, sed loquatur nobis Deus in filio suo. Vbi? In Euangelio. Quid loquetur? Quid? Pacem. Pacem meā do vobis. Quid amplius? Deum ad nos aduenisse hominem factum, conuersatum fuisse nobiscum annis tribus, mortem peremptā cœlum apertū, peccatū abolitū, Synagogā sepultam, Dęmonē deiectum, Infernū expoliatum. Hæc bona nūcia attulit nobis Euangelium. Sed quorsum? Vt iam crederemus, imo experiremur Euangelium salutē omni credenti.

Gene 7. 1. Pet. 3. Exodi. 14.

Respon.

Exodi. 20.

Loqui. Euangelium. Ioan. 14.

Iacobi 2.

Dup. fides.

Iudeo primū & Græco.

QVomodo & ordine Euangelica salus sit detiuata ad homines, docet hic Paulus. Non enim confusim & sine ordine. Quæ enim à Deo sunt, ordinata sūt. Sapientissimus promptor est Deus. Huius autem officium (vt Aristote. testis est) ordinare est. Ordinauit igitur Deus hanc salutem cōmu-

Ad Rom 13.

nicanda esse Iudæis,& postea Græcis. Dicis,quid hic Paulus nomine Græcorum intelligit? Latius loquitur hic de Græcis quam fecerit antea. Appellatione namque Græcorum omnes illos homines intelligit qui non erant Iudæi. Vnde fit vt Paulus hac partitione hominum in Iudæos & Græcos,intelligat & comprehendat omnes mũdi homines. Et inde quoque colligitur latius eum vsurpasse hic nomen Græcorum, quam supra vbi Græcos cõtra posuit Barbaris. Perinde est hic ac si dixisset;Iudæo primum & Genti li. Hos enim intendit Paulus componere in hac epistola & ad concordiã ducere. Litigabant hæ duæ gentes in extinguibili lite, vnusquisque volens suam legem præferre & prævalere. Iudeus ex sola sua lege venire salutem prætendebat,contra Gentilis magnî faciebat legem naturæ, & in ea sola spem habebat, legem scriptam maxi me abominans. Paulus vt peritus me Simile. dicus hunc morbum curare volens, adhibet nunc antidotum afferens eis salutem,aliunde tamen quam ipsi putabant,nimirum ex Euangelio quod salutem afferebat. Q.d. Frustra litigatis vterq; Nam nec vobis Iudęis, nec vobis Gentilibus obuenire potest salus nisi per Euãgelium,si salui esse cupitis, vnusquisque vestrum respuat suam legem,Iudæus scriptam,& Gentilis à natura insitam, & euangelium amplectatur. Istud est quod secum affert salutem. Salutem inquam cõmunem & vobis qui Iudæi estis, & illis qui Gentiles. Vna est salus & vna medicina. Nõ opus alia re habetis nisi vt credatis. Omni enim credenti salus est. Neque Gentilis ægre ferat si illi Iudeũ præferam. Nam ille est populus dilectus, primogenitus filius, in Euangelio natu maior. Neque proinde maiorẽ nactus salutem, sed tempore tantum, prælatus. Iudęo inquit Paulus primũ quoniam in credendo Iudæi priores fuerunt. Quod si quis particulam primum referat ad dignitatem, non aberrabit. Dignior populus erat Iudęorũ natio, de qua per Prophetam dicitur. Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi. Verũ quia degenerauit, facta est infœlicior. Si temporis ratio habeatur, prius facta est salutis promissio Iudæis, & prius in Iudæa prædicatum fuit euangelium, & à Iudęis primo receptum fuit. Nam Apostoli qui primò crediderũt Iudęi erant. Post Iudæos primanatio quę fidem præbuit Euangelio, Græca fuit, à qua venit ad Gentes ipsa Euangelica salus. Et fortassis hac ratione Paulus posuit hic hoc nomen Græco pro dictione Gentili. Dicere enim debebat. Omni credenti Iudæo primũ & Gentili. Et dixit;Iudæo primum & Græco. Si igitur Euangelium prædicatum fuit (etiam ab ipsomet Iesu Christo) ipsis Iudæis & principaliter & primario dictum est eum venisse illorum causa,& clarius Samaritanæ fuit relatum salutem ex Iudęis esse nullam Ioan. 4. Gentibus Paulus fecit iniuriam si prę posuit Iudæum Gentili in salute Euãgelica recipienda. Quare autem natio Iudaica prius fuerit vocata & ei gratia Euangelij prius denunciata,si vltra voluntatem vocantis aliqua alia ratio est assignanda, illa nobis certè assignãda causa videtur quód Christ⁹ ex Iudęis esset naciturus,& quod eis facta fuerit pręcipua promissio de euangelio, Nec hinc rectè colligitur in Euangelio esse personarum respectum. Nam prius vel posterius accipere aliquid non constituit personarum acceptionem, dummodo idem donum accipiatur. Quod eleganter docet illa parabola quę habetur Matthęi 20. cap. de laborantibus in vinea qui pares fuerunt in denario diurno tametsi non simul sed alij priores fuerint ad laborandum. Sic licet Iudæi & Gentes venerint ad Euangelium non rempore simul sed Iudæi prius non proinde

(ve

(vt eleganter docet. D. Athanasius) abundantiorem grariam sunt consequnti in Euangelio, sed honorantur hic & vbique magis eo quod priores fuerint in recipienda Euangelica fide & doctrina, Neque proinde plus iuris habent in ea. Animaduertat hic acutus lector nostri iudicis Pauli sincerũ animum & rectum qui etsi firet non esse segregatum Iudæorum nationi, tamẽ vt rectus iudex cum posset hoc Iudæis vitio dare, eò quód amiserint hanc primogenituram & se indignos tanta fecerint gratia, & exprimis facti nouissimi ob ista poterat obiurgare Iudæos, noluit tamen hoc facere sed animo benenolo voluit eis primatũ in Euangelio tribuere. Non enim erat congruum vt statim illos in principio epistolæ prouocaret ad odium sed ad beneuolentiam magis expediebat. Nam natura, ea prẽditi sumus superbia vt nemo sit qui non libentius auscultet laudem (etiam modicã) quam reprehensionem. Laudari volumus cuncti obiurgari nulli. Neque quis hic nobis obijciat quod Paulus dicens supra se debitorem esse Grecis & Barbaris, silentio præteriuit Iudæos, quod hic debuisser vel saltim facere potuisset eos dissimulare quæmadmodum illic fecit. Ad hoc dicimus multo disparem disparem esse causam & rationem hic & illic. Ibi enim loquebatur de Apostolo. suo qui primario non spectabat ad Iudæos sed ad Gentes, hic autem loquitur de Euangelio quod primo Iudæis elargitum & communicatum fuit. Disparitas igitur negotij in causa fuit quod illic non fuit memor Iudæorum hic autem expressim eos voluit nominare. Boni & recti iudicis est munus cuiq; tribuere quod suum est. Quod erat Gẽtium Gentibus dedit, nunc quod est Iudeorum illis denegare non vult. Nec curat si ipsi essent infensi necne. Vtinam hac ętate Paulum qui iudicant orbem imitarentur, sic vt æqualã ce vtrasque litigantium partes posthabito omni amore & odio) iudicarent & tuerentur haud declinantes ad dexteram vel ad sinistram sed vnicuique quod suum est tribuẽtes. Ex his dictis colligere possumus sacro sancti Euangelij finitionem (non excellentiorẽ ea quam Paulus dipinxit) sed copiosiorem. Nam Paulus compendio & summa breuitate perstrinxit illam dicens. *Euangelium est virtus Dei in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco.* Neque mirum. Estnã

Quid sit euãgelium.

que Euãgelium verbum abreuiatum. Quod etiam conantur hæretici mutilare. Nos autem illud volentes dilatare in hunc modum diffinimus dicentes Euangelium potentiam & virtutẽ Dei patris esse de filio suo naturali facto homine, per gratiam gratificans homines, & tandem in salutem æternam perducens omnes credentes, ab origene mundi promissum, inplenitudine temporis elargitum prodigijs & signis multis confirmatum, sub figuris adumbratum, per totum mundum diuulgandum, Christi sanguine & suorum martyrum consecratum. Hæc sane diffinitio completa & exacta est omnes quatuor causas complectens. Primo efficientem, in verbo potentia Dei: Materialem, in verbo de filio suo naturali, facto homine; formalẽ, in verbo, per gratiam sanctificans homines: & finalem, in verbo; & tandem in salutem æternam perducens omnes credentes. Reliqua vero, ad ornatum Euangelij intelligat lector esse posita.

Allusio.

Allusio.

SI tanta tamq; mirifica virtus & potentia est in Euangelio, quid causę est quod multi ex nobilibus, illud erubescunt hoc nostro seculo? Pauperes & homines infimæ conditionis illud annunciant. Qui pinguia beneficia Ec

cle

Car dicat, Per iustitia enim Dei &c.

ecclesiæ possident, nihil tam exosum habent quam fieri Euangelij prædicatores. Pauperum monachorum vel cucullatorum mendicantium aliud esse munus, Nos, iuquiunt, in curribus, & in equis. Nobilium parentum filij sumus, ex ducibus, Comitibus, Baronibus illustribus que genitoribus. Natisumus. In alijs nos occupari oportet. In quibus dicit? Assistere Regibus, Imperatoribus, & Pontifici maximo, nostra interest. Conciones Euangelicæ demandentur Dominicanis, Franciscanis, Iesuitis, Carmelitis, & alijs huius farinæ hominibus. Nos nostræ nobilitatis ratione nō habere debemus, nec sic oportet nos ipsos dejicere. O Deum immortalem quis credet has tam frivolas excusationes in die iudicij admittēdas esse? Si tu es nobilis, nunquit Euāgelium res multo nobilior est? Si cupis inservire Regi vel Pontifici, non ne qui euangelizat Christum, Regi inmortali & inuisibili deservit? Et si Pontifici, quis summus Pontifex vt Christus? Si te ignarum causaris, cuius culpa? Erubescis Euangelium, & non imperitiam. Dicis. Iam quod per me fieri nequit, per alios compleri iubeo. Heu dolor. Hinc est quod euangelicū munus ad manus deuenit mercenariorum (& vtinam non blateronum) quitantum abest vt euangelium prædicent, vt illud maxime adulterent. Orandus est Deus Opti. Max. vt hoc genus hominum recipiscat, & veram nobilitatem non in alio quam in euangelio agnoscant. Agnoscent autem si suos ob oculos quam sit illud euangelizandi munus illustre repræsentauerint. Audiant Paulum se gloriantem quod segregatus esset in Euangelium.

Sequitur.

Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est, Iustus autē ex fide viuit &c.

ABsque probatione assumpserat Paulus solemnem illam propositionem in textu propositā proximo. Quæ cum sit basis & fundamentum eorum quæ ipse in hac epistola tractat, eam sic improbatam noluit relinquere sed mox nūc adiungit eius probationem dicens *Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: &c.*

Sed quid consequentiæ habet hic texus cum præcedenti? Non enim videtur accommoda & apposita probatio. A salute ad iustitiam quis transitus est? Iustitia potius minatur ruinam quam salutem, præcipuè in eo qui eā sustinet. Certè accommoda ratio & causa salutis vera hic a Paulo adducitur. Si quidem iustitia Dei, nostræ salutis causa est. Ipsa est quæ nos iustos facit. Optima est Pauli ratiocinatio per locum à causa ad effectum. Salus effectus est iustitiæ Dei. Dicis. Paulus non probat salutem reuelari in Euangelio sed iustitiā. Dicere debebat. Reuelatur enim salus Dei in eo; & dicit: Reuelatur enim iustitia Dei in eo. Respōdemus quod cum in Euangelio manifestō reueletur nostra salus, bene poterat Paulus dicere hoc: sed non probasset ita artificiose suum institutum. Quia tunc idem per idem visus esset probare. Quoniam idem est Euangelium esse salutem & in Euangelio reuelari salutem. Quare Apostolus vt perit' Philosophus per causam voluit ostendere quod dixerat de effectu. Inter omnes enim probationes quæ à causa est primatum tenet. Argumentatur Paulus sic. Vbi est causa ibi potest reperiri effectus (nisi aliunde veniat impedimentum) atqui in Euangelio reperitur & reuelatur causa salutis, igitur in euangelio reperitur salus omni credēti. Dicis; Et quæ est hæc causa? Respondet Paulus; Iustitia Dei quæ reuelatur in Euangelio. Hæc est causa salutis. Cæterum prægnans est hic Pauli sermo propter anceps vocabulum

lum iustitia Dei. Proinde principio videndum est quid Paulus nomine iustitiæ Dei sibi velit. In sacris literis nimis ampla est eius significatia. Aliquando significat vnā ex illis quatuor cardinalibus virtutibus cuius, munus est cuique dare quod suum est; Quæque etiam partita est in distributiuam & commutatiuam. De hac Paulo hic nulla est consideratio. Hac enim licet Deus vtatur, tamen quia illi & nobis hominibus communis est non solet appellari iustitia Dei sed iustitia absolute. Alio modo vsurpatur iustitia Dei pro ipso Christo, qui in scriptura dicitur iustitia Dei, non solum quia Pater cœlestis per eum iudicabit mundum, iuxta illud; Pater omne iudicium dedit filio (Solet namque communiter non solum actus quo iudicat iudex appellari iustitia, sed etiam ipsemet iudex dicitur iustitia.) Verumetiā dicitur Christi iustitia Dei ex eo quod per illum iustificat nos: & iustitiæ nostræ quæ non sunt nisi pannus mœnstruatæ per Iesum Christum veræ iustitiæ sunt, & sic est inter nos & Deum ratio iustitiæ. Christus namque (Apostolo teste) factus est nobis iustitia.

Ioan. 5.

Isaie. 64.

2. ad Corin. cap. 1.

Qua prediti & muniti audeamus dicere cum Propheta; Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam. Solet quoque dici iustitia Dei illa qua Deus dicitur iustus. De qua dixit Dauid; Iustus es Domine & rectum iudicium tuum. Et alius Propheta; Iustus quidem es tu Domine si tecum disputem. Accipitur denique iustitia Dei pro eo dono quo Deus ex iniustis facit nos iustos, & ex peccatoribus bonos. Hæc autem gratia gratificans est per quam coram Deo boni & iusti sumus. De qua intelligitur illud; Erant ambo iusti coram Domino. Et de Symeone; Et homo iste iustus. Nunc recitatis varijs significationibus vocabuli iustitia, scire oportet de qua iustitia loquitur hic Paulus cum dicit revelari iustitiam Dei in Euangelio. Pauciq; respondemus, mentem Pauli esse loqui de hac vltima iustitia qua nos formaliter (vt sic loquamur) iusti & boni grati & accepti Deo sumus. Hæc est enim nostra salus. Et hanc non ex meritis nostris sed per Christi sanguinē consequuti sum⁹. Et sic Paulus (vt Deo dante videbimus) sanguini Christi iterum fert acceptam. Nam per eum dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris. Hāc autem iustitiam Dei reuelatam esse in euangelio nemo est qui non intelligat. Sed dicis. Si hæc iustitia reuelatur in euangelio, igitur iam erat ante Euangelium? Fatemur. Maxime si vsurpetur hic iustitia pro Christo qui erat ab æterno, & etiam si accipiatur pro iustitia qua Deus nos reddit iustos, vt puta pro gratia gratum faciente. In lege naturæ erat & in lege scripta, sed non erat in salutem omni credenti, sicut est in Euangelica lege. Illa namq; iustitia quæ erat in vtraque lege naturæ scilicet & scriptturę, non erat iustitia Dei, sed operum, quæ opera imperfecta erant, quia neminem ad perfectum adducebat lex. Et sic Paulus contraponit iustitiam Dei iustitiæ operum. Et ideo non dicit absolutè iustitiam reuelatam esse in euangelio, sed iustitiam Dei. Quę non fuit reuelata illis qui erant in statu naturæ, nec illis qui erant in statu legis scriptæ. Quare benè dixit Christus suis discipulis. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Q. d. Vos videtis iustitiam Dei iam reuelatam ad communicandum eam hominib⁹. Multi reges & Prophetę voluerunt videre & non viderunt. Vidit ille fœlix senex Symeon quando dixit. Nunc dimitis seruum tuum Domine secundū verbum tuum in pace. Quia iam viderunt oculi mei salutare tuum. Hoc salutare attulit iam nobis salutem & eā perfecit non soluens legem illam sed eam adimplens. Nō enim venit Christus soluere legem: sed adimplere.

Pſal. 17.

Pſal 118. Hiere. 12.

Luc. 11. Luc. 2.

Apo. cap. 5.

Lucæ. 10.

Lucæ. 2.

Matt. 5.

In eo reuelatur.

Empha

EMphasim habet verbum reuelatur Q.d. Hęc Dei iustitia supernaturalis, non naturalis est. Donum cœlitus emissum, non naturę viribus productum. Quæ natura concedit, nō solēt dici reuelata. Reuelatio circa super naturalia versatur, Hinc fit vt non sit mirum si sapientes mundi (quos Paulus suscipit hic docendos) ignorauerint Euangelium & hanc Dei iustitiā Absconditum erat Euangelium à sapientibus mundi, & reuelatum paruulis vt setmo Christi compleretur. Cōfiteor tibi pater domine cœli & terræ quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Sed cur hoc? Audi Christi responsum. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Contenti sumus hac responsione qua Christus cōtentus fuit. Agnoscamus nos beneficium nobis exhibitum, & non curemus nimis anxie scrutari altum Dei concilium. Cū dicitur, in eo, intelligi potest, in eo, id est, in Christo qui nobis meruit hanc iustitiam etiam (quod dicunt scholastici theologi) de condigno. Vel in eo euangelio, hoc est in prędicatione Euangelica reuelata & manifestata fuit. Vel in eo Euangelio etiam scripto reuelatur hoc est declaratur. Nam virtus & potentia Dei ostenditur in scriptura Euangelica sicut legimus quando imponebatur superinfirmos & curabantur. Nec mirum. Nam quod concessum est vestibus & aliorum sanctorum rebus, non par erat denegare Euangelicæ scripturę, in qua recognoscere vel parem, vel maiorem virtutē, nihil absurdi sequitur, Præterea in verbo reuelatur intelligat aculus lector necessarium esse nobis præter naturæ lumen, aliud reuelatum. Nō enim satis est illud ad nostram salutem, neque vnquam fuit. Sicut enim præter naturales doctrinas nobis alia reuelara necessaria fuit, ita præter naturæ lumē aliud reuelatum necessarium fuit. Hoc autem lumen licet vnum in omni statu, fuerit non tamen ex æquo clarum. In naturę staru o bscurum, in lege scripta aliquantulu m clarum, sed sub figuris & vmbra positum: in Euangelio autem clarissimum (quantum tamen patiebatur ænigmatum lumē) Reuelatio namque huius iustitię in fra cancellos fidei concludebatur in Euangelio, sicut etiam ipsummet Euangelium, per quod nobis multa reuelata sunt abdita & obstrusa sacramenta ad nostram salutem non parum valentia. Neque mirum sane. Nā velum templi quo tecta erant, in duas Euangelium diuisit partes, sicque in lucem prodiere quæ antea latebant inuolucris: & velara erant in sacrificijs. Iam non videtur iustitia Dei, hoc est Iesus, in rubro, iam nō in serpente suspenso, iam non in Isaac immolando, iam non In Melchisedech panem & vinum offerente, sed in Christo in cruce pendente, ibi reuelata est iustitia Dei, non In angulis, sed in propatulo. In medio terræ operatus est salutem. Corpora mula exsurrexerunt à monumentis, vt viderent hanc iustitiam Dei. Centurio agnouit eam dicens. Vere hic homo iustus erat. Quid dicis? Verius multo dixisses, Vere hic homo iustus est. Nam licet desinerit esse homo, non tamen iustus. Imo nostra iustitia. Absconditse cælestis ille sol, vt intelligeremus alio lumine quam naturali conspiciendam esse hanc iustitiam Dei. Consumatam esse iustitiā hanc, ostensum est quando dictum est Consumatum est. Eam ratam & firmam Christus habuit per capitis inclinationem. Exequutioni demandauit quando latroni dixit; Hodie mecum eris in paradyso. Pro reis veniam impetrauit dicens; Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Non ne vides christiane lector satis superque reuelatam esse iustiam Dei? Sed dicat nobis Paulus quomodo fuerit reuelata & manifestata? Ait. Ex fide in fidem sicut scriptum est. Insolitus, rarus, &

Quę natura dat gratia negat tametsi illa perficiat.

Matt. 11.

D. T. 3. p. 2. h.

Exodi. 3. Gene. 22.

Psal 73. Matt. 27.

Luce 23.

Ioan. 19.

Luce. 24.

Luce. 24.

in as

manſuetus loquendi modus eſt iſte. Reuelatio & manifeſtatio ſolita eſt fieri vel à Deo, vel ab Angelis ad homines, & non à fide in fidem. Accedit huc quod fides vna eſt & non gemina, vt ab vna ad alteram fiat reuelatio. Facit ad hoc quoque, quod fides ipſa reuelata eſt, & non reuelans. Quid ergò eſt dicere ex fide in fidem? Si Paulus dixiſſet ex credenti in credentem clariùs fuiſſet eius oratio. Hic Paulus tranſitum & motum deſignat cum dicit à fide in fidem. Terminus à quo alius eſt in motu à termino ad quem. Ex vna fide igitur deuentum eſt ad aliam. Duas igitur oportebat concedere fides? Reſpon. Abſit. In primis obſeruet lector quod hæc verba ex fide in fidē poſſunt referri ad verbum reuelatur & ad verbum ſalutem. Si ad ſalutem, docet hic Paulus modum quo acquirimus ſalutem, ex fide ſcilicet in fidē. Hoc eſt ex fide promittentis in fidem recipientis. Deus fidem ſeruat in promiſſis, & nos fidē dare debemus quādo exhibet quod promiſit. Et ſic venit ſalus & fides in fidem. Si vero referamus hęc verba ex fide in fidem ad verbum reuelatur, tunc docetur hic modus quo reuelatur nobis hæc iuſtitia Dei, ſcilicet ex fide in fidem. Ex fide veteris teſtamenti, in fidem noui. Patres illius teſtamenti fidem habebant in Chriſtum venturum: nos nó in venturum, ſed in eum qui iam venit. Verum fides illorum & noſtra vna erat, quia de vno Deo & de vno Chriſto. Differunt tamen quia vna explicior, & antiquior eſt altera. Fides Patrum antiquior fides noſtra explicior. Vnde palam colligitur quod hæc iuſtitia prius fuit in lege quam in euangelio, ſed illic occulta, in euangelio manifeſta, illic imperfecta in euangelio perfecta, illic in figuris inuoluta in euangelio reuelata, illic obſcura, in euangelio clara. Cęterū hæ differentiæ fidei naturam & ſubſtantiam eius non variant. Quamdiu autem rei ſubſtantiam manet, vna ſemper eſt licet ſtatu ſit alia. V.g. ſi homo (quidam fortuna fauente) ex ruſtico miles fiat, ille idem homo eſt qui ruſticus erat. Simile. Secundum ſtatum alius eſt. Et ſi puer homo perfectus fiat, non alius homo efficitur, ſed homo perfectior. Sic fides Patrum paruula erat: in Euangelio effecta eſt grandior & perfectior vna ſemper manens. Poſſumus quoque per verba Pauli ex fide in fidem, non inepte fidei propagationem intelligere. Non enim fides donum ſingulare & incommunicabile eſt. Hoc forſan donum erat quod Paulus impartiri & communicare optabat Romanis, non abſolutè fidem ſed fidei augmentum. Fit autem fidei propagatio media ipſa Euangelij prædicatione. Ex prædicatē migrat in audientē. Talem enim habet Deus in hac ſua Eccleſia ordinem, vt reuelatio eorū quæ ſpectant ad fidem, à patribus vēnit & deſcendat in filios. Interroga Deu. 32. patrem tuum, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. A Patriarchis Prophetis, & ab ipſis Apoſtolis deriuata eſt ad nos fides. Ex fide in fidem inquit. Hoc experimento comprobamus hoc noſtro ſeculo quomodo fides extenditur in dies in Indos ad quos forſan nunquam peruenerat. Ibi enim reuelatur iuſtitia Dei & ipsū Euangelium ex fide in fidem. Sūt qui dam ſtudioſi phraſum & hæbraiſmorum fortaſſis plus iuſto) qui pæcis ſe extricant & expediūt de his Pauli verbis dicentes hic eſſe hæbraiſmum, & nihil aliud myſterij in eis agnoſcunt. Aiunt enim Paulum vſum fuiſſe illa phraſi qua vſus eſt Propheta Rex Pſ. Pſal. 33. 83 Ibunt de virtute in virtutem. In quibus denotatur virrutis augmentū. Sic in iſtis verbis denotatur fidei accrementum. Sed quaſi in idem reddit Nam quando propagatur fides, & in plures ſe extendit, augeri dicitur, & ſi non intentione, ſaltim extenſione. Ex mutua cuam collatione fidei augeri

Po

potest intensione fides. Non enim temere Apostoli à Christo petebant dicentes; Domine ad auge nobis fidē
Luce. 17. Et fides etiam nostra tam intensione quam extensione maior est. Ad plura namque credibilia se extendit, & fir mius credimus nos quam antiqui Patres. Per aduētum enim Christi in mūdum quis dubitat vtroque modo auctam fuisse fidem? Porrō si nobis post tot tamque celebres enarratores & explanatores huius loci, quicquam ef futire licet, nostra hæc erit sententia. Quod Paulus per hęc verba, ex fide, in fide m, aliud nihil insinuare voluit nisi fidei continuationem. Sicut enim testamentum vetus continuatur nouo, ita fides illius testamenti continuata est nouo per euangelium. Et sicut ex vtroque testamento vna conflatur scriptura (vtriusque enim vnus & idē est Autor & conditor:) ita ex fide Patrum, & nostra vna coalescit fides. Et sicut fides est vna: ita iustitia Dei in vtroque testamen-o vna est. Quod insinuauit Apostolus adducens testimonium ad hoc probandum ex veteri testamento dicens;

Sicut scriptum est; Iustus ex fide vi
Abacuh. 2. uit. Iam enim antequam Euangelium esset: vaticinatus fuerat Abacuch Iusti vitam, hoc est, salutem, positam esse in fide, & non in lege sicut Iudæi credebant. Et ideo Paulus ex testimonio scripturæ voluit roborare hanc veritatem scilicet pendere salutem ex fide & non ex lege. Et ideo concludit dicens. Sicut scriptum est; Iustus ex fide viuit. Quod antea dicit salutē, hic appellat vitam animæ vtrobique loquēs de salute & vita, Iustonamque vita salus est, & salus vita. Cætærum Paulo altius & subtilius scrutari nos oportet istum locum. Tum quia adhiteram difficilis est, tum etiam quia vnus est ex illis quos Lutherani passim inculcant & contra nos obijciunt quando (vt par est) ad opera facienda christianos animamus, incitamus, imo (si sic loqui fas est) necessitamus. Contra hāc necessitatem operum opponunt ipsi Prophetæ dictum à Paulo approbatum, dicentes nostram salutem non esse positam nisi in fide & cōfidentia, non in operibus, quia Paulus & Abacuch ita affirmant in hoc loco citato. Et proinde in eo elucidando aliquam morulam trahere oportebit. Et primo aggrediemur dicere quod ad lectionem huius loci pertinet. Nam varie legitur a variis. Legunt quidam sic. Iustus meus ex sua fide viuet. Alij; Iustus ex mea fide viuet. Nos vero legimus in nostra vulgata editione; Iustus ex fide viuit. Itaque nec ponimus mea nec sua, nec viuet, sed viuit. neq; meus sed absolute Iustus. Neque (quantum attinet ad Pauli iustitutum) aliquid refert apponere illas particulas mea, vel meus, vel sua, uel viuet. Et proinde subticuit Paulus eas vtens tantum illis quæ momentum habebant ad suum probandum propositum. Obseruet hic lector quod in sacris literis iustus absolute & simpliciter anthonomatice vsurpari solet pro eo iusto qui talis est corām Deo, licet aliquando scriptura adiungat hæc verba coram Deo vt de Noe dicitur Gene. 7. Cui dixit
Gene. 7; Deus. Ingredere tu & domus tua in arcam. Te enim vidi iustum coram me in generatione hac. Tamen cap. 6. loquens scriptura de eodem Noe dicit Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis. Hic non sunt adiecta hæc verba, coram Domino. Et certum est quod Noe eodem modo intelligendus est iustus in vtroque casu, scilicet 6. & 7. Rursus de Ioseph sponso virginis dicitur Mat. 1. Ioseph autem
Matt. 1. vir eius cum esset iustus. Indubiè tantus vir iustus erat non coram hominibus tantum sed etiam coram Deo, & tamen simpliciter dictus est iustus. Secundo obseruabit illum esse vere iustum sicut dicit Ioannes in sua. 1. canonica cap. 3. qui facit iustitiam. Non enim vere iustus est qui tantum nudā fidē

fidem habet. Nam sic qui est peccatis inuolutus, dummodo crederet, iustus esset dicendus. Quod reuera absurdū est. Terno obseruet quoque lector studiosus quód iustus in scriptura dicitur aliquis absolute, & alio modo iustus cum additione scilicet iustus ex fide. Etrursus hic potest dici iustus ex fide formata & iustus ex fide informi. Lutherani & si primam acceptionē negare non possint, tamen pluris faciunt hanc secundam acceptionem. Contēdunt enim mordicus ex sola fide & nuda posse aliquem dici iustum, & nō esse per consequens necessaria alia opera. Nos vero (imo ipsa Ecclesia Catholica) tum multis rationibus, tum testimonijs sacræ paginę asserit ex sola fide neminem posse dici iustum, nec posse consequi vitam. Et hoc animaduertit diligenter doctissimus Caietanus hic ante nos, & ante illum alij plures. Caieta. Vnde dicit Caietanus hūc locum Pauli sic esse intelligendum. Iustus ex fide, ipse viuit. Sicq, à vita saluris æternæ tria hominum genera excluduntur, & vnum tātum includitur. Primo excluditur genus hominum omnium iniustorum. Omnes homines iniusti extra vitam sunt. Secundum genus hominum qui iusti sunt, sed non ex fide, sed vel ex iustitia operum, vel in opinione hominum, vel iustitia Pharisaica. Tertium genus hominum est qui fidem habent mortuam & informem cuius generis sunt multi ex christianis. Quartum genus est eorum hominum qui sunt iusti ex fide formata operante per charitatem. De istis iustis hoc quarto modo loquitur Paulus quando dicit, iustus ex fide viuit. Quomodo quæso posset fidelis viuere per fidem mortuam? Quod mortuum est Cap. 2. potest ne dare alteri vitam? Fides illa quæ excludit charitatem & opera (Iacobo testante) mortua est, quomodo per eam speratimus vitam? Dicis; igitur inutilis est hęc fides, si per eam iustus non viuit. Nequaquam. Necessaria enim est ad vitam. Quia sine fide impossibile est habere vitam. Sed ipsa sola non est sufficiens ad æternam salutem. Fides necessitatem habet, sed sufficiēnam minime, nisi sit formata. Vnde liquido colligitur falsam esse illam propositionem quæ dicit ex sola fide contingere nobis salutem æternam. Nam licet verum sit ad nostram salutem fidem esse necessariam, non tamē sola ipsa est necessaria, sed etiam aliæ virtutes & mandata Dei. Alioquin nō dixisset Christus; Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Obseruatio mandatorum aliquid est ab ipsa nuda fide. Colligamus ex his quæ diximus magnam miseriam & deplorandam cęcitatem Lutheranorum, qui hoc loco scripturæ in quo Deus tam per Prophetam quam per Paulum promittit salutem hominibus, velint ipsi sic eo abuti vt vertantur in suam morrem & perniciem retorquentes hanc scripturam quæ vel cæcis clara est. Nā hinc Paulus si commendat fidem, & et vitam nostram attribuat, non prohibet opera nec ea damnat, neque docet solam & totam nostram confidentiam ponendam esse in nuda fide & non in operibus, sed volens destruere illam iustitiam legis Moysi quam mordicus conseruare Iudæus volebat, cōtra ponit aliam veram iustitiam in qua iustus sperare potest salutem animæ. Hęc autem est fides Iesu Christi, de qua inferius in 3. cap. copiosior erit sermo. Sed fortassis insurget cōtra nos Lutherus vel aliquis eius fautor pro eo dicens nos esse qui retorquemus hunc scripturæ locum. Nam Paulus adducens hoc Prophetæ testimonium ad mentem illius debuit adducere qui protulit. Alioqui non esset accommodate dictum beneq. adaptatum. Abacuch loeum illum adduxit ad animandos & confortandos illos in confidentia & non loquitur ille de fide formata quęmadmodum nos interpretamur hunc locum, sed de fiducia quæ alia

Matth. 9.

sed

res est à fide qua assentimus credendis. In primis antequam respondeamus huic obiectioni (quæ pro declaratione huius loci non erat dissimulanda, discutiemus an Apostolus Paulus vsurpauerit hunc locum ad mentem & intentionem qua Propheta protulit vel in alio sensu. Et ratio dubitandi iam est tracta, quia Paulus videtur hic loqui de fide vno modo, & Propheta alio modo. Propheta vsurpat nomen fidei profiducia & confidentia, & Paulus pro ea fide quę est habitus infusus & virtus theologa, qua fide assentimus omnibus illis quæ in sacra scriptura proponuntur credenda. Et hanc esse Pauli mentem ex eo colligimus quia si alia esset, per istum locum non probasset Euangelium esse salutem & virtutem omni credenti. Debuit igitur Paulus accipere nomen fidei in eadem met significatione in probando qua vsus est in proposito ne probanda, quæ erat euangelium esse salutem omni credenti in qua vsus est nomine fidei pro ea fide qua credimus omnibus reuelatis. Porró mens Prophetæ alia videtur esse sicut ex anteecedentibus verbis illius testimonij & consequentibus patet. Non enim Propheta ibi loquutus est de ista fide de confidentia. Patet igitur in diuerso sensu fuisse hunc locum intellectum. Respondemus modo dicẽtes vtrunque posse dici videlicet & quod in eodẽ sensu & in alio loquutus est Paulus, præmittere tamen debemus duo. Alterum est quod Paulus non citauit Prophetam secundũ verba quæ ipse protulit sed secundũ sensum. Nam verba Abacuch sic habent. Iustus autem meus ex fide viuet & Paulus dicit, Iustus ex fide viuit. De præsenti loquutus est Paulus, Propheta vero de futuro. Neque culpa dignus est Paulus si citauit Prophetam ad sensum & non verbo ad verbum. Nam hoc passim fit in scriptura vt in ea versatis manifestum est. Neque refert quod mutauerit tempus futurũ in præsens dicens viuit. Nam propter certitudinem Prophetiæ mutari & vsurpari solet tempus pro tempore. Et rursus quando Paulus dicit iustum ex fide viuere, intelligit in spe & in hac vita: Propheta vero intelligebat in re & in alia vita. Paulus de vita inchoata, Propheta vero de consumata. Ideo vnus vsus est verbo præsentis temporis, alter futuri. Non est quod facit difficultatem in hoc loco istud, neque quod Propheta dixit, Iustus meus, & Paul⁹. supp præsit meus, sed neruus difficultatis in verbo ex fide positus est, de qua fide loquatur Propheta & Paulus an de eadem vterque. Secundum præmittendum est quod apud Patres orthodoxos vnanimi consensu est iã receptum & nos in nostris seminarijs recensuimus videlicet vnum & eundem textum scripturæ sacræ comprehendere posse duos sensus imo plures etiam literales dummodo nõ sint oppositi. His iactis respondemus dicẽtes quód hic textus scilicet, Iustus ex fide viuit habet duos sensus, alter est pro fide, hoc est fiducia, alter vero pro fide qua credimus his quæ sunt credẽda. Propheta loquutus est de fide pro fidubia & confidentia, & Paulus non de ista, sed de fide propriè accepta. Dicis, Ergo Paulus non ad propositum adduxit hoc testimonium, & Prophetæ videtur esse contrarius. Vtranque collectionem inficiamur. Nam quod Paulus dicit nõ repugnat ijs quæ Propheta ait. Imo quod Propheta dicit, fundatur in eo quod Paulus docet. Si quidem vera fiducia & confidentia præsupponit quod verè credat ei rei de qua confidit. Si enim nõ crederet, vanè confideret. Si vere credimus ijs quę Deus nobis reuelat, certó spera re & confidere possumus nos adeptu rosilla quæ Deus promisit. Non igitur Paulus contrarius est Prophetę. Ne que extra propositum adductum est hoc testimonium quoniam intelligi

pote

Respon.

Abacuch. 2.

poterat in vtroque sensu. Et Spiritus Sanctus suggessit Prophetæ vt illa verba diceret referens ad fiduciam & Paulo vt eadem verba proferre vt doceret iustum viuere & salutem habere in illa fide quę est habitus infusus per quam credimus. Et sic fieri potuit vt verba essent eadem & sensus alius & alius. Quia sub vna litera (vt diximus) potest esse vnus & alter sensus literalis. Alio modo dicere possumus Paulum hic consentire in sensu cum Propheta & Prophetam cũ sensu Pauli, eo quod Propheta loquutus est de confidentia quæ non excludit imo includit fidem, sicut effectus dicitur includi in sua causa. Paulus vero explicauit causam. Neuter tamen loquutus est exclusiuè. Hoc est. Quandó Propheta dixit iustum viuere ex confidentia, non intendebat excludere fidem. Nam quando loquimur de effectu, non intendimus excludere causam. Imó effectus reuocandus & reducẽdus est in suam causam. Neque Paulus quando loquutus est de ipsa fide quę est genitrix fiduciæ, intendebat excludere effectum eius qui est fiducia. Verum est tamen quod Paulus primarió hic intendebat loqui de causa sine exclusione effectus, & Propheta primarió de effectu, hoc est, confidentia sine exclusione causę. Vndè (salua meliori sententia) quando Heretici dicunt & Prophetam & Paulum hic loqui de confidentia non hoc esset eis negandum dummodo non intelligant exclusiuè, hoc est de sola confidentia. Quia in sola confidentia non est salus & vita iusto. Nam si tantum confideret & non crederet vana & cassa esset eius confidentia. Et si crederet & non speraret & confideret, irrita & inanis esset fides ipsa. Namque de rebus sperandis est vt ad Hæbre. Paulus asserit. Fides, inquit est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Hæc est quidditas & diffinitio fidei licet Erasmo aliud videatur, qui putat esse potius encomiũ fidei quam diffinitionem. Sed magis credere oportet Patribus antiquis qui eam sic appellarunt. Neque refert quod in hac ratione fidei eius laudes decantentur & prędicentur. Et etiam ad hoc nostrum institutum nihil interest quod sit illa oratio definitio vel encomium postquam palam constat fidem versari circa res sperandas. Colligentes ergo hæc quæ dicta sunt, & cõpendio comprehendentes, constat hæc duo ex eis. Alterum est in quo sensu exptæsserint vocabulum fidei quando dixerunt iustum ex fide viuere Paulus & Propheta, & alterum quomodo se habeant inter se confidentia, fiducia & fides. Hæc infidelitati opponitur, confidentia autem diffidentiæ. Vtraque tamen necessaria est & fides & confidentia. Sicut enim peccatum est non credere ijs quæ diuinitus nobis reuelantur credẽda, ita peccatum est de promissis à Deo habere diffidentiam. Nam Deus sicut in ijs quę sunt fidei verax est, ita in promissis fidelis est. Nolire eõfidere in principibus, in filijs hominum in quibus non est salus ait Psalmista, quia diffidere hominibus qui nõ stant suis promissis fas est. At diffidere Deo magna impietas est. Et hactenus de his.

Psal. 145.

Cap. 11.

Sequitur.

Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinẽt: quia quod notũ est Dei manifestũ est in illis. Deꝰ enim illis manifestauit &c.

PErfeuerat hoc loco Paulus firmare & corroborare thesim illam quam proposuit in hac epistola sibi probandam, videlicet Euangelium esse salutem omni credenti, quam appellauit iustitiam Dei qua nos Deus ex iniustis iustos facit. Et hanc gratiam iustificantem dixit reuelari in Euangelio ex fide in fidem. Probauit autem istud testimonio Prophetæ, nunc autem rursum corroborat reuelatam esse iustitiam istam Dei in Euangelio dicens. *Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem &c.* Sed mox insurget aliqnis dicens imperti nentem & ineptum videri hunc Paulisaltum siue transitum ad iram Dei. Nam non videtur hæc commigratio accommodata ad verba præcedētia. Loquutus fuerat de reuelatione iustitiæ Dei in Euangelio, & nunc de repē te conuertit se ad iram Dei? Quis con nexus est inter hæc duo? Hæc clausula non videtur esse consuta & coherens cum precedenti. Nulla apparet series nulla cōcinnitas. Minatur ne fortassis tam cito Romanis iram & vindictam? Recensere prius debuerat eorum errata & scelera, & subinde minari illis iustitiam Dei vltricem, & non mox post dulcissimam illam doctrinam in qua magnam spem & confidentiam eis dederat de saluifica salute consequenda. Adhunc scrupulum Respon. dissoluendum respondemus dicentes quód ordo & processus Pauli rectus & accommodatus est. Quinimó artificiosa satis series & continuatio ostenditur. Nam vt rhetorices periti docent, res artificiosè confirmari potest per locum à contrarijs. Oppositorum enim eadem est disciplina. Sicut enim vnum contrarium alteri oppositum, illud magis eluceſcere facit, ita per appositionem vnius agnoscimus aliud esse. Sic Paulus probat reuelari iustitiam Dei in Euangelio erga iustos, ex eo quia in eodem reuelatur vindicta Dei in iniustos & malos. Quasi dicat. Euangelium reuelat iustitiam Dei vltricem, ergo debuit reuelare iustitiam Dei saluatricem. Nam quæ perspicuum est geminum esse legis munus, alterum quo boni præmio donentur, alterum vero quó mali multentur. Si igitur in Euangelio reuelatur vindicta malorum, credere debetis vos etiam Romani in eodem quoque reuelari iustitiam Dei ad vitam habendam æternam. Iniusta profecto & nimium dura esset lex illa quæ supplicia & poenas haberet aduersus malos, & non premia & coronas pro bona facientibus. Multo in iustius esset non præmiare bonos quam dissimulare malos. Nam premium emanat à Deo, vindicta autem & ira à nobis prouenit & causatur nimirum à nostra malitia. Quod eleganter insinuauit Propheta dicens. Perditio tua, interitus, & damnatio tua ex te Israël, hoc est, ex tua culpa: salus tua tantummodo ex me; hoc est iustitia iustificans te ex me quasi ex proprio fonte scaturit & fluit, non ex tuis operibus & meritis. Bene igitur hę duę clausulæ sibi mutuo respondent, & non est disconueniens transitus, sed satis accommodatus.

Duo munera legis premia re & multa re.

Osee. 13.

Cæterum dicis; Paulus hic non nominauit iustitiam Dei, nec expressa est de ea allqua mentio, sed duriore vocabulo vsus est nempe ira. Verum est, sed in nomine effectus causam intellexit. Vindicta & punitio effectus iustitiæ vltricis est, quæ iubet de malis sumi vindictam. Noluit autem Paulus nominare iustitiam (Poterat enim dicere; Iustitia Dei vltrix reuelatur in Euāgelio) sed ne quis putaret Deū esse causam vindictę sicut est præmij, ideo non dixit reuelari iustitiam in malos sed iram. Huius autem iræ (vt diximus) nostrum peccatum causa est (saltem meritoria) Deus

Ignominę effectus causa intelligi potest.

Deus autem qui infixit causa efficiens dici potest. Vide ingenium & mirificam artem Pauli. Prius inuitat Romanos & allicit ad recipiendam vel conseruandam gratiam Euangelicam, proponens eis fructum & vtilitatem huius rei quæ erat salus æterna, modo ad eandem prouocat illos, sed alio medio, nempe afferens eis pœnas æternas. Quod fecit aduersus illos qui nolebant iustificari in gratia Euangelica sed pertinaciter confidere in sua mani & vacua lege, & in illos qui in sua spurcata & pessima vita cupiebant perseuerare, vt si amore recipiscere nollent, saltim timore facerent pœnæ. Ad persuadendum Euangelium esse recipiendum aptissimus modus erat prius demonstrare vtilitatem, fructum & commodum quod reportant qui recipiunt illud (Commodum autem erat salus animæ) & postea patefacere damnum, incommodum detrimentum, & dispendium quod incurrere debebant omnes illi qui non receperunt, vel si receperunt retrorsum abierunt per transgressionem eius, perpetrantes multa scelera & crimina. Sic fecit Paulus. Vnde patet hunc Pauli textū de necessitate recipiendi Euangelium esse, sicut & præcedentem, & per consequens rectam seriem seruatam esse à Paulo. Nam hic textus cum præcedentibus bene quadrat. Quod insinuat particula illa enim, quæ causam præfert. Obserua studiose lector assuetam Pauli methodum, qua solitus est rem quam suscipit tractandam prius in summa pertractare, & deinde particulatim eam exequi. Sic hic reuelari iram Dei super impietatē & in iustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent, asseritin summa, deinde per partes disserit. Comprehendit autem nomine hominum tam Iudæos quam Gentiles. Nam sicut in iustitia saluatrice nō erat respectus personarum, ita nec in ista vltrice, & sicut in illa non erat status, sexus, vel qualitatis consideratio, ita nec in ista. *Reuelatur enim ira Dei de cælo.* Reuelatur subintellige in Euangelio ira. Fortassis hoc verbo reuelatur vult Apostolus ferire illos qui in eo errore erant positi, vt existimarent relinquenda esse mala & peccata absque punitione, & ideo sub hac vana confidentia nullum recusabant, committere fascinus. Ideo Paulus à tanto errore volens illos educere dicit. *Ruelatur enim ira Dei de cælo.* Quasi dicat. Intelligite, dixi vobis præparatam esse salutem omni credenti, nunc dico vobis etiam iram hoc est, pœnam, paratam esse incredulis & transgressoribus Euangelij. Et hoc reuelat nobis Euangelium sicut & illud. Duo sunt officia Euangelij, alterum bonis promittere vitam & salutem, alterum terrorem pœnarum malis minari. Illud facit priori loco istud vero posteriori. Quare dò & è (vt omnia) aduertit hic D. Athanasius dicens Paulum à melioribus incepisse nempe à iustitia Dei. Sed non contentus illis voluit apponere illa que malis poterant incutere timorē. Cum enim plures sint mali quam boni, & plures timore vitam emendent quam amore oportuit vnam pro bonis & alteram pro malis adhibere medelam. Bonis amor bonus est, malis autem timor. In ijs timor expellit peccatum, in illis amor impellit ad bonum. Bonus amore declinat à malo & facit bonum, malus si bonum non operatur saltim timore malū detestatur. Quare Paulus initio suæ narrationis infert formidinem & timorem dicens (Reuelatur enim ira Dei de cœlo). Discant hic normam & modum qui christianè & Euangelice concionari cupiunt. Bonos consolentur præmiolis. Nuncient suis auditoribus

Duo officia Euangelij.

D. Atha.

bona; & misericordiam Dei pietatem, facilem peccatorum remissionem, Augeant eorum spem consolẽtur pusillanimes, suscipiant infirmos. Sed non hæc sola Christus & Paulus nõ solum vitam æternam promittebant, sed comminabantur gehẽnam & alias vltiones, vt sic homines perterrã herentur ad virtutem & à malis cohiberentur. Non sint prędicatores tam dulces vt sua dulcedine videã tur fouere mala & malis applaudere, nec tam duri & arees vt peccatores omnino in desperationem tradueant sed dulcia aeribus misceant & acria eum dulcibus componant. Paulum imitentur. Promissione alliciant, deinde timore per trahant. Dicit ergo. Reuelatur enim ira Dei. Sed dicet aliquis. Si Paulus volebat hic malos coërcere terrore timidosque iræ Dei reddere, non debebat hoc medio vti scilicet reuelatam esse iram Dei in Euangelio, sed alio verbo quod magis pungeret illorum duram ceruicem. Nam ipsi nihil curabunt nisi intelligant paratam fore contra eos Pœna namq; non terret nisi illum cui infligenda est. Ad hoc dicimus primó quod nulla maiore pœna potuit terrere illos & in eis timorem ineutere quam sit illa qua Paulus vsus est. De poena siquidem ęternæ damnationis loquitur hic Paulus, qua nulla maior excogitari potest. Quęnam poena christianum hominem plus perterræ facere potest quam poena dampniet poena sensus æterna? Hanc minatus est Apostolus (vt statim fusius declarabimus.) Secundo paratam esse hanc poenam non solum alijs nationibus verum etiam Romanis satis apertè indicauit Paulus & ipsi intelligere valebant. Nã Paulus sicut in iustitia quæ salutem præbebat omnem hominem comprehenderat, ita pari modo in hac iustitia vindicatiua & vltrice comprehendere intelligebat omnem hominem tam Gentilem quam Iudæum sub quibus Romanos Paulus intelligebat Et rursus sermo Pauli vniuersus est. Nonne dixit super omnem impietatem & omnem iniustitiam hominum, hoc est, super omnes impios & iniustos? Non igitur poterant ipsi eximere se ab hac Pauli sententia tam generali. Et ex hoc clarè constat Paulum non derexisse hæc verba ad Gentiles tantum (vt aliqui volunt) sed exęquo ad omnes tam Gẽtiles quam Iudęos. Vtrosque ferit & in hoc pares sunt. Vrges nunc. Si hæc vltio & poena est reuelata in Euangelio, igitur ante Euangelium non erant poena digni qui impij & iniusti erant quia non erat reuelata (Poena non obligat nisi publicata & manifestata. Ignorabant igitur homines hanc, ideó nihil mirum si tam licentiosè peccabant. Respondemus hoc loco emphasim habere verbum reuelari. Idem pollet quod palam & manifestissimè declarari. Et sic nec in lege naturæ nec in lege scripta fuit reuelata. In lege naturæ valde modica fuit reuelatio, in lege scripta iam maior, sed in Euangelio copiosissimè & explicatissimè fuit reuelata. Et ideó Paulus prætermissis illis duabus legibus tantum dicit reuelatam esse iram Dei in Euangelica lege. Sed dicis. Quænam est hæc ira Dei & vnde venit? Scripturam sacram passim tribuere Deo iram notissimum est. Quare de hac re vnus atque alter locus sat nobis erit. Propheta dicit; Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Et inferius in hac epistola dicit Paulus. Nunquid iniquus est Deus qui infert iram? Et multa sunt alia consimilia loca. Sed in nobis est proprie ira, in Deo autem secundum methaphoram. Inter alia nomina quæ non dicuntur de Deo proprie, recensitum est nomen istud ira. Quę in nobis non est sine passione. Psal 6.

sione. In Deo vero solet appellari ira iustitia illa vltrix qu Deus impios & malos punit & castigat. Castigare & punire in Deo nihil imperfectionis connotant sicut irasci. Et ideo secundum similitudinem ponitur tantum in Deo. Est Deus (vt beatus Gregorius testis est) irascens sine ira, sine corde misero miserans, sine zelo zelans, & alia quę metaphoricè scriptura (quæ more nostro loquitur) ei tribuit. Et ex hac Gregorij doctrina forte emanauit celebris & noranda illa regula quæ asserit in attribuendis nominibus Deo, respiciendum nobis esse an secum afferant imperfectionem aliquã & secundum hanc remouendum esse omne tale nomen à Deo. Quod si inueniamus à Spiritu Sancto scripturæ authore fore attributum, intelligere oportet secundum illud quod tale nomen secum perfectionem importat. Vnde cum ira in nobis nomẽ sit quod secum inuoluit vtrũque, perfectionem & imperfectionem, non est attribuendum Deo nisi secundum illud quod nullam dicit imperfectionem. Et licet in nobis aliquando qui punit & vindictam sumit de culpis & peccatis eorum & malorum, modũ transgredi possit, istud imputandum est ei qui punit, qui vel ex passione vel ex ignorancia, vindicte & punitionis limites excedit, in Deo autem talis defectus cadere non potest. Quoniam ipse semper punit citra condignum, & optimus est culparum ponderator, iudicans semper in iustitia & æquitate. IRA DEI. Non dicit reuelatur furor Dei, sed ira Dei. Grauior est ira furore. Nam qui in furore punitur, ad tempus puniri dicitur, qui vero in ira vt damnetur putinur. Furor enim parum durare solet. Transit cito Ira verò diuturnior est. Et ideo Apostolus quó maiorem incuteret timorem in eis minatus est iram & non furorem, tametsi in iudicio illo vltimo vtrunque reperietur. DE COELO Non fuit contentus Paulus dicere paratam esse contra impios & iniustos vltionem, sed voluit aperire vnde veniet ista ira & vltio. De cœlo. Prophe ta inquit; Veritas de terra orta est: iustitia autem de cœlo prospexit. In cœlo erat ante Euangelium iustitia, & misericordia, sed misericordia non respiciebat, sed sola iustitia conspiciebat peccata hominum. Misericordia cęca erat, ideo non videbat hominum miserias. Iustitia plena erat oculis ad videnda hominum delicta. Sed cum esset à terra procul remota, homines illam flocci faciebant. Quare voluit Deus vnacum Euangelio eam in terram mittere, vt homines eam magis timeren. Idcirco reuelata est in Euangelio per Iesum Christum, qui primo venit è cælo, & secundo venturus est à cœlo ad exercendam & exequutioni mandandam istam vindictam. Sic enim pollicitus fuit quando discessit dicens. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in coelum, sic veniet quæmad modum vidistis eum euntem in cælum. De coelo ergo veniet hæc ira Dei. Vel forte de coelo dicit Paulus esse hanc iram, eo quod coeli manifestabunt hanc ingentem & terribilem iram Iudicis. Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & tunc coeli reuelabunt iustitiam Dei quam modo cooperiũt, quia tempus miserendi est. Aut fortasis coeli meminit vt feriret illos qui negabant Dei prouidencià erga nostra hæc inferiora dicentes. Super cardines coeli ambulat, & hæc nostra non considerat. Quos Dauid percutit dicens; De coelo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum. De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. Qui fingit sigillatim corda eorũ, qui intelligit omnia opera eorũ Et alibi idẽ Dominꝰ de coelo prospexit sup omnes filios hominum, vt videat si est intelli

Mo. ca. 20. 3.

Psalm. 84.

Act. 1.

Luc. 21.

Iob. 31.

Psal. 32.

gens aut requirens Deum. Aut si maiis de coelo reuelari iram Dei dixit, vt maiorem incuteret timorem. Semper mala quæ è coelo veniunt solemus magis metuere. Nec mirum. Nam semper in illis ostenditur maior Dei potentia. Vel denique de coelo dixit, vt differentiam poneret inter iam factas in mundo vltiores, & illam quæ futura est in die iudicij. Nam licet in vtraque lege tam naturali quã scripta de hominum peccatis vindictam sumperit, vt patet in primis parentibus, in Sodoma, & Gomorra, in diluuio, & in hominibus à terra absorptis, & in multis millibus eorum truci datis, tamen istæ vindictæ & pœnæ de terra erant, sed illa vltima vltio de coelo erit. Cœlo enim priuabuntur homines, & in corpore & anima in infernodetrucentur. Iustitiq enim quæ à Deo fiunt in terra, hoc est, in hoc mũdo, multó mitiores sunt illis quæ fiũt de coelo. Sunt namque illæ similes iustitiæ hominum qui tantum perdere possunt corpora, non autem animas mittere in gehennam, quos Christus dixit non esse formidandos dicens. Nolite timere eos qui postquã occiderint corpus, non habent amplius quid faciant. Sed iustitia Dei de coelo sæuior, atrocior, & crudelior est. *Super omnem impietatem & iniustitiam.* Materiam aperit in qua exercebit Deus vindictam istam de cœlo. Et geminam dicit esse, videlicet impietatem & iniustitiam. His duobus ambit omnia peccata. Nam peccatũ diuiditur in peccatum proximi & Dei. Peccata contra Deum sunt quæ pugnant cum tribus illis præceptis primis Decalogi. Peccata proximi sunt quæ aduersantur reliquis septem præceptis. Impietas contra Deum, iniustitia contra proximum committitur. Impietatis nomine intelligitur idolatria blasphemia, sacrilegium, & reliqua id genus. Appellatione verò iustitiæ omne illud quod proximo nocet. Dicit autem super omnem impietatem & iniustitiã, & non super omnes impios & iniustos, vt insinuet Deum potius irasci & sumere vindictam de culpis & peccatis quam de peccatoribus. Cum dilectione hominũ, & vindicta vitiorum. Non enim Deus animaduertit homines qua tales sunt, sed qua tenus vitiosi sunt. Sicut enim Deus (Augustino teste) nullum reliquit irremuneratum bonum, ita nec impunitum malum. Quod si mox non euaginat gladium vt puniat, est quia modo misericordia mitigat iram. Mitigasti Domine, inquit Dauid, iram tuam. In præsenti vita iratus Deus misericordiæ recordatur. Sed quando venietira Dei, ira & indignatio erit in omnem animam operãtem malum, adeó vt videatur Deum excusisse à se omnem misericordiam. Incident tũc peccatores in manus Dei viuentis, quod horrendum esse dicit Paulus, quem tam iratum aspicient peccatores vt nullam putent se esperare posse misericordiam. Quare dicent montibus: cadite super nos. Mori cupient & mors fugiet ab eis, Dies illa dies iræ calamitatis, & miseriæ, cum venerit Deus iudicare seculum per ignem.

Genesis 3. Genes. 6. Genes. 7.

Luc. 12.

Psal. 84.

Ad Hebræ.

Osee. 10.

Hominum eorum qui veritatis Dei in iniustitia detinen. Causam assignat Apostolus ne quis crederet infligendam tam atrocem iram absque causa, simulque ostendit quare fuerũt illi impij & iniusti, & vnde tanta impietas (quæ atrox crimen est) ortum & originem habuerit. Quia inquit detinuerunt veritatem Dei in iniustitia. Obscurus est hic loquendi modus. Detinere veritatem in iniustitia quid sit scire oportet. Referunt aliqui hoc ad conscientiam, alij verò ad cognitionem. Qui operantur aliquid secũ manente conscientia, illi detinent

nent veritatem in iniustitia. Conscientia & synderesis dictant quę sunt facienda. Si qui vero oppositum faciũt ij detinent veritatem Dei in iniustitia. Nam synderesis semper reclamat cõtra malum & impellit ad bonum. Qui vero hanc non audiunt, dicuntur veritatem detinere in iniustitia. Nõ enim permittunt volũtatem operari quod operandum erat. Vel alio modo detinere veritatem, est eam occultam & celatam tenere. Metaphora vtitur hic Paulus earum rerum quæ per vim & violentiam cohibentur, ne sua vtantur functione, vt si quis detineret aquam ne flueret, quemadmodum faciunt rustici qui nõ habent fontes vel flumina in suis oppidolis. Solent nam quę illi in foueis magnis pluuialem detinere aquam, ad suum suorumq; iumentorum vsum. Alioquin siti perirent. Aqua est ibi vndi quaque vallavt impossibile ei sit fluere & adspergi per campos quemad modum fluit fotana vel fluuialis, quæ a nemine est detenta & cohibita. Ad hoc illusit Apostolus quando dixit illos philosophos detinuisse veritatem Dei, quia vi quadam eam detinebant in mẽtibus suis: non enim eam fluere sinebant ad operanda bona iuxta illam agnitam de Deo veritatem, & sicut illa aqua in fouea cohibita & oppressa celatur & occultatur ita vt à transeuntibus non videatur: quia in latenti & profundo loco est reposita: sic illi occultabant & celabant veritatem, & in fouea illa naturalis luminis abs conditam habebãt, nolentes operari iuxta cognitionem illius luminis, per quod cognoscere poterant mala & bona, & suum auctorem, cui soli cultum debebant, & nulli alteri. Vel aliter quod in idem venire videtur, detinere veritatem est illi irrogare iniuriam & eam inhonorare. Inter omnes mundi res quæ magis digna est honorare, est ipsa veritas de qua ille dixit super omnia vincit veritas, fortior mulieri & vino, imó omni fortitudine. Hoc honore filius Dei inter alios semetipsum decorauit dicens, ego sum veritas. Magnum igitur facinus est de honestare veritatem. At dicis, quomodo sit veritati injuria? Respondemus, quando quis vtitur re aliqua in alium vsum quam ipsa sit destinata, injuria ei fit, vt si vasa consecrata ad sanctos vsus, accommodarentur ad vsus prophanos & turpes tunc illis injuria fieret quia non erant ad hoc destinata: sic si quis vtatur veritate in alium vsum ab eo ad quem ipsa est destinata, ea profecto abutitur & ei injustitiam infert. At dicis, & quis est veritatis vsus? Quorsum & in quẽ finem ordinata Est veritatis cognitio? Respondetur. Cognitio veritatis eo datur, vt cognoscens agat secundum illam, non contra. Quis enim tam stolidus esset homo, qui afferens ante se lucem eam detineri vellet cum ipse vlterius esset profectur? Si postea pede offenderet, vel si in foueam caderet, esset ne hic casus luci imputãdus? nequaquam: Sed illi, qui lucem detinuit. Veritas lux quædam est, qui eam non sequuntur, si labantur in nephanda scelera, illorum culpa est: quia no luerunt operari iuxta agnitam veritatem. Vsus veritatis est agere secundũ eam. Cognoscetis inquit Christus veritatem, & veritas liberabit vos: qui vero nunc cognoscit per veritatem vnum, & aliud operatur, is veritati injuriam facit & eam detinet: quia per vim non sinit eam in opus exire detinetque quasi in vinculis positam & oppressam: & idcirco ei injuriam irrogat: quando enim aliquis impedimento est rei ne suum sortiatur effectum, tunc ab illo dicitur detineri. Sic illi impedientes veritatem, ne suum sortiretur effectum, eam detinebant. Sed in quo erat detenta veritas? Dicit Paulus IN INIVSTITIA: hæc erat quæ detinebat: sicut enim veritas Euangelica versatur in iustitia; Sic detenta erat in suo oppo-

Simile.

Simile.

Simile.

Ioan. 8.

sito, nimirum iniustitia. Sed quomodo poterat prealere in iustitia? Nun quid fortior est veritate Dei? Respondemus. Veritas illa non erat cogens voluntatem, sed eam illuminans. Tanta namque donata est voluntas libertate, vt à nulla veritate cogi possit: suorum enim actuum domina est: si namque ipsa non vult morem gerere veritati, à quoquam cogi minimè potest. Vnde cum illorum voluntas esset tãta prauitate & malitia affecta, veritas nota ab eis, nihil poterat contra illos, sed quasi victa & captiua manebat, & ipsi quoque captiui tenebantur sub potestate diaboli, ita vt in eis verificaretur quod Paulus 2. ad Timotheu. cap. 2. dixit, scilicet vt recipiscant a laqueis diaboli, á quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. Et iustè quidẽ hęc pena illis inflicta fuit, vt qui iniustè tenerent detentã & captiuam veritatem: ipsi quoque ab alio detinerentur captiui: nam à quo quis superatus est, eius seruus effectus est. Nulli igitur mirum videri debet, si reuelata est ira Dei de cœlo contra illos tanquam veritatis oppressores. Nec solos illos. Pasententia comprehendit, sed multos alios in hac infoelici ætate, in qua magna caterua hominum est detinentiũ veritatem in mendacio & falsa doctrina, quales sunt Luterani qui veritatẽ euangelicam à Deo & ab Ecclesia manifestatam, in sua praua doctrina detinent, scripturas sacras retorquentes ad sua deprauata sensa. Nunquid Dei & Christi veritatem non detinent in mendacio, qui promittunt salutem sine fide, sine sacramentis, & sine operibus? Nonne Dei veritas illa est, qui nõ crediderit condemnabitur? Et qui volunt nos iustificari sola fide, & pœnitẽtiam vilipendunt. nonne illam veritatem detinent, qua Christus dixit, nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis? Et qui dicunt aliunde quam ex euangelio salutem sperari posse, an non detinent veritatem quã Paulus hic docet dicens, euangelium esse Dei virtutem omni credenti? Et qui docent ecclesiam errare posse num non detinent illam veritatem ab ore Christi prolatam, videlicet ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua? Et vt semel finiamus, quicunque dogmatizant impia dogmata, detinẽt veritatem Dei re vera, imo quicunq; relicto bono, malum operantur, veritatem Detinent euãgelicam, quæ docet colere Deum, & suum proximum sicuti se ipsum diligere. Non enim minus hic ferit Paulus Christianos (qui titulo tantum tales sunt) quam gentiles: nam nunqnid & illi sciunt Deum esse & peccatorum vltorem, & esse illi obediendum, & seruanda esse illius mandata: & tamen non consentiunt huic cognitioni neque mandatis eius obtemperant? Nunquid maiorem non habent de Deo cognitionem Christiani quam Ethnici & gentiles? an præter illam naturalem insitã humanis mentibus notitiam, non habemus nos aliam multo ista perfectiorẽ, quam nobis suppeditat fides? hæc quidem non destruit naturã, quinimo perficit eam. Quo nomine magis culpandi sumus, & minus excusabiles. Vndè igitur est vt etiam apud christicolas veritas Dei detenta sit? Perspicuum satis est ex ea parte istud euenire, quia detinetur per malam vitam & perpeccata. Lux venit in mundum, & auerterunt homines suos oculos ab ea, & dilexerunt magis tenebras quam lucem. Nunquid enpabimus lucẽ? Absit, sed homines qui claudunt oculos suos. Quæ madmodũ enim lux pulsat ad oculum, ita veritas (quæ lux quoque est) pulsat ad intellectum. Sed quid prodest pulsare, si nõ est qui respondeat? Pulsat naturæ lumen, conscientia, synderesis, dicens: declina à malo, & fac bonum; quod tibi vis fieri, proximo face: pulsat & aliud fidei lumen dicens; qui bona egerunt ibunt in vitam æternam. qui vero mala, in

à. Tim. 2.

Marci. vlti.

Matt. 18.

Lucæ. 22.

Ioan. 3.

Psal. 36.

Athana. in suo Symb.

la, in ignem æternum: si vis ad vitam
Matt. 19. Ezechiel. 18. Ioan. 8. ingredi serua mãdata: anima quæ pec
cauerit, ipsa morietur: qui facit pecca
tum, seruus est peccati: luminis fidei pul
sationes sunt istę sed hæc lux deti
netur, non exit ad opus, nostra su
perbia & praua vita detinent illam in vin
culis: sunt hæ veritates apud pseudo-
Isaiæ. 52. christianos, quos alloquens Isaias di
cit. Solue vincula colli tui captiua filia
Syon. Anima christiana filia Syon est.
Psal. 2. Vincula praui mores, qui veritatem
ægritam captiuam tenent. Diminutæ
sunt veritates à filijs hominum. Dimi-
nutæ, quia solum sunt in intellectu, nõ
in voluntate, in speculatione, non in
operatione. Requiret à nobis forsan
curiosus lector, cur non dixit Paulus
detinuisse illos veritatem Dei in impie
tate, sed in iniusticia. Nũquid impietas
cum sit vel contra Deum, parentes, &
patriam, grauior est ipsa iniustitia: quę
est contra alios proximos? Respon
demus. Paulus de iniusticia potius men
tionem fecit quam de impietate, eo
quod impietas certa & pauciora pec
cata compræhendit, iniustitia autem
omne peccatorum genus. Sicut enim
iustitia in scriptura vsurpatur pro om
ni virtute, sic iniusticia sumitur pro
omni vitio. Iniustitia genus est impie
tas vero species. In generis ambitu
õmnes species compræhenduntur. ex
pressit impietatem & non alias spe
cies, ob criminis atrocitatem. Si enim
Paulus dixisset; Eorum hominum qui
veritatem detinent in impietate, tan
tum tres species impietatis fuisset cõ
plexus, hoc est illos homines qui pec
cant in Deum, in patriam, & in paren
tes, & non alios peccatores, & idcirco
quó omnes compræhenderet, dixit
reuelatiram Dei in illos qui detinẽt
veritatem in iniustitiam. Et sic decla-
rauit iram Dei paratam esse non solũ
contra illos qui peccabant in Deum,
patriam, & parentes, sed etiam contra
omnes iniustos & peccatores. *Quia*
quod notum est Dei, manifestum est in illis.
Occurrit & præoccupat hic Apostolus
quandam excusationem quam pote
rant prætendere & allegare dicentes,
iniustè argui abipso Paulo, eo quod
ipsi ignorassent veritatem Euangeli-
cam. & proinde hac ignoratione præ-
diti excusabiles esse si veritas fuit deté
ta, Quod enim ignoratur, nihil mirũ
si detineatur. Fugat & reijcit Paulus
hanc excusationem, ostendens illos
non habuisse de veritate ignorantiã,
sed potius ex malitia ab illis fuisse de-
tentam veritatem Dei, & hoc docet
in hoc textu dicens. Quia quod notũ
est Dei, manifestum est in illis. Q. dicat.
Non possunt se excusare. Non est eis
admittenda ignorantiæ excusatio, nã
illis nota fuit hæc veritas. Potest hæc
ratio Pauli sic redigi in formã. Quod
est alicui notum & manifestum, non
excussat illum ab ignorãtia, atqui hæc
veritas erat eis cognita & manifesta;
igitur ignorantia non excusabat eos.
Propositio clarior est quam probatio
ne egeat. Assumptio probatur, quia
Deus manifestam fecit illis veritatem
quam illi detinebat, igitur ignorantiã
allegare nequeunt. In verbo illo deti
nent, iam tacitè probauerat Paulus il-
los habuisse veritatem in intellectu
suo. Nã nemo detinere potest quod
non habet. Et si habebant, iam frustra
diecbant ignoratam esse talem verita
tẽ. Nullus enim sapiens ignorat quod
Gentiles ingenio & literatura prędi ti
erant. Quomodo ignorare poterant
illam veritatem, quam Deus indidit
in eorum mentibus? Nihilominus ta-
men expræssim voluit Apostolus quo
efficatius illorum excusatio frigidior
& inualidior appareret, ostẽdere quo
modo cognitionem habuerint illius
veritatis quam detinebant, dicitque.
Quod notum est Dei, manifestum
est in illis. Hic genitiuus Dei, geminã
potest causare intelligentiam, altera
est, quod notum est Dei. hoc est quod

Deus

dicimus quam naturę ratio & lumen prestare potest omnibus hominibus) qua fronte dicere audebunt se non agnouisse Deum, & idcirco detinuisse veritatem in impietate & iniustitia? Reuera ex hac parte locum non habet istorum excusatio, potissime eorum qui maiores erant, docti, ingenio pollentes, & sapientiam, profitentes. Hos taxat præcipuè Apostolus hic. Nam minores & rudes aliquantulam excusationem prætendere poterant ob sui ruditatem & ingenij tarditatē: tametsi oporteat omnes & singulos scire de Deo quod ipse est omnium creatutarum Deus & Dominus, requirens ab omnibusquæ sunt recta & ei debita. Videlicet, honorem, cultum obsequium, & venerationem, non quomodocunque, sed in summo gradu. Nam Deus bonus est in summo gradu, summè sapiens, summè potēs, summè iustus, & summè perfectus. Nec satis est scire quæ debentur Deo, sed etiam proximo, vt quæ sunt Cæsaris rèddantur Cæsari & quæ Dei Deo. Quod si vel illa vel ista ignoremus & negligimus, extra excusationes sumus nisi ad illas de quibus cecinit Psaltes dicens; Ad excusandas excusationes in peccatis. Quales fuerunt illæ primorum parentum nostrorum quę á Deo minimè fuerunt receptę & approbatæ. Nō enim legittimę erant. Quod si quis, illorum, Philosophorum ninirum, partes agere volens, dicat Paulum non dicere hoc loco manifestū esse Deum, sed ea quæ Dei erant, nempe, potentia, bonitas, iustitia, sapientia & id genus reliqua: respondemus, hāc excusationem friuolam esse. Nam quicquid Dei est, vna res cum Deo est. Quare manifestando Deus ista, seipsum manifestabat. Neque quispiam vrgeat dicens; Horum cognitio non euacuabat omnia cognoscibilia de Deo. Planè fatemur. Nec ad Deum cognoscendum opus est cognoscere omnia cognoscibilia de Deo. Alioquin nemo nosceret Deum, nisi qui eius essentiam & quidditatem agnosceret, quod admittere absurdum reputamus, Et aliud absurdum consequeretur si donemus fieri posse, vt in præsenti vita à nobis cognoscantur omnia cognoscibilia de Deo. Nam quicunque cognoscit omnia cognoscibilia de aliqua re, cognoscit rem illā secundum suam quidditatem: at axioma Theologorum est, quod quid est Dei, in hac vita ignotum esse. Nō autem tam exactā requiret à nobis Deus in hac vallē lachrymarum de seipso notitiam secundum lumen naturę, quod non se extendit ad omnia cognoscibilia de Deo. Aliàs frustra esset aliud lumen fidei & supernaturale. Lumen naturę non transgreditur limites eorum cognoscibilium quæ naturaliter de Deo intelligi & cognosci possunt. DEI. Non dixit quod notum est primæ causæ, vel primi principij, vel motoris: sed Dei, vt insinuaret vnū eundēmque esse quem Christiani vocant Deum, & illum quem infideles & Philosophi appellant primam causam, vel primum mororē. Aequipollent namque hęc nomina licet proprias habeat connotationes. Vel dicere possumus Paulum vsum fuisse nomine Dei potius, quia honorabilius est hoc nomen Deus, quam nomen prima causa vel prius motor. Et ideo in laudem Dei Opti. Maxi. prętermissis alijs nominibus, maluit istud vsurpare & eius mentionem facere. Sicut enim dixerat veritatem Dei fuisse detentam, sic asserit veritatem Dei fuisse notam. *Manifestum est in illis.* Emphasim habet verbum manifestum. Non enim significat quomodocūque cognitum via demonstrationis. Diuina namque cognoscibilia aliqua sunt capacia demonstrationis, alia verò non. Quæ sunt fidei, indemōstrabilia sunt à nobis. Et ideo licet dicantur cognita, non tamen sunt nobis manifesta. Erunt autem quando videbuntur hō

per

Matt. 22.

Psal. 140.

Genes. 3.

per ſpeculum ſed clare. Vocabulo manifeſtum inſinuauit Paulus diſcrimen inter fidem, opinionem, & ſcientiam. Opinata, & credita non ſunt manifeſta, ſed tantum ſcita: claritate cognitio naturalis præſtantior eſt cognitione fidei. Nam illa euidentiam habet: quę autem eſt per gratiam, ſiue fidem, illa caret. Alia tamen ratione naturalis cognitio à cognitione fidei vincitur & ſuperatur. Plura & occultiora de Deo per eam nobis nota fiunt. Nam per eam cognoſcimus quæ ſoli Deo ſunt euidentia (vt elegantiſſime princeps theologorum D. Tho. in 1. con. Gent. enucleat) & ea etiam ad quæ lumen naturę pertingere non poteſt. In ijs enim vincit Deus ſcientiam noſtrā. Nam ea tenus noſtra naturalis cogni tio ſe extendit, quatenus âſenſibilibus iuuari poteſt. Aſenſu ortum habet. At ſenſibilia inadæquati effect' ſunt qui excēduntur à cauſa prima. Et ideo tā tum valent intellectui noſtro oſtendere cauſam eſſe, ſed neſciunt nobis dicere quid ipſa ſit, ſed ſolum quid non ſit. Si Solem, Lunam, Aerem, ignem, & omnem aliam creaturam interroges, vt dicāt quid eſt illa prima cauſa, reſpondebunt ſe neſcire, hoc tantum ſcire, illam non eſſe aliquid ex omnibus cauſatis, neque Solem, neq; Lunā, nec aliud ſimile. Nō ideo quod aliquid illi deficiat quod ſit in cauſatis, ſed eo quod ſingula & omnia cauſata ſuper excedat. Sed dicet quiſpiam; Si illi erant impij & iniuſti, quomodo habebant cognitionem de Deo? Nunquid malitia illorum impediebat eorum cognitionem? Et ſi eam habebāt quomodo erant impij. Reſpōſio eſt. Hic ſcrupulus aliquando vexauit & male habuit, beatum Auguſti. qui exiſtimauit à ſolis mundis & bonis verū cognoſci poſſe. Quem errorem poſtea veritatis lumine illuſtratus depoſuit, & palinodiam cecinit. Lumen naturæ & cognitio naturalis (ſicut ipſa natura) cōmune eſt tam bonis quam malis, fidelibus & infidelibus. Nulli illud Deus denegauit. Dicūt mali; Quis oſtender nobis bona? Reſpondet illis Propheta dicens; Signatum eſt lumē ſuper nos vultus tui Domine. Signatum, impreſſum. Signaculum omnino torum indelebile ſimul eum natura receptum. Lumen vultus Dei quia tamquam per ſpeculū in eo cognoſcitur Deus. Ex vultu cognoſcitur homo: ſic in hoc lumine Deus. Vel lumen vultus Dei dicitur hoc eſt veritatis Dei. Hæc enim eſt facies & vultus Dei, per quam cognoſcitur Deus. Ambulabunt, inquit Pſalres, in lumine vultus tui; hoc eſt, in lumine veritatis tuæ. Hoc lumen in impletare derinebant illi, & ideo digni ira Dei erant. Lumen autem Dei triplex eſt lumen reuelationis. Hoc triplici lumine iuuatur cognitio noſtra de Deo. Primò lumine naturæ, quod eſt aliud nil quā quędam impreſſio & participatio diuinæ lucis in mente noſtra. Hoc autem neceſſarium erat: eo quod homo eſt ſecundum partem intellectiuam adimaginem Dei. Vnde vbi eſt perfectior ratio imaginis, ibi quoque maius lumen naturę reperitur. Quare in Angelis excellentior eſt lux naturæ, & inde perfectiori modo naturaliter abeis quam à nobis cognitus eſt Deus per illam (quam vocant) cognitionē veſpertinam. Hoc autem lumine Philoſophi (de quibus hic Paulus loquitur) cognouerant vnam cauſam vnumque principium eſſe neceſſario ponendum in mundo, à quo omnia alia penderent. Et hoc circa ſpeculabilia. Circa autem agibilia, etiā ex hoc met lumine agnouerunt quidiuſtum, quidue iniuſtum eſſet. Nam quæmadmodum prima principia in ſpeculabilibus ſunt per ſe nota, ita in agibilibus. Vnde Paulus inferius dicet quód Gentes quæ legem non habebant, naturaliter faciebant ea quæ lēgis erant, oſtendentes opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. De hoc igitur lumine loqui

1.p.q.12.a.10

D. Tho.

Reſpon. D. Aug.

Pſal.4.

Simile.

Pſal.35.

S. Tho. 1.p.q. 58 a.6. & 7. In Angelis cognitio veſpertina eſt.

Cap.2.

loquitur Apostolus, non de lumine legis vel reuelationis, quia nec illi Philosophi receperunt aliam legem præter naturalem, nec illis communicatum fuit lumen reuelationis exhibitū Prophetis, sed solum lumen naturæ, per quod nota de Deo erant eis manifesta. Sed vbi est facta, & à quo ista manifestatio? Respondet Paulus. IN ILLIS. Intra illos. In intimis ipsorum. Non foris, sed intus: non per aliena, sed per propria: non alonge, sed prope: non in tenebris, sed in luce: non in incognitis, sed in manifestis: nō in angulis, sed palam: non in paucis, sed in omnibus hominibus. Vel forsan aliā emphasim habet verbum in illis. In illis, inquit Paulus, qui veritatem Dei in impietate & iniustitia detinuerunt. Nā illorum malitia & in iustitia licet potuerit obtenebrare & obscurare lucē naturę, non tamen omnino extinguere eam. Cæterum à quo facta est ista manifestatio? Respondet, non ab Angelo, non ab homine, sed ab ipsomet Deo. Nam sequitur. Deus in illis manifestauit. Hoc additum est ab ipso Apostolo ne quis se pręberet difficilē ad credendum quód lumen naturæ & ratio ipsa humana posset attingere ad cognoscenda ea quę sunt nota de Deo. Ad tollendam admirationem istam dicit Deus enim illis manifestauit. Q.d. Nemo miretur, nec istud soli naturę & lumini rationis tribuat, quasi hæc cognitio de Deo ex solo lumine venire credat, mox Paulus adiecit dicens. Deus illis manifestauit. Hoc ista Deo acceperunt hanc manifestationem; id est, adiuti fuerunt ad cognoscendum Deum ab ipsomet Deo Nam sine eius auxilio & iuuamine istud præstare haud quaquam potuissent. Sed statim rogas; Quale fuit hoc iuuamen & auxilium? Nunquid fides, vel gratia gratificans, aut aliqua specialis reuelatio interna? Paulus non dicit quomodo sit facta hæc manifestatio, sed tantum factam fuisse, modum autem silentio inuoluit. Quæ res in causa fuit quód interpretes non eodem modo hunc locum intellexerint: & fortassis quód aliqui loco manifestauit, legerint reuelauerit, vt aliqui textus antiqui scriptum habent. Verum tamen non est verosimile Paulum intellexisse hanc manifestationem factam esse lumine fidei vel per reuelationem, sed per beneficium luminis naturalis & per creaturas. Nam hanc cognitionem de Deo sufficienter habere poterant homines (maxime Philosophi (conuertentes se ad infusam & inditiam illam lucem, & ad ipsas creaturas cum cōcursu & auxilio Dei quod in omni nostra actione necessarium est. Nam sine hoc, nihil fieri à nobis potest. Sed interrogas. Quod auxilium est istud quod Deus præstitit illis, speciale, vel generale? Hic latet anguis. Quidam hoc referunt ad iuuamen generale: alij vero ad speciale. Isti asserunt lumen illud generale adiuuatum fuisse ab speciali Dei auxilio. Quomodo autem istud sit factum, si per Angelos, vel alio modo, se ignorasse confitentur hunc autem modū soli Deo esse secretum affirmant. Ad ducuntur ad hoc asserendū, eo quod existiment inconueniens fore putare Philosophos relictos esse à Deo sic in puris naturalibus absq; auxilio speciali. Nam tunc non fuisset, aiunt illa cognitio de prouidentia Dei erga nos ex his quæ conspiciuntur satis fixa & firma, sicque in illa cognitione non esset firma in hærentia qualis est in re manifesta. Quare indigebant alio auxilio & iuuamine intus. Quod factum esse illi putant per Angelos. Et ideo huic opinioni ipsi hærent, vt existimēt sine hoc iuuamine Philosophos non potuisse cognoscere Deum. Imaginatio hæc satis acuta & ingeniosa est, sed vtrum huc respexerit Paulus quando hæc verba protulit, restabat eis probādum. Nam Apostolus non intendebat, miscere reuelationem & fidem cū cogni-

cognitione naturali. Nam reuelatum & naturale ē regione sunt oppositā. Et sic loquens Paulus de lumine naturali quod erat in Philosophis, iam exclusit fidem & specialem reuelationē sed tantum loquebatur de cognitione mere & pure naturali, quæ soli lumini naturali innititur, & hanc cognitionem esse notam, aliam verō appellat hic ignotam. Notū enim de Deo tantum hoc loco dixit Paulus illud esse, quod per lumen naturæ cognosci poterat, & quę non poterant cognosci per hoc lumen, apellauit innota de Deo, qualia sunt illa quæ ad fidem pertinent & speciali reuelatione indiget. Et corroboratur istud, quia Paulus ex duplici tantum parte asserit hic illos cognouisse Deum, primo beneficio luminis naturalis, & secundo beneficio creaturarum à Deo productarum, & non adiecit reuelationem specialem. Ad hæc; demonstrationes nō indigent reuelatione, at Philosophi agnouerunt nota de Deo medijs demonstrationibus, & si non à priori, à posteriori tamen, igitur Pauli intentio non erat loqui de reuelatione. Quod ex eo etiam constat quod nō dixit Deus illis reuelauit sed manifestauit. Vnde corrigendi & emendandi veniunt illi codices qui habent reuelauit tam quam mendaces. Neque scimus à quo mutatū sit verbum manifestauit in verbum reuelauit. Suspicari possumus id factū esse ab aliquo ex illis qui fingunt hic reuelationem. Dicet modo fortassis aliquis. Si Paulus non intelligit hic reuelationem quid sibi vult quando dixit Deus illis manifestauit & quorsum dixit? Non erat necesse adiungere istud si Pauli sermo tantum erat de lumine naturali secluſa reuelatione. Respondemus. Quod Paulus prętendit tale est. Deus illis manifestauit, per hanc manifestationem nil aliud intelligit nisi lumen naturale. Quasi dicat Paulus. Illud lumen quo cognouerunt nota de Deo Deus illis dedit. A Deo habuerunt. Dei enim donum est & non ex proprijs habebant. Vnde de eo nec gloriari poterant neque de cognitione quam ipsi assequuti fuerant de Deo, sed ipsi principali authori Deo videlicet totum erat attribuendum. Et ideo ad cō primendam arrogātiam Philosophorum ne putarent ex proprio marte & ingenio se habuisse illam Dei cognitionem adiecit Paulus hęc verba. Neque obijcias dicens hoc lumen debitum esse naturæ hominis quēmadmodū sunt vnicuique naturæ naturalia quædam accidentia sicut graui ferri deorsum & igni calefacere. Verum quia Deus est author naturæ, à quo omnia ex nihilo fuerunt cōdita & producta non solum causa dicitur naturę sed etiam eorum quæ sunt gemina & cognita cum natura, & per consequens iure optimo principali agenti & causę attribuenda fuut ei tamquam eius beneficia. Lumen enim naturale impressum in mentibus hominum, munus Dei est sicut & quoduis aliud naturale concessum à Deo. Sicut enim Deo viuere creaturæ transcribendum est & ipsum esse quoque, cur non & ipsum intelligere? Sicut enim esse non possumus nec viuere sine Dei iuuamine, ita nec intelligere. Ad omnes has naturæ functiones iuuamine generali indigemus. Et sicut ad functiones vitæ & essendi mouendique sat est nobis concursus generalis, ita ad intelligendum naturaliter ille solus sufficit & non est necessarius alius nēpe specialis. Non enim homo esse debet deterioris & infirmioris virtutis quam cætera alia agentia quę suas actiones peragunt & absoluunt prędita tantū concursu generali. Quando verō aliqua natura eleuatur ad aliquid quod est supra suas vires & naturam, tunc indiget alio auxilio, quando vero non Deus qui dat naturam dat ei alia ptin cipia sufficientissima ad functiones illius naturæ peragendas, quia Deus &

Respon.

na

natura non deficiunt in necessarijs quibus positis & non impeditis sufficienter natura perfectissimam exercere potest suam operationem comitata tantum concursu Dei generali. Et cum cognitio de Deo quę fit tum ex beneficio naturalis rationis, tum ex ipsis creaturis, non sit opinata vel ex humana fide procedens, sed ex demonstratione, firmiter & fixe illi adhærebant Philosophi. Demonstrationibus non potest subesse falsum licet opinioni & fidei humanæ possit. Quod si dicas illorum Philosophorum lumę fuisse obtenebratum, respondemus nihil referre quoniam hoc non est imputandum lumini sed peccatis illorum. Nos vero vna cum Apostolo de facultate luminis naturalis loquimur: non de lumine obtenebrato. Si ipsi dilexerunt magis tenebras hoc est peccata, quam præclarissimam, & excellētissimam illam à Deo inditam lucem, iam ipsi dederunt pœnas & de seipsis quærimoniam habeant non de lumine quod semper ex se illos deducebat ad quærendum Deum illumque summacum veneratione collendum & venerandum, impellendo, & ad studiosa opera peragenda alliciendo.

Verum autem naturalis cognitio siue hæc luminis naturalis manifestatio quam illis Deus suppeditauit, fuerit sufficiens illis ad eorum salutem absq; alia reuelatione, in proxima clausula elucidabitur. Redibit namque de hac re illic sermo quando de illorum excusatione loquemur. Obiter tamen antequam ab hoc loco Pauli nos expediamus, lectorem acutum admonere placet vt duo illa pro comperto habeat quæ apud peritos theologos iā sine controuersia recepta sunt. Alterū est propositionem illam quæ annunciat Deum esse nedum veram esse, sed etiam demonstrationis capacem. Nā nobis non est per se nota tametsi in se talis sit. Alterum verò est rationes à Philosophis adductas quibus conati sunt demonstrare Deum esse, demonstratorias iure appellandas esse. Neque refert quòd illud postremum à quibusdam Theologis (non magni nominis) haud approbetur, præualere quidem debet multorum & grauissimorum caterua. Quin potius ipsa ratio quæ multitudini anteponēda est. Quod si illę rationes quæ adducuntur à Philosophis minus doctis & vulgo imperito difficiles & intricatæ apparent, doctis tamen (quibus philosophi scribebant (veræ & propriæ reputatę sunt demonstratoriæ rationes. Et vt è multis vnum tantum (qui promille testibus valet) in medium adducamus de hac re testem fidelissimum Thomam nimirum in hac sententia esse, solus qui eum non legit ignorat. Neque refert quòd ille rationes quæ ab Aristotele primo deinde vsurpatę à Beato Thoma, non sint tam claræ & euidentes quæmadmodum sunt Mathematicæ demonstrationes quæ tā clarę & apertæ & manifestæ sunt, vt nullus vllomodo possit illis refragari saltim corde licet vt proteruiat possit quæmadmodum proteruiendi causa possit quis negare omne totum esse maius sua parte, & quodlibet est vel non est, & quæcunque sunt eadem vni tertio, sunt eadem interse, & ignem esse calidum, & alia consimilia, & tamen sunt ista adeo clariora vt solus insanus homo negare possit. Hæc enim ex sola terminorum cognitione sunt euidentia. Est autem alia euidentia in alijs demōstrationibus quæ non est tam clara & manifesta, & ista reperitur in demonstrationibus naturalibus & moralibus. Neque opus est æqualem esse euidētiam in omnibus demonstrationibus, sed iuxta rerum conditiones. Stupidissimi ingenij est desiderare in omnibus rebus æqualē euidentiam. Vnde asserēdum est hos habuisse de Deo euidentem cognitionem & notitiam per naturales rationes quæ appellari merito poterant de mon-

D. Tho. 1. p. q. 2. a. 2.

monstrationes. Et confirmari potest istud hac ratione. Videlicet; Deum esse est bassis & fundamẽtum omnium credibilium, si non est cognitum per demonstrationem, erit cognitum vel per opinionem vel per fidem humanam. Quod si admittatur negari potest hoc principium & fundamentum. Nam opinata & credita fide humana negari possunt. Non sunt omnino firma & certa opinio & fides sunt de his quæ possunt se aliter habere. Ergo hoc fundamentum fidei falsum esse posset quo negato ruit tota fides. Qui enim negat Deum esse totam scripturam negabit. Tota namque scriptura innititur huic veritati Deus est. Non ergo sub opinione cadit Deum esse. Et hoc asserere errorem existimati debet maxime apud fideles & catholicos qui audiunt Paulum dicentem hoc loco, quod notum est Dei manifestum est in illis. Manifestum idem pollet quod euidens, non euidentia Mathematica sed alia qua causa manifestari potest per suos effectus, etsi nõ secundum essentiam, saltim secundũ existentiam. Omnem enim effectum causam habere necessarium est. Nihil enim à seipso gigni & produci potest. Non tamen oportet omnem Catholicum munitum esse huiusmodi demonstratione. Nam sunt plures adeó inepti ad scientias & ad ratiocinationes maxime demonstratorias, vt quasi sit omnino impossibile eos doceri posse. Isti qui tantæ ruditatis sunt & incapaces demõstrationis, accipere debent istud tamquam credibile. Nam sicut eleganter adnotauit B. Tho. 1. p. q. 2. ar. 2. ad p. dicens nihil prohibet illud quod secũdum se est demonstrabile & scibile, ab aliquo accipi vt credibile qui non capit demonstrationẽ. Hæc ille. Porró quot & quæ sint rationes quibus demonstrari potest Deum esse, hîc apponere non operæpretiũ duximus. Nam non docemus lectorẽ demonstrare (hoc enim muneris alterius est) sed tantum docemus lumen naturæ ad hoc faciendum idoneum & sufficientissimum esse. Nã nec Paulus hîc demonstrat, sed tantum efficatiã luminis ostendit per quod Gentes peruenire poterant in Dei cognitionem & eius attributorum. Veruntamen si quis cupit comparare rationes illas quibus euidenter cognosci potest Deus, beatum Thomam & alios Theologos consulat, apud quos abundè satis eas inuenict.

D. Tho.

Sequitur.

Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur, sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas: ita vt sint in excusabiles. &c.

Quoniam dixerat Apostolus notã de Deo esse manifesta, duo restabant ei declaranda, alterum erat quæ essent hæc nota, & alterum quomodo fuerint cognita. Simul hęc duo declarat hic Paulus per quæ facit satis cuidam petitioni tacitæ. Poterant nãque quispiam rogare Paulum dicens; Quomodo potuerunt Gentes habere de Deo cognitionem si ipsis non fuit data lex quæ notitiam præberet de Deo deque illis quæ illius sunt? Respondet hic dicens. Per ea, inquit, quæ ab eo in hoc mũdi opificio facta sũt, quæ cognitio data fuit ab initio mundi ipsis hominibus. Sed mox quærendum est quæ sint hæc inuisibilia, & quo pacto si sunt inuisibilia conspiciũtur. Quę enim conspiciuntur visibilia sunt & quæ sunt inuisibilia non conspicinntur. Si ad diuersos visionis modos hæc referantur, nihil est pugnantiæ. Sicut enim oculus geminus est quo videmus & conspicimus, corporeus & mentalis, sic duplex est videndi modus, alter per corporalem visionem

Quæ dicit Paul. inuisibilia enim.

nem,& sic Deus & quæ eius sunt omnia sunt inuisibilia,Deum inquit Ioannes,nemo vidit vnquam. Si vero istud referatur ad intellectualem visionem inuisibilia per visionem istam conspici possint per lumen naturæ non per se ipsa sed per ea quæ facta sunt. Paulus hoc loco de conspectione quę fit per lumen naturę loquitur, nam quę per fidem cognoscuntur, non dicuntur conspici,quia fides euidentiam excludit. Et ideo adiecit Apostolus illa verba per ea quæ facta sunt, vt tollere tur ista apparens repugnantia inter hæc duo verba scilicet, inuisibilia & conspicibilia. Cum autem dicimus in uisibilia Dei cōspici & videri posse nō intelligimus quantū ad essentiā illorū, sed quoad existentiam. Nam hæc visibilia & creata per quæ sit nobis scala ad Deum cognoscēdum,nullum per se nec omnia simul totam & perfectā nobis Dei substantiam & essentiam re presentant, eóquod sint creata effectus dispares & diuersæ naturæ ab ipso creatore. Quare non ducunt nos ad cognoscendum Deum qualis ipse est,sed ad eius aliquot conditiones nē pe potentiam,sapientiam, prouidentiā,infinitatem, bonitatem & reliqua id genus. Sicut enim per producta à sole nempe plantas arbores & alia, eius substantiam non agnoscimus, ita nec per producta ab ipsa prima causa cognoscimus quæ sit eius natura, sed quæ sit eius virtus & efficatia. Et sicut per plantas arbores & animalia tota virtus solis non penetratur, ita per productionem fabricæ huius mundi tota virtus & potentia Dei non ostenditur. Mundus enim non est adequatus effectus primę causæ.

Ioan. 4.

Simile.

Inuisibilia enim ipsius.

VArias interpretationes sortita est particula inuisibilia Dei. Quidam retulerunt ad personā Patris, per virtutem intellexerunt filium,& per diuinitatem Spiritum sanctum. Sed hæc expositio nedum videtur aliena à mēte Pauli verum à veritate. Quoniam nec Paulus hîc loquens de cognitione naturali intendebat loqui de Trinitate quę excedit omnem naturalem cognitionem,neque verum est Philosophos cognouisse per lumen naturæ mysterium Trinitatis maxime sub his nominibus relatis Patris,& Filij,& Spiritus Sancti. Neq. saluari potest istud nisi referant hoc ad attributa &appropriata personarum. Patri in scriptura non raró apropriatur potentia, Filio veró sapientia, & Spiritui sancto bonitas. Hæc .n. rudis & imperfecta cognitio est Trinitatis, Alij volunt per particulam inuisibilia niæil in particulari ēt se intelligendum, sed absolutè & simpliciter quę sunt inuisibilia de Deo. Sicut enim ante dixit absolutè notum de Deo esse manifestum, non descendendo ad aliquod particulare, ita nūc dicit inuisibilia Dei. Idem enim est notum de Deo & inuisibilia Dei, licet illud effatus fuerit Apostolus in singulari, hoc autem in numero plurali, quod cur sit factum mox dicemus. Quandovero dixit sempiterna quoq. eius virtus & diuinitas, descendit ad species inuisibilium. Quando enim dixit quod notum est Dei non loqueba tur Paulus de modo cognoscendi nosci bilia de Deo nunc autem docet modum quo cognoscimus diuina videlicet non per vnicam notitiam sed per distinctas rationes, & ad instar rerum creaturarum & compositarum. Et ideó debuit Apostolus hîc loqui In plurali dicens inuisibilia. Vel fortassis commodius diceremus in Plurali Paulum fore loquutum vt insinuaret nonvnum tantum esse quod de Deo cógnoscitur per ea quę facta sunt,sed plura quę ex æquo cognosci possunt beneficio luminis naturalis de ipso Deo. Videlicet quód

sit actus purissimus, æternus, immortalis, vnus solus, bonum summum, causa effectrix, & omnium finis & multa alia quæ sunt huius farinę ratio naturalis attingere potest de Deo, & quò plura sunt cognoscibilia tanto minus excusabiles erant Philosophi derinentes veritatem Dei. Porrò doctissimus Origenes per inuisibilia intelligit illas super cœlestes mentes & creaturas quæ dicuntur inuisibiles non quidem intellectu sed sensu. Sed cũ bona venia tanti Doctoris vr dicamus ab instituto Pauli istud procul esse videtur. Quorsum faceret ad Gentilium excusationem istud de cognitione Angelorum? Licet enim per cognitionem Angelorum via paretur ad cognoscendum Deum (cum ipsi quoque effecti & producti fuerint ab eo) tamen cùm sint remotissimi à nobis & à cognitione nostra sensibili per eos pauci sunt qui veniunt in cognitionem Dei, licet sint ipsi res Deo propinquiores. Vnde fortassis propter tantã a nobis distãt iã Saducæi negarunt substantias spirituales. Qui error euenit illis ex eo quod nesciebãt. distinguere inter sensum & intellectum. Sensus enim Angelos non agnoscunt, sed solus intellectus eos attingit. Accedit huc quod Angeli non dicuntur inuisibilia Dei licet sint creaturæ Dei. De inimis Dei inuisibilibus loqui intendit hic Apostolus. Angeli nõ sunt intima inuisibilia Dei. Inuisibilia extra Deum sunt. Quare non est verosimile Paulum hîc inuisibilium nomine intelligere substantias illas separatas. Cæterum ab alijs apellatione inuisibilium conditiones & qualitates Dei intelliguntur. Et ij multo magis accedunt ad Pauli mentem. Has autem conditiones Dei meritò appellauit Paulus inuisibilia: nam sunt tales qualesipse Deus, qui ab eodem Paulo palam appellatus est Deus inuisibilis. Regi, inquit, seculorum, immortali, & inuisibili, soli Deo honor & gloria. Vnde sicut ipse est inuisibilis, ita omnia quæ eius sunt inuisibilia sunt. Inuisibilis est eius omnipotentia, sapiẽtia & bonitas. Sed cui sunt inuisibilia? Deo ne? Absit. Tam sunt Dei oculi clarissimi & ab omni tenebra liberi vt eis nihil sit inuisibile. Quomodo ergo Paulus appellat inuisibilia Dei? Non illius gratia sed nostri causa. Ipse summa lux est & per consequens summè visibilis, nostræ tamen mentis acies eam sustinere & intueri nequit ideo inaccessibilis & inuisibilis nobis est. Vnde quando Paulus dicit inuisibilia Dei non est sensus inuisibilia quæ sunt Deo, sed quæ sunt de Deo hoc est quæ à nobis videri non possunt per se ipsa, eo quod excedant nostrum lumen melius dicemus nostras tenebras. Interim hoc loco æquum putamus animaduertere lectorem duo esse genera conditionum & proprietatum Dei, aliæ enim sunt quæ dicuntur de Deo per affirmationem, alię vero per negationem. Prioris ordinis attributa sunt quę nihil negant de Deo, vt esse principium, finem, actum purum, æternum, &c. posterioris ordinis sunt quę negant aliquid de Deo, vt incorporeum, infinitum, immutabile, incomprehensibile & inuisibile, immortale & reliqua huiusmodi. Paulus tam de conditionibus affirmãtibus quam negantibus loquitur hîc. Vtraque enim sunt Dei conditiones & proprietates illi soli competentes. Nam sicut Deus solus est summum bonum, ita solus infinitus, & sicut solus est æternus, ita solus est immutabilis, & sicut est solus cuncti potens, ita solus incomprehensibilis. Hęc explanatio non est repudianda) germana enim huic textui & intentioni Pauli esse videtur multo magis quam quæcunque alia ex his quæ recensuimus. Sed dicis, quare vocat Paul. has proprietates numeratas

Orige.

1. ad Thi 1.

& con

& conditiones inuisibiles? Proprietates rerum visibilds esse solent vt videre est in Sole & Igne quorum etsi essentię non videantur, tamen proprietates videantur. Lux solis oculis cernitur, & ignis calor sensu percipitur. Non est par ratio. Nam Solis & Ignis proprietates accidentia sunt nec idemtificantur cum suis naturis: at Dei conditiones & proprietates sunt idem cum Dei natura & adeo intimę Deo, vt non minus sint ipsę inuisibiles nobis quam ipsemet Deus. Quæ autem intimè sunt in rebus inuisibilia appellantur, sicut est cor in homine quod inuisibile dicitur in nobis. Cum igitur istæ proprietates sint in Deo plus intimè quam cor in homine, nō incongruè inuisibilia sunt appellatæ ab Apostolo Paulo. Neque dixit Paulus omnia inuisibilia, sed indefinitè locutus est, quod duplici de causa putamus esse factum. Primo quidem quia cum sint infinitæ proprietates Dei, nullus creatus intellectus capere posset Solus ipse Deus omnes comprædit. Secundò fortè vt insinuaret Paulus Philosophorum alios alia & non quemlibet eadem de Deo cognouisse. Partitus est Deus sui cognitionem inter Philosophos. Nam sicut dicit Lactantius quod Philosophi fere per partes totam nostram fidem posuerunt. Mundum esse factum asseruit Plato, hominis gratia esse productum dixerunt Stoyci, animas immortales alij Philosophi asserunt. Veruntamen ad cognoscendam veritatem & virtutem amplectendam natos esse homines alij prædicarunt. Has veritates & alias Philosophi inter se deuiserunt, sic pari modo quæ spectant ad Dei cognitionem Philosophi inter se partiti sunt. Non omnes cognouerunt omnia, sed vnum vnus, & alius aliud cognoscibile. Et ideo dixit Paulus indefinite inuisibila & non dixit omnia inuisibilia. Adde tu etiam ingeniose lector quòd omnia inuisibilia Dei sunt incognoscibilia à nobis. Quis dubitat multo plura esse attributa Dei quam sint ista quæ cognita fuerunt à Philosophis & à nobis nunc cognoscuntur? Nunquid beatus intuens clare Deum plura in eo videt? Quis dubitat? Nostra semper hæc fuit sententia quòd plura erant nobis de Deo ignota quam nota. Quam veram esse iam reipsa comprobant illi qui Deum vident facie ad faciem. Nam neque oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quod de Deo cognoscibile est. Receptus & approbatus est sermo ille qui dicit; de Deo magis scimus quod non est quam quod est. Vnde quamquam de creaturis affirmationes sint præstantiores, de Deo autem vice versa est. Socrates de seipso (nam de alio non audebat) solitus erat dicere hoc tantum scio quod nescio. Audemus & nos dicere de Deo, hoc tantùm scimus, quod nescimus. Reuera nostra de Deo scientia potius est nescientia quam scientia. Nam ipse nostram vincit scientiam. Præterea nōn desunt qui per inuisibilia intelligi volunt naturam diuinam quę nobis inuisibilis est. Neque obstat quod natura diuina vna tantum sit & simplicissima, expers omnis compositionis. Sicut enim Deus vnus est, ita eius natura vna est. Quomodo ergo Paulus loquitur de ea in numero plurali Sicut enim Deus nōn dicitur in numero multitudinis, quia non sunt multi Dij sed vnus tantum, ita & natura diuina vna tantum est. Nón igitur videtur nomine plurali intelligi res quę singularis & vnica est. Respondet Beatus Thomas qui hanc sequitur expositionem dicens quod essentia diuina duobus modis potest cognosci, vno modo vt est in se ipsa vna alio modo vt est in suis cōditionib⁹ & attributis. Primo modo nō potest àno

1. Cor. 2.

Iob vere tu es Deus viuens scientia nostra.

D. Tho.

bis cognosci in via sed sic cognoscitur in patria. Aliomodo cognoscitur essentia diuina in suis attributis quæ cum sint plura ipsa essentia dicitur plura inuisibilia quia per plura cognoscitur, nempe sub ratione bonitatis & sapientiæ, & potentiæ, & hęc vocauit Paulus inuisibilia Dei quæ in numero plurali prolata sunt à Paulo sine præiudicio simplicitatis naturæ diuinę, quæ stare potest cum multitudine rationum (vt more scholę loquamur) formaliū, sicut bona pars Theologorum sentit & asserit. Neque oportet omnem orationem quæ effertur numerum pluralē esse de rebus quæ aut differunt realiter aut ex natura rei satis est vt multiplicia sint secundum varias rationes quæ tollunt synonimiam nominum, sicque ponere possunt in numerum & ex consequenti in plurali numero pronunciari. Ex istis facile est colligere attributa nomina quæ dicuntur de Deo non esse synonima tametsi diuersis, istis conceptibus vna tantum eademque numero simplicissima natura respondeat. Et ex eisdem quoque diducitur non æqualance & pari passu currere essētiam Dei & eius notitiam. Siquidē illa vna tantum est, hæc autem nimirum notitia & cognitio multiplex esse potest. Quę multiplicitas notitię nobis potius venit ad scribēda quam ipsi naturę diuinę. Nam sicut testis est beatus Tho. opusculo 24. ex eo quod Dei naturam in seipsa nos non videmus, no minum exigitur multitudo vt explicemus sicut intelligimus. Nam vt idem egregius Doctor asserit in 1. p. vti intel
¶ 13. 81. 1. ligimus sic nominam⁹ res. Non enim secus apte fieret rei nominatio. Et quia ā rebus simplicissimis loquimur ad instar rerum compositarum, hinc fit vt multis conceptibus & multis nominibus vti cogamur, quæ nomina non essent necessaria si contigeret dari nobis (interea dum sumus viatores) claram & apertam de Dei essentia cognitionem. Cęterum cùm videamus eam in creaturis tam quam in speculis, hinc est vt existente essentia vna semper notitia siue cognitio non itidem vna sed multiplex sit. Neque temere diximus interea dum sumus viatores quoniam ipsis compræhensoribus sicut vna est essentia, sic simplex & non multiplex est notitia. Non enim beatus Deum cognoscit sub diuersis nomi nibus, quod vel ex illo loco Zachariæ vltimo comprobatur. Erit inquit, in die illa Dominus vnus & nomen eius vnum. Quid sibi vult Propheta sermo iste? An nō est nunc Dominus vnus sicut tunc? Nunquid scriptura sacra in multis locis clamat Dei vnitatem? Non ergo sperandum est futurum esse Deum vnum in illa die quia iam est vnus. Ipsomet per Mosen dicente. Audi Israēl Deus tuus vnus est. Non dicit Propheta Deum futurum esse vnum in die illa quod modo non sit vnus, sed quia à nobis qua si sit multiplex intelligitur. Reddendū est hoc ad nostrum modum intelligēdi & nou ad diuersitatem vel mutationem quæ sit futura in Deo. Ecce ergo rationem ob quam quæ vnum sunt in Deo secundum rē dicuntur & pronunciantur in numero plurali. Disputare autem hîc de distinctione attributorum esset nostri instituti limites præterire. Relinquamus hanc litem speculatrici theologiæ. Tantum hîc nobis liceat prudens lector per tuam patientiam Doctorem nostrum ab iniusta nota quam ei hoc loco impingit glosator Pauli quidam ex Cordigerorum familia quiideo reprobat per inuisibilia non posse intelligi essē tiam Dei multipliciter participatam à creaturas, quia additur statim sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Quæ ratio (boni viri pace dixerimus) nescimus quorsum tendit. Nā si ideo objcit quia videtur significari essentia iam per ea quę addit Paulus nempe per verbū diuinitas certe debebat

Zacha. vlti.

Deu. cap. 6.

legere

legere Thomam in expositione illorum verborũ sicque agnouisset quid per vnũquodq; horum verborum sibi vellet Pau. Non enim obstant addita verba quo minus aptè & quam optimè dicatur per inuisibilia Dei intelligi suãmet inuisibilẽ essentiã. Imó nos facile crediderimus Pau. hoc loco vsũ fuisse loquutione quã vulgo intransitiuã appellamus. Vnde inuisibilia Dei, hçe verba idẽ valẽt ac si dixisset Deus inuisibilis. Quomodo si loquutus fuisset Apostolus clarius rẽ dedisset, sed nõ aperuisset nobis mysteriũ quod latebat in sermone prolato & dicto in numero plurali. Nam sic agnouimus Deũ non tantũ in se sed in suis attributis siue rebus esse inuisibilẽ nẽ quis putaret quod etsi ipse sit inuisibilis, ea quæ sunt eius esse visibilia. Et ob hanc causã putamus Pau. dixisse per plurale quod clare & aperte efferi poterat per singulare. Et hæc satis sint quantũ attinet ad expositionem B. Thomæ quam nõ eó putes tam late & spacioſè esse enucleatam à nobis quo nostri Doctoris doctrinã amplificaremꝰ, sed etiãsic differere placuit ingratiã & fauorem tuẽdæ veritatis. Cuius sedẽ dũmodo tueri possimus pro nihilo habemus à quoquã iudicari. Amor n. veritatis nõ tãtũ Plat. (vt voluit Arist.) sed cunctis rebus anteponendus est.

Pulchra ratio & ponderata digna.

Quantũ faciẽdus amor veritatis.

A creatura mundi.

VAria est huius textus lectio. Græci & Latini qui græcizant loco creaturę legũt à creatione, vel conditione mũdi. Qui vero vulgatæ immobiliter & perpetuó hçrent editioni, à creatura mundi. Neque de hac re cum quoquam litigare oportet: varietas enim huius lectionis non variat Pauli institutum & propositum. Quocunq; modo legamus, siue ad tempus, siue ad personam intelligentem Pauli verba referantur, semper manet esse verum quod inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur siue à creatura, siue ab exordio creationis. Tãtum hoc interest quod si legamus à creatura mundi, explicatur creatura quę conspicitur: si à creatione, explicatur tempus quando inceperunt inuisibilia Dei conspecta esse scilicet ex quo mundus est creatus. Nam creato homine mox illum Deus lumine naturali ornauit & muniuit. Et ideo nõ poterant se Philosophi excusare dicẽtes post illos aduenisse & largitũ fuisse tale lumen. Illam priorem lectionẽ quidam admittere nolunt, sed eam tamquam superfluam reiciunt. Dicũt enim iam Paulum in superioribus ostendisse quibus erant manifesta quæ de Deo cognoscebantur quando dixit, Quod notum est Dei manifestum est in illis: Et rursus dixit; Deus enim illis manifestauit. Quorsum igitur debebat Paulus repetere istud? Superuacanea videtur esse hæc repetitio. Non enim postquam semel dixerat cui facta esset hçc cognitio: repetere debebat factam esse creaturæ mundi. Si ergo legamus à creatione mundi, non sequitur eiusdem rei gemina repetitio. Ergo illa lectio prior expungenda esse videtur & alia emplectenda. Anobis non approbatur istud, sed conuenientius reputamus vtramuis amplecti postquam textus Pauli & eius mẽs vtramque sustinere potest lectionem quod nos statim monstrare conabimur si prius tamen responsum fuerit propositę obiectioni quæ prętẽdebat eiusdem rei fieri inutilẽ repetitionẽ si legamus à creatura mundi. Sit ergo ad hoc huiusmodi responsio. Quando vna eademque res repetitur semel & iterum eodem modo haud dubie talis repetito superuacanea est, sed quando semel dicitur absolute & postea repetitur cum aliquo addito, hæc repetito non est superflua & superuacanea. Vt verbi causa cum dico Virgini

Refutatio.

Respon.

gini Mariæ datam fuisse gratiam,&po ſtea de eadem gratia loquens dico da tã fuisse Mariæ gratiã in principio ſui ortus hęc repititio reuera non eſt ſu peruacanea:nam ſi repetituridem,nõ eodẽ tamen modo. Sic Paulus antea dixerat manifeſtationem eſſe factam hominibus:ſed non dixerat quo me dio eſſet facte; nunc oſtendit Paulus medium quo collata fuit illis illa Dei cognitio,per ea ſcilicet quę facta ſunt Nihil igitur mirum ſi denuo meuuo nem faxit de homine cui tributa eſt cognitio illa, dicens à creatura mun di hoc eſt ab homine.Illic Paulus lo quutus eſt de receptione luminis,hîc autem de vſu.Vſus & officium lumi nis eſt à rebus creatis facere gradum & aſcendere ad ipſum Deum ſuper benedictum prius cognoſcendum & Alia reſpon. ſubinde colendum. Aut alio modo nos poſſumus liberare ab iſta obie ctione dicentes quod hæc particula à creatura mundi poſita eſt hîc non vt oſtenderet Apoſtolus cui ſit col lata hæc naturalis cognitio, ſed vt de clararet illam primam partieulam vi delicet inuiſibilia Dei. Nam reſpectu huius creaturæ mundi ſunt illa inuiſi bilia.Q.dicat; Inuiſibilia Dei,non quæ ſunt Deo inuiſibilia ſed quæ talia ſunt creaturæ mundi.Nam nulla conditio Dei vel attributum,eſt Deo inuiſibile ſed omne eſt viſibile.Si autem dicitur inuiſibile dicitur tale reſpectu creatu rę mundi.Et non tantum vni ſed om ni.Nulla eſt ſiue Angelica, ſiue huma na creatura intellectrix vt per lumen naturæ poſſit videre Deum.Et id cir co omni creaturæ eſt inuiſibilis. Et ideo conditiones Dei dicuntur inuiſi biles à creatura mundi. Sed obſerua non dicere Paulum à creaturis mun di ſed in ſingulari à creatura mundi. Sed quænã eſt hæc creatura mundi? Eſt ne cœlum?Nam cęli enarrant glo riam Dei,& cœli ſunt opera digitorũ Pſal. 18. Dei.Non.Eſt ne Sol,Luna, ſtellæ, vel Pſal 8. aliquid cœli? Non.Quid ergo eſt hęc creatura mundi ? Nunquid mundus ipſe totus? Non. Quid igitur, opor tebit nos vagari per omnes mundi creaturas? Hoc ſan è nimis operoſum eſſet. Non ne inuenietur hæc creatu ra mundi ? Inuenietur planè & præ ſto. Sed attendere oportet quod emphaſis eſt in vocabulo creatura mundi. Non deſunt qui appellatio ne creaturæ mundi omnem creatu ram intellectiuam ſiue ſit homo ſi ue Angelus intelligunt. Nam nulla eſt creatura intelligens cui Deus non ſit inuiſibilis & ea quæ Dei ſunt ſi na turales earum facultates conſidere mus.Licet namque Angelus ingenij acumine & luminis claritate hominẽ ſuperet & excedat,tamen illud lumen ad videndum Deum tenebra quoque eſt. Vnde ſicut in tenebris res inuiſi biles ſunt,ſic in lumine naturali tam hominis quam Angeli Deus inuiſibi lis eſt.In hoc enim pares ſunt homo & Angelus & eorum quilibet illud merito dicere poteſt videlicet, Domi ne illumina tenebras noſtras ſi vis à nobis videri. In hoc lumine te videbi m',in noſtro enim non valemus.Hęc vera sũt at an ad mentẽ Pau.hoc loco adapta nõ eſt vſquequaq; exploratũ. Cũ hominib' ſane Pau, negotiũ habe bat nõ cũ Angelis.Neq; cõcluſit Ange los eſſe in excuſabiles ſed homines, quoniã ã cognitione hominũ loque batur Apoſt. Et iſti erant qui veritatẽ Dei detinebant in impietate & iniuſti tia & non Angeli. Quare ſine iniuria horum qui iſta aſſerũt multo acutius & ad Pauli mentem accommodatius dicunt qui creaturæ mundi nomine tantum modo hominem intelligũt. Neq; cuiquã hoc nouum videatur cũ inſcripturis diuinis nõ raro creaturæ nomine ipſe homo intelligatur vt e leganter oſtendit.D.Gregorius ſuper Homi.19. illud Marci vlti. quando Chriſtus di xit prædicate Euange.omni creaturæ. Et quãdo Paulus dixit; Omnis crea tura ingemiſcit & parturit vſque Rom.8. adhuc

adhuc. Et quando ibidem dicit; Ipsa creatura liberabitur a seruitute. Dicit aliquis cum Angelus sit creatura nobilior & perfectior, non ne iustus videtur vt ipse dicatur creatura mundi potiusquā homo qui est inferior? mūdus nullas habet creaturas Angelis præstātiores, A nobiliori debet fieri denominatio. Igitur quando dicitur creatura mūdi Angelus debet intelligi. Respondemus Angelus & homo vt excedens & excessum se habent, in vno exceditur ab Angelo homo, & in alio superatur ab homine, Exceditur homo ab Angelo in conditione naturæ totus enim Angelus intellectualis naturæ est, homo vero mixtus ex intellectuali & corporea conflatus. Homo veró compræhendit & actu continet omnes essendi gradus, cum Angelis intelligit & cum omnibus alijs creaturis partem habet. Eius gratia condita sunt omnia mundi huius. Ipse est princeps & monarcha cui omnia Deus subpedibus posuit. Hunc Deus in mundo suum vicarium constituit, & denique à Christo appellatus est omnis creatura. His & similibus adornatus homo iure dici debet creatnra mūdi ipse solus & nullus alius. Addere his possum' quod ipse in donis gratiuitis gloria & honore super Angelos est coronatus & exaltatus, imó ab ipsis Angelis adoratus. Hęc profecto est illa creatura mundi quæ per ea quæ facta sunt intellecta conspicit inuisibilia Dei & maxime quando seipsam intuetur, vbi videt quodammodo omnes creaturas. Quo nomine merituissime appellatus est homo microcosmos hoc est minor mundus. Si de eo solo dicitur minor mundus, non iniuria dici potest creatura mūdi. Est ergo iuxta hanc primam lectionem Pauli sensus docere inuisibilia Dei cognoscibilia esse à creatura mundi hoc est ab homine. Si vero legamus à creatione mundi (quæ lectio à Chrysostomo & August. magis approbatur) sensus erit quod inuisibilia Dei à principio mundi cognita fuerunt vel cognosci poterāt, per ea quæ fecerat Deus creādo mūdū ipsū visibilem, simul cum homine originē habuit hic modus cognoscendi Deū. Nō incepit rēpore gratiæ, sed ab initio mūdi iam erat. Antiquissimus modus est & ante ipsos Philosophos ortus. Quare eo bene poterāt vti si voluisset quod si non fecerunt illis imputandū est. Quia antequam Deus crearet hominem iā alias creaturas fecit quarū beneficio & adiutorio earū opificē & creatorē homines agnoscere poterāt In illis namq; Deus sicut in speculis relucebat. Et fortassis propter hoc Deus vltimo die hominem creauit, vt ipse iā haberet specula multa in quibus ipse Deum suū in seipso inuisibilē videre posset. A creatione igitur mūdi ortus est hic modus cognoscendi Deū qui durabit vsque in mundi finē quando cœlum & terra transibunt. Rogabis dicens; vtra harū lectionū præstat? Respōdemus de hac re Paulū esse cōsulendū qui nouit. Neutrā nos alteri prę ferre volumus, Vtraque sana & recta lectio est & ambæ stare possunt simul, nam vna alterā non tollit. Et vocabulum græcum quo vsus est Paulus scilicet ytūis vtrāq; secum fert. Significat exæquo & creationem & creaturam hoc est rem creatam. Et propter hanc vocabuli ancipitem significationem factum est vt ex Interprætibus alij legant à creatura alij vero à creatione, & neutri malè sed omnes bene. Qui fugere volunt vocabuli amphibologiam neque à creatura neque à creatione, sed à constitutione mundi legunt. Sed fermè in idem redit, Constitutio mundi creatio mundi est, & è contra. Forsan Paulus illo nomine vti voluit quod significat; & creaturam & creationem, vt insinuaret ea quę ipse dicebat vtroq; modo esse vera tā ex parte personæ intelligentis quam ex parte temporis quā do incepit hic modus cognoscēdi. Et

Respon.

Marci vlti.

interpræs vulgatæ ædítionis forsan penetrans Pauli mentem vti voluit etiam vocabulo quo vtrunque importaretur. Nam apud latinos creatura non tantum significat rem creatam sed etiam significat facturam mundi. Sicut enim dicimus geniturah ominis sic etiam dicere possumus creatura mundi pro ipsa factura mundi. Noluit autem Apostolus dicere à factura mundi ne tantum ostenderet hunc modum cognoscendi fuisse à principio, sed voluit ostendere habuisse ortum ab origine mundi, & eo hominē vsum fuisse, quę duo poterant intelligi dicendo à creatura mundi, non autem dicendo à factura mūdi. Per hæc enim verba tantum significata fuisset origo & tempus quando incepit & non persona intelligens, sicut significata est per verbum creatura mundi A nobis (vt iam diximus vtraque lectio probatur, sed ad arguendos Philosophos cuius gracia dicit istud Paulus, valentior est illa quæ dicit à creatura mundi, hoc est ab homine. Nam dicere poterant Philosophi quod licet esset hic modus cognoscendi Deum à constitutione mundi, tamen quod ipsi multó post venerunt & quod hic modus cognoscendi Deum iam erat obliui oni traditus, & ideo non mirum si ipsi non cognouerunt. Iā videmus hanc excusationem friuolam esse, veruntamen ipsi prætendere poterant etsi frustra. Hæc enim non est illis admittenda quoniam illud lumen quod Deus in principio mundi communicauit homini, diuturnitate temporis non est abolitum neq; etiam per peccata hominum omnino deletum, licet aliqua ex parte fuerit obtenebratum. Rursus medium quo homo poterat ascendere ad cognoscendum ipsum Deum ad huc perseuerabat. Ea quæ Deus fecerat in mundo perseuerabant. Cœlum erat, Sol erat, Luna erat, erat terra, & omnis creatura terrestris. Per hęc media scala parata erat eis ad cognoscēdum Deū. Sed quid moramur? Ex seipsismet poterāt cognoscere inuisibilia Dei. Nam quod notum erat Dei manifestū erat ipsismet. Non oportebat extra se lōgius ire. Intra se radius inaccessibilis & diuinę lucis latebat. Signatum erat lumen vultui Dei in illis sicut in eis qui in principio mundi fuerunt. Hac lucę præditi interrogare poterant à creaturis creatorem, ab artificiatis artificem. Hæc feciſſe multos Philosophos maximè nobiles quam probabilissimum nobis est, qui si post interrogatas creaturas & Deum cognitum illum non glorificauerunt, infælicissimi fuerunt & culpa non modica, digni, ac proinde indigni qui ad excusationem admittē tentur. Psalm. 4.

Per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. &c.

NOn dicit per ea quæ scripta sunt. Gentibus enim nulla data est scriptura per quam possent cognoscere inuisibilia Dei sicut data fuit Iudæis. Neque dicit per illud quod factum est sed per ea quæ facta sunt. Sicut inuisibilia Dei dixit in plurali, ita media protulit in numero plurali vt doceret multa esse media quia multi sunt effectus & creaturę multæ per quas cognosci potest Deus. Neq; refert quod creatura sit excellens & magna vel parua, omnes enim valent ad cognoscendum Deum. Sicut enim magnitudo Leonis (vt vulgo dicitur) cognoscitur ex eius vngue, sic ex minimis creaturis Deus coniecturari potest à nobis. Nulla est tam imfima & tam abiecta in qua non reluceat Dei virtus. Imo interdum Deus maiorem suam virtutem patefacit in minimis quam in magnis, & iufirma elegit vt fortia confundat. Sed dicis; quomodo potest homo construere scalam per ea quæ facta sunt vt ascendat ad intellectionē Dei, & intelligēndo ea quæ facta sunt? Respondemus. Primó speculando perse

perfectiones diuinas quæ in reb⁹ productis relucent. Sicut enim quando aliquid speculo obijcitur illud relucet in eo. sic perfectiones diuinæ in creaturis veluti in speculis relucent. Nunc inquit Paulus, videmus per speculum. Veruntamen hic modus cognoscendi Deum rudis & admodum imperfectus est. Quoniam Dei perfectiones vt sapientia, potẽtia, & reliquę in creaturis non sunt puræ & ab imperfectione alienæ. Imperfectum meũ, clamabat Psaltes, viderunt oculi tui. Et hinc fit vt per ea quæ sunt in nobis non cõparetur pfecta cognitio. Accedit huc quoque quod perfectiones diuinæ in rebus creatis sunt limitatæ & determinatę ad certam mensuram; quales nõ sunt diuinę sed simplicesillimitatæ & sine imperfectionis mixtione. Alia scala nobis est aptior & perfectior qua ascendere potest homo ad Deum cognoscendum. Hæc autem est cognitio artificiatorum per quam admiramur eorum artificem & eius sapientiam & excellentiam. Quando enim quis intuetur ac contemplatur opus egregium, illustre, & omnibus modis compositum adeo vt nihil in eo desideretur ex illa iuuitione consurgit in admirationem. Videt namque in eo artificium, ingenium, excellentiam & sapientiam artificis. Sic nos quoque per artificiata sapientiam & perfectionẽ Dei venamur. Neque tamen hæc operis intuitio quid artifex sit indicat. Nõ enim ex pulcherrima hominis depicta imagine quantumcunque artificiata sit mox eam iuuendo contemplandoque quid pictor sit cognoscimus. Neq; ex admirabili opificio domus quid sit domificator explicatur. Hæc enim artificiata potius dicũt quales sint, quã quid sint artifices. Sic qui ex artificiatis & effectis à Deo assurgit in illius cognitionẽ nõ quid Deus sit conspicit sed tantũ quod sit & qualis sit. Vnde patet talem cognitionem non esse omnibus modis perfectam, claram & distinctam sed quodammodo confusam. Nec mirum. Nam si delicatè rimari volumus huiusmodi negotium facile cernemus omnem cognitionem quæ potest haberi de Deo per naturæ vires esse confusam. Non enim indicat quid sit Deus. Imo impossibile est dari (naturaliter loquendo) in creatura aliquam distinctam de Deo cognitionem. Cognitionis autem confusæ nomine intelligimus omnem illam, quæ non est quidditatiue. Et cum nulla creatura siue sit Angelus siue homo per sua naturalia possit quidditatem Dei attingere, restat vt omnis talis cognitio adnumeranda veniat cum cognitionibus confusis. Et hinc etiam fit vt per hanc cognitionem nõ possint omnes effectus cognosci. Nam causa non cognita secundum suam quidditatem non potest fieri vt omnes eius effectus cognoscantur. Bene tamen possunt aliqui distinctè cognosci. Et proinde per cognitionem naturalem quam habent homines de Deo non est necesse vt cognoscant huius causę omnes effectus. Quare Paulus dixit indefinitè per ea quæ facta sunt & non dixit per omnia quæ facta sunt. Nam omnes Dei effectus ex cognitione ani est de causa cognosci nou possunt. Neq; oportet omnes & singulos cognoscere ad cognitionem causæ. Sunt enim effectus Dei quasi infiniti. Cognito enim quocunque effectu ex eo colligi potest causam esse.

Similę.

1. Cor. 13.

Psal. 139.

Simile.

Intellecta conspiciuntur.

DIecit Paulus particulam intellecta quæ potest coniungi vel cum verbo conspiciuntur, vel cum verbis præcedentibus, scilicet, scilicet per ea quę facta sunt & tunc sensus est. Intellecta hoc est per intellectionem factorum Dei. Nam facta à Deo nõ ducunt homines in cognitionem Dei nisi intellecta. Intellectus & non sensus.

est

est qui ex factis colligit notitiam Dei qui fecit illa. Intellectus est qui ratiocinatur & colligit ex effectis causam nec sufficit tantum cognitio sensitiua sed exigitur intellectiua. Aliter enim & bruta possent habere cognitionem de Deo quod alienum à ratione. Verum tamen est quod in hac cognitione præcedere debet sensitiua cognitio quando nos in hac præsenti vita non aliter intelligimus. Omnis enim nostra cognitio ortum habet à sensu. Nihilominus tamen Paulus hic excusat sensata & imaginata. Ea enim quæ facta sunt hoc est effectus penetrati debent ab ipso intellectu. Inuisibilia enim penetrari non possunt à sensu, vel imaginatione. Nihil namque horum duorum transcendit sensibilia, sed solus intellectus attingit quæ sunt supra sensibilia. Quare non incõgrue adiecit Paulus particulam intellecta. Insurget hîc fortassis aliquis dicens, Si ad conspiendum Deũ & ea quę sunt eius non est potens vis ipsa sensitiua sed necessaria est ipsa factorum Dei intellectio, quomodo poterunt hunc intuitum adipisci homines imperiti, rustici, ignari, & qui nulla sunt illustrati doctrina? Quomodo ex effectis colligent causam qui nec à limine salutarunt ipsam colligendi artem, Dialecticem dicimus? Præterea ignari Philosophiæ nesciunt quid sonet nomen causa quidue effectus. In hominibus doctis & sapientia præditis nulla est difficultas, sed in vulgaribus & rudibus quomodo fiet istud? Respon. Responsio ad hoc sit. Hęc res à nobis exigit vt diea m⁹ an hęc naturalis cognitio de Deo per ea quæ facta sunt ab omnibus hominibus indifferenter sine aliquo delectu habeatur, & si ad omnes porrigit se, monstrandum nobis est quomodo agnoscunt hęc Dei inuisibilia illi qui de numero imperitorum sunt. Oportet ad huiusmodi negotium dicendum aliqua præmittere ex quibus pendere videtur. Primum præmittendum tale est, lumen naturale commune esse omnibus hominibus tam doctis quam idiotis & imperitis non tamen omnibus exæquo participatũ. Huius præmissi prior pars vel ipsa experientia monstrante ostenditur esse verum & Propheta quoque palam asserit dicens. Signatum est super nos lumen vultuis tui Domine. Et per hoc lumen Deus homini confert cognitionem quod ipse sit, & quod sit præmiator bonorum & videx malorum, & hanc veritatem manifestat omnibus hominibus quam primum veniũt ad vsum rationis, in quo puncto (vt doctrina Thomæ est) tenetur homo conuertere se in Deum etsi omittit criminis reus est. Hæc autem cognitio istius veritatis non est clara & aperta, sed nubila & confusa. Altera pars præmissi erat quod huius luminis non erat æqua participatio. Nam sicut non omnes eodem tẽpore attingunt hoc lumen, ita in gradu & modo cognoscendi non est inter eos paritas. Nam aliqui sunt ita rudes & heberes ingenij vt vltra sensibilia vix ascendere possint. Alij vero tanto acumine ingenij præditi & muniti vt per viam à Paulo mostratam facili negotio ad Deum conspiciendũ ad bonum prosequendum & malum fugiendum non tantum properant sed quasi volentes currant. Et hi quo maioris luminis gradu abundant, tanto perfectiori modo luminis functiones exercent & persoluunt. Vnde fit vt vnus altero beneficio luminis naturę de Deo plura cognoscat, & qui plura cognoscit grauioris culpæ reus est si quod cognoscit detinet in impietate & in iustitia. Lumen ergo istud naturale commune est omnibus hominibus, cuiuscunque sint cõditionis & etiam Angelis. Cognoscit autem homo per hoc lumen multa, naturam etiã purè intellectualem quæ Angelorum nomine effertur. Quæ creatura necessario ponenda est in vniuerso ne remaneat imperfectũ

Psalm. 4.

P Tho. 1. p. q. 50. ar. 1.

ctum. Et sic Philosophi cognitione naturali cognouerunt substantias separatas esse non tamen quid essent cognoscentes. Præterea per hoc lumen naturale cognosci potest nostri animi immortalitas. Nam animæ nostræ operatio spiritualis est. Qualis autem est operatio talis & natura & esse. Nam modus operandi sequitur modum essendi. Et sicut esse animæ sit spirituale & modus erit spiritualis, per quem modum tamquam per effectum Animam spiritualem esse beneficio naturalis luminis cognosci potent. Denique omnes illas functiones quas Anima tam coniuncta quam separata à corpore ipsa exercere naturaliter potest ostendit lumen naturæ, maximè illud quod docti siue Philosophi adepti sunt. Vtrum autem hoc naturale lumen perducere possit & eò cedere homini (etiam quantumcunq; docto & literato) desiderium videndi clare Deum necne relinquimus doctissimis scholasticis theologis extricandum. Nihil enim facit ad intellectum huius loci Pauli in quo intendit loqui Paulus de cognitione Dei non clarè visa, sed de ea quæ per effecta à Deo hoc est creaturas ducit nos in cognitionem Dei secundum eius attributa. Constat autem hanc non esse claram Dei cognitionem sed specularem. Et de hac cognitione discutere intendimus nos an idiotæ homines eam habeant nec ne. Et istud non absque quæ rimus vt intelligamus si Paulus hîc tãtum loquitur de Philosophis vel in vniuersum de omnibus sapientibus & insipientibus, hebetibus & ingeniosis. Sunt namque quidam qui Pauli sermonem ad solos Philosophos astringunt qui cognoscentes Deum non sicut Deum glorificauerũt sed detinuerunt veritatem in iniustitia, & hos tantum ferire hîc Paulum afferunt eo quod isti se protegere ignorantia nõ valebant. Porró alia nobis magis probabilis videtur sententia videlicet quod Paulus hîc comprehendere intendit omnes homines qui detinuerunt veritatem siue essent Philosophi siue rudes & idiotæ quod facili negotio persuadere possumus ex præcedentibus Pauli verbis. Nam quando Paulus dixit quod notum est Dei manifestum est in illis, hic sermo Pauli omnes ambit. Secundo quando dixit reuelatur ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorũ qui veritatem Dei in iniustitia detinẽt in his verbis nullam fecit discretionẽ inter Philosophos & alios & ideo quãtum ad hoc omnes ferit Paulus & irã Dei tam super Philosophos quam alios venturam dicit Apostolus. Neq; excusari possunt idiotæ eo quod essẽt ignorantes & rudes. Siquidem nullus potest excusari à cognitione Dei saltim abilla quam lumen naturę docet & ostendit: & cum tam sit ostensum à nobis hoc lumen communicatum fuisse omnibus & singulis hominibus tam doctis quam idiotis. Per creaturas, lux ijsa naturalis ducere poterant omnes homines ad Dei cognitionẽ. Alioquin frustra datũ fuisset illis idiotis hominibus lumen naturæ. Verum est tamen quod non æquali facilitate sed vnusquisque secundum gradum luminis, & secundum maius vel minus acumen ingenij. Et fortassis inter sapientes Philosophos & idiotas hoc erat interuallum quod insipientibus cognitio de Deo erat multo explicior in idiotis autem implicita. Quoniam D. Tho. sicut dicit D. Tho. in opere illo quod scripsit de veritate q. 22. ar. 2. ad 1. Omne cognoscens inquit cognoscit implicitè Deum in quocunq; cognito, quia nihil est cognoscibile nisi per similitudinem primę veritatis. Hæc ille. Manifestum enim est quod idiotæ tam in statu naturę quam legis imo & in hac nostra Euangelica lege Deum non cognoscebant vtentes expressa demonstratione. nam sic iam non essent idiotæ, Confirmat istud B. Tho. 22 iq. 1. arti. 5.

ar 5. ad 3. vbi sic dicit. Ea quæ demonstrari possunt de Deo præsuponenda & fide tenenda sunt ab illis qui non habent demonstrationem. Quid clarius? Dices quod D. Tho. dicit de christianis qui fidem suscipiunt venit intelligendum, Sed quid dicemus de Ethnicis & Paganis qui nunquam fidē susceperunt. Hi poterant interrogare maiores & doctiores, nam per doctrinam & sapientiam quæ datur maioribus minores doceri possunt. Non enim prouidencia diuina vnquam permisit orbem esse sine sapientibus, ad sapientes si rudes & heberes homines accessissent suæ ignorantiæ repulsam dedissent, & tunc Deum agnoscere potuissent si non per se ipsos per illos doctiores & peritiores. Quod si dicas forsan illi docere noluissent. Tunc doctiores in culpa fuissent & ipsi pœnas dedissent tāquam detinentes veritatem Dei in seipsis. Sed forsan vulgus hominum suimet oblitum & de sua salute parum solicitum, neglecto Deo voluptatibus & caducis rebus intendens foueńsque sicut gallina sub alis pullos suam ignorantiam, nullam curam habuit de hac veritate inuestiganda & adipiscenda. Tunc hęc ignorantia & oscitantia in vulgo culpanda veniret. Neque hæc ignorantia cum sit affectata quem quam à criminis reatu liberum facit. Dicamus ergo Pauli sermonem nec tantum comprehendere insipientes, sed omnes illos qui detinuerunt veritatem Dei. Mox tamen dicemus sapientes minus excusabiles & magis culpabiles, Magis enim cognoscebant vel saltim cognoscere poterant inuisibilia Dei & sempiternam virtutem & etiam diuinitatem per ea quæ facta sunt intellecta. Nam perhęc dicit Apostolus, conspici Deum posse. Conspiciuntur inquit, Non dicit' cognoscuntur sed conspiciuntur. Emphasim habet verbum conspiciuntur. Cōspicere non est quomodocūque cognoscere. Cognoscimus namque diuina & inuisibilia cognitione fidei, sed non conspicimus quia clare non cognoscimus. Vnde B. Hieronimus (si ipse est autor) explanans hanc dictionē conspiciuntur dicit sic. Tam euidenter intellecta sunt vt conspecta dicantur. Itaque conspicere est euidenter intelligere siue euidentiam habere. Ex hoc satis euidēter reprobatur opinio seu potius error illorum qui volunt tueri Deum esse nulla ostendi posse demonstratione. At opponis dicēs in supradictis assertum est & affirmatum omnem cognitionem quæ habetur de Deo per naturale lumen fore quodammodo confusam quomodo si est confusa hîc claram esse & euidentem affirmamus? Acuta est obiectiuncula cui occurrimus dicentes non pugnare inter sese ista. Nam quādo diximus confusam esse intelligebamus comparatiuè ad quidditatiuā Dei cognitionem, eum qua si alia conferttur merito dici valet confusa, hîc autem non sic facta est comparatio sed ad alios cognoscendi modos qui annexam habent obscuritatem, quales sunt cognitiones per Prophetiam, per scripturam, per fidem, & aliæ similes. Vel alio modo. Cognitio confusa vno modo dicitur illa quæ nō est clara & manifesta, aliomodo per quam res partim cognoscitur & partim ignoratur. Cognitio autem de Deo per creaturas vnomodo est confusa, alio vero nō. Confusa est, quatenus Deus & inuisibilia eius partim cognoscuntur, partim non cognoscūtur. Agnoscuntur quidem quóad esse sed non cognoscuntur per creaturas quid sint neque eomodo quo ipsa sunt in se inuisibilia. Quoniam nullum creatum potest nobis repræsentare creatorem sicuti ipse est. Excedit enim in immensum creator omnes creaturas. Et ex hac parte hæc cognitio Dei per creaturas cognitio cōfusa dici potest quia non in se ipsa res cognoscitur sed in creaturis quasi in speculis. Quasi dicimus

D. Tho.

D. Hiero.

mus; quia propriè loquendo Deus nō videtur in creaturis factis sicut res videtur in speculo, sed quando effectus intelliguntur paratur nobis scala per quam ascendimus ad cognoscendas conditiones Dei videlicet quod Deus est æternus, actus purus, perfectissimus &c. Cæterum quia hæc cognitio clarè & euidenter habetur non dicitur cognitio confusa, licet sit cognitio rei in alio. Sicut enim quando res aliqua videtur in speculo dicitur videri manifestè & clarè: sic cognitio Dei in creaturis intellectis dicitur cognitio manifesta. Non manifesta eo modo quo res dicitur manifestè cognita quandó videtur in seipsa, sed eo modo quo res solet dici manifesta in speculo contemplata. Et secundum hos duos modos de vna eademque re dici potest quod est inuisibilis & quód est conspecta inuisibilis in se & conspecta in alio, sicut pupilla oculi quæ in se non videtur in speculo autem videtur.

Simile.

Sequitur.

Sempiterna quoque ejus virtus & diuinitas.

ANtequam de hoc contextu disserere incipiamus scrupulum quē doctus lector posset opponere nobis æquum est reiciamus. Est autem ipse talis: Cùm iam dictum sit inuisibilia Dei per creaturas ipsas conspici posse, videtur frustrà adiectum esse ab Apostolo id quod nunc præmanibus habemus. Siquidem sempiterna virtus & diuinitas res sunt quę etiam sub albo rerum inuisibilium intelligūtur; Non igitur opus erat opponere hæc sed tacenda erant. Ad hoc respondemus dicentes hūc scrupulum aliquid habere apparentiæ apud eum qui plane non capit quomodo vnaquæque res doctrinaliter debeat tractari. Nā qui scit nihil habet scrupuli, si videat modo rem vnam sub consideratione vniuersali spectari, modo eādemmet per specificos modos rursus considerari. Imo si quis est aliquantulum in lectione Pauli versatus non negabit nobis hunc satis familiarem esse modum Apostolo nostro. Et idcirco pro more suo agens non contentus fuit dixisse in vniuersum quomodo inuisibilia Dei agnoscerentur, voluit in speciem descendere explicareque idipsum nominatis aliquod rebus inuisibilibus. Exactior namque & clarior & perfectior scientia est de re cùm post considerationem generalem statim apponitur particularis. Doctrina quæ habetur de re solum in vniuersum, non est scientia completa secundum vltimum actum. Qui autem scit in vniuersali solum scit in potentia. Nihil dicitur esse perfectum dum est in potentia. Vnde perfecta scientia est quā do proceditur vsque ad species. Sic facit hîc Paulus. Vel aliter dicere possumus quod per inuisibilia intelligit essentiam, per virtutem & diuinitatē conditiones huius essentiæ. Non igitur frustra adiecit Apostolus qnæ ptæ manibus habemus. Fugato depositoque scrupulo iam quidquæque harū vox velit explicemus operepretium est. Et primó quidem virtutis nomine intelligenda venit ipsa potentia Dei actiua quæ est principium actus quam asserit Apostolus hic esse sempiternā. Quod dixit ad differentiam potentiæ creaturę qnæ non est sempiterna semperque durans. Debilitatur namque agentis creati virtus mihorq. in dies efficitur. Quod plane Psaltes agnoscebat dicens: Ne proijcias me in tempore senectutis: cū defecerit virtus mea ne derelinquas me. Et alibi; Defecit virtus mea. Dei autem potestas sic est sempiterna, vt quantocunque agat nunquam exhauriri vel euacuari potest, imò nec vel vno pilo minor efficiatur. Potest etiam & alio modo dici virtus Dei sempiterna potentia de nominatio-

Respon.

Psal. 70.

natione externa ab eo quod potens est producere res semper duraturas, quales sunt Angeli & Animę nostrę, quæ etsi principium habuerunt, finem tamen non sunt visuræ. Ex hac sempiterna virtute docti Philosophi colligere rittè poterant Deum infinitæ esse virtutis sicut fecit Aristoteles vt paret in Metaphisica & Phisica eiusdem. Neque volumus nos inuoluere hîc in illam intricatam disputationem quæ inter scholasticos Theologos & Philosophos agitatur de infinitate Dei quæ tanta prolixitate à quibusdã tractatur vt nemo sine tædio possit eam legere. Christiano enim homini absque argumentorum argutijs certissim exploratum esse debet infinitum vigorem atque virtutem in nostro superbenedicto Deo iure optimo esse. De qua re si quis rixari vel contendere audus est, non nos qui Paulum pãdere volumus sed alios (quos vulgo quæstionarios appellamus) in litem ducat & sic poterit suæ libidini satisfacere. Sed vnde agnoscere poterant Philosophi hanc potentiam esse sempiternã? Respondemus fortassis quia in alijs rebus perpetuitatem contemplati sunt nempe in materia quæ sempiterna est ad conseruandas generationes, & cœlum perpetuo durat & duraturũ est secundum legem naturę igitur maiori iurę primum principiũ rerum intelligendum erat esse perpetuum, nam sine illo nihil potetat esso perpetuũ. Et rursus licet potestas materiei primę. & cœli ab interno principio tolli & destrui non possit tamen ab externo corrumpi potest. Virtus autem & potentia primi efficientis neque internè, neque externè remoueri vel corrumpti potest. Et ad hoc alluſit Propheta Daniël dicẽs. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, quia immobilis est intrinsecus & extrinsecus. Potestati eius quis resistet? Si enim aliquis resistere posset & vinceret nam vincens potentior esset victo, & sic vincens aliquid posset quod non alter, Non igitur ille esset cuncti potens nec eius virtus & potestas supra omnes potẽs. Neque obstat quod effectus non ostẽdant in seipsis. quia omnes sunt finiti. Illi verò effectus qui ex nihilo producti sunt si spectentur secundum modum quo fuerunt producti, infinitam & omnipotentẽ manifestant virtutem causæ effectricis. Nisi enim causa producens tales effectus cuncti potens esset ex nihilo non aliud egisset.

Phi. ca. vl.

Cap 7.

Ad. Ro. 13.

Et diuinitas.

Nedum Philosophi speculari potuerant inuisibilia & sempiternam eius virtutem per ea quæ fecerat Deus sed etiam diuinitatem. De qua particula non bene conuenit inter Interpretes quid Paulus intelligere voluerit. Qui per particulam inuisibilia comtẽdunt intelligendam essentiam Dei reuera per diuinitatem rursus & secundó non possunt intelligere nomine diuinitatis essentiã. Bis. enim vnamet res repetita foret ab Apostolo, quod vicio non careret. Qui verò non intellexerunt per inuisibilia essentiam sed aliud, particulam diuinitas melius multo ad essentiã adaptare possunt. Cæterum quia nobis grata facta est expositio D. Thomę qui nomine inuisibilium interptætes est essentiam & Deitatem, eam insequentes dicimus hîc diuinitatis appellatione non esse intelligendam essentiam aut Deitatẽ sed quandam Dei super excellentiam quam Philosophi in Deo explorati sunt quę super excellentia secundum participationẽ increaturis reperitur. Creaturas (non omnes) sed quasdam solemus apellare diuinas. Diuinos enim nominamus illos homines qui virtutibus, donis, & prærogatiuis alios post se reliquerunt. Quo nomine iustissime gaudere potest Diua Virgo Maria, Ioannes Baptista, & Apostoli

D. Tho.

qui

qui gratia & virtutibus non tantum multos alios homines, sed etiam Angelos gratia & meritis superarit. Porró in eos qui dicunt diuinitatis nomine significari naturam & essentiam Dei hæc obijci possunt. Primó quòd Paul. inuerso ordine numerasset hęc tria. Primo enim loco debebat numerare diuinitatem. Prius debet intelligi essentia rei & postea eius proprietates, Paulus vero reseruauit eam vltimo loco Ad hoc respondent qui huius opinionis sunt quòd Paul. in supputatione horum nõ habuit oculum ad ipsas res sed ad nostrum modum intelligendi in quo non ab essentia ad proprietates Dei itur, sed versa vice ab illis progressus fit ad capescendam Dei essentiam. Explorata enim à nobis potẽtia Dei alijsque proprietatib' diuinis cognitis manifesta fit nobis Dei essentia. Non sic tamen manifesta vt modis omnibus cognoscatur. Siquidem sæpe iam dictum est naturali facultate & lumine (de quo hîc sermo est) nos non posse quidditatem Dei attingere. Hæc enim cognitio ipsi soli Deo reseruata est. Nihilominus tamen perspecta Dei essentia nobis dicitur quatenus cognoscimus quasdam proprietates siue conditiones eius: quæ non sic sunt distinctæ ab essentia vt vna res ab alia quoniam nõ sunt nisi vna res simplicissima. Neque refert quod Paulus per interpositam coniunctionem copulatiuam pronũciauerit. Nam hæc coniunctio non distinguit potentiam sempiternam ab essentia siue diuinitate quasi duas res sed quasi vnam metrem diuersis tamẽ conceptibus à nobis agnitam. Non enim illa nobis nota sunt vnico conceptu sed multis intercedentibus notionibus. Et hanc multiplicitatẽ insinuauit Paulus per particulam illam, &c. Secũdo obijcitur contra hanc interpretationem quod Paulus non dixit sempiterna virtus & deitas sed diuinitas, quæ duo licet reipsa idẽ sint tamen diuersam habent significantiã. Nam Deitas naturam incommunicabilem significat ex modo significandi diuinitas autem secum inuoluit eommunicationem. Ad hoc respondere possent ipsi dicentes quod Paulus loquebatur de essentia Dei quatenus est participata à creaturis quæ participatio magis declaratur per nomen diuinitatis quam per nomen deitatis & ideo maluit illo vti quam alio. Et etiã ne occasionem daret deitatem sic esse participatam vt possent esse plures Dij. Plures autem esse creaturas diuinas nihil absurdi præsefert. Bene enim potest creatura esse res diuina. (Quinimo & ipsę Dei conditiones & proprietates appellantur à nobis diuinæ, & mysteria diuina.) Denm autẽ dicere diuinũ aborremus. Non enim habet participatam diuinitatem sicut nec aliquid aliud ipse quidquid est per seipsum tale est. In rebus autem creatis omnia participata sunt, esse participatum, viuere participatum, sapere participatum, beari participatum & reliqua id genus similia. Per hæc ascẽdimus atque consurgimus ad ista meditanda atque considerauda in Deo non intelligentes eodem modo in eo esse quo in creaturis reperiuntur sed secundum quandam excellentiã. Esse namque Dei excellentissimum est. Vita & sapientia, bonitas & potentia, omnia hęc & quæcunque alia per super excellentiam sunt Deo tribuẽda. Perfectiones namque creaturarũ quæ in rebus creatis sunt imperfecto modo habentur ab ipsis. Cum enim creaturarum naturæ siue essentię finitæ & limitatæ sint earum perfectiones tales esse debent quales essentiæ. At Deus cùm infinitam habeat essentiam, omnes ei perfectiones attribuẽdę sunt iuxta eius naturę conditionẽ. Sed iam nos rogabit forsan studiosus lector vt dicamus an Philosophis vna eadem

Deus non dicitur diuinus

gittarius quæso sagittam diriget in scopum si album non agnoscit? Oportuit ergo Philosophos agnoscere nõ solum hanc sempiternam virtutem causam primam, & primum effectiuum principium sed omnium creaturarum esse finem vltimum in quo attingendo summa esset reposita hominis quies & felicitas, qui vltimus finis licet reipsa idem sit cum prima effectrice causa tamen Paulus sub diuersis nominibus explicauit causam & finem. Sub nomine virtutis sempiternæ designauit causam primam & sub diuinitatis appellatione explicuit vltimum finem vt intelligeremus quod Philosophi cognouerunt nedũ Deũ esse supræmam causam sed etiam supræmum finem. Finis autem excellentior est ijs quę sunt ad finem. Et sic diuinitas dicitur esse cognita via siue modo excellẽtię. Superexcellit Deus omnia. Excellentior est cœlo, quia cœli enarrant gloriam Dei: nobilior est homine, qui natus de muliere multis repletur miserijs: perfectior quoque Angelis, in quibus reperit ipse prauitatem. Et vt vno verbo dicamus supra omnia est & omnia supereminet. Omnes perfectiones in se vno solo eminenter continentur. Hos modos siue vias si quis copiosius habere cupiat Dionysium earum authorem legat, & post illum doctissimum, Dominicum à soto consulat qui abundè satis docte que eos explicat. Nos vero veró ad alia vocamur.

Iob. 14.

Iob. 4.

Sequitur.

Ita vt sint inexcusabiles.

POstquam Paulus docuit Gentes cognouisse Deum & modum per quẽ notus fuit eis nimirũ per ea quæ facta fuerunt hoc est per effectus Dei accusar eas hîc. Nam dicere aliquem inexcusabilem esse est dicere illũ culpa dignum esse. Nam qui culpa caret excusabilis est. Sed quare culpabiles effectæ sunt Gentes? Quid effecit illos tales? An id quod Deus illis manifestauit? Nunquid lumẽ naturæ quod illis præstitit? Quod si istud, igitur ad illorum malum & damnum Deus cõtulit illis. Præstasset non recepisse talem de Deo cognitionem. Absit vt istud dicamus. Quid igitur illos Philosophos accusat quæso? quod peccatum? quam commiserunt impietatẽ vt nulla suffragari possit excusatio illis? Paulus suum erratum excusat dicens se per ignorantiam fecisse. Quinimo Christus tantum Iudæorum & Gentilium facimus coram Patre suo excusat dicẽs; Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt: & Gentes inexcusabiles erunt tam doctę quam indoctæ? Ipsę non receperunt legem: neque ad eas instruendas missi sunt Prophetæ. Vt melius scrutari istud possimus considerandum prius est particulam hanc inexcusabiles referri posse ad præcedentia, & ad verba quæ proximè sequuntur. Si referamus ad verba immediate sequentia manifestat Paulus duo peccata illorum Gentiliũ quorum alterum fuit quia Deo cognito gloriam non dederunt, secundũ quod nec eidẽ gratias egerũt & sic ipsi seipsos expoliarũt omni excusatione. Ingratus & qui Deũ suo debito honore & veneratione priuat, dignissimus & meritissimus est priuari omni excusatione. Inexcusabiles, inquit Paulus, sunt quia cum cognouissent Deũ non sicut Deum glorificauerunt &c. Porrò si particula inexcusabiles referatur ad præcedentia: inexcusabiles sunt eó quod veritatem Dei in impietate & iniustitia detinuerunt quæ detentio reddidit illos ac collocauit extra omnem excusationem. Nã Deus illis non manifestauit quo ipsi detentam tenerent veritatem. Sed quomodo detinuerunt? Nonne præualere poterant notitia illa Dei? Nequaquã. Nã ad bene operãdũ si exigitur veritatis cog

Luc. 23.

tis cognitio ipsa tamen sola non habet efficatiam. Est enim nostra voluntas suimet tam domina quę nisi velit ipsa quantumcunque intellectus aliquid agendū proponat si displiceat ei eam compellere haud quaquam potest. Libera etenim est. Et sic nihil mitam si voluntas non obedit intellectui monstranti veritatem maximē si voluntas sit deprauata. Sicut enim homo non potest operari mala sic vt ei imputentur nisi voluntate volente: ita nec sui impulsum rationis impellentis ad bonum nisi voluntate consentiente. Ex æquo namq; libera est ad bonū & ad malum. Et ideó fieri potuit vt Philosophi illustrati naturæ luce & humana sapientia muniti, imo & ab eis de eo habita notitia per ea quæ facta sunt & perspectis inuisibilibus, perspecta virtute & Dei diuinitate effecti sint inexcusabiles, primo quidē à peccató quod origo & radix fuit omniū illorum erratorum, ex qua infecta radice pullularunt alia tanta. Illinc enim emanauit detentio veritatis. Habentes namque deprauatam voluntatem per peccatum noluerūt in sequi ducem naturę lucem. Imó ex certa scientia quæ aduersa & contraria erāt lucrifaciebant amantes tenebras peccatorum & lucem exossam habentes ab eà facies suas auertentes. Ab eadēmet origine scaturiuit & iniustitia quā sic amplexati sunt vt cæci effecti dicerent malum bonum, & bonum malū.

Simile.

Isaiæ. 5. Super quos intulit Prophęta quidam illud horrendum væ dicens. Væ vobis qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Ex his igitur quę diximus manifestus erit lectori intellectus & sensus huius illationis quam intulit hoc loco Apostolus. Proposuerat ipse antea illa tria quę diximus videlicet detentionem veritatis, impietatem, & iniustitiam, ex his præmissis bene potest talem colligere conclusionem dicens omnes detinentes veritatem esse inexcusabiles. Veritatem dicimus notam de Deo per radium luminis naturalis. Nam quod notum fuit Dei manifestum erat in eis. Deus enim illis manifestauit. Quis excusabit illos quos manifestissima lux naturæ & clarissima accusat; imò Deus qui illis manifestauit? Quid? Primo se esse, & remuneratorem bonorum esse, & malorum vltorem: & secundo bonum esse prosequendum, & malum fugiendum. His muneribus & alijs si Philosophi bene vsi fuissent Deus addidisset & alia nempe lucem fidei quę supra aliam lucem naturalem est: & præter adiutorium generale dedisset quoque Deus & speciale auxilium. Nam solitus est Deus quando quis bene vtitur naturalibus, largiri super naturalia & gratuita. Sed forsan offeret hic nobis aliquis pro Philosophis aliquam legitimam excusationem et si non in toto saltim in parte inueniri poterunt excusabiles. Ais. Et quam valet aliquis pro eis in medium adducere excusationem? Quisquis eam habet in lucem proferat. Paulus in suo dicto haud potest inueniri mendax. Si qua excusatione sese tueri possunt fortassis illa erit videlicet quod ipsi essent impotentes ad opere complendam veritatem illam quæ illis nota fuit. Si istud probabitur reuera excusationem habebant Philosophi. Ecce probationem. Philosophi non poterant illud opere complere sine gratia Dei: at ipsi merito eam habere non poterant ex se ipsis restat igitur vt ex hac parte excusationē habeant. Impotētia enim ad aliquid faciendū excusat à Peccato alias obligaret Deus ad impossibile quod nefas est vel cogitare. Sit inquit D. Hierony. anathema, omnis qui asserere fuerit obligari à Deo quēpiā ad impossibile. Si igitur Philosophi impotentes erant suam impotētiam allegare in sui excusationem

D. Hiero.

possunt

possunt. Fortassis in eos obijcis dicens iã habuerũt naturæ lucẽ, notitiã Dei, & agnitionem veritatis. Verum est. Ipsi non enim inficias: sed dicunt illa sola non sufficere sed prẽter illa naturalia dono alio gratuito opus esse quod quidem eis natura nec præstitit nec præstare potuit. Profecto hæc res eõ pellet nos vt dicamus in Philosophi ex solis liberi arbitrij viribus lumine iã tum naturali, & eo neurſũ generali prẽditi potuerint Deum glorificare, & ei gratias debitas agere: & tandem legẽ naturę adimplere, & hoc absque gratia. Hoc enim ex solis naturæ viribus fieri non posse videtur: & plus iusto tribueretur libero arbitrio, sieque gratia non esset necessaria in omni lege. Si autem dicatur gratiam esse necessariam eum hanc eis Deus non dederit, excusationem habere videntur: & nõ sunt inexcusabiles ex eo solo quod cognouerint Nam vltra cognitionem alia re indigebant vt operari possent quod veritas cognita ab eis exigebat. Non est credibile quod Paulus dicat ex hoc vno solo inexcusabiles esse Philosophos: sed ex eo quod veritate cognita non sunt bene vsi sed contraria sunt operati, & non se preparauerunt per cognitionem illam naturalem quam Deus illis fuerat largitus ad recipiendam gratiam quæ erat necessaria ad illorum salutem. Quemadmodũ enim Deus manifestauit eis quomodo malum fugere poterant ad hoc enim lux naturæ satis efficax erat & quomodo poterant quærere Deum suum ad hoc etiam sufficiens erat illa â Deo exhibita cognitio per lumen naturæ. Si igitur recepta hac cognitione Philosophi fecissent quod facere tenebantur & quod in se erat, supplices Deum præcantes, suam impotentiam agnoscentes, de solo Dei adiutorio confidentes, nihil de se ipsis præsumentes Deus tunc eis non defuisset illis præbendo & largiendo necessariũ adiutoriũ. Et ideo si gratia illis non est collata sua culpa factũ est. Et hęc quidem omissio nullam excusationem habet. Ex his colligimus cognitionẽ illã naturalẽ non fuisse sufficientem illis ad illorum salutem, licet ad hominũ iustitiam obseruatio illius legis videretur satis esse non autem ad iustitiam Dei quæ necessario fidem exigit Iesu Christi. Non enim est aliud nomẽ in quo possimus saluari nisi in nomine Iesu. Neque illa cognitio siue fides quæ haberi poterat de Deo per lumẽ naturæ erat sufficiens sed alia fides erat requisita illa de qua Pau. ad Ephe. 2. dicit. Gratia saluati estis per fidem & hoc non ex vobis. Illa fides quæ per lumen naturę habetur non dicitur donum Dei, sed donum naturæ. Sit tamẽ hoc loco lector eautus quòd eum dicimus fidem reuelatam semper fuisse necessariam ad salutem In omni statu intelligendum istud veni' pro ratione & exigentia status. Maior enim & explicior exigitur à nobis fides quam exacta fuerit ab illis qui erant in statu naturæ & legis scriptę. De hac re longius à nobis protrahi poterat sermo; sed sub breuitate contractus est ne lectoribus oneroſi essemus. Ad alia igitur accingamur. Ephe. 2.

Sequitur.

Quia cum cognouissẽt Deũ, nõ sicut Deũ glorificauerũt, aut gratias egerũt: sed euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiẽs cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt &c.

RAtionẽ assignat Apostol' cur dixerit Gẽtes & præcipue earũ sapiẽtes fuisse inexcusabiles propter culpã impietatis & iniustitiæ quoniã cognoscentes Deum eum non sicut Deũ glorificauerunt. Attende diligenter lector aeute quod Paulus non dicit illos inexcusabiles esse eo quod cognouerint Deum sed eo quod non glorifica- Cur dicat Pau. quia eũ cognouissẽt.

uerunt. Non enim cognitio causa fuit quòd non fuit glorificatus, sed cognitio tollit causam excusationis. Nam si ab eis non fuisset prius cognitus, incognitio excusasset illos quód non fuerit ab eis glorificatus. Si enim quis non cognosceret Regem nihil mirũ si eum non honorasset, sed si iam esset cognitus culpa dignus esset & excusatione indignus si eum non honorasset. Sic Deus dedit eis prius sui notitiam vt eum glorificarent. Nõ enim dedit illis de se cognitionem vt illos priuaret excusatione. Nihil enim dat Deus creaturis quod in illarum damnum redundet. Non enim hoc decet Dei clementiam & bonitatem, si autem postea redundet in perniciẽ cretur̃ illud per accidens est & præter dantis intentionem qui intendebat dare in vtilitatem recipientis. Vt verbi gratia dat pater filio ensem quo se defendat seipsumq. tueatur ab inimicis, ipse verò filius abutitur ense & seipsum necat hęc culpa profecto non est patri imputanda, quia non illo animo pater largitus est ensem filio. Sic Deus dedit homini sui ipsius notitiam & cognitionem non vt careret excusatione, sed vt eum agnosceret, quó melius agnitus melius esset amatus & honoratus. Nam inuisibilia etsi amari possint, incognita tamen minime, si postea cognoscens non amat & glorificat sua culpa istud fit. Non ergo Deus dedit Philosophis cognitionem sui per lumen naturæ vt postea eos expoliaret excusatione. Verum tamẽ est quód si non habuissent cognitionem locus fuisset excusationi. Et inde est quod ex Gentibus qui erant rudes & minus eruditi, sicut scientia erant minores, ita excusatione digniores. Non ergo Deus causa fuit quod ipsi essent inexcusabiles licet ipse dederit illud quod reddidit illos inexcusabiles. Vndè expende lector candide diligenter quòd Paulus hîc duo dicit, vnum scilicet quód illi cognouerunt Deum, alterũ quod non glorificauerunt nec gratias egerunt. Primũ Deo attribuendum est non ipsis Philosophis: secundum illis imputandum venit. In duobus defecerunt Gentes circa Deum & in duobus accusantur a Paulo. Deum cognitum, inglorium fecerunt & inbenefactorem. Inglorium, quia eum non glorificauerunt, inbenefactorẽ, quia ei nullas gratias dederunt. Huc adaptari cõmode potest dictum Prophetæ. Videlicet, duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & fodere runt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Me non agnouerunt eorum factorem & benefactorem, idcirco mihi ingrati fuerunt, de receptis beneficijs nullas egeregratias. Vide ergo christiane lector quam iusto titulo inexcusabiles appellitet Paulus illos. Et considera tu interim lector idem secundo quam parum profecerunt in cognitione veritatis & in creaturarum libro Gentes ipsæ. O miserum, & infelix hominum genus, dicite vbi est illud lumen quo vos illustrauit Deus? Quæ tenebræ vestros obcæcarunt oculos? Quæ vos dementia cepit? Quę cęcitas cordis est ista? Lucem illam quę illuminat omnem hominem reliquistis & amplexati estis densissimas tenebras? Vbi est sapientia vestra? Legite Platonem, consulite Aristotelem, aperite vestros oculos, aspicite ad cœlum, interrogate solem, rogate Lunam, ad vos ipsos intrate, vos ipsos interrogate, intellectũ vestrũ pulsate, ipse dicet vobis quis est quẽ p creaturas agnouistis. Nonne eũ nouistis sũmũ bonũ, sũmmũ pulchrũ, sũmã eminẽtiã habẽtẽ, primũ rerum omniũ prĩcipiũ & vltimũ finẽ? Lux quę hęc vos docuit nõ ne vobis vel digito illũ esse colẽdũ, glorificãdũ omniq; laude digniss̃imũ mõstrauit? Quod ũ dicitis ex creaturarũ libro vos nihil aliud didicisse præter id quod est ipsum esse, fallimini profecto si istud dicitis

Similje.

Hiere. 2.

Respon. dicitis. Ad Paulum remittimus vos. Illum audite qui dicit inuisibilia Dei facta fuisse è vobis agnita per ea quæ facta sunt vsque etiam ad virtutem & diuinitatem eius. Quomodo dicere audetis tantummodo vos de Deo cognouisse quód sit? Esto sit ita (quod reuera minime est) an ignoratis vos qui sapiētes orbis nominari cupitis quód in eo quod dicitur videlicet Deum esse prouidentia intelligitur? Quid sibi vult Deum esse in mundo nisi ab illo gubernari mundum? Prophectò cùm res sic se habeat hoc Paulo condonare debetis si vos appellauit homines inexcusabiles nam reuera tales estis. Imó tales vosmetipsos constituistis detinentes veritatem & Deum non glorificantes & neque quam gratias referentes conditori vestro: Profectò infelicissima est vestra conditio & vehemēter dolenda. Tria adinuenit Philosophorum princeps excusationis motiua quorum nullum in vobis habere locum experimur. Vnum est ignorantia, secundum concupiscentia, tertium pauor siue metus. Hæc ex toto non asserunt culpam, eam tamē partim extenuant, diminuunt, & excusant. Primus homo per primum non est ausus excusare crimen suum. Non enim præexere poterat ignorātiam. Sciebat satis prohibitum fuisse à Deo fructum quem comedit. Sed ad alia duo confugit dicens. Mulier quā dediſti mihi decepit me. Mulier concupiscentiæ typū gerit. Ipsa enim plena est concupiscentijs. Ad tertium cōfugit quando dixit: Audiui vocem tuā & timui. Porro in vobis ex his tribus excusantibus nullum inuenire est. Primùm quidem ignorantia vos non excusat sicut Paulum excusauit nam vos satis cognitum habebatis Deū. Quod enim notum erat Dei manifestū fuit in vobis. At timendi nulla data est vobis occasio. Imo si eum timuissetis, vestrum Deum & Dominum haud reliquissetis nec veritatem in impietate & iniustitia detinuissetis. Timor namque Domini foras mittit peccatum & qui timet Deum faciet bona. Vos verò omni timore excusso relicto vero Deo ad ſymulachra falsorū Deorum vos conuertistis, Deo verò, dorsum dedistis faciem autem creaturis obtulistis. At concupiscentia quę sufficiens fuit ad vos auertendos à fruitione summi boni cognitū? Quid vidistis in rebus ab co fabricatis quod multo cum maiori cumulo non sitis contemplati in summo & immenso illo bono? Si creaturis honorem datis si illarum bonis & commodis frui cupitis quanto iustius est vt illarum opifici & factori, gloriam & honorem exhibeatis? Creaturarum enim bona (nec ad horam (vestra explebunt desideria, at Dei bona sic vestras satiabunt concupiscentias vt amplius nihil restet vobis desiderandum. Ex his igitur tribus excusationis præsidijs nullum inuenit noster Apostolus in illis. Quare merito proclamauit illos in excusabiles. Sane non leue est crimen quod prorsus in excusabile est. Quę excusatio valere potest illis qui Deum suum non glorificauerunt & et ingrati sunt. Cœlū totū & terra tota illos iure accusant.

Ecclē. 1. Eccle. 11.

3. Ethi.

Gene. 3.

Gene. 3.

Vide. D. T. 1.2 quæ ignorantia excu. et quæ nō ex cusset q 76.

Allusio.

Allusio.

HActenus cum Philosophis & Gētilibus negotium nobis fuit. nunc par est vt ad nos Christianos conuertatur oratio. Illos iam feriuit fulgur, nos cauere debemus. Paulus illos feriens nobis incussit timorem. Non solum propter illos dixit Paulus qui iam non erant prolem tamen reliquerūt In patribus docentur filij. Scripta sunt hæc non solū Romanoru gratia sed ad nostrā quoque doctrinā. Quod cū ita sit, vos alloquimur Cranos. Dicite nobis si illi redditi sūt optimo iure in excusabiles quā excusationē nos habituros speramus? si Deū nō glorificam? timem?, honoram?, laudam?, & benedicim?? Si illos sola naturalis cognitio

quã d Deo habuerũt accusauit illosq; reos fecit eo q̃ secũdũ illã nõ fecit De' ab eis glorificatus, quid faciet Christianis illa & aliæ multæ reuelatæ illis? Qui tantum cognouit Deum esse vnum & non trinum caret excusatione habebit ne qui cognouit vnum & trinum? Qui non vidit nisi Domini sui seruos & ancillas non admittitur ad
Ioan. 15. excusationem (creaturæ famuli & ancillæ tantum Dei sunt) admittetur ne ille qui vltra famulos famulasq; vidit & recepit filium? Audi ipsum filium. Si non venissem ego, inquit, inpersona qui sum verus Dei & naturalis filius. & loqnutus eis non fuissem, peccatum non haberent nunc autem excusationem de peccato non habent. Cedo quibus cumloquitur Christus, nũquid cum Philosophis au cum Gentilibus? Minime gentium sed cum Christianis & eius sanguine redemptis. Caueamus igitur nos qui in Dei cognitione naturæ & fidei radijs illuminati sumus ne obliuiscamur glorificationis Dei, sed eum tam plene agnitum veneremur tota cordis & vocis deuotione, secus enim inexcusabiles essemus sicut isti quos Paulus hinc recenset. Simus nos alieno malo cauti vt de nobis dicatur quod quidam cecinit dicens. Felix quem cautum faciũt alie na pericula: & qnod apud nostrates in prouerbio dicitur nimirum· Cùm videris tui conuicini barbam igne cõburi tuq̃time. Timeamus ergo & nos ne in die iudicij nullam habentes excusationem ligatis manibus & pedibus mittamur in gehennam ignis. Non simus sola Dei noritia contenti: nam hæc sola non beat homines. Nemo dicat nosco Deum, labijs passim eum ho
Matthei. 15. noro, mihi sic satisfacio. Nam qui sic loquitur in excusabilem se reddit nisi quod nosci t opere compleat de numerosi illorum est d̃ quibus Christus dixit; Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.

Sequitur

Aut gratias egerunt.

DIsiunctim hoc profert Apostolus quod coniunctim illi exhibere Deo tenebantur. Non solum glorificatio satis erat sed & gratiarum actio debita erat. In his duabus rebus includitur tota rationalis naturæ obligatio ad Deum. Glorificatio ratione creationis, gubernationis, ac conseruationis iure Deo exhibenda est: gratiarum actio ad ingratitudinis abigendam notam. In eam prolabuntur nedum qui Deo ingrati sunt sed etiam qui hominibus. Hoc tame discriminis est quòd Deo debetur gratificatio de omnibus ab eo datis: non autem de omnibus largitis ab homine. Ratio discriminis ex eo est quód omnia data à Deo gratuitè dantur. Nihil dat Deus ex debito. Nam ipse nulli creaturæ est debitor. Ac proinde plena donationis ratio inuenitur in suis datis. Quanto enim datio minus habet debititando magis habet donationis· Donantur propriè quæ nullo pacto debita erant. Quandò verò debita dantur ea parte qua debita, sunt nulla eis debita est gratiarum actio. Quare cúm mercenario datur merces ad nullam gratiarum actionem tenetur. Iustitiæ ratio ibi est non autem gratiarum obligatio. Quare cùm Paulus dicit in omnibus gratias agentes id ad data gratiuta referendum est. Omnia enim Dei beneficia gratuità sunt. 1 ad Thess. cap. vltimo. Hoc voluit insinuare quando dixit in omnibus gratias agite existimans omnia beneficia esse diuina. Porró sicut ingratitudo quæ gratitudini aduersa est omnibus tam Deo quam hominibus inuisa est maxime: ita gratificatio siue gratiarum actio grata & iocunda & Deo & hominibus acceptissima est. Et hæc nullã admittit excusa

tionem

tionem. Si nō soluit debitum quis excusationem habere poterit, pauperiē suam allegare poterit (pauperā soluendo libere est, at qui recepit beneficium quantum cunque pauper sit linguam saltim habet qua soluere potest & debet eas gratias quæ pro recepto beneficio soluendę erant. Debet diximus, eo quod licet recipiens gratis acceperit tamē ex debito gratias reddere largitori tenetur. Receptio volūtaria est, at gratiarū exhibitio obligatoria est. Sed quæ Deo debitæ sunt gratiæ? Nemo. dicere scit nisi ille qui agnoscit quāra sint dona ac munera. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ rē tribuit mihi, clamabat gratissimus regius Propheta Dauid. Respōdet sibimet dicens; calicem salutaris accipiā, & nomen Domini inuocabo. Vnde beatus Augustinus hūc locū explanat dicens. Quæritis te quid retribuat Domino & nō inuenit nisi ex his quę Dominus retribuit sibi. Nec mirum. Nam de suis Propheta nihil habebat. Tui sunt cœli, tua est terra. Quid tibi dare possum? Si meipsum dedero, tuus & ego sum. Seruus tuus ego sum. Recōpēsatio fieri debet iuxta receptū beneficiū. Tu dedisti nobis calicē salutarē dicēs; Hic est calix meus, bibite ex hoc omnes. Accipiam, inquit Propheta ego istū calicē & retribuā tibi pro omnibus quæ tu retribuisti mihi. Sed quę so Propheta quę tribuit tibi Deus? Dic si lubet, vel paucis. An forte regni scēptrū? prophetiæ excellentissimū domum quo gloriaris te super senes intellexisse? ant fortassis robur, vires & fortitudinē quibus Philistęū super asses? vel quod his omnibus maius est vt de tuo semine Deus homo fieret? Excelsa inquit & sublimia sicut hæc mihi elargita beneficia sed nō de his loquor sed de duobus alijs in quibus omnia quæ recepi inclusa sunt. Quæ hæc sunt? nobis cito dicito. Respōdet. Placet dicere sed hoc paucis vos recipite. Quod mihi tribuit tale est. Me & omnia alia mihi dedit. Nulla creatura tā cælestis quā terrena prosepsa condita est præter hominē. Finis enim sui met gratia est. At homo creaturarum omniū finis est. Omnia ergo subiecta sub pedibus eius. Hoc est, prius, quod Deus per creationē homini tribuit. At posteriusisto lōge excellētius est. Qua le est istud? Respōdet Propheta dicēs. Se mihi tribuit. Me, & se, duo maxima munera sunt. Quid igitur, ait Propheta, retribuā Domino pro me, & quid retribuā ei prose? Prome calicē salutaris accipiā: prose, nomē Domini inuocabo. Calicē sue passionis promeis peccatis accipiā; & pro suis receptis beneficijs nomē Domini laudās ac benedicens inuocabo sicq; ingratitudinis notā effugiā. Inhāc gētes inciderūt eó quòd Deo gratias nō egerūt. In his duobus defecerūt. O miserūt nāq; glorificare Deū & gratias ei referre. Quæ duo debita sunt Deo secūdū virtutē religionis, quæ colere illū docet non tantū corde, & ore: sed etiam opere. Illi autē nullo hotū modorū istud prę stiterūt, sed postquā illū cognouerunt vani facti Deo suo dorsa verterūt. Ingens malū & origo omniū malorum. Aduertat hiic lector quód particula illa aut vsurpata est ab ipso Apostolo vice, & loco particulæ &. Et sic non vna omissio sed gemina.

Pſalm. 115.

Pſalm. 23.

Pſalm. 118.

Matthæi. 26.

Pſalm. 115.

Pſalm. 138.

Pſalm. 17.

Sequitur

Sed euanuerunt in cogitationibus suis.

OMissiones Philosophorū taxauit præteritus textus, presens autem narrat cōmissiones eorūdē. Nam peccata istorum non solum per omissionem facta fuere verū etiam operе ab eis in hac parte peccatum est. Hæc autem quæ sequuta sunt ex illis sub genere operis comprehenduntur. Ex quo enim omiserunt Deum glorificare & ei gratias agere hic in hanc sylua peccatorum quæ modo sequū-

tur prolapsi sunt. De quibus loquuturus Apostolus primam sedem & locum dedit vanitati. Sed euanuerunt, inquit, Hoc est vani redditi sunt. Si enim omnia alia à Deo (teste Salomone) vanitas sunt (Vanitas vanitatum, inquit, & omnia vanitas) ab ipso recedentes non potuerunt non in vanitatem impingere. Sed dicis. Si isti habebant scientiam de Deo, quo modo vanitati subiecti erant: cum Sapientię 13. dicatur, vanos esse illos in quibus non est scientia Dei? In istis enim iam erat Adhoc potest responsio dari si dicamus Apostolum hîc dixisse istos vanos eo quod licet in intellectu haberent Dei cognitionem, tamen non secundum eam operati sunt. Nã quod intelligentia probabat opere ipsi reprobabant & negabant: cui intelligẽtiæ non repugnat locus ille Sapientię qui intelligitur de illis hominibus in quibus non tantum est scientia Dei secundum intelligentiam verum etiã quantum ad opus. Et hos facit Sapiẽs liberos à vanitate, non alios. Porró vanitatis nomine hoc loco illud putamus intelligi quod inane, inutile, ineõ stans q. est: cui si quis inniti vult nullũ inde reportabit fructum. Sic existimata studia sunt istorum Philosophorũ vana ex quibus non perceperunt vtilitatem aliquam: imó potius multa dãna reportarunt ex eis, quorum catalogum recensere nimis esset prolixũ & onerosum. Sed rogabis forte quænam fuerunt studia horum Philosorum. Respõdemus. Versari circa creaturas propriam glorioſam, famam, & honorem & reliqua friuola & vana queritare ad quæ habenda satis desudatum fuit ab eis, sed in tantis conatibus nihil præter vanos labores habuerunt. Verum dicet aliquis si studium creaturarum est vanitas quare nõ exulant disciplinæ quæ de creaturis tractant? quam obrem finit Ecclesia (vel is cui hoc ineũbit) talia studia in Christianorum scholis recipi? Et si ipsæ in se vanitates sunt quare sancti pijq; homines eis operam dederunt? Et quod magis vrget si creaturæ sunt vanitates cur Deus eas produxit? Est ne Deus vanitatum author? Absit. Omnis enim creatura Dei bona est. Ne te errare in hoc contingat oportet scias studium creaturarum dupliciter posse intelligi esse vanum, vno modo in se & sic sicut creatura non est vana nec studiũ eius. Nam eucta quæ fecit Deus sunt valde bona & in vsum hominum condita. Vanum autem nõ est illud quod ad finem aliquem vtile & conducibile est. Alio modo in comparatione ad Deum qui fecit eas. Sicut enim ignieulus lucernæ res quidem vtilis est in nocte (nobis enim quodam modo viam mostrat (verum orto iam sole (cuius copiosissimus est resplendor) illa lucernæ nihil esse videtur comparatione ad lumen solis: sic si aspiciamus creaturas eas q; cum Deo conferamus nihil esse dicemus. Sic studium creaturarum cõmparatione ad Deum vanũ esse non injuria dicitur. Accedit huc & alia ratio quę non est inferior quare creaturæ vanæ dicãtur. Non quòd in se nihil boni habeant habet enim quęlibet earum (etiam quæ vilissimæ reputantur suum bonum) sed vanæ dicuntur eò quod impijs & malijs vanæ sunt. Ipsi namque tantum creaturarũ amatores in eis spem, fiduciamq; collocant suam & miseri homines semper ieiuni & vani abscedunt quasi dicentes illud; Per totam noctem laborantes nihil cepimus. Quia igitur mali perperam vtuntur creaturis, creaturæ Dei suaptenatura bonæ nihil illis sunt præter vanitatem. At bonis non sic vsuuenit qui creaturis non fruuntur nec in eis reponunt confidentiã sed eis bene vtuntur. Et sic conatus & studiæ circa creaturas absq; vitio sunt. At cum isti Philosophi quibus cum loquebatur Paulus impij essent merito reprobatum est in eis studium creaturarum quasi impeditiuum alterius melioris

Ecclesiastes capimlo. 1.

Sapient. 13.

Comparatio

Luce. 5.

lioris rei, Dei videlicet. Propter enim creaturarum cognitionē Deum iam cognitum dimiserunt, dicetur melius spreuerunt sic namque conqueritur ipse per Prophetam dicens. Me fontem aquæ viuæ reliquerunt & foderunt sibi cisternas dissipatas non valentes illorum sitim extinguere. Cisternæ namque absq; aqua nunquid vanæ sunt? Vanum enim est quod suum nō sortitur finem. Annon est cisternarū finis continere & sitibundis suppedita re aquam? Et non qualemcunque sed è cœlo emissam non effluentem (veluti est fluuialis) sed quietam & à motu prohibitam. Hanc quomodo præstabunt creaturæ quæ numquam in eodem statu permanent? mobiles & non stabiles sunt omnes præter Deū super benedictum. Quod instabile est vanum quoque dici solet. Cùm igitur omnis creatura instabilis sit consequēs est vt secum afferat vanitatem. Non injuria ergo Paulus dixit euanuisse Philosophos & sapientes hoc est effectos esse vanos quia omnis creatura vanitati subiecta est. Qui enim vanitati innixus est nunquid merito vanus est? Si qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo si hęret vanitati euanescet profecto. Et qui euanescit non habet suæ vanitatis aliquam excusationem? Minime. Cur nō? Quia excerta scientia & propria voluntate nemine impellente euanescit & venatur quæ vana sunt. Vir autem vanus sicut attestatur Iob erigitur in superbiam. Sic isti Philosophi vanitatis amatores supercilium suum erexere elati & humana sapientia instituti seipsos extollebant & glorificabant duos illos superbos & elatos luciferum videlicet & parentem illorum Adamū imitantes. Illorum enim peccato consimile fuit horum sapientum qui sicut & illi appetentiam proprię excellentię procurarunt singulareſq; inter omnes videri volentes tacit èq; cum Phariseo illo dicentes non sumus sicut ęteri hominum sed in vno ab illo non

Hierem. 2.

Iob. 32

parum distātes. Nam ille Deo gratias. agebat dicens; Gratias tibi ago quia non sum sicut cæteti hominum: isti tumidi Philosophi cognoscētes Deū tamquam finem & principium omnium gubernantem & conservantē & prouidentem vniuersorum ea quę ei necessaria sunt, illi tamē nullas gratiarum actiones dederunt. Sed dicis; Illud quod dictum est nempe quod Paulus ad Romanos 8. asserit; dicens scilicet; Creatura subiecta est vanitati non volens. Si non volens quomodo isti propria voluntate sepe vanitati dederunt? Quis volens sectabitur res futiles, inanes, & vanas? Respōdemus illum Pauli locum aliquan tulum fore difficilem arq; in tricatum cuius difficultas illic resoluetur cùm ad illum locum peruentum erit. Nunc tantum vt huic dubiolo occurramus contenti sumus dicere illo loco Paulum loqui de homine bono & justo liberato à peccato & à demonis tyrānide, qui vellet dissolui & esse cum Christo. Iste nolens subijcitur vanitati huius mundi. Sed mali & impij quales erāt sapientes de quibus loquebatur Paulus propriæ voluntate appetebant hu jus seculi vana vt honorem gloriam inanem, celebre nomen, cathedras primas & alias mundi vanitates vnde effecti sunt tales qualia hæc erant quę dilexerunt: quę cùm essent vana, & ipsi quoque post ea facti sunt vani. Sed in quibus euanerunt? Respōdet Apostolus dicens; *In cogitationibus suis*. Vanas cogitationes habuerunt. Non dicit in verbis, non in factis, sed in cogitationibus. Sunt plerique qui vanitatem in verbis & factis non ostentant & demonstrant vanitatem suam, sed intus de ea cogitant. Exterius humiles sunt; voce omnem vanitatem detestantur, faustum, pompam, honores, magistratus, diuitias, delitias, voluptates, & si quæ alia sunt quæ in mundo vana habentur ab illis qui rerum veri censores sunt: sed intus in corde, & cogitationibus, harū rerum vanitate

Luce. 18.

Rom. 8.

pleni

vix humana memoria posset nec aliud esse quam arenā numerare. Tot sunt quòd si numerarentur super arenam multiplicari oporteret. In tot enim eos lapsos putamus vanitatesin quot sunt deuoluti errores. Est enim & error quilibet vanitas vel eius proles. Nequaquam enim fieri aliter potest quin ex illa vanitate qua quis se tā tū sapere alios; desipere putat haud multi nascantur errores. Nam & hoc ipsum suprem' est error. Si enim (Varrone teste) sapere contra omnes desipere est, non ne putare alium neminem sapere summus error erit? Vtiq; certè. *Suis.* Non satis Paulo fuit dicere euanuerunt in cogitationibus sed adiecit suis quod iure fecit. Nam illorū erant, nō Dei. Cogitationes enim Dei non sunt vanæ sed cogitationes pacis. Ipse enim dicit per Hiere. Proph. Ego cogito cogitationes pacis non afflictionis. Hominum namq; maxime vanorum cogitationes afflictionis sunt. Qui enim eunt post vanas cogitationes suas nullum fructum sibi colligūt. præterquam quòd se affligunt. Quæso quantum afflictionis patitur qui honorem venatur? Et qui diues fieri cupit quātum laboris assumit? & qui alijs dominari optat in quot labores se inijcit? Hęc omnia quid aliud sunt quā spiritus afflictionis? Quare non minus doctè, quam Christianè sapiens Salomon sub vanitate complexu est hæc omnia & quę his sunt similiæ dicens: Omnia vanitas. *Et obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Docet hic Paul' quid consequutum fuerit illas vanas cogitationes dicit; obtenebrationem cordis esse consequutam. Redditum est obscuratum eor insipiens illorū. Non quòd prius obcęcatum quam insipiēs sit factum vel è contra sed simul apprehenderunt illos insipientia & obcæcatio. Sicut enim sapientia clara est ita insipientia obscuritatem secum affert. Hęc enim iusta pœna est illis infficta. Nam qui veritatem Dei detinent & omittunt Deum glorificare & ei gratias agere & vani fiunt merito meren tur habere eor obscuratum. Nam per hęc recitata peccata ipsi oculos suos à luce auerterunt. Qui vero se à sole abducunt & retrahant necesse est vt incurtant obscuritatem. Nam vbi sol nō lucet, quid inuenies nisi tenebras? O in quantas tenebras inciderat insipiens ille de quo dicebat Prophæta. Dixit Insipiens in corde suo non est Deus. Incipe hic Christianę lector intueri quas pænas incurrit in hac vita homo ob suum peccatum. Horrendū & grande malum mentis cæcitas a qua nos liberet Iesus Christus qui' vera lux mundi dicitur & est. Dixit igitur insipiens in corde suo non esse Deū. Quæ quæso maior insipientia excogitari potuit? Quid stultius vn quam effatum est? Stultissime hominum si Deus non est quomodo tu es? Nihil mirum obscuratum erat insipiens cor illius. Non est ausus verbo dicere 'corde dixit. Putauit forte a nemine videndam esse hanc insipientiam. Sed & in hoc insipiens erat. Nam tametsi hominibus cor hominis inuisibile sit, Deus tamen intuetur cor. Hierem. 17. dicitur; Prauum est cor hominis & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Audi respondentem. Ego Dominus scrutans corda. Sed quam obrem obscuratum est cor illorū? Quia de corde exibant illæ vanæ cogitationes: & proinde iusto Dei iudicio punitum est cor eorum. Per ea enim quę quis peccat puniendus venit. Vani corde erant obtenebratum est cor eorum. Aequum profecto est vt Deus sumat vindictam in peccatore de ea parte de qua prius ei citur. Hæc autem pars cor est. Primū quòd dicit Deo recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus est cor. Porrò obscuratio ista cordis intelligi potest bifariam, altero modo per subductionē diuinę lucis sic quòd Deus euanuisset ab oculis eorum sicut quādo sol subtrahit se à nobis manemus nos obscurati: sicq; quòd versemur in densis tenebris nulla nostra culpa sit, alio

Hierem. 2. c.

Ecclesiastes

Psalm. 13.

Hierem. 17.

alio modo intelligere possumus ipsos obscuratos quia ipsi auerterunt se à Deo luce clarissima & splendidissima & sic sicut qui sole orto se abscondit ab eo necessum est vt in obscuris sit, ita illi Philosophi auertentes se à Deo sole verissimo necesse fuit remanere obscuratos & tenebris inuolutos. Sed istud non Deo sed suis peccatis acceptum referant quæ meruerũt vt quo niam ad creaturarum tenebras se conuerterunt spreta luce tenebris respersos, & circundatos inueniant se. *Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt.* Ostenderat Apostolus proximis verbis quales erant Philosophi illi in suis intimis dicens quod insipiens & obscurum erat cor illorum cuius nomine mens, animus intellectus & voluntas intelligebantur non enim sermo erat de carneo corde quod insipientiæ non est capax, sed de illo in quo sapientia suam habet sedem, nunc autem propallat illorum vanitatem nõ in cogitationibus sed in illorum verbis & sermonibus dicens quod illi iactabant se quod essent sapientes non considerantes quod laus in ore proprio vilescit. Nec contenti tantum erant istud dicere, sed quod vanius erat tales reputari & haberi volebant. Sed quid inde sequutũ est? Quid? Istud profecto quod stulti facti sunt. Mira res est. Ex sapientia consequitur stultitia? Melius multo ergo erit profeteri se ignorantem quam sapientem. Vide ante omnia lector ingeniose arrogãtiam, superbiamq. horum hominum Habentes intellectum obtenebratum & mentem insipientem audent huc cis plenis dicere se esse sapiẽtes & vel le reipsa pro talibus haberi. O quam bene in eos quadrat veri sapientis sermo ille qui dicit. Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur. Isti non potuerunt intra cor suum continere vanas suas cogitationes. Ille insipiens in corde suo abscondit am habet suam insipientiam, isti insipientiores illo palam effutiunt vt eam notam & exploratã omnibus faciunt. Dicentes, inquit Paulus. Emphasim habet vocula ista. Quasi dicat Apostolus. Dicentes ipsimet. Nõ expectantes hanc in anem laudem ab alijs audire. Laudet te os alienum, nõ tuum. Appetere laudem sane res humana est: ab alijs velle laudari inanis gloriæ est, at seipsum proprio ore extollere atque laudare summum stultitiæ genus est. Non legerant isti hominem illum verè Philosophum Iobũ dicimus tam commẽdatum & à Deo (à quo solo vera laus est) laudatum qui de seipso fuisque virtutibus acdotibus eximijs ac præclaris differens sic effatus est. Si inquit osculatus sum manũ meam ore meo, quæ est iniquitas maxima & negatio contra Deum altissimum. In quem locum consulat studiosus lector Diuum Gregorium, nos ex ocasione tantum attingimus vt in sinuemus per grandem insipientiam magnamque vanitatem proprio ore semetipsum laudare. Quod eleganti metaphora significauit Iob ille beatus quando dixit; Si osculatus sum manum meam &c. Cæterum non est curhos homines miremur. Si quidem vani iam effecti erant. Quid non audebit loqui inuerecunda vanitas? Si ex abundantia cordis os loquitur, qui intus vento vanitatis pleni erant qui fieri poterant vt eorum os obmutesceret? Linguam nostram, dicebant, magnificabimus. Intelligant cuncti præter nos nullos habere mundum sapientes. Porro sapiens quis duplici nomine vel quod sapientię operam nauauit vel quod post eam doctam eam profiteatur aliosque doceat. Ille prior nomine tantum sapientis gaudet: at posterior nomine & reipsa sapiẽs meretur dici. Cæterum Philosophi illi nõ nomine tantum se esse sapientes dicebant sed & professione. Professores se esse sapientiæ iactabant sicq. appellari ab alijs, maxime ab imperita plebe contendebant. O ęceitas magna qui

Prouer. 27.

Iob. 31.

Psal. 11.

cua

euanuerunt & quam longissime à vera sapientia (quæ Deus est) se diuiserũt reputant se sapientes esse & tales ab omnibus haberi volunt. In quo dicãt ostendunt suam sapientiam? in scripturis, aut in illorum libris? Legant qui volent & eos inuenient refertos erroribus multis. Quod est sapientis officium? Nonne per altissimas causas de rebus ferre iudicium? Nunquid ad cũ spectat rimari & scrutari altissimam causam primam docere q illam colendam & super omnia venerandam? Fecistis ne vos istud qui cognoscentes illam non vt oportebat gloriheallis illam? Quæso dicite si sapientes estis & sapientię professores quæ sapietia vos docuit vt vlumum finem tribueretis creaturę? Nunquid naturæ lumen? Ne quaquam. Quomodo dicitis vos veram sapientiam attigisse? Esse tales æstimandi estis quia vos tales esse dicitis? Vos de vobismetipsis testimonium perhibetis. Testimonium vestrum infirmum & inualidum est. Dicitis forsan non solum vos esse qui dicitis sed & alios dicere. Percontor vel alij sapientes, vel à ij insipientes, si insipientes cæci male iudicant de colore, si sapientes aut sunt similes iudices esse ne queunt nam & ipsi euanuerunt in cogitationibus suis sicut vos, si vero sunt verè sapientes vt Paulus vos stultos dicent non sapientes. Verè namque sapientes illi sunt qui cum sapiant credunt & putant se non sapere sed desipere. Hoc est Pauli egregium documentum. 1. Cor. 3. Si quis inquit vide tur esse sapiens sibi stultus fiat. Hoc est ante omnia se stultum agnoscat vt sapiens fiat. Nemo profectò verè sapiens esse potest nisi ille qui prius stultus fuit. Considerent istud qui cupiũt fieri verè sapientes, nam qui tales mi nimè sunt non verè dicendi sunt sapientes quales sunt illi qui in hoc seculo ambitione & inani gloria aliorũ esse cupiunt rectores. Nam regere sapientis munus est. Ex his facile est colligere illos prope euanescere in cogitationibus suis qui dicunt se esse sapiẽtes. Quæ maior vanitas excogitari potest quam gloriari de sua quæ non est vera sapientia? Scriptum quippe est. Non glorietur sapiens in sapiẽtia sua. Sua inquit. Non prohibet gloriari in sapientia Dei quæ infinitus thesaurus est hominibus. Glorietur, inquit sapiẽs in hoc, quod est nosse & scire me. Noscere enim Deum hęc est vera sapiẽtia. Hæc est quæ in plateis clamitat dicens. Vt quid diligitis vanitatem homines, & quęritis mendacium? Venite ad me. Sed quid inde insequutũ fuit? Dicat Apostol' *stulti*, inquit, *facti sunt* O misera, & abominanda sapientia, quæ in stultitiam versa est, illos efficit stultos. Vide bone lector quam periculosa sit propria æstimatio. Nulla res est, in qua magis possit homo errare quam in æstimatione suimet. Cæcus quippe est proprius amor: & si oculos habet apud illos semper aliena minora & sua iudicant maiora. Augent sua imo quando non habent arrogãt sibi aliena. Seipsos metiuntur. Iuxta illam æstimationem quam habent de seipsis conferunt se cum imperitis vt sapientiores appareant. Sicut qui nõ est albus sed medio colore coloratus comparat se cum Aethyope nigrissimo & putat se album esse; & sicut qui aliquantulum mole grandior est si se componat cum enano homine sibivi detur gigas: sic qui modica præditus est sapientia si se conferat cum ignara plebe se se magnum æstimabit sapiẽtem. In his duobus, peccatum est à Philosophis. Primo quidem quæ non habebant arrogabant sibi. Sapientia vera orbatierant, ipsi verò & se habere æstimabant & dicebãt. Aestimabant intus & foris dicebant & personabant se solos veram tenere sapientiam: sed miseri quam longissime erant ab ea. vera sapientia non sibi arrogat quæ nõ habet. Tantum abest, vt quæ habet, pro sua modestia dissimulet. Vbi est

Iere 9.

Sapi. 4.

Prouc. 1. Psal. 4.

Simile.

vera

veta sapientia,ibi silentium:at quæ vana est,loquax,&garrula est.Nec mirũ. Nam vana stultum reddit hominem: at stultus omnis garrulus est,tacere enim non potest.Hincque fit vt suam ipsemet prodat stultitiam. Vide quid hic Apostolus dicat.Dicentes, inquit, se esse sapientes,stulti facti sunt.Quid effecit illos stultos, an ipsum dicere? Nunquid iam erant stulti antequam loquerẽtur?Erant sanè,sed postquam loquuti fuerũt dicit Paulus factos fuisse stultos.Vel quia res in scriptura sacra tunc dicitur fieri quando innotescit,& quia dicendo ipsos se esse sapiẽtes nota facta est illorũ insania & stultitia,idcirco dixit Apostolus,dicentes se esse sapientes stulti facti sunt, hoc est ostenderunt se esse stultos. Nam dicere se esse sapientem est dicere se esse stultũ.Nullus quippe verè sapiens de seipso dicit se esse sapientem. Vel alio modo dicere possumus quod cũ nemo quantumcunque stultus sit de seipso istud cognoscit(non enim si agnosceret stultus foret)stultus cognoscitur & reputatur ab alijs facti sũt stulti apud alios.Sed apud quos? Respondemus primo apud Deum (Qui stultam fecit sapientiam huius mundi eã que perdidit)& deinde apud alios vere sapientes à quibus illorum Philosophorum dicta,& dogmata tantum abest vt amplexata fuerint vt tamquam imo veros & mõstruosos errores)reputata fuerint.Nequefert quod in hunc vsque diem sint aliqui qui illos errores hereditarunt sicque tamquã heredes fouent,sustinent, custodiunt & seruant quó se ostendant stultorũ fuisse heredes.Horum heredes multos habet hęc nostra ætas. Hi sunt hęretici qui circa Deum & nostram fidẽ multos inuenerunt errores quibus volentes ostendere se sapientes stulti quoque facti sunt. Animaduertat interim lector ingeniosus hîc quod nõ vno solo modo sed multis efficitur homo stultus à scientia Dei. Quidam enim tales sunt ob cordis sui elationem &eleuationem.Talis primus Angelus fuit.Alij verò quia nimium inquirendo sunt curiosi.Scrutator maiestatis opprimitur à gloria Dei. Paulo Actor.26.dictum fuit.Multę literę te ad insaniam adducunt. Nonnulli vero propter scientiæ incertitudinem.Isaię 47.dicitur. Scientia tua & sapientia tua decepit te.Deinde sunt & alij qui stulti fiunt propter praua opera.Sapientiæ 12.dicitur. Excæcauit eos malitia eorum.Vnde fortassis ob varios istos modos insaniendi sapiens illam tam vniuersam protulit sententiam dicẽs; stultorũ infinitus est numerus ex quo numero exclusis omnibus alijs ad nostros Philosophos nos conuertentes non erit peregrinum hoc loco discutere an Apostolus intendat sub hac sententia compræhendere singulos & omnes Philosophos nemine excepto.Si sic hunc Pauli locum interprætemur nimium dura & seuera esse videtur de Philosophis sententia.Magna n partem compræhendere sub his Pauli verbis multis tollerabile videtur sed omnes nullo dempto durum & seuerum videtur esse iudicium. Paulus neque dixit omnes,neque quosdã sed in genere loquutus est de illis.Quare moderanda sunt hæc Pauli verba & magis intelligenda de multis illorũ quam de omnibus.

Pro.12.15. Esa.26.

Isaiæ.47.

Sapien.2.

Eccle.42

Sequitur.

Et mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei,in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis,& volucrũ & quadrupedũ,& serpentium.(Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum,in immunditiam:vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis).Quia commutauerunt veritatẽ in mẽdaciũ:& coluerũt,&seruierunt creaturę potiusquã creatori qui est benedictus in seculasamen.

Docet

DOcet hoc loco Apostolus quam longe fuerint à professione veræ sapientiæ simul q; declarat opera stultitiæ quę isti egerunt: nec videatur ex malo animo impositum eis tãtam notam quanta est stultitia & ideo ostendit quò peruenit stultitiæ illa vana illa sapientia Philosophorum. Sic nam que infatuatum est insipiens cor eorum vt mutauerint gloriam Deo debitam. Verum statim dices. Quę vires tantę efficatiæ fuerunt vt potuerunt à Deo propriam gloriam surripere? Nonne Lucifer ille Angelorum primus qui hoc temptare conatus est à cœlo miserabiliter corruit & in sempiternas pœnas deuenit? Quod tantus Angelus efficere nequiuit præstare quibit homuncio aliquis? Conari quidem & vadum temtare poterit at in vanum laborabit. Quo igitur pacto isti Philosophi Dei gloriam mutare potuerunt? Gloria Dei tripliciter dicitur, vno modo res illa per quam ipse dicitur gloriosus secundum quam acceptionẽ ipse est gloria creaturę iuxta illud: Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Aliomodo accipitur gloria Dei pro claritate quæ à Deo denitur: vnde dictum est, Gloria Domini repleuit Templum. Tertio vsurpatur pro glorificatione qua creatura Deũ suum vt valet glorificat. Nos maxime putamus Paulum hîc loqui de gloria tertio modo ideſt de glorificatione quam ſicut Deus à nobis habet ſic per nos ea priuari poteſt. Hoc autem bifariam contingere poteſt, altero modo ſi à laude fiat ſilentium ſed hæc ceſſatio laudis improprię poteſt dici mutatio, nam mutatio aliquam actionem ſonat, quam nõ dicit ceſſatio, alio modo poteſt fieri mutatio ſi honor diuinus Deo q. debitus ad alios transferatur. Sic fieri poteſt mutatio gloriæ Deo debitæ. In hunc quoc modum Philoſophi dicti ſunt mutare gloriã Dei. At dices. Et quomodo ſuſtinuit Deus hoc (qui impedire potẽtiſſimus erat) vt ad alienos trãſiret gloria quæ ſuni mo iure ſua erat? Vetare hoc quidem poterat qui cuncta poteſt, at noluit tamen ſed alto ſuæ ſapientiæ decreto permiſit iſtos in pœnam ſuorum ſcelerum in tam infandos errores dilabi. Neque propterea vel tantillum de ſua maieſtate & gloria eſt deperditũ. Nam ſicut nec noſtris laudibus vel vno pilo. Deum facimus maiorem: ſic nec cum ceſſamus vel alteri (cui non debetur) damus propterea Deum cõ ſtituimus minorem. Totum namque quicquid eſt vel commodi, vel incõmodi in exhibenda Deo glorificatione noſtrum eſt non Dei, qui nihil pro ſe noſtris indiget laudibus vel obſequijs. Videat ergo quilibet quid faciat nam ſuam potius quam Dei rem agit. Sed ſi mutauerũt iſti miſeri homines gloriam Dei iam noſtra intereſt rogare eos vbi nam poſuerunt. Si quidem quod ab vno loco mutatur in alium locum reponi ſolet. Dicite Philoſophi quo in loco repoſita eſt à vobis gloria Dei? Nobis chriſtianis, in quam dicite: qui preſto ſumus ad eam tollẽdam; etiamſi ab inferis eam extrahi opus fuerit: nam portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam. An forte ad cœlos tranſmiſiſtis vt Angelorum eſſet quæ Dei gloria erat? Veſtri furti fortè eos cõplices facere volviſtis? Cœli iam enarrant gloriam Dei & Angeli: nec vno momento ceſſant clamare dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus omniporens. Non accipient veſtrum munus qui vos planè agnoſcunt fures eſſe & latrones. Vbi ergo repoſita eſt veſtra rapina? Spero dicetis, in terra: vbi fures effodiunt & furãtur. At tam præcioſum theſaurũ ſub tam vili elemento repoſuiſtis? Hic beſtiarum & pecorum locus eſt nõ gloriæ Dei. Quod ſi latronum more non prõ dignitate rem collocaſtis ſed tantum modo ocultare curaſtis dicite, ſub quo latibulo latet tanta Dei gloria?

Reſpon.

Reſpon.

Pſal. 3.

3. Reg. c. 8.

Matt. 16.

Pſal. 8. Apoc ca 4. Philoſophi fures gloriæ Dei.

Matt. 6.

ria? Quis locus in terra potest eam sustinere? quæ tenebra tantum lumen ocultare? Dicite ergo, ne ob vestram taciturnitatem iam eo gamur plusquã par est lectorem detinere. Sed quam responsionem ab stultis hominibus expectamus? Stulti stulte respondeãt necessum est. Nam qualis quisque est talis sermo eius. Sinamus ergo istos, & maiores nostros interrogemus qui dicent nobis quibus dederunt isti raptores gloriam Dei, cultum, honorem que debitum. Et vt primó ab ore sapientis sciamus audire præstat quod Sapientiæ 14. scripsum est. In communicabile nomen lignis, & lapidibus imposuerunt. O cecitatem miseatu dignam, ô nephandum crimen: à Deo auferre & lapidibus ligniſque concedere? Quis non irascatur eum audit rudem lapidem eo ipso Deo? Quis ranta est refertus patientia vt ferre queat stupido ligno Dei honorem imparti tum iri? At si Angelis dedissent quidẽ error fuisset verum non tantus. Nam ipsi honore multo sunt digni. Quare durior sit lapidibus ipsis oportet qui vestram o Philosophi non sentit dementiam. A qua non excusantur & illi qui iumentis, bestijs, & serpentibus exhibuerunt Dei honorem quos si nominatim persequi vellemus & tẽpus nos deficeret & multis eodicibus opus esset. Qui hoc latius intelligere cupit Augustinum in libris de ciuitate Dei legat, nos Pauli breuitatẽ in hoc loco imitantes tantum ficattigisse nobis sufficere putamus. Porro hos Philosophos iam multo ante Propheta Hieremias de hac miranda cæcitate & insania taxauit cap. 2. dicens. Populus meus mutauit gloriam suam in idolum. Expende lector verbũ suam. Non dicit Deus gloriam meam sed suam. Nihil minus glorioſus est Deus in se cùm à nobis non glorificatur quam cum ei cultus exhibetur etiam quantumcumque magnus Ex se ipso habet ipse gloriam. Vnde sicut creatura non reddit illũ glorioſum ita nec efficere potest eum in glorium. Dicis nunc quid igitur dicere voluit Apostolus hoc in loco eum accusat Philosophos & vna cum illis Gentes quod mutauerint gloriam Dei. Si à Deo auferri nequit eius gloria, quomodo trãsiuit à Deo ad creaturas? Erat ne res quæ posset ab vno subiecto in aliud migrare? Quę est hęc mutatio? Deus, & omnia quæ Dei sunt immutabilia sunt. Ad hoc respondere possumus dicentes geminam esse Dei gloriam alteram internam & genuinam quam Deus à seipso habet. Dicis qnænam est hęc gloria? Responsio nihil aliud quam ipsum esse verum Deum & nullum alium prẽter ipsum. Hæc est illa gloria de qua ipse dicit; Gloriam meã alteri non dabo. Vide quomodo suã appellat gloriam quam dicit sẽ non daturum alteri. Ooijcis, Si ipse non dabit, dabunt ne isti stulti Philosophi? An dabit quis quod suum non est? Promittere vt pote stulti possent sed dare nequaquam. Stultorum conditio est promittere aliena & quæ ipsi prẽstare nequeunt. Sed stultior erit ille qui in stultorum promissis fiduciam habebit. Promittebat sibi ipsi stultus ille qui multa bona habebat congregata in annos plurimos requiem & vitam dicens. Anima mea habes multa bona quiesce. Et vix finierat hæc verba dicere quando audita est vox illa tremenda; Stulte, hac nocte tolletur à te anima tua; hoc est vita: bona quæ cõgregasti cuius erũt? Si Psaltes vehemẽter nos admonet ne fidamus principibus dicens; Nolite confidere in Principibus, neque in filijs hominum in quibus non est salus, quæ maior dementia esse poterit quam confidere in stultorum verbis atque promissis. Sed missos hos stultos faciamus & ad illud vnde exiuit nostra oratio reuertatur. Alia est Dei gloria externa quę forsan magis nostra est quam sua & hęc est illa quam creatura (Potissimè intel

Sapicó. 14.

Ierc c. 2.

Nota.

Resp.

Isa. 42.

Luca. 12.

Psal. 145.

intellectuales) suo exhibet conditori siue mẽte, siue voce, siue facto, & de hac Propheta dicebat. Afferte Deo
Psalm. 28. gloriã & honorem; hoc est, glorificate Deum. Hanc ei debetis. Et hoc ipsum intẽdebat docere magister noster Christus dicẽs. Reddite quæ sunt
Matth. 22. Dei, Deo. Quid sibi vult Propheta
Psalm. 28. quando dicit afferte Domino gloriã? Vnde afferenda est? Quã habent homines gloriã vt Deo afferãt? Autumthus, & myrrham attulerunt Reges Christo Domino quia hæc habebãt, at Angeli de cælo gloriã dicẽtes. Glo
Matth. 2. ria in altissimis Deo. Reuera si meditatè Pauli verba expendere volumus
Luc. 2. facili negotio intelligemus hic Apostolum sermonem facere de externa gloria Dei quã ipse à creatura recipit tamquã tributũ quod iure Deo est debitum. Hanc gloriam Deus nõ habebat nec ei solui poterat antequam fieret mundus. Alteram vero habebat de qua ipse Christus dicebat Ioã.
Ioan. 16. 16. Pater clarifica filium tuum ea claritate quam habuit priusquam mundus fieret. De hac non loquebatur Propheta quãdò dicebat afferte Domino gloriam & honorem, sed de alia exteriori. Quasi dicat Propheta. Afferte Domino gloriã; hoc est, soluite hoc tributum quod Deo debetis. Et quia qui tenetur soluere aliquãdo aut non vult soluere, aut cui non tenetur soluit vtroq; modo iniustus & iniquus est, sic isti Philosophi agnoscentes gloriæ debitum Deo soluendum esse sibi arrogarunt alijsq; creaturis tribuerunt. O stulti homines eò dementię vestra venit dementia, Deum sua gloria & honore expoliatis, quò creaturas vestiretis? A Deo auferris, vt creaturis detis? Cultum & gloriam soli Deo debetis. Dicamus ergo hanc esse gloriam quam Philosophi mutauerunt: non in aliam, sed ab eo cui debita erat, in alios quibus non erat nebita. In homenis miseros & mortales scilicet & alias etiam creaturas visu horrendas transtulerunt. Istam igitur gloriam Dei creaturæ mntare possunt ex eo quod ab eis dependet collatio illius. Veruntamen à Deo remouere & alteri tribuere summa stultitia est. Quare post quam Apostolus dixit & appellant illos stultos ostendit quare tales dixerit fuisse illos. *Quia mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei.* Hic effectus aperit & docet illos stultissimos. Si quis namq; vellet, vel saltim temptaret (si res fieri posset) transferre à sole claritatem & splendorẽ & talpę tribuere nonne hoc summa demẽtia esset? Sic qui à Deo subtrahit honorem & creaturæ præbet stultissimus est. Vnde necessum est vt hoc loco paniculam *Et* vsurpemus loco particulæ quia, vel quoniam: sic sensus Pauli manet clarus & ratio assignatur quare ipse tam infami nota homines Philosophos ausus fuerit vocare stultos. Non illos affecit iniuria Apostolus: eo quód tales appellauit quales ipsi eraãt. Stulti erant stultos illos nominauit. Sed vnde cognouit Paulus illos esse stultos? Vnde? ex verbis factisq. Ex verbis, quia semeptipsos extollebãt dicẽtes se esse sapiẽtes: ex factis autem quia dederũt cultũ & honorẽ Deo debitũ ipsis creaturis. *Incorruptibilis Dei.* Sol' est hic vnus locus (quod sciamus) in quo sic nominat' est De'. Paulus alibi appellauit illũ inuisibilem, & immortalẽ. Regi, inquit, seculorũ, immortali, & inuisibili: soli Deo honor & gloria. Hic autẽ incorruptibilem. Forsan sic appellare cũ Paulo placuit quia đ Philosophorũ Dijs loquutur' erat qui omnes corruptibiles erãt. Vnde aperuit differẽtiã inter verũ Deũ & illos quos sibi fingerãt Philosophi. Est autẽ Deus solus & omnibus modis incorruptibilis. Cœlum, & Angeli, partim; hoc est, ab interno principio, corruptionem nesciunt: at ab externo corrumpti

Tem.

Simile

1. ad Thim. 1


image
not
available

ginis quadrupedum, & in similitudinem imaginis serpentum. In omnibus istis explicatur quæ similitudo erat istarum quæuis sed illa quæ figmi ficatur per modum imaginis. Non enim omnis similitudo modū habet imaginis. Similitudinem inter se habens duo homines in facie: sed vnus non est, nec dicitur imago alterius. Similitudines autem falsorum Deorum simulachra & idola imagines illorum dicebantur. Harum autem bestiarum imagines etiam colebrnt diuinos honores eis tribuentes. Volucrum vero nomine intelligūtur anes. inaēre volātes: Aquila, columba, vel Turtur, vel aliud volatile. Quadrupedum autē appellatione animalia quatuor pedes habentia qualia sunt ouis bos, hircus, aries & reliqua huius generis. Et quod omnium maximè ridiculosum est bestias reptantes super terrā adorauerunt: alij draconem, talpas, & vel pertilliones; alijs verò venenosos serpentes: quorum aspectus, ne dum mulieres timidas, sed homines in fracti animi terrent & in pauorem conuertunt. Qui solem, lunā, & cœli pulcherrima astra venerati sunt culpa nō vacant, sed non sunt digni tāta quanta isti. Stultitia ipsa stultiores & ipsis serpentibus imprudentiores. O sceleus omni pœna & supplicio digniſſimū! Bos & asinus cognouerunt Deū suum & homo rationis particeps in tantam prolapsus est dementiā vt serpentē in suum Deum agnoscat adoret; Deus dixit serpēti quòd à mulie re conterendnm erat eius caput: & homines ipsum caput illorum constituunt. Fortassis Dæmon qui in serpentis imagine & simulachro delugit & vicit primo sillos nostros parentes eadem astutia & dolo curauit vt tantū honorem serpenti impenderent vt peccatum filiorum esset nefandius & sceleratius patrum peccato.

Isa 31.

Genesim 30

Hic vnus est locus quē tertio quoq; verbo statim nobis Christianis obiectāt hæretici & lutherani: quē falsō intelligēres in aliud extremū dementiæ venerūt dicētes omnes imagines à tēplo Dei esse extirpādas, nullam q; permittēdā. Et quia hæc res est quæ ad vulgi aures aliquādo peruenit dabūt nobis hic veniam docti si pro informādis rudibus indoctaq; plebicula edocenda nos in tā futuli argumento aliquātulū viderint immoratos. Et principio quidē qui imagines omnino ē medio tollere conātur cōsestim ad idolatriā cōfugūt quā sequi necesse putāt si imaginū vsus in Ecclesia tolleratur. Et quia isti ignari homines sanctū, piūque Ecclesiæ ritū nec possunt nec sciūt in aliud maius in conueniēs vel periculū diducere quā sit timor de ydolatria, ideo ad cōuincēdos huiusmodi corūq; rationes destruēdas nobis satis erit ostēdere nihil esse periculi de idolatria causanda. Quo semoto si adhuc timēt profectō timent vbi nō est timor. Trepidauerūt timore vbi nullus erat timor. Et vt hæc res feliciori succesſu incipiatur, explicare eā ab idolatriæ ratione æquū esse putamus. Proinde obserua tu qui hebete prædītus es ingenio vt rectè & sýncrè institui possis in hac re (. Hos enim instituere curamus hic) nam alios qui acri & acuto donan sunt ingenio hoc certè nō putamus indigere admonimento. Rudes enim & hebetes sunt qui in hacre peccare possunt: Nā docti citra periculū omne sunt. Nō igitur putes tu qui felicitate ingenij cares idolatriā esse quem libet imaginum vsum (quod si existimas, nos te quoq; toto cælo aberrare existimam⁹.) Sed tātū illū vsū qui pro fine habet cultū vel adorationē. Sic enim vti imagine vel ad colēdā aut adorādā eā ipsissima idolatria est. Porrò vti ea non aliquo horū respectuū sed gratia venerā di id quod per talē imaginē representatur, nec idolatria est nec vlla culpa. Nā sic honor exhibitus vltra imaginem transit nec sistit tantū in ea. Di-

Psalm. 13.

ces ergo ? quorsum igitur attinet vel quid tibi facit imago si non sit in ea quies? Respõsio est, potissimé in hoc negotio habitũ fuisse respectum ad indoctum vulgus cuius tam est rude ingenium vt vix eleuari valeat ad ea quæ nostra vera fides prędicat nisi ad iutum præsidijs imaginũ quæ eos ducunt in recordationẽ & memoriam eorum quæ Dei sunt & sanctorum. Hem, dices, hic iacet periculũ, hinc nascitur timor. Nam cùm isti sint indocti quid prohibet vt pro sua rudita te quod imagiuatæ rei est, vr non ipsi concedant imaginibus ipsis? Quare ad tollendum hoc periculum melius esset nullis vti imaginibus. Non opus est hæcita fieri sed melius multo huic periculo scimus salubre remedium, vt scilicet parrochus, & quiuis alius uęrbi Dei dispensator in hac re diligẽ tem adhibeat operam vt quoties erit oportunitas plebecula & indoctum vulgus de hac re bene ab eis instruatur: & si quid est periculi in hac re sub indicetur, quo cognito non errabit indoctus populus. At dices fortè. Hae in parte stultissimépeccatum est ab ipsis Philosophis qui docti erant: & tu confidis non esse errandi periculum in ipsis indoctis? Friuola est hæc obiectio. Quippe non pat est ratio vtrobique. Illi quidem in peccati pænam in hanc cæcitatem tam miseram lapsi sunt: quod & Deus sic fieri permsit vt clarescceret magis miserabilis cæcitas & miranda insania Philosophorũ. In Christianis autem qui non detinẽt veritatem Dei in iniustitia nec obscuratum habent insipiens cor nec se iactant de humana sapientia, sed humilia de se ipsis sentientes Deum honorant, glorificant, laudant, prædicantque: & pro modulo suo eidem gratias quas possunt reffærunt: in his inquam, nõ est periculum quòd Deus permittat in tam stulta scelera suum populum rnere & succumbere. Seruat ñamque Deus eos qui sui sunt à tanto malo, maximé si ei se committunt. Cæterum quia explanationis ratio non permittit nos longiores esse vt hoc negotium de imaginum vsu pancis perstringamus ad huius rei maiorem elucidationem, hoc vnum & alterum pro indocto vulgo adijcere æquum iudicauimus. Alterum est vt intelligat & exactẽ agnoscat in quem vsum Ecclesia catholica habet imagines: & alterum, vt agnoscat quam vtilitatem & fructum reportant Christiani ex vsu imaginũ. His duobus intellectis securé versari poterit homo in vsu imaginum etiam rusticus & syluestris. Vnde sciẽdum est Duplicem posse esse alicuius imaginis vsum, alter vt sui gratia eam çstimet homo veneretur & honoret eo solo titulo & ratione qua imago est, vel qua pulchra est, vel qua aurea est, vel quia oculis gratiosa. Et sic si quis eam æstimaret non prębens illi quicquam honoris diuini, sed quia oblectatur in videnda ea & quoties eam conspicit nescio quid voluptatis & lætitiæ in suo animo concipit, huiusmodi imaginis vsus legittimus & bonus est. Sicut n. licet in visu alterius creaturæ siue â natura siue ab arte confícta delectari, cur non in imagine pulcherrimé depicta? Vnde imagines sic consideratæ nullo honore dignę sunt sed æstimandę sunt pro valore illarum sicut aliæres. Alio modo considerari possunt imagines vt sunt aliarum rerum repræsentatiuę & sic honore dignę sunt non sui gratia, sed gratia rei imaginatæ. Vnde imago serpentis nullo honore digna est, eo quod serpens repræsentatus per imaginẽ serpentis nullo honore dignus habetur. At imago Christi, Virginis Marię, & imagines Sanctorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum dignæ sunt vt honorentur, tam in templis positæ quam in alio loco, tam in papiro quam in tabulis ligneis depictę, quoniam res imaginatæ dignæ

Responsio.

Friuola obiectiuncula.

Geminus Imaginum vsus

gnæ sunt honore quomodoeũque, & vbicũque sicuti per imaginẽ represen tatæ. Et ex hoc intelligere deber qui ig narus est quòd si imago honorarur nõ hoc fit sui gratia, sed gratia eius rei quæ per eam repræsentarur. Quòd si quis honoràs imaginẽ eam honore prosseque retur tãtũ sui causa, hic au ferrer honorẽ à re cui debetur & eum tribueret cui nõ debetur. Dicis, hic er ror cadere potest in hominẽ rusticũ, & idiotã quando accẽdit lucernã ima gini alicuius Diui vel genuflectit, quã do videt processionaliter deferri per Responsio. vicos imaginẽ Dei paræ Virginis. Fa teor si homo iste non sit instructus tamen in honorãdis imaginibus: verũ si est edoctus & modũ scit quo Eccle sia imagines veneratur non errabit. Sciet nãque quòd eodẽ motu ferri debet in imaginẽ & in rẽ quæ per illã imaginẽ significatur & repræsẽtatur.

Et quia hęc res pro rudi populo ali quãtulũ difficilis est illustramus istud hoc exẽplo palpabili. Visus videt colo rẽ quẽ nõ videret, nisi aër esset illustra tus lumine, ai eodẽ actu quo videt eo lorẽ videt & aërẽ illuminatũ: termin⁹ huius visionis non est aër illumĩnatus, sed quod coloratũ est, sed nõ videret nisi mediãte aëre illustrato. Sic quãdo aliquis mouetur circa aliquã imaginẽ res imaginata est rer minus, & ad hãc terminatur illa imaginis veneratio: imago autẽ est mediũ non terminus. Vnde si exactẽ res expẽdatur, venera tio & adoratio nõ est de imagine sed rei imaginatæ. Dare autẽ istis rebus re præsentatis honorẽ cum eo sint dignę nulla Deo fit iniuria. Solũ enim vnũ genus honoris Deus sibi seruauit nẽ pe latriã ipsam: quod elegãter & clarẽ Christus Demoni ostẽdit quãdo ei di xit; Vade Sathana, Dominũ Deũ tuũ Mathei 4. adorabis, & illi soli seruies. Alios ho nores istis inferiores nõ vetuit impar tiri viris heroicis & sanctis: & nedum ipsis, sed etiã illorũ imaginibus: non tamẽ excluſis rebus imaginatis, sed inclusis. Dicis, & illi ã quibus loquitur Paulus, etiã includebant res significa tas p imagines? Fatemur Igitur sicut nos nõ sumus idolarræ, nec illi. Istud negamus. Nam illi honorẽ & cultum Responsio. gloriamque Deo debitam ab ipso ab dueebant & illis creaturis impendebant. Catholici aurem & Christiani à Deo nihil defraudãt cum honoribus eis condignis honorãt Diuos. Sed cũ nunc iam (per Dei gratiam) idolatrię vitium ab ipsis qui Christo nomina dederũt penitus alienissimũ sit in abo minãdo hoc nefando scelere nõ est quod immoremur. Vtinam tam pro cul esset ab alijs peccatis populus chri stianus quãlonge est ab isto. Quare iam tempus est vt alterũ caput ex iis duobus ã quibus nos tractaturos pol liciti fuimus pro doctrina rudiũ dice re aggrediamur. Erat aũt illud si rectẽ memores sumus docere ignarũ vul- Nihil sing. gus quæ esset imaginũ in Ecclesia vti litas, quis fructus, & quorsum tanta cura sit in Ecclesia Romana matre nostra in venerandis Iesu Christi, Vir ginis, & Sanctorũ aliorũ imaginibus. Sũt igitur imagines in Ecclesia (vt in summa dicamus) ad quatuor. Primo ad erudiendos homines præcipuẽ tu des & idiotas quibus imagines sunt literarũ & scripturæ vice. Qui in libris legere nescĩunt oculos suos ad imagi nes conuertẽtes in eis legũt. Secũdo imaginũ aspectus prouocat aspicien tes ad deuotionẽ. Tertiò imagines al liciũt nos ad imitationẽ illorũ sancto rum quorũ sunt imagines. Denique quartò Imagines gestorũ memoriæ sunt, Memoriales tũt imagines. Quis negare poterit quòd mors depicta nõ ducat nos in recordationẽ illius quæ vera mors est? Et quis quęso est tam ferreus & durus qui eõtẽplata attẽtẽ i magine Iesu Christi flagellati, alı quo dolore non afficiatur? At res pondent Lutherani; Plane istud cre dibile est imo experientiæ est: sed hoc fieri eũ periculo idolatriæ. Istud Responsio.

somniant hæretici sed falsissimum est. Nam nō sunt homines tam crassi qui non intelligant nō esse illam imaginem depictam quæ passa est illa tā ta flagella cùm illorum manifestò in capax esse astendatur. Vnde si Ecclesia tale periculum in cultu imaginum esse agnosceret, eas non sustineret. Quare sapientissimi maiores nostri non trepidantes timore vbi nullus erat diuino afflati spiritu à tempore Apostolorum nunc vsque imaginum vsum in Ecclesia tamquam rem piā & vtilem hominibus tā rudibus quā erudi is statuerunt atq; conseeraueruntquid quid obganniant hæretici sycophantę irridentes istum imaginū vsum quem Spiritus sanctus in Ecclesia instituit: sed Dominus irridebit illos. Isti nouatores & Ecclesię perturbatores nullum non mouent lapidē ad euellēdos ritus, ceremonias & traditiones antiquissimas & approbatas à tot tantisq; Patribus literis & religione ornatissimis. Dare tamen debent operam Ecclesiæ Pastores si alicubi senserint in vsu imaginum abusum vt illum corrigant & vt sic populus imaginibus vtatur quò per eas glorificet Deum, ad pietatem moueatur, redda tur memor mysteriorum Dei, & sanctorum, & tandem ad eos imitandos excitetur, moueatur, & impellatur. Quibus finibus si quis vsus fuerit imaginibus, ab omni idolatriq labe immunis erit. Et de his hactenus. *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.* Quid cōmeriti fuerint Philosophi quaq; multati pœna propalat hoc loco Apostolus nequis putaret tātā culpā à Deo fuisse dissimulatā. Non enim ad solet Deus vel tantillū malum inultum relinquere, qui sicut iustus iudex nullum sinit abire impunitum. Hæc namq; est iustissima norma & lex diuinæ iustitię vt nullum maneat bonum sine præmio, nec malū absq; supplicio, sine quo si relinqueretur impunitus peccator gratum, videretur Deo peccatum quodammodo: quod tantum à veritate ab est vt simul sint odio Deo impius & impietas eius. Quod quis odit placere ei nō potest. Neq; tantum modo ex æquitate diuina sed etiam ex cōditione peccantis æquissimā res est. Peccans nāq; cum se conuertit ad creata bona ab eo recedit qui omnium bonorum est fons & summum bonum: & cum ad creaturas oculos conuertit, Deum à tergo ponit. Dare Deo terga & creaturis faciem, est ne res quæ possit dissimulari sine vltione & pœna? Quis hoc dicet? Nec ipsemet qui daturus est pœnas asserere audebit. Nonne Dauid de tecta sua culpa à Propheta statim acclamauit dicēs; Ego sum qui peccaui vertatur obsecro manus tua in me? Quid sibi volunt hæc nisi dicere ego me agnosco dignū pœna? Et alibi. Delictum meum cognitum tibi feci & iniustitiam meam non abscondi. Ex peccantis ergo parte etiam dignum est vt puniatur peccatum. Neque aliud suadet etiam ipse vniuersi ordo in quo tota eius pulchritudo posita est cuius vt iusque violatio fit cùm peccatur. Nam peccatum & deturpat pulchritudinem (nec mirum, macula quippe est) & ordinem perturbat. Omnia namq; euertit peccator. Cui cùm data esset à Deo media sedes (media enim creatura est homo) ipse tamen propter sua demerita ad imum deducitur locum. Pulchritudo ergo & ordo quæ præcipua sunt mundi bona si perturbentur per peti pœnam in suum redeunt pristinū statum. Quare hæc etiam ostendunt iustam esse de peccato quouis vindictam. Verum est tamē quod cum natiua sit Deo ipsa misericordia quę peccatorum est diligens aduocatrix non tātas Deus infligit pœnas, quantas cōmeretur peccatum. Misericordiæ Domini, inquit Propheta, quòd non sumus

Quæ curā de abusu imaginum in Ecclesiæ Pastoribus debeat

Quatuor mōdis ostenditur iustam esse de peccatis punitionē

2. Regū. 24

Psalm. 3.

Thren. cap. 3.

mus consumpti. Nom enim ad condignum dant peccatores pro suis sceleribus pœnas quas modo Paulus recenset vt nos doceat quomodo fuerunt puniti Philosophi qui gloriam Dei commutauerunt. Propter quòd, inquit, tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Multa fuerunt scelera Philosophorum: non vnum tantum erat crimen sed multiplex. Primò enim veritatem detinebant, Deum, sicut Deum non glorificabant nec ei gratias referebant, post quæ alia sunt sequuta peccata. Nam euanuerunt in cogitàtionibus suis. Superbi erant: iactantes sede sua sapientia. Et deniq; (quod omnium deterius est) Deum contempserunt. & quantum in ipsis erat eum de sua sede deposuerunt. Hæc & alia multa patrarunt miseri isti homines crimina. Quomodo ergo Apostolus non dicit propter hęc sed tantum propter quod? Hic sermo Pauli potest comprehendere omnia crimina recensita & vnum tantum. Si comprehendat omnia tunc sensus est propter quod id est propter id quod hactenus dictum est à nobis de Philosophorum moribus tradidit illos Deꝰ &c. Et sic ad nullum definitè hic sermo refertur peccatum sed ad omnia simul sumpta. Alio modo potest exponi hoc sic quod referatur ad vnũ peccatum proximè dictum nempe ad mutationem gloriæ Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & aliorum animalium, quę mutatio peccatum idolatriæ est, & cùm sit peccatorum omnium grauissimũ secundum se (nam ex parte peccantis alia possunt esse grauiora, ideo placuit Apostolo ad illud referre sermonem potius quam ad alia peccata. Ad de tu etiam sic factam esse tacitè mẽtionem & aliorum criminum. Nam sicut dicitur Sap. 14. infandorum idolorum cultura omnis mali est initium & finis. Vnde idolatria est origo aliorum peccatorum. Includit enim alia peccata multa quæ dicuntur oriri ab ipsa idolatria. Non tamen negãdum est fieri posse vt aliqua peccata præcedant idolatriam sicut eleganter docet D. Tho. 22. Sic igitur de omnibus alijs facta est tacitè mentio.

Magna ponderatione digna sunt hęc Pauli verba tam quòd secum difficultatem inuoluũt, tum etiam quia quidam pernicioſè eis àbutuntur in falsum sensum retorquentes. Prodierunt è sepulchris hac nostra ætate nõ nulli Antichristi discipuli & præcursores qui sanam & bonam mentem in ijs Pauli verbis deprauare conati sunt dicentes & colligentes ex hoc loco nullum esse liberum arbitrium in nobis, sed omnia tam bona quam mala Deo tamquam authori fore attribuenda. Ex qua re, si ita esset, liquido mox conficeretur Deum Optimum Maximum esse peccati & malorum authorem, quod tam longe fuit à mente Pauli quam ipsi qui hoc dicũt longe sunt à veritate. Reuera nec hoc Paulus somniauit nec talem blasphemian (à Christo tam sapienter edoctus) ipse Deo tribuere potuit Sed dicit hæreticus; Quid igitur sibi volunt hæc Pauli verba cùm dicit; propter quod tradidit illos Deus in desyderia cordis eorum: Non audis hos à Deo traditos fuisse in Passiones ignominiæ? An non est Paulus qui ista dicit? Clarè loquitur Apostolus. Si quis traderet quem piam morti vel igni vt combureretur, numquid author mortis & combustionis esset? Si Deus tradidit illos, quem alium dicemus esse authorem præter Deum? Absit à nobis tantus error. Quare vt hũc tã infandũ errorẽ pessundemus & radicitus euellamus, aperire oportet in primis Pauli mentẽ, quæ multò commodius aperta euadet si sigillatim eius verba spectata fuerint & diligenter considerata. Et primò vo-

Responsio.

S. Tho. 1. 2. q. 10. ar. 5. et 2. 2. q. 94. artic. 3.

Sapien. 14.

S. Tho. 2. 2. q. 94. art. 4 ad primum

Responsio.

cula illa tradidit, limanda ac discutienda venit. Sunt ex catholicis nonnulli qui sic exponũt. Tradidit hoc est permisit quasi alluserit Paulus ad illud Prophetæ Psal. 80. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis. Quæ explanatio si admittatur (vt admitti potest) liberat nos à multis angustijs. Deum enim permittere mala apud orthodoxos nihil absurdi sonat. Nisi enim Deus permitterer, mundus nullum malum haberet. Neque illum ab omni malo seruare tenetur. Deserere nãque eum potest, maxime exigente illius culpa. Et iuxta hanc intelligentiã nihil illorum quę hæretici illi colligebant infertur. Permittens enim Deus peccatores abire & ruere in alia peccata, nec tollit liberum arbitrium, nec author Deus est illorum peccatorum quę per petrant peccatores. Huius autẽ permissionis causa dici potest quatenus ipsa permissio est durissimum supplicium peccatoris & durius quam sit damnatorum, cùm permissio ordinetur ad malum culpæ, damnatorum autem punitio ad malum pœnæ. Sed sunt qui hanc explanationem non libenter auscultent eò quod existiment inter permittere & tradere aliquid interualli esse. Nam qui tantum permittit nec impellit nec applicat: at tradere aliquem alicui potestati vt puniatur est relinquere illum vt puniatur pro libito & voluntate punientis. Quod eleganter sanctus Lucas insinuauit quando dixit quòd Pilatus tradidit Christum voluntati Iudæorum vt pro sua libidine illum punirent, non præfigendo certum genus suppliciorum: hoc est, vt quas voluissent pœnas exercerent applicarent q. iuxta desiderium & concupiscentiam illorum. Dira & cruda sententia constituere inimicos iudices & eis tradere potestatem in infligendis tormentis secundum desideria illorum. Si aliquando permittitur vt homo à suo inimico puniatur, flagelletur, castigetur que, veruntamen non permittitur vt pro sua libidine & concupiscentia effreni suum furorẽ & rabiem, & vindictæ sitim cõpleat in illum, nam qui tale fecit profectò non videmus quomodo non sit complex & particeps illius iniquitatis, Crudelissimum profecto hoc genus supplicij est & ab omni humanitate alienissimum. Sic namque tradidisse Leonibus, & Tygris pecora & animalia bruta, vt statim in frustra cõcindantur. Hanc igitur præseferre videtur emphasim vocabulum tradere, quam non importat verbum permittere. Quare non videtur commodè vnum pro altero vsurpari posse.

Nota.

Luce. 23.

Dira & cruda sententia.

Additur etiam istis quod in Deo idẽ pollere videntur ista duo scilicet permittere & facere. Nam qui cæco manum porrigere potest ne cadat, & eũ in foueam cadere permittit, lapsus illius imputandus venit illi videnti & permittenti. Deus quoq; benè videt hominem lumine gratiæ priuatum & diuino auxilio expoliatum aliud nil posse facere nisi in peccati foueam cadere, cum ipse Deus nõ velit ei præbere auxilium quo ipse peccator necessario indiget vt se contineat à peccato, si cadat & ruat à peccato in peccatum, cur imputabitur illi qui nec ab vno surgere valet sine gratia Dei nec non ruere in aliud? Ad hæc vt respondeamus breuiter dicimus falsissimum esse quod permittere in idem veniat quod facere. Nam quicunque facit verè & proprie dici potest causa eius quod dicitur fieri: qui verò permittit aliquid fieri (maximè si non tenerur prohibere ne fiat) non dicitur esse illius facti causa, nisi dicamus eũ fuisse causam permissiuam, quę conditio multum diminuit de causæ ratione: imò ineptissime dicitur & causę nomine gaudet. Et tantum ab est vt permittere & facere nihil habeant distantiæ ut apud orthodoxos receptissimus sit hic loqueudi modus vide

Respon.

licet

licet Deus permittit peccatum: & alius iure putatus est blasphemus, scilicet. Deus facit, vel causat peccatum. Nam sicut maxima blasphemia est dicere Deum esse peccatorem, ita non minor est asserere eundem fore causam peccati. Quicunque enim eo ipso quo causa peccati est, peccator cõstituitur. Quod si dicas; cum res ita sit, quomodo audet tantus Apostolus dicere Gentes & præcipuè Philosophos illarum traditos esse à Deo in immunditiam? Anhæc non est peccatum? Ad hoc solent respondere non nulli immunditiam istam bifariã spectari posse altero modo vt erat pœna aliorum peccatorum (saltim idolatriæ) & sic causatam esse à Deo qui hoc supplicio voluit tantum scelus punire, & cum Deus dicatur omnis pœnæ causa, illa quoque immunditia (quę pœna est) dici potest esse à Deo causata: altero modo potest considerari nõ qua pœna est, sed quatenus culpa est, & sic Deus non dicitur illius causa, sed nostra voluntas & præcedens peccatum. Vrges tu modo dicens; Ergo Deus punit vnum peccatum per aliud? quod si annuamus & concedamus, iam videmur facere Deum causam & authorem illius peccati. Nam qui punit, punitionis causa dici potest. Nos commodiorem responsionem esse putamus si dicatur Deum non punire vnum peccatum per aliud, sed permittere lapsum vnius in punitionem alterius. Et hoc nullam inuritDeo notam. Permittere hominem cadere in secũdum peccatum, vocauit hoc loco Apostolus traditionem: ad modum illius qui traditur puniendus alicui potestati pro illius voluntate. Sic Deus passionibus & concupiscentijs tradidit illos idolatras, vt effrenis concupiscentia torqueret illos pro sua volũtate & libidine: vt qui rationi obedientes esse noluerint subiecti essent effreni concupiscentię. Semper tamen potiebantur suo libero arbitrio concurrente. Alioquin non magis culpa digni forent quam bruta ipsa cum brutales suos appetitus complent. Semper enim Deus qui author naturę est sinit res suaui suo & natiuo cursu euenire, nulli vim faciens, suauiter disponit omnia. Quod si amplius vrgeas dicẽs Igitur vtentes suo libero arbitrio extricare & liberare se poterant à pœna illa qua Deus iustè illos constrinxit & obligauit? Et quis hoc ambigit? Aliàs peccator adiudicatus esset vt in peccato maneret perpetuo, & vbi cecidit lignum ibi esset, sicque recipiscendi & pœnitendi locum non haberet quod nedum hæresim sapit, sed etiã ipsa hæresis est. Sed replicas; Quomodo se extricabit si priuatus est auxilio diuino quo indigeret tam ad surgendũ à peccato primo, quam ad cauendum euitandumque secundum? An ex solo libero arbitrio istud præstare poterit homo peccator? Hoc iuxta sanam doctrinam dicere non possumus. Nõ enim tam efficaces sunt liberi arbitrij vires, vt per eas homo destitutus fauore & beneficio quidem diuino, possit se a præterito peccato liberare & futura noua que alia euitare: Secus frustra Dei gratia indigeret. Quod si non potest à Deo derelictus, quomodo imputantur illi noua peccata quæ non videntur esse in potestate hominis ex hoc quod iam substracta fuit ab eo in pœnam peccati gratia Dei, quæ necessaria erat ad cauendam secundum peccatum? Istud Scoti subtile ingeniũ superauit. Putauit enim ex hoc recte sequi peccatum secundum non esse voluntarium, sed quasi coactũ & per consequens nõ esse peccatum. Sed (citra iniuriam dixerimus tanti Doctoris) res non satis meditate & exacte ab eo fuit considerata. Nam duobus modis intelligi valet hæc gratię substractio, vno modo sic quod semel deperdita & substracta nulla relinquatur spes

Respon.

Respon.

Replica.

spes amplius rehabendi eam, sicut fit quando quis in læthali crimine exhalat animam hoc est moritur in peccato mortali. In hoc peccato subtrahitur à peccatore gratiæ beneficium absque vlla spe recuperandi eam. Sic nãque hic homo à Deo est destitutus fauore vt irreuocabili sententia dicatur desertus. Hac lege tam dura & crudeli neminem statuit vnquam Deus in præsenti vitæ quantumcunque grauissimum peccatorem punire. Neque etiam illum quem videt in peccatis ob duratum, quod si ita fieret, Scoti ratio vires & robur haberet. Sed absit ab animis christianis vt tale quid de Deo sentiamus. Hac tam crudeli poena illos solos punit Deus qui in mortiferis criminibus extremum claudunt diem
Ioan. 8. a: quibus minatus est Christus hanc vindictam dicens, In peccato vestro moriemini. Alijs vero qui dum viuunt etsi peccatis peccata addunt & eunt de peccato in peccatum, non talem Deus parauit vltionem. Sicut enim in virtutibus quædam progressio
Psal. 83; est iuxta illud quidẽ Dauidis; ita in vitijs & peccatis est progressus vel si maius lapsus. Nam licet omnia peccata non sint connexa quęmadmodum
D. Tho. 1. 2 q. 73 ar. 6 virtutes (vt rectè autumant theologi) tamen ab vno vitio in aliud facilis est prolapsus. Quis non videt quam propensus sit homo voluptuosus & gulæ deditus, ad luxuriam & ad carnis spurcitias? Et qui superbus est quanta facilitate ad ambiendos vanos honores inclinatur? Et qui iracundus, quã prõptè ad rixas & ad impatientiam prouocatur & ruit? Quare elegãter. B. Gre
D. Grego. gorius illam pronunciauit sententiã peccatoribus quamutilissimã dicens Peccatum quod per penitentiam nõ deletur mox, suo põdere ad aliud trahit. Et fortassis propter hanc authoritatem non recusarunt aliqui asserere peccata esse connexa. Sed propriè loquendo talia non sunt dicenda. Nã certum est quædam peccata esse inter sese contraria in quibus tantum abest vt vnum ad aliud trahat, quod ab alio distrahit. Auaritia namque non trahit ad prodigalitatem, imo distrahit cum sit alud extremum. Veruntamen est esse pleraque peccata quæ affinitatẽ magnam habent, vt ex nimio cibo potuque nascitur mox impudicitia & luxus, quod insinuauit Apostolus quando dixit; Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Sed hæc per transennam Ad rem igitur reuertentes dicimus Deum nunquam denegare auxilium peccatori, sed semper est promptus & paratissimus ad præbendam ei manum quo surgat ab illo in quo iacet peccato dicens. Reuertere, reuertere, & surge qui dormis, Dicis, videmus multo tẽpore etiã ad mortẽ vsq; peccati sopore grauatos peccatores non euigilare & excitari. Planè fatemur (& vtinam non tot tantique essent sed per quem stat, an per vocantem & ad ostiũ pulsantẽ, an per illos obruratas habentes aures? Nonne iustam habet Deus de istis hominibus quærelã quando dicit; Vocaui, & renuistis: extendi manum meam & non erat qui aspiceret? Hæc & alia nonne sunt auxilia quibus Deus ad se cupit trahere peccatores? A quibus etsi beneficium subtraxerit gratiæ, vocans illos ad se rursus paratus est eam restituere. Nõ enim intendebat illos in perpetuum relinquere desertos & gratiæ expoliatos. Sed dicit peccator; Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Poterit ne Aethyops mutare pellem suã? Poterit quidem. Quomodo? Capemodum: Concius sit sui erati, eiusdẽq. eum poeniteat, ad patrem misericordiarum se conuertat, cum prodigo clamet dicens; Pater peccaui in coelum & coram te: cum publicano dicat; Deus propitius esto mihi peccatori: opem diuinam inuocet, & vno cõcludamus multa, faciat quod ipse ex sua parte potest sic gratia Dei destitutus illi præsto aderit diuinus fauor,

bor, nec tardabit auxilium quo peccator indiget: Quod si facere neglexerit, & maluerit in suis volutari spurcitijs, & spurcatus in luto in munditię persistere, nihil conquerātur nisi de seipso. Non dicat; Deus dereliquit me: Aliā legem video in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuum me ducentē in legē peccati: concupiscentię catena ligatus sum. Solue vincula colli tui in felix homo: aperi ostium cordis tui. In ostio inuenies auxiliatorem tui. Ipse stat in ostio & pulsat. Si vis vt sol ingrediatur, aperi fenestram cordis tui, vt illumineris & excutias à te tenebras illas quibus obscuratum fuit insipiens cor tuum. Ne tardes conuerti, neq; diferas de die in diē. Quò plus tardaueris, plura te inuadent peccata, & minus aptus eris ad recipiendum gratiæ beneficium: pluribus namque eris irretitus peccatis. Quò enim subiectum vno contrario magis abundat, tantò ad aliud recipiē dum indispositum & incapax est. Sic minus aptus est ad gratiam recipiendam quò pluribus aliquis irretitus est peccatis. Concludamus ergo hoc nostrum propositum, dicentes Pauli sermonē in hoc loco esse verum quādo dixit Deum tradidisse illos in immunditiam, non causando ipsam immunditiæ traditionem, sed eam permittendo; hoc est, illos fuisse traditos Deo permittente, non autem causante. Et hunc dicendi modum amplexati sunt grauissimi doctores; Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, & alij multi: & sic se liberarunt ab illis monstruosis sensibus hęreticorum, qui stultissimè somniarunt Paulum hic tollere liberum arbitrium: & quod longe stultius erat, ex hoc loco colligere conati sunt omnium malorum tam pœnę quam culpę Deum esse authorem. Miseri homines vel in hoc loco suā prodierunt ignorantiam, qui se iactāt super omnes ab eis esse intellectas scripturas, ignorantes modum vsitatum scripturę factæ esse (notum etiā ipsis nouicijs) quòd cùm aliquid est factum Deo tantum permittente, scriptura quasi sit factum Deo faciente enarrat ac recitat. Et illos quos hic modus latuit, consequens fuit vt in multis locis sacræ scripturæ hallucinati fuerint: sicut rursus forsan inferius adnotabimus fusius. Quæ si fortassis lector non percipit, hac similitudine fiet ei planiùs. Quando est aliquis medicus qui infirmum assumpsit curandum, si videt illum minus sibi obtemperantem esse & multum incontinentem ab illis quę ipse prohibuit ei, quid facit? Quid? soluit & laxat ei habenas & permittit vt nociuis vtatur omnibus pro suo libero arbitrio, vt à morbo quo laborat minime conualescat. Quòd si præceps labatur in varios alios morbos, & tandem in mortem incidat, eius mortis medicus causa permissiua tantum dicendus est. Nō enim ipse ordinauit aut dedit noxia quæ eius necis causa fuere, sed tantum permisit illum. Sic Deus animarum nostrarum medicus cupiens mederi nostris infirmitatibus salubres medicinas ordinat, vetat peccata, concedit & ordinat virtutes peccatoribus infirmis: videns illos parum aut nihil curantes de suarum animarū salute suis præceptis non parentes & obedientes, nimium cupientes quæ salutis animarum non sunt, continere se abillis nolentes, tantum voluptates amplectentes, quid facit Deus? quid? laxat illis habenas tradit illos, hoc est, tradi permittit in desideria etiam prua, fœda, immunda q; vt in suis corruptis moribus compleant. Quid facit hîc Deus? immittit, impellit, aut causat in illis corruptos illos affectus? Absit, nam ipse fons & origo est omnis sanctitatis: sed dissimulat, permittitq; vt prolabantur in varia turpitudinis genera. Quid hic Deus agit? Profectò oculatè lector si rē exactè perpendas examineq; videbis Deum nihil agere.

Ad Roma. capit. 7.

Isayæ 50.

Apocalip. 3.

Simile.

n°.

re. A quo igitur traduntur in desideria sua? A suis peccatis. Dicis, Quomodo igitur tribuitur istud Deo? Iam dictū retro à nobis est quod pro consuetudine scripturę istud fit: sed nunc lubet & aliam addere rationem, est autem secūda ratio istius modi. Paulus istud facit vt maiorem immitteret peccatoribus timorem, sicque maiori & vigilantiori cura à lapsu peccatorum se se custodirent. Cum enim horrendū
Hebr. 10. sit incidere in manus Domini maximè viuentis, quo magis Paulus malos & reprobos deterreret, attribuit Deo hanc traditionem ac si ipse esset author & factor. Vnde fortè cum potuisset Apostolus dicere; Propter quod, nempe peccatum idolatriæ, permisit Deus illos ruere in desideria cordis illorum, non dixit hoc, sed ait Propter quod tradidit illos Deus &c. quasi maiorem incutiens pauorem. Verbum enim tradere durius vocabulum videtur esse quam permittere. Nam tradere magis videtur significare inflictam esse illis pœnam pro peccatorum meritis quam permissionē: licet hęc permissio quędam poena sit, non tamen verbum permittere inclu dere videtur, innuere & importare afflictionem poenę sicut verbum tradere. Sunt namque aliqnę per missiones saltem apud homines sine poenæ inflictione. Lupanaria permituntur in Aepub. absque punitione. Et in lege veteri permissus erat libellus repudij absque vlla animaduersione. Quando verò dicitur aliquē esse traditū, insinuatur illum applicatum fuisse ad luendas poenas. Et hoc forte voluit Paulus significare nobis quando dixit; Propter quod tradidit illos Deus in immūditiam cordis eorum. Quasi diceret. Hac poena affecit Deus illos homines qui cum cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt nec gratias, egerunt sed mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum: propter hoc nefandum peccatum & scelus, Deus tradidit illos in hanc poenam ab ipsis benemeritam & illis condignam, vt subijceretur suis passionibus & concupiscentijs etiam cum suimet magna contumelia. Hęc poenæ inflictio commodius multo declarata est per verbum tradidit quā per verbum permisit. Dicis, sed hæc. poena simul & culpa est. Fatemur, sed quatenus poena est a Deo dicitur inflicta, vt vero est culpa alienissima à Deo est. Nam illud opus, vt poena est in eo Deo agit: vt vero est culpa, Deus non agit, sed tantum permittit: & sic vno modo referri potest in Deum, alio vero modo minime. Nec hoc loco approbamus quod quidam dicūt aliquomodo Deum dici posse causā peccati. Nam cum dicitur absolutè peccatum pro culpa solet vsurpari: nā in peccato principale est culpa, quod autem sit poena alterius peccati, hoc peccato accidit. Nam non conuenit per se: secus omni peccato competeret. Certum quippe est quòd primum peccatū Angeli & hominis primi nō erat poena alterius peccati. Sive ro addatur peccativt poena est cū hoc addito sustineri potest illa loquutio dicēdo Deum esse causā peccati vt est poena peccati. Nā hoc pacto à Deo est summo bonum & iustū est. Sed ab ipso loquēdi modo præstat abstinere, ne detur simplicibus & rudibus occasio & ansa aliquid sinistri & absurdi de Deo cogitandi. Nā non omnes sciunt distinguere inter peccatum vt poena est & vt culpa est. Sed horreamus omnem illū hominem qui ausus fuerit effutire dicereque Deum Opt. Max. esse peccati authorem, & hunc sermonem tā quā summā blasphemiā detestemur. A patribus namq. nostris verè orthodoxis, à multisq. cōcilijs, & à tota vera catholica schola talis propositio condēnata merito fuit & est. Neque eam permittere deberent etiam disputationis

tationis causa, scholarum præfecti in conflictibus publicis vt adducatur litiganda & discutienda. Tanta enim tã que manifesta blasphemia in contro uersiam non debet adduci: sed sine contentione ab omnibus qui se orthodoxos esse putant, recipi tamquã dogma catholicum debet, nedũ Deũ non esse peccati causam & authorem verumenam nec esse posse.

Sed hunc Pauli locum vt missum faciamus hora est, quod faciemus si prius tamen de duobus admonitione dignis hîc à nobis candidus lector admonitus fuerit, quæ ei alluſionis vice inſeruire poterunt. Alterum est vt me ditetur quomodo Deus pro peccatis illorum non tradidit illos deuorandos laniandosque Leonibus, Tygris & crudelissimis bestijs tam terræ quam maris absorbendos. Ionam cete deuorauit, eo quod Deo iubenti vrbem in Ioue.2. Niniuem vsque, obedire noluit. Daniel traditus fuit Leonibus deuorãdus. Daniel.14. Isti vero Paulo attestante traditi sunt suis desideriis, passionibus, & concupiscentijs. Mira res. Illi boni viri erant, & traduntur crudelibus bestijs, qui nunquam bestijs dederunt Dei honorem, & isti qui ablegauerunt abstulerunrq; à Deo cultum, honorem & gloriam, non traduntur bestijs ferocibus? Quæ quæso est hæc Dei iusticia; maiores peccatores minoribus punire pœnis? Nunquid secundum delictum debet esse & plagarum modus? Cedo quod scelus & quale crimen comparari valet cum impietate istorum hominum? Deute.25. & tamen rã leui mulctainuemur illos mulctatos. Reuera non est quod in hac re Deum miremur. Si quidem si has pœnas & supplicia quibus afflicti fuerunt diligentissimè ponderare Respon. volumus, luce meridiana clarius reperiemus multò durius punitos & afflictos fuisse quam si illos Deus Leonibus & alijs feris immanissimis rradidisset laniandos & deuorandos. Crudeliores profecto sũt nostræ libidines & effrenes concupiscentiæ, quæ magis torquent, cruciant & affligunt quã immanissimæ bestiæ. Nam istæ si deuorant corpus, non cruciant animũ, istæ cito pessundant homines, & vnicam inferunt mortem: at concupiscentiæ diuturnæ sunt, ad diem vsque vltimũ vitæ perdurant. Illæ semel occidunt, istæ millies: ab illis multi enaserunt, ab istis nemo est qui se abscondat à calore earum: de illis ferocissimis bestijs aliqui triumpharunt, istæ Dauidem, & Sampsonem viros fortissimos vicerũt. Vis videre quam crudeles, & diræ libidines sint & concupiscentiæ in quas fuerunt isti miseri traditi? Ausculta Paulum de illis querimoniam facientem: Infœlix homo, inquit, quis me liberabit de corpore mortis huius? Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum hoc ágo Magnus tyrannus & durissimum iugum est fomes peccati & ipsa effrenis concupiscẽtia, maximè in illis à quibus subtracta est gratia Dei. In ijs non ratio, sed sensualitas dominatur, & ab ea reguntur, non à ratione. Subtracta gratia, & gubernante sensualitate, quid inde sperare possumus nisi peccatum? Ar subiectũ esse peccato, crudelissima res est. Vnde experimento comprobamus homines qui ratione non ducuntur, crudeliores esse ipsis feris & bestijs. Nec mirum. Nam quod homo animal mansuetum sit, à ratione habet: quod autem ferox & crudele à sensualitate, per quam sensualitatem non solum homo alijs crudelis est, sed etiam sibi ipsi. Factus sum mihimetipsi grauis, dicebat quidam. Grauius igitur flagellum & supplicium quo Deus in hac vita punit peccatores, est tradere, hoc est, mittere illos in desideria cordis eorum maximè in desideria immunda, & impudica. Neque refert quod peccata carnalia sint minoris culpæ: nam si sunt leuioris culpæ, sunt tamen maioris ignominiæ et contumeliæ, et magis nos assimilant brutis

Roma.7 ibidem.

Iob.7.

animalibus quam alia. Et hinc factum est quód Deus potius permisit illos Philosophos prolabi in hæc peccata quam in alia: hæc enim sunt quæ magis maculant & infamãt nobilem hominum conditionem. Qui namque persequuntur talia desideria, fiunt sicut equus & mulus in quib⁹ non est intellect⁹. Imò aliquãdo equus & mulus (vt ita loquamur) honestiores, sũt quibusdã hominib⁹ in suis voluptatibus capiendis: nam naturæ limites nõ transgrediuntur illa irrationalia animalia, sicut vsu venire videmus in quibusdam miseris hominib⁹: qui vt ad vnguem compleãt suas libidines, naturæ modum excedunt & prætergrediuntur. Concludamus ergo & dicamus non ad leues poenas condemnatos fuisse idolatras & vanos Philosophos, sed ad crudelissimas, quãdo Deus dimisit illos & permisit in sua praua desideria labi. Nãdurior crux dum viuerent eis tradi non poterat. Quare iuxta sua merita poenas dederunt. Hoc vnum nobis visum est dignum vt à quocunque lectore animo meditaretur: cuius meditatio vna cũ Dei ope sufficiens est ad frenandas nostras concupiscẽtias. Adiuuet nos Chtistus Iesus qui non vult homines perire, & in hanc tãtam calamitatẽm perduci. Et ne nos inducas, o pijssime Iesu, in has tentationes, sed libera nos ab hoc tam durissimo malo, ab alijsque omnibus Amen.

Pal. 31.

Luca 11

Portó alterum quod hoc loco cõtemplari debet lector in hac animaduersione horum Philosophorum, est Dei misericordia & benignitas, qui non infligit poenam aliam prẽter illam quam sibi accumulant peccatores. Audi patrem nostrũ Augustinum clamentem. Insisti Domine & ita est, vt semper sibi ipsi sit poena, in ordinatus animus. Vnde ipsemet peccator sui est tortor & carnifex. Suose iugulat gladio. Ipse ex multis filis hoc est, peccatis, componit & construit funem quo strangulatur, Dicis, & rogas; Quomodo conficatur iste restis? Responsio est; quãdo cito deserere non vult peccatum, vnum parit aliud & illud aliud: sicque fit peccatorum catena & funis. Funes peccatorum, clamabat Psaltes, circũplexi sunt me Quando Deus permittit hunc fieri à peccatore funem, priuatur ipse gratia præueniente: imó & subsequẽte. Illam peccator suo peccato reijcit à se: per quod indignus efficitus altera. Vnde verissimum monstratur illud beati Augustini proloquium quo dixit Deum non prius esse desertorem, quam punitorem. Homo namque prius deserit Deum quam deseratur à Deo. Vnde si rem meditatissimé rimari & scrutari volumus, inueniemus quód peccatore nõ derelinquẽs peccatum ipsemet spõtaneé se dat effreni concupiscentiæ. Nam secundum rationem se & suas actiones regere nõ vult, sed deprauata voluntate impetum motus & desideria sensualitatis mauult sequi & amplexati. Sua igitur sponte rationem quę domina esse debebat, effrenis concupiscentiæ ancillam & seruam facit. Quare melius dicemus illos à seipsis immũditię traditos quã a Deo. Hanc namque captiuitatem siue subiectionẽ ipsi sibimet Influxere, Cæterum quia Deus præseruare illos poterat á tanta miseria & non fecit: (& hoc iustissime) ideo dixit Apostolus istud à Deo iusto suo iudicio permissũ fuisse. Qui n. rationi parere noluerũt, æquissimũ fuit vt sensibus & passionib⁹ subijcerẽtur. Et in hac animaduersione relucet quoque Dei misericordia, quæ super exaltát istud de illis iudiciũ. Merebãturnamque in nihilum redigi cùm conseruãtur in esse, (& si infaelici) apparet & ostẽditur benignissima Dei misericordia, quam nos supplices implorare debemus in dies ne in tam infoelicẽ miseriã perducamur fortassis nostris peccatis eam nõ minus exigentibus.

Sequitur in text. In desideria cordis eorum in immunditiam.

OStendit Apostolus illos Philosophos prius fœdata habuisse corda sua vitiorum sordibus quam sint tradiri à Deo in immunditiam. Quod nō sine mysterio putamus esse factū siue dictū ab Apostolo. Nam sic magis reos illos facit & Deū ipsum à cāusa peccati excusat & excludit. Ipsi quippe iam erant parati, & ipsas immunditias amabant, imo horatim opere complere per optabāt. Ad iter accincti: calcaribus non egent. Videns ergo Deus tam inclinatam & propensam eorum voluntatē ad malum, sic eos absque freno in suas prauas concupiscentias ruere passus est. Quain re sic Dñs cum illis egisse videtur quemadmodum agit medicus qui omnia cōcedit, etiam noxia, illi infirmo qui salubria & conferentia recipere renuit: de quo cum non bene speret, non videtur ei esse crudelitas, si amplam deridi illi omnium ciborum licētiam. Simile.

Si enim infirmus nulla ductus ratione sed potius animi passione, omnibus medelis quæ valent ad tuum morbum, repulsam. Dat & rantum contrarijs & pestiferis rebus vti vult, culpandus profecto non est physicus si cum illo consentiat. Imputeturilli si suimet homicida esse vult. Sicin proposito, Deus iam docuerat eos quid bonum, quid ve malum, & hoc fugiendum tamquam animæ necem, illud vero amplectandū: sipsi postea versa vice malum bonum dixerunt & é contra, nos certè nescimus in Deum culpā retorquere sed tota est illorum: quorum vnicuique bene quadrat quod Propheta dixit. Perditio tua ex te Israël: tantummodo ex me auxilium tuum. At dices, non ne misericorditer cū illis egisset Deus si sic paratis ad mala patrāda manum suæ misericordiæ supposuisset ne caderent: & hos (qui veloces habebāt pedes ad malum) freno detinuisset? Nōne misericorditer sic actum est cum Paulo qui aliquando istis similimus erat? An abbreviata est manus Domini, vel misericordia Domini tota est Pauli? Et si corporum medicus hoc freneticis infirmis non præstat, sed eos vt volūt mori permittit, hoc Deū facere minime decet: quoniam omnia mundi corpora non æquāt vilius animæ iacturam, & quod interdum conceditur corpori, maxime est negandum animę, cuius valor tantus est vt solus qui eam fecit dicere sciat. Alia ergo videtur habenda ratio de animarū quam de corporū salute. Et quod magis hanc rem firmat, est medicorum in efficiendo potentię disparitas. Nam ille, corporum videlicet prout vult mederi non potest: verum hic, scilicet animarum (qui sanat verbo omnes infirmitates nostras) non minus facilins est ei dicere paralytico; surge tolle grabbatum tuum & ambula, quam dicere remittuntur tibi peccata tua. Aequissimum ergo fuisset si Deus sic misericorditer cum illis egisset. Nos quidē (& si velimus) haud inficiari possumus summam esse misericordiam detinuisse tam paratos & promptos homines ad malum ne sic in tot tantaque scelera tam effrenes proraberētur: at quód non sic sit factum, consilium fuit diuinum, in quo cum nemo consiliarius sibi vnquam exciterit, proinde ad hoc desideram hominem qui huius clausi libri sigillū nobis aperiat. Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit: inquit ille diuinus Propheta? Et in hoc negotio, nostram debemus fateri insciriam. Nam non videmus alia causam proprié ob quam Paulo data sit hæc misericordia Domini & non istis, præter diuinam voluntatem sic volentem. Quoniam hoc etiam non minus est extra propria merita quam ipsa

Ioann. 5.

Respon.

Isaye 40.

Osee 13.

ipsa prædestinatio (de qua inferius erit sermo.) Et ideó quæ magis verè & propriè assignari poterit discriminis huius causa, est nuda Dei voluntas: quæ si vnius misereri vult, & alterius non, non propterea cuiquam iniuriam facit. Quoniã si æqua lance hoc ponderare volumus, offendemus certè neminem esse, qui debitam assequutus sit misericordiam: nec aliquem dabis, qui indebitam passus sit iustitiam. Quare vtrique amplam satis habent ansam laudandi datorem: alteri de misericordia gratias reddentes, alteri vero de iustitia Dei glorificantes. Sicque illorum quilibet cum Dauid cantare poterit; Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Fatentur igitur magnam esse misericordiam continere peccatores ne ruant in peccata, sed ipsi non fuerunt meriti, nec Deus hoc eis debebat. Vnde cum voluntariè (& non Deo impulsore) peccauerint, nulla eis fit iniustitia si à Deo relinquantur. Quippe dignos se præbuerunt quibus deneganda esset misericordia, & infligenda ista pœna: quæ congruè & debitè inflicta est. Nam ipsi habentes Dei cognitionem, noluerunt se disponere secundum eam. Idcirco meruerunt hanc pati pœnam. Aequum & congruum quippe fuit vt qui noluerunt ingredi viam quam lumẽ naturæ eis monstrauit, subijcerentur effreni concupiscẽtiæ, & in vijs eius relinquerẽtur, vnde fateri cogerentur dicere quod in lib. Sap. de eis scriptum est. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis: & ambulauimus vias difficiles. Mentiuntur ta nen cùm ajunt; lumẽ veritatis non illuxit nobis. Illuxit quidem lumen signatum super illos: sed ipsi auerterunt, oculos suos diligẽtes potius sensualitatis tenebras. Quare iure derelicti fuerunt in illis. Et has tenebras concupiscentiæ vocat hic Apostolus desideria cordis. Veruntamen vt hunc Pauli locum penetrare melius valeamus, varia esse desideriorum, siue concupiscentiarũ genera obseruare oportet. Alia sunt quæ non apparent fœda & immunda: alia quæ nedum impudica apparent, sed reuera talia sunt. Prioris classis sunt mundana glõria, fama, potentia, dominatio, faustus, pompa, illustris sanguis, diuitiarum abundantia, honorari ab omnibus tenere primas cathedras, vocari ab omnibus rabbi, & alia quæ huiusmodi farinæ sunt. Hæc sunt desideria effrenis sensualitatis, ad quæ procurãda impellit alliciatque peccatum. Peccatores namque sunt qui isthæc vana diligunt: de quibus diuinus Psalres sic loquitur dicens. Filij hominum vsquequo graui corde? vt qui diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Et meritò ad filios hominũ suum dirigit sermonem. Siquidẽ ipsi sunt qui anhelant ad hæc mundi gaudia vana. Nam qui sunt filij Dei, hæc floccifaciunt, & ea vt stercora arbitrãtur. De quorum numero noster Apostolus vnus erat. Audi illum palam dicẽtem Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucri faciam. Et non immerito vocat. Propheta hos homine filios hominum & non homines. Mali & praui ũlij hominum esse possunt: sed non sunt homines. Homo enim qui (teste Philosopho) ratione & arte viuit, dicitur qui vero inhiat & concupiscentijs & voluptati operam dat: Is potius bestiæ nomẽ meretur quam hominis. Non igitur appellari qui sectantur desideria concupiscentiæ homines merentur, sed homines corde grauatos. Vani homines corda sua habent grauata tam culpa quam pœna. Peccata onera grauia sunt, & importabilia. Dicat illud patientissimus Iob. Cur non tollis, inquit, peccatũ meum: & quare non aufers iniquitatem meam? Cur bone vir cruciaris? quid habes? dic nobis? Dicit. Nimiũ grauor. Aquo? cedo? Respondet. A peccati onere. Factus sum mihimet ipsi

Psal. 100.

Psal. 4.

Ad Philip. 3.

Sap. 5.

Psal. 4.

Iob. 7.

ipsi grauis. Magna calamitas à seipso grauari. Vide lector quomodo sibi ipsi hoc grauamen ascribit non alteri. Quando quis ab alio grauatur, appellationi locus est à futuro (vt vulgo dicitur) grauamine: sed quando à seipso, quò ibit in felix homo? Ad quem confugiet? Quocunque se vertat secum adducit grauamen. Ad cœlum leuare oculos non valet: nam graue non ducit sursum, sed deorsum impellit. Talis enim est eius naturalis impulsus. Alio enim ducere non valet peccatum nisi ad in

Psalm.54 feros. Ille est locus eius: in illumque remittit Propheta peccatores dicens,

Iob.17. Descendant in infernum viuentes.

A agrauitas. Et dicat qui in peccato est: Infernus domus mea est. Alia grauitas cordis est quæ pœna dicitur, quæ iure adaptari valet effreni concupiscentiæ de qua forsan Sapiens dixit eam deplorans; Graue, inquit, iugum super fi-

Eccles.2.40. lios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Considera homo miser quicunque sis tuam tam diuturnam & longam miseriam: à die natiuitatis, vsque ad diem mortis duraturam. Ortus principium est, finis verò mors. Quid tam longum onus portare poterit? Onus profecto

Actorum 15. est quod nec nos, nec patres nostri portare potuerũt. Ceterum alia sunt desideria effrenis cõcupiscentiæ quæ versantur circa immunditiam: & de istis loquitur hic Paulus. Quare non fuit contentus dicere illos traditos fuisse in desideria cordis sui vel cordium suorum, sed adiecit in immunditiam vt genus desideriorum aperiret. In genere dicit nunc, postea in specie. Quare non multum ad Pauli mentem est quod quidam dicunt vi delicet hoc in loco Paulum nomine immunditiæ intelligere aliquem singularem lapsum carnis: forte illum qui dicitur mollicies. Sed multo germanior est sensus si dicamus hic Paulum tantum explicare in genere desideria illorum immunda & impudica. Istis desiderijs tradidit illos Deus, non alijs quæ & si veniant à concupiscentia effreni, ramen honestiora videntur, & non sic infamant homines quemadmodum ista quibus homines similes bestijs redduntur. Imò peiores bestijs qui habentes desideria carnalia cogitationes pollutas habẽt, in labijs verba turpissima, in factis & manibus impudicissimos actus operantes, & inter se se illam immunditiam (quæ nominari indigna est) perpetrantes. Hæc sunt desideria in quæ Deus permisit illos ruere. Sed dicis; Culpam ob quam? Contemplare pœnam, & ex ea conijce & collige culpam. Ausculta processus merita & ex eis perspicies iustam Dei vindictam. Longum esset omnia demerita discurrere: sed compendio tibi tradimus, ne plus iusto prolixiores simus. Demeritorum illorum hæc summa est. Illi detinuerunt veritatem Dei in impietate, & in iniustitia: cognoscẽtes Deum, non sicut Deum glorificauerunt, nec ei gratias egerunt: euanuerunt in cogitationibus suis, iactabant se de sapientia, obscuratum habebant insipiens cor. Sed hæc nihil sunt. Audi quod nefandissimum est. Illis non contenti, mutauerunt gloriam in corruptibilis Dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedũ & serpentiũ. Quis ist hæc sustinere posset? Videns Deus (qui patiẽtissimus est in dissimulandis hominũ peccatis) iuã gloriam, honorẽ, cultũq; sibi soli debitum trãsferri, dariq; hominibus, bestijs serpẽtibus, lapidibus, tyrãnis, soli, lunæ, & stelis: idolis, simulachris lignis, dæmonibus & rebus pudendis: ab alto ista intuens contemplansq; quòd de ipso nulla iam fiebat mentiõ nulla erat recordatio quasi à patientia victus à sua excitatus iustissima, ira ne tanta & tot fascinora & scele-

ra pro istis recensitis & alijs merito recensendis propter hæc omnia tradidit illos Deus in desideria ista immunda vt per hęc punirentur & pœnas non condignas (multò namque maiora erant commeriti) punirentur. Mox insurgis dicens. Hoc ipsum isti optabant, optatum dedit Deus ; non videtur hic accommodus castigandi modus. Fortet tibi sic apparet : sed reuera non est. Con su pan se lo coman (vt nostrates dicunt) cum suò pane comedant profit illis. Dedit quod optabant sed non in bonum, sed in illorum cruciem & malum. Bestias coluerunt: à bestiarum veneno percussi sunt. tyrannis honorem præstiterunt: sub tyrannide concupiscentiarum comprehensi sunt. Gloriam Dei mutauerunt: & ipsi mutati sunt in bestias, & si non natura, vita tamen & moribus. Deum verum spreuerunt : & ipse illis par pari retulit. Spreuit namque illos in his in quibus illum contempserunt : vt pote in fœdis desiderijs eis demmet Deus se de suis vindicauit inimicis. Et sic ad impletum est quod per Prophetam dictum erat ab eo, nempe; Vindicabor de inimicis meis. Sed hoc quomodo fiet? Respondet, Cum inimicis meis. Inimici erant homines illi : vt pote, peccato irretiti. Et inimica sunt desideria immunda Deo, qui est omnis munditiæ limpidissimus fons. Sed requiret fortassis à nobis acutus lector, quid causæ fuerit quòd Paulus hoc in loco non fecerit mentionem de alijs peccatis istorum, sed tantum de carnalibus? non de superbia, non de auaritia, non de iactantia, nec de ambitione : nam istis etiam contaminati & inuoluti erant. Ad hoc forte respondere possunt multi dicendo ideo hæc peccata dissimulata fuisse ab ipso Apostolo eo quòd iam de istis taxauerat illos quando dixit illos euanuisse, & quando dixit effectos esse stultos, de sua sapientia præsumentes. Sed nos libentius aliam sequi volumus causam & rationem. Nam quod expectabat ad illa vitia iam Paulus inferius expresse impingit illis. Existimamus igitur Paulum mentionem fecisse de carnalibus quia istis magis ipsi affecti erant & maiorem pudorem incutiebant. Nam sicut iam alias adnotauimus & doctrina B. Gregorij est, peccata carnalia esse maioris erubescentiæ. Et rationem assignat B. Thomas Isaiæ. 1. Quia inquit sunt secundum potentias ignobiliores & maximè materiales. Ed id circo vt aggrauaret magis culpam illorum mentionem fecit carnalium peccatorum de quibus maiorem solent homines habere erubescentiam. Meminit quoq; desideriorum & non factorum, vt nos doceret Deum vindictam sumere non solum de peccatis manifestis sed etiam de cogitationibus occultis. Tametsi mox iam prorumpat in verba, illorum turpia facta apalam ostendentia, cùm ait; *Vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis.* Declarat hoc loco Apostolus de qua immunditia loquitur. De illa, inquit, loquor quæ est digna & plena ignominia : qualis est illa quæ fit contra naturæ honorem. Qui hanc veneream immunditiam operantur turpibus, fœdis, & immundis sordibus inficiunt sua corpora. Quæ immunditia tam est infanda, vt vel solum eius nomen castas & honestas offendat aures. Vnde Paulus vitij fœditatem abhorrens, illud proprio nomine non est ausus nominare : sed quadam circumloquutione vsus est vt verecundè tam pessima illorum vitia aperiret. Afficere corpora sua contumelijs (bona pace lectoris dixerimus) non est aliud quam sodomitas esse: à quo nomine abstinuit Paulus pudoris gratia,

Isaiæ 1.

D. gregor. D. Thom.

Circa

Circa hæc verba considerandadili genter non nulla veniunt considera-tione digna. Et primò quidē considerandū venit quanta fuerit istorum hominū stultitia ac demētia qui propria corpora & non aliena voluerunt affi cere contumelia. Dignum profectò amentiæ præmium & supplicium: vt per ea quæ quis peccat torqueatur. Peccauerāt igitur isti in corpora sua. Sunt quædam peccata quibus peccator dicitur in corpus suum peccare quando ea committit: vt qui fornica
2. Corint. 6. tur in corp⁹ suum peccat ait Apostolus. Quid dicturus erat de turpissima foeditate quam illi committebant in ignominiam? Iam videsistos non solum traditos fuisse in desideria prava, sed etiā in actiones siue actus immundos & contumeliosos quibus infecta fuerunt corpora illorū. Nec mirum. Ex talibus enim desiderijs (& non impeditis) quid aliud consurgere & euenire poterat? Ex mala arbore erat nespectandus fructus bonus? Ex radice corrupta quid pullulat nisi quod corruptum est? Cor illorum, hoc est, appetitus, (cordis nomine hic sensualitas intelligitur) infectus & maculatus erat spurcitijs varijs. Ex maculato pro
Iob. 14. dire ne poterat immaculatum? Quis potest facere mundum de immūdo? Maculaueruntisti sua corda primum fœda habentes desideria, & subinde ora & manꝰ, hoc est, verba, & facta. Si Deus de illis qui manus plenas sanguine habebant, maxime conqueritur (vt Isaias cap. 1. scriptum reliquit)
Isaiæ 1. quid facturus est cum illis, qui non sanguine (qui aqua mundari potest) sed in nominādā turpitudine manus, & tota sua corpora deturpāt & maculant? Si Propheta attestātur, beati sunt
Psal. 118. immaculati, polluti, & maculati quid erūt? Sed quid allegamꝰ diuinū vatē? an nō dixit ille qui totus est mundus;
Mathei. 5. Beati mundo corde, quoniā ipsi Deū videbūt? Immūditia oculos claudit. Oculꝰ impudicus, impudici cordis
In regula. est nūcius, ait beatus Augustinꝰ. Qui claros habere cupit oculos, vt habeat; lauer, mundet, purificetq; priusquam cor suum. Abluat illud, si Deum videre cupit. Sed heu dolor, multi se abluūt, Cantico. 5. sed non dicūt illud Laui pedes meos: quomodo inquinabo illos? Abluunt Perseuerātia opus est. se aliqui tempore poenitentiæ, quo peracto mox ad sordium maculas se conuertunt. Luxus peccatum dimiserant, statim concubinā repetunt: voluptatibus operā dant. Inutilis lotio & vana ablutio ista est. Quomodo sit abluēdum cor nostrum elegāter satis nos docet Hieremias Propheta dicēs Hiere. 4. Laua cor tuum à malitia vt salua fiat. At isti miseri foedarunt corda & corpora sua: sed ea lauare nulla eis cura fuit, sed vt suos in luto iacere voluerūt, vt cōpleretur in eis illud, scilicet, Qui sordidus est: sordescat adhuc. Appo. 22. Exhis colligat acutꝰ lector quā mi serè carnalia peccata cęcos reddant homines, eosq; obduratos efficiāt. Quare nō inepte impudicus ac fœdus amor à Poetis depictus est cæcus: non quòd ipse talis sit, sed quod homines tales efficiat, nempe cæcos. Sed quid diximus cęcos? Parū diximus: imò mēte captos. Animaduertat deinde lector Apostolū nō loqui de omni venerea immūditia sed de ea q̄ est ignominiosa. Alioqui dānaret cōmunicationē que est inter conjuges. Illorū nāq; cōtuberniū nō fit omnino sine immūditia, licet fiat sine peccato. Neque hic aliquid dicere volumꝰ cōtra illos qui nuptias & matrimonia damnāt, quæ ordinata sunt in remedium concupiscentiæ. Hic error iam damnatus est. Neque hic locus cogit nos de hac re dicere, nec breuitas (quam semper præ oculis habemus) istud permittit. Qui hac de re plura nosse cupit, consulat illos qui libros de destruendis hæresibus composuerūt: in illis namque hæresum destructorijs abunde, satis cum alijs hæresibus destruitur & reprobatur hic error. Ex his denique Pauli verbis colligitur illa iam recepta in schola theologorū doctrina

communis, videlicet vnum peccatū esse poenam alterius. Nam aliter Paulus post multa enumerata peccata non rectè intulisset istud videlicet; propter quod tradidit illos Deus in passiones ignominiæ &c. non tamen colligere volens Deus esse causam illius quod sequitur peccati. In eum namque tantummodo recipimus hęc Pauli verba sensum sicut illa Prophetæ scilicet; Dimisit eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in aduentionib' suis. Vnde sicut Propheta inuentionū nomine peccata intelligit, sic hoc loco Apostolus desideriorum cordiū eorum appellatione peccata in quæ Deus illos tradidit, voluit insinuare.

Psal. 80.

O quot sunt inuentiones hoc nostro infelici tempore in peccatis. Quæso, dicito quid sunt Lutheri & aliorum hęreticorum nouæ doctrinæ, nouaq. dogmata insit puræ & meræ peccatorum inuentiones? Quid isti faciunt nisi vni errori addere alium: & vni iniquitati adiungere aliam? Et inter catholicos & illos qui pro christianis habentur, quot & quantas videre est inuentiones? Inuentiones in vestibus prophanis, in cibis ad gulam aptandis, in negotiorum fraudibus inueniendis, in proximis decipiendis (& vt vnoverbo dicamus) in peccatis inueniendis, augendis, & multiplicandis. Interroga mercatores, dicant ipsi qui nobis melius sciunt. Quot doli, quot fraudes in cambiorum negotijs hoc tempore vbique gentium committuntur? Quales inuentiones ipsi excogitarunt vt contractus suos tegant, inuoluant & pallient: vt nec ab ipsis doctissimis theologis vix intelligi, percipi, ac penetrari possunt? Quid cedo hæc sunt? Reuera aliud nihil præter hominum inuentiones dicemus, aptius peccatorum. Et quod longe miserabilius est, adeò isti suis inuentionibus pertinaciter hærent, vt citius euellas à leonibus vngulas, quam ab istis inuentiones has. Neque mirum. Nam forsan Deus permisit istos homines in hos labyrinthos & pessimas inuentiones ruere. Et cum ipsi nolint ab illis extricare se, & à talibus laqueis liberare, nā si cuperent disponerent se, Deus non denegaret illis gratiam & lucem qua agnoscerent pessimas suas inuētiones proijciendas, ne cum illis ad infernū traducantur & ibi luant poenas vna cum illorum primario inuentore Diabolo scilicet. Rogate ò vos negocia tores qui tales estis, vt Deus vestros aperiat oculos: quod sperare potestis si vestris cupiditatis effrenibus desiderijs frenum ponatis, memores verbi Pauli dicentis cupiditatem esse radicem omnium malorum & idolorum seruitutem.

2 ad Ephes.

Sequitur in tex.

Cordis eorum.

GRæca lectio non habet cordis, sed cordium. Hanc lectionem quidā alteri præferunt: fortassis vt quæ aliquid mysterij contineat præ alia. Si legamus cordium significari videtur in prauis & malis hominibus non vnū tantum esse cor sed multa. Tot habet peccator corda, quot desideria & appetitus. Non vno contentus est peccato. Si est cupidus, aliena quoque rapere cupit: si gulæ deditus, luxuriosus esse desiderat: si fornicator, alienithori violator fieri procurat: si adulter, virginum deflorator: si talis, suarum consanguinearum corruptor: tandem in varios concupiscentiæ turpes appetitus distrahitur. Vel fortè prauus homo multa dicitur habere corda eo quod discors est ab alijs. Vix prauī inter se cor vnum habent, sed discordes sunt tam in moribus quam in disciplinis. Vnde habere cor

re cor vnum, & animam vnam conditio bonorum est: mali autem diuersa corda & appetitus habēt. Vnus honorem colit, alius diuitias adorat quod vni placet, alteri displicet. Nulla est concordia inter malos, nulla cordium vnitas. Nunc nostris temporibus experimur inter hæreticos nullam esse concordiam. Quod vnus dogmatizat, alius reprobat. Nec hoc fine prouidentiæ Dei magnæ consilio Deus permittit, vt regnum diuisum cito desoletur. Concordia hæreses crescerēt, discordia lacerantur. Nequam homines si interdum conueniant, non diu durat eorum consensus sed cito rumpitur. Contrarios cùm habeant appetitus, in contraria sese conuertunt placita. Si secum non conueniunt, nil mirum si cum alijs discrepent. Quis quæso conuenire poterit cum hominibus qui in semetipsis tanta contumelia & ignominia afficiunt corpora sua? Cæterum dicis, Quid sibi vult in semetipsis? Hoc est ac si diceret. Non ab alijs patiebantur hanc ignominiam, sed à semetipsis. Ipsi per seipsos maculabant corpora sua. Modum autem nō est ausus dicere Apostolus præ verecundia. Peccatum tam fœdum erat vt pudor sit illud nominare. Quare aliud nomen non habet nisi innominatum. Si nomen tantum fœtet, rem quis sustinebit? Verè in hoc criminæ verum non habet quod trito solet dici prouerbio; videlicet, verba non fœtent. Huius autem criminis fœtor tantus est vt ad cœlum vsque ascendat. Clamor Sodomorū venit ad me. Mira res, ipsi secreto corpora sua à seipsis maculabant, & clamor venit ad Deum. Nam credere & existimare Philosophos palam & publice hanc immunditiam commisisse, prorsus incredibile est. Quare credendum est hāc corporū maculationē cōmissam fuisse ab illis clanculo & secretè. Dicis modo quomodo dicit scriptura quòd clamor ascendit si res secretò agebatur? Respondemus Deo nihil esse secretum & absconditum. Putabat Caim suum fratricidium esse secretum, sed reuera non erat, quod ex interrogatione Dei manifestum fuit, quando Deus dixit ei. Vbi est Abel frater tuus? Qui putās suum factū absconditum esse respondit; Nescio. Nunquid custos sum ego fratris mei? Cui Deus, Vox inquit, sanguinis fratris tui clamat ad me. Sanguinis nomine peccatū intelligitur, sicut assuetum est in sacra scriptura passim nomine sanguinis Patet igitur ex his quæ diximus quomodo Deus vltus sit suam iniuriā. Sed cum suapte natura Deus sit clemens & misericors, noluit omnem suam accendere iram, quod si fecisset prorsus actum esset de illis.

Gen. 4.

Ibidem.

Gen. 19.

Sequitur in text.

Quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium.

PErtenerat Apostolus suis coloribus depingere horum hominum pessimos mores: & quia cathalogum facere instituerat, nunc scelera scelerib⁹ accumulat vt sic etiam gradatim omnes pœnas quibus puniti fuerunt palam faciat. Dicit igitur nunc. Quia commutauerunt veritatē Dei in mēdacium. Quasi dicat. Non contenti illo malo, quo gloriam Dei mutauerunt, etiam in aliud lapsi crimen, veritatem Dei in mendacium ausi sunt commutare. Nec mirum. Nam iam effecti filij hominum (imò potius Dæmoniorū, quorū pater ab initio mendax est) diligētes vanitatē, nihil aliud quærentes quā mēdacium, quid miri si commutauerunt veritatē Dei in mēdacium? Si Deo vale dixerunt, eiusque gloriam bestijs, & simulachris dederunnt; Quomodo poterant isti diuinæ veritatis amatores esse? Quod quis parum, aut nihil amat, facile in quod vis aliud commu-

Ioan 8.

tat. Sed vos rogo ô Philosophi quam commutationem dabitis pro veritate Dei? Quid vtilius, melius, aut iocundius ea? Cum qua re illam commutabitis? an cum amicitia, quæ res maximè expetenda est? Nequaquam æqua erit commutatio: nam magis amica veritas. Nunquid cum Samsonis fortitudine? Minime, nam & ea fortior est veritas. Si enim scriptura testimonio credimus, super omnia vincit veritas. Quę res erit qua cũ commutari possit, non quę vis veritas, sed diuina? Si Philosophos & sapientes vos iactatis, an ignoratis veritatem Dei à Deo ipso nihil discriminari? Est ne ergo Deus res quæ in aliã cõmutari possit? Nõne stolidus esset homo ille qui lapides pręciosos & aurum, in lutũ vel aliud simile cõmutaret? Quæ commutatio lucis ad tenebras? Plane vel in hoc vos ostenditis maxime insipientes. Vbi sunt vestræ literæ? Vbi nam vestra sapientia? Si rem vobis ignotam commutauissetis tanti erroris aliqua esset excusatio: at qua excusatione dignum erit tam insipiens erratum, quo cognitam ex ploratamque à vobis Dei veritatem commutastis? Sed dicite in quid commutastis? Non audebunt ipsi hoc dicere præ tanti erroris confusione. Dicat ergo Paulus. In mendacium, inquid. O cæcitatem profecto ploratu dignam. In mendacium? Et quid in mendacio vidistis, quòd illud tanti fecistis? Hoc nescio an cecitatem an amentiam appellem. Qui veritatẽ non amat, sed mendacium diligit, ab hominũ natura degenerat. Iam quo modo vos appellemus nescimus, nisi cum Dauide vobis dicamus? Filij hominum vsquequo graui corde? Vt qui diligitis vanitatẽ, & quæritis mendacium? Iam non estis digni qui Philosophi nuncupemini, sed post hac omnis qui vos nominare voluerit, iure mendaces vocabit. Sed iam mittamus hos nec tanta sit nobis cura de mendacij amatoribus: & ad veram huius loci intelligentiam nostra conuertatur oratio, q̃ prima fronte scrupulum habet, qua scilicet via fieri potuit vt in mendacium mutata sit ipsa de Deo veritas? Nunquid Deus, & quidquid eius est, immutabilia sunt? Ego, inquit ipsemet, Deus, & non mutor. Huius scrupuli responsio esse potest, si dicamus ea quæ Dei sunt in nobis mutationi esse subiecta, quę in seipsis omnis prorsus expertia sunt mutationis. Veritas quippe Dei in seipsa nescit mutationem: at prout cognoscitur à nobis mutari potest. At dices; Et quomodo fiet istud? Nonne abeo quod res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa? Et propter nostrum velle mutabitur veritas, quæ non pendet à voluntate? Respondetur. Tunc noster intellectus dicitur commutare veritatem, quando relicto vero, falso inhæret. Nam veritas non commutatur in mendacium sic quòd mendacium sit terminus ad quem mutationis. Vnde in hoc loco Lectio græca clarior est; quæ non habet in mendacium, sed in mendacio. Quomodo enim potuisset summa Dei veritas conuerti in mendacium? Commutari autem dicitur quoties creaturæ attribuitur quod Deo peculiare erat. Nonne mendacium erat simulachris & idolis impendere illum honorem qui immortali Deo soli debetur? Aut quid differt à mẽdacio cognoscere Deum & eum non sicut Deum glorificare? Vnde ipsemet Paulus se exponit cùm dicit. Coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam Creatori. Hoc est commutare veritatem in mendaciũ: quod non tantum illos nobis fecisse videtur: sed & post illos multi alij fecere. Nonne Lutherus & sui sequaces agnitam veritatem repudiarunt eamque mutauerunt in mendacium? Qui antea multos ad auricularem cõfessionem adducebãt, non ne

Simile.

Mal. 4.

Psal. 4.

postea eam abominantes & penitus destruentes veritatem commutauerunt in mendacium? Et qui longo tempore sanctis Ecclesiæ indulgentijs ganisi sunt, & deinde quasi figmenta eas reputauerunt abominantes illa: numquid & isti veritatem in mendacium transmutauerunt? Et qui Ecclesiam sanctam Catholicam quæ tamquam matrem pia veneratione sunt prosequuti, & deinceps sine causa ab eius obedientia & prouidentia se subtraxerunt, an non veritatem in mendacium commutauerunt? Et qui Diuorum imagines debita veneratione colere soliti erant, postea (etiam in sanctos) crudelissimi effecti, eas ab altaribus abrademtes: non ne tales dici, & haberi mendaces digni sunt? Sed quid moramur? Quis numerus tam ingens comprehendere poterit eos omnes qui post Philosophos (quasi eorum hæredes) veritatem in mendacium commutare conati sunt? Certè nullus. Hos noluimus nominare vt magis perspecta foret eorum culpa, sicut & maiorem habuerunt de Dei veritate notitiam: quam malitia ponus, quam imbecillitate non sustinere volentes, in tam absurdos & stultos deuenerunt errores: quos si nominare vellemus, omnem excederent numerum, & super arenam maris multiplicarentur. Porrò vt hic Pauli locus exactè ad literam intelligatur, duæ illæ voces primò, enucleandæ veniunt; videlicet, veritas, & mendacium. Veritas duobus opponitur, mendacio, & falsitati. Quod falsum est, verum non dicitur: & quod mendacium est, etiam non esse verum dicitur. Nam mendacium est de eo quod non est verum: de eo quod est falsum. Addit tamen mendaciũ supra falsum, animũ & intentionem fallendi. Et hinc fortassis est quòd homines duriùs accipiunt quando de mendacio arguuntur, & quando appellantur mẽdaces, quam quando nominantur falsi. Pro maiori iniuria mundam homines ducunt mendacium, quam falsitatem. Vnde Apostolus non dicit mutatam esse Dei veritatem in falsitatẽ, sed in mendacium: & sic appellat illos Philosophos mendacij authores, & non falsitatis. Potest namq; aliquis falsum dicere absq; culpa, sed non mentiri. Qui falsum dicit, illud facere potest credens se verum dicere; vt videre est in illis, qui opiniones reuera falsas sustinent & mordicus tenent, putantes illas fore veras: qui mentitur, iam scit se falsum dicere, & prauum animum habet, nempe, decipiẽdi. Quare â peccato excusari nequit. Vnde Propheta non dixit; Perdes omnes qui falsum loquuntur, sed perdes omnes qui loquuntur mendacium. Vnde sicut credere aliquid esse verum, quod est falsum, non semper est peccatum: ita versa vice, existimare quod verum est fore falsum non est peccatum. Potest enim homo in multis veritatibus maximè speculatiuis) errare absque peccato: non autem absque errore. Purus & solus error intellectus, siue sensus licet malum sit, nõ tamen semper peccatum est. At qui mẽtitur semper peccat, omne enim mendacium peccatum est. Hoc loco nomine mẽdacij intelligi possunt hæc. Primo idolum, & ipsamet idolatria: quæ maximum mendacium est. Secundo potest intelligi creatura, quæ corã Deo est mendacium; omnis enim homo mendax. Vnde Dauid, vt quid, inquit, quæritis mendacium? Quis est homo qui quærit mendacium? Illi sanè qui dicebant Isaiæ 28. Posuimus mendacium spem nostram. O incredibilis amentia & stultitia, in mendacio ponere spem suam, hoc est, & in creatura? Et sic nil mirum si talis spes mentita est illis. Dicis; Si creatura est

Psalm. 5

S. Tho. 22. q. 69.

Psalm. 11. Psalm. 4

Isaiæ 28

mendacium, Deus est author mendacij: nam ipse creaturas omnes fecit. Respondemus quòd quãdo creatura habetur pro creatura & reputatur talis, tunc non est mendacium. Nam mendacium dicitur esse omne illud quod est vnum & aliud præsefert & repræsentat. Quando igitur creatura creaturam repiæsentat nihil mendacij est ibi: sed quando est ibi: sed quando est creatura & reputatur creator tunc mendacium est, & dicitur poni spes in mendacio. Qui igitur de creatura creatorem faciunt; & quod est debitum creatori tribuunt creaturæ, tunc temporis dicitur mutarj veritas Dei in mendacium. Hoc Gentes & Philosophi fecerunt. Sed dicis, Quæ est hæc veritas quæ commutata fuit in mendacio? Nonnulli referunt ad cognitionem illam naturalem quam de Deo habuerunt, quam conuerterunt in mendacium quando dixerunt idola, imaginem corruptibilis hominis & animalium brutorum esse colenda. Alij verò veritatis nomine intelligunt Dei diuinitatem, quæ cum tantum in vno solo vero Deo resideat ipsi etiam creaturis tribuere voluerunt, quod nedum falsum est, sed etiam mendacium. Dicitur etiam natura diuina veritas Dei: quoniam ipsa est principium & ratio totius esse. Qui igitur istud creaturæ attribuit, veritatem in mendacium transmutat. Istud enim soli primæ veritati, quæ Deus est, competit. Sunt qui dicunt per veritatem Dei intelligi idem quod per Dei gloriam intellectum fuit quando dixit Paulus: & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei &c. Quod illic appellauit gloriam Dei, hic dicit veritatem Dei. Sed percontaris dicens; Quomodo potuerunt hanc efficere transmutationem? Modum subiungit dicens. *Et seruierunt potius creaturæ quam creatori.* Aperiti hic Apostolus modum quo isti Philosophi finxerunt mendacium dicentes creaturas Deos esse, & per consequens debitum esse illis cultum. Et hoc ex industria dixerunt animo decipiendi: & eum vtrũque esset falsum & animo decipiendi prolatum, profecto mendacium erat: nam nulli creaturæ cultus latriæ, nec seruitus talis debetur, sed soli vero Deo. Licet enim creaturæ aliqua seruitus debita sit, non tamen illa quæ Deo reseruata est. Si quis regi mortali honorem debitum, alteri exhiberet, & tributum negaret, nonne culpa dignus esset? Quis dubitat? Et tanto magis quanto ille cui daret vilior & abiectior esset. Sic Deus videns quòd honor, cultus, & seruitus sua sibi soli propria creaturis etiam abiectissimis impendebatur, tantum scelus, pari non potuit. Nec iustum erat vt inultum relinqueretur. Venerari sanè poterant creaturas, & eis inseruire, sed non supra creatorem, sed infra. Veneramur nos sanctos, sed sub Deo, non supra Deum, nec illo espreto & prætermisso cultum & seruitutem illis exhibemus: alioquin Deum contemnemus. Contemnitur autem rex quãdo honor sibi debitus, alteri porrigitur & datur. Hunc contemptum de Deo habebant Gentes, quando delerto Deo creaturas colebãt & eis inseruiebant: non animaduertẽtes quòd seruire inferiori & indigniori miserrima seruitus est. Ratio & natura exposcunt vt seruiamus superioribus & maioribus, quod si secus fiat inuertitur ordo rationis & naturæ. Seruire autẽ creatori non solum non est miserum sed valde beatum. Et sicut magna ignominia & vituperio dignus est qui se subdit inferioribus & vilibus creaturis, sic è conrario magno honore habetur qui soluis Dei profitetur se esse seruum. Sed dicis; Paulus non omnino asserere videtur negatam fuisse seruitutem & cultum

Responsio.

Deo

Deo: sed tantum dicit illos potius dedisse creaturæ quam creatori. Ergo ei aliqua seruitus & aliquis cultus exhibitus fuit ab illis. Non igitur omnis exparte subtractum est à Deo quod ei debitum erat: sed maior pars tributa est creaturæ & minor creatori. Sed esto istud ita esset nonne hoc tibi videtur magnum scelus esse, in cultu & seruitute plus tribuere creaturæ quã creatori? Nonne iustè indignari contra illos debuit Deus? Stomachatus est Saul, quod cum esset Rex ei tantum
1. Reg. 18. mille dedissent, & Dauidi decem milia, Mihi, inquit, mille dederunt, & Dauid decem millia. Existimauit enim se à populo contemni & despici, & Dauidi postponi: quanto igitur iustius cõtra hos homines irascetur Deus qui preponentes ei creaturas suas, quas ipse condidit, & creauit, eis seruientes plus dederunt illis, quam Deo earum creatori? Hoc enim nihil aliud fuit quam spernere & contemnere Deum. Quanto magis quod Paulus per particulam potius noluit innuere illos dedisse aliquam partem cultus & seruitutis creatori: sed particula potius tantum valet hoc loco ac si dixisset. Seruierunt creaturæ potiusquam creatori, idest, spreto creatore, & contempto creaturæ cõditore. Et in hoc contemptu completur ratio idolatriæ. Nam seruire creaturæ sine Dei contemptu, tolerari potest. Hæc enim seruitus in Dei gloriam venit, qui tales condidit creaturas quæ dignæ sunt seruitute. Sicut enim Rex non egrè fert quod nobiles et illustres viri qui ei inseruiunt honorentur (non tamẽ honore sibi soli debito, sed alio inferiori) sic Deus non vetat quòd suis creaturis (quę sunt eius serui) aliquis honor & aliqua seruitus exhibeatur: maxime si honor eis detur eo prætextu & ratione qua sunt serui illius, vel ea causa qua Deus illos varijs & præclaris donis effecit illustres, quæ dona ipsi palam à manu Domini se accepisse confitentur dicentes tua sunt. Domine omnia, & quæ de manu tua accepimus damus tibi. Et nedum hæc verba proferunt vt gratos se ostendãt. quando eis exhibetur maior honor quo se indignos iudicant mox respuunt & procul à se reijciunt dicentes; non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo detur gloria. Vnde Acto. 14. de Barnaba, & Paulo dicitur quod cum illis diuinum honorem vellent illi homines impendere, scinderunt tunicas suas & clamauerunt dicentes. Viri quid hæc facitis? Nos mortales sumus, similes vobis homines annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quę in eis sunt. Iam vides quomodo boni & iusti nõ sunt aucupes honoris diuini: sed scientes inter honores discrimen esse, suos humiliter suscipiunt, alienum & Deo reseruatum respuunt & impendunt dicentes soli Deo honor & gloria.

Simile.

1. Para. cap. 29.

Psal. 113

Acto. 14.

2. ad Thi. 2

Sequitur.

Qui est benedictus in secula amen.

BEnedictum appellat Paulus Deum Scriptura aliquãdo nominat Deũ benedictum, aliquando benedicentem. Benedicat nos Deus, inquit Dauid Deus noster: benedicat nos Deus. Quando nobis benedicit, nos benedictos reddit sua benedictione: quando vero nos illum benedicimus, non efficimus eum benedictum. Ipse enim suapte natura est benedictus, sicut est gloriosus ex seipso, ita benedictus per seipsum. Creatura sicut à se non habet gloriam: ita nec benedictionem. Minor enim inquit Paulus ad Heb. à maiori benedicitur. Qua de causa fortassis Deus mox facto homine illum benedixit quo cognosceret se habere superiorem, licet ipse

Psal. 66

Cap. 7.

Gene. 1.

ipse constitutus esset superalia creata superior. Ex his quę Deus creauit soli homini benedixit gemina benedictione. Altera per quam tam Adamus quam Eua vim crescendi & multiplicandi haberent: diuerso tamē modo. Illa quidem benedictio Adamo vim & virtutem emittendi seminis attulit Euę autem emissum semen recipiendi retinendiq. Hæc sane benedictio non fuit soli homini peculiaris, sed etiam elargita est reptilibus & volatilibus vt palam ex eo (eos capite primo habetur. Herbis autem & arboribus minime dictum est, crescite & multiplicamini, cur autem non, suo in loco restat dicendum. Potest etiam verbum, benedixit, alludere ad fœcundi tatē siue ad multiplicationē prolis spiritualem quidem non carnalem, quę secundum augmentum virtutum & aeren, enim bonorum operum dicitur crescere & multiplicari. Fructus siquidem bonorum operum alius est trigesimus; alius centesimus Iuni enim boni crescere dicuntur quando bona opera & laude digna multiplicātur: Multiplicatur autē proles, quādo terra viris pijs ac bonis repletur. Fortassis istudgenus benedictionis de notatum fuit per additionem illorū verborum scilicet. Et dixit Deus ād eos &c. vt magis illum obligaret ad re benedicendum cum qui illum benedixit. Solus enim homo ratione viget, qua cognoscere valet Deum iure optimo à se esse benedicendum. Benedicam Dominum, dicebat Psaltes, qui tribuit mihi intellectum. Quasi dicat: Ego qui intellectum accepi ab eo magis astringor ad benedicendum Deum. Benedicere Deum est bene de Deo dicere. Philosophi & Gētes non benedicebant de Deo sed tantū de creaturis. Ligno dicebant; Pater meus es tu: & lapidi, tu me genuisti. Ligna & lapides colentes & venerantes, Deum benedicere, & gratias ei agere obliuiscebantur. Verum tamen cùm Deus non sit ab alio sed à seipso benedictus, licet ab illis non benedicererur ipse tamen benedictus erat per secula. Glorificandus & omni gratiarum actione prosequendus est, nā reuera ipse nō fuit expoliatus sua gloria ex eo quod illi alteri dederunt.

Cap 7

Genesis.

Altera benedictio.

Psalm. 15.

Hiere. 2.

Hæc verba causam nobis secum afferre videntur ob quam honor & gratiarum actio creatori debentur. Esse namque benedictum in secula, causa est propter quam omnis latriæ cultus iure sit Deo debitus. Et haud re prætereat hoc loco non dixisse Apostolū, qui est creator in secula, sed dixit qui est benedictus in secula: quod fecit vt præcipuam causam colendi Deum nobis adaperiret. Nam licet omnis creatura suo modo ex eo quia per ipsum & non per alium creata est, debeat Deo seruitutem: at hęc non est præcipua seruiendi ratio. Si quidem (si per impossibile alius nos fecisset) ad huc Deo latris cultus deberetur. Non enim tātum seruiendū est Deo, quia in nos beneficus fuit: sed etiam quia ipse ex semetipso dignus est. Sicut namq. ex se debetur gloria, sic per inde ei debita est omnis seruitus. Ex sua enim bonitate (quæ ei per naturū competit) habet Deus in secula seruiatur ei. Veruntamen liberalissimus Dominus quod sibi alio iure iam debebatur, multis mediantibus beneficijs à nobis voluit impetrare & habere vt potius benefactorem quam Dominum se monstraret. Quod si non damus, vel alteri concedimus, tanto sumus ingratiores, quanto pluribus iuribus sumus obligatiores.

Est & in hisce verbis aliud latēs, mysterium quod in gratiam tyrunculorum volumus & palā facere. Doctis quidem notum esse putamus. Est autem arcanum tale: Paulum hoc loco non tantum doctrina & verbis docere Romanos sed & operę (sicut faciē dum putamus cuilibet christiano doctori.) Nam simul docet & laudat. Docet

cet quidem malorum pessimos mores non esse imitandos sed fugiendos & simul eadem opera docet bonos, cum proprij oris laude, cum qui omni laude, dignissimus est, laudat, bene dictum q. dicit esse in secula seculorũ amen. De particulis secula, & amen, quidam hîc adnotationes reliquere, quę potius faciunt ad nominum significatus quam ad aliud misterium. Immorari in nomenclaturis nominũ, esset nostri instituti exire limites. Quã etiam ob causam de latriæ nomine nihil scribere dignum putauimus: Nos hanc prouinciam libentissimè concedimus ijs qui curam magnam habent in venandis vocabulis: qui interdum in tantam veniunt superstitionem, vt nihil illos scire præter nomina, dices. Nos (si optio nobis daretur) mallem aliquantula doctrina auditorum stomachum vel tantillum reficere, quã aures illorum totas verborum multitudine replere. Ex vnis grana, ex alijs collige tu lector paleas. Seculum vocabulum est satis frequens in scripturis: nec minus vsitata vocula illa hæbrea amen. Ex quot autem annis constet seculum vel mille, vel centum, calculatorum est discutere. Nos tamen (saluo meliori iudicio) in hoc loco non putamus vel milia annorum vel centum, vel aliquod determinatum numerum annorum significari per particulam seculum. Siquidẽ tunc parum dixisset Pau. dicens Deũ esse benedictum in secula qui in sempiternũ est benedictus. Vnde putamus secula hoc loco significare quandam sempiternitatem. Quod vt alterius testimoniò corroboremus sic sentire videtur D. Thom. qui in expositione istius particulę secula talem reliquit commentarium. Addit, inquit, in secula, quia eius bonitas est sempiterna, ab alio nõ dependens. Vbi tacitè nostram videtur approbare expositionẽ. Sed cum de nomine sit, nolumus cum proteruitate, à quoquam recipi debere. Turpe est enim de nominibus protelare. Et nos plane confitemur latissimæ esse significationis vocabulum seculum: quod interdum definitum tempus, aliquando sempiternam durationem, nonnunquam verò omnis temporis negationem importat. Sicut illicq; A seculo non est auditum. *Amen.* Non fuit Paulus contentus dicere Deum per secula seculorum benedictum esse, & omni laude dignissimum (tametsi conati fuerint illi impij homines pro sua virili expoliare illum gloria & honore) sed voluit ipse istud confirmare, ratificare, & constabilire per adiunctionem huius notæ, Amen. Hac namquẽ vocula vti solitisunt Hębrei quando affirmare volunt aliquid. Et licet quod Paulus dixit satis firmum, fixum, & stabile esset in se, tamen propter nos vt magis ratum haberetur adijcere hanc notam visum est ei. Q. d. Nolite vos existimare aliquid diuinitatis & gloriæ à Deo detractum & deperditum fuisse ex eo quod illi dementes & stulti homines coluerunt creaturam & ei seruitutem præbuerunt contempto & prętermisso Deo: nam verè & certissime remanet ipse benedictus non modo in annos Nestoreos, sed in secula seculorũ: quod verè & certissimè ita est, & hoc firmo ego per hanc vocem, amen. Solet particula amen aliquando optantis esse, & aperientis desiderium, vt est videre in oratione dominica, quando post multas & varias petitiones & desideria, vltimo loco apposita est particula, amen. Ideò, vtinã hæc quę postulata sunt fiant. Et fortè in hac significatione hîc Apostolus eam adaptauit. Optabat Paulus vt apud homines Deus in secula esset benedictus. Nam multi interea dum hîc agunt in ei blasphemiam prorumpunt, sicut scriptum est per Isaiam Prophetam in persona Dei dicentem; Iugiter nomen meum blasphematur inter vos. Quæ nominis blasphemia ex ea pręsertim qua

D. Thom. Ioan. 9. Isa. 52.

qua ab impijs & blasphemis profertur, licet sacrilega sit, tamen in ipsa ex alia parte Deus benedicitur & gloriosus ostenditur. Demõstratur nam que in ea patientia & bonitas Dei in sustinendo eam. Sicut namque damnati suo modo blasphemãtes Dei iustitiam commẽdant (quia peccata illorum impunita nõ dimisit) sic cùm Deus mox nõ euaginat gladiũ suum in blasphemos ostẽditur eius miseri cordia, expectans illos ad pœnitentiam: quod clarius dicturus est inferius, quando alloquens malos dicet. *Cap. 2.* An ignoras quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Igitur Deus tam à bonis quam à malis benedicitur siue in hoc seculo, siue in futuro, modo tamen diuerso. Nam à bonis benedicitur benedictione laudis, à malis non sic. A bonis voluntariè, à malis coactẽ. Frequentissima in ore Christi fuit hæc vox amen, & sæpe geminata, vt videre est in scriptura beati Ioanis Euangelistæ in suo Euangelio. Passim namq; Christus dicebat Amen, amen dico vobis: & tam familiaris ei erat, vt ab eodem dilecto Ioanne ipse Christus appellatus fuerit Amen. Apoc. 1. *Apoc. 1.* Hoc dicit Amen, qui est testis fidelis. Et fortassis in Ecclesia in tanta veneratione conseruatum est hoc nomen Amen. Et Euangelistæ qui scripserunt græcè, vt illi tres, Lucas, Marcus, & Ioannes: in tactam & immutatam conseruarunt hanc vocem Amẽ, vt erat in hæbrea lingua. Tametsi nomen sit occultæ significationis, ex frequenti tamen vsu per omnium ora iam vagatur, & vix est aliquis qui non existimet se intelligere illud. Veruntamen mysterium quod in hoc nomine latet solus ille penetrat, cuius nomen est. Iesu Christi enim proprium nomen est. Ex his colligim⁹ notulam Amen interdum aduerbium significãs verè & firmiter ita esse. Quando autem est nomẽ, significat veritatem. Vnde cum Christus sit veritas, merito dici potest Amen. Est enim Christ⁹ Deus veritatis. Sicque quando Isaias dixit; In Deo Amen; seusus est, in Deo vero, vel in Deo qui veritas est. Quando vero non semel dicitur, sed bis geminatur volunt nonnulli, prius amen nominaliter esse sumendum; & posterius aduerbialiter. Et tunc sensus est. Ego Amen qui sum veritas, dico vobis Amen; idest, certissimè & firmissimè dico istud, vel illud &c. Veruntamen fortè melius diceremus tam in primo loco quam in secundo esse aduerbiũ. Geminatur autem ad maiorem certitudinem & firmitatem. Nam tũc per geminatam dictionẽ magis commendatur & illustratur doctrina Euangelica tam in veritate quam infirmitate. Et sic quando volumus firmare magis aliquid solemus dicere, in veritate, in veritate ita est: quod perinde est ac si diceremus, Amen, amen ita est. Et etiam quando ardẽtissimo affectu optamus aliquid vt eueniat dicere solemus, Amen, amen: vel dicat omnis populus amẽ. Vnde Nũ. 5. lexerat vt mulier quæ adulterij suspitione laborabat, vt ab ea se purgaret, stans capite discooperto super quo ponẽdum erat sacrificium zelotypiæ à sacerdote adiurata mulier illa & prolatis super eam multis maledictionibus, responderet ipsa Amen, amen. Quæ verba præseferebant mulieris intentissimum desiderium & affectũ, vt veritas oculta manifesta fieret. Lege Lector Historiam & legem vt hoc melius intelligas. *Cap. 65.* *Num. 5.*

Sequitur.

Propterea tradidit illos

Deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum niutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est cõtra naturam. Similiter autem & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt

runt in desiderijs suis, in inuicē masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedē (quam oportuit erroris sui) in semetipsis recipientes.

VIx se potest Apostolus ab his tam pessimis moribus Philosophorum expedire. Nec mirum sit cui quam. Siquidem in tantum Græci & Romani amabāt hanc turpitudinem vt vix fuerit vnus qui ea non se contaminauerit. Vnde & clarissimi Philosophorum absque verecundia palam sustinebant concubinos. Quare vt tā affixum vitium radicit⁹ posset euellere Apostolus, iterum secundo in specie narrat condignas suorum peccatorum poenas quas dederūt. Propter rea, inquit: Quia scilicet commutauerunt veritatem Dei in mendacium & coluerunt & seruierūt creaturæ potius quam creatori, tradidit illos De⁹ in passiones ignominiæ, deserens illos, non impellens ad malum, cuius Deus nō est impulsor. Tradidit igitur eos in passiones ignominiæ in affectus actuum ignominiosorum. Actus ignominiosi multi sunt, sed per quandā anthonomasiam dicuntur peccata contra naturam: quæ tam fœda sunt vt non modo sint contra hominis naturam (quæ ratione constat) verum etiam contra naturam eorum animalium quæ suapte natura rationis sunt expertia. Natura quippe ipsa in vniuersum nulli animalium eorumquæ coniūguntur adinuicem talem ad coitum concessit modum. Quare qui tali vtitur, in totam naturam peccat. Vnde factum est, vt cum omne peccatum sit contra naturam hominis (quia contra rationem) hoc solū infandum scelus retinuit tale nomen vt dicatur peccarum cōtra naturam: ex eo quia est contra totam naturam, & omnem inclinationem naturalem.

De verbo tradidit nullum est hoc loco nobis faciendum verbum. Ter in capite hoc eo vtitur Paulus: sed iam per ea quæ supra diximus nos expediuimus ab eo. Eodem modo intelligēda est hæc traditio quo illa qua Deus tradidit illos in desideria cordis illorum. Permissiones potius sunt quā impulsiones. Et sic quemadmodum ex illa nō dicebatur Deus causa peccati, ita nec exista. Porrō passionum nomen aliquando late solet vsurpari pro receptione cuiuscunque qualitatis: & quoties subiectum recipit aliquam formam communiter dicitur pati. Et sic dicimus quòd quādo intellect⁹ intelligit quodāmodo dicit pati. Formam enim suscipit. Sed hæc propriè non est passio. Tunc autem propriè subiectum dicitur pati, quando recipit formam contrariam, & aduersam naturæ subiecti recipientis. Cum igitur intellectio vel scientia non sit formā dissentanea & contraria intellectui, quando ipse intelligit, non dicitur propriè pati. Verum quādo aqua calefit dicitur pati: quia calor forma contraria est ipsi naturæ aquæ. Passiones igitur quæ sunt morbi animæ, vt libidines, propriè sunt passiones. Aduersę enim sunt rationi, & rectum ordinem in homine deturbant. Caro enim & spiritus, siue ratio adinuicem pugnāt: hæc ad superna anhelat, illa non cupit nisi carnalia, & sensibilia. His passionibus subiecit Deus illos, hoc est, subijci permisit in pœnam, quòd ipsi se creaturę, & nō creatori subiecerunt. Condigna & iustissima profectò fuit hæc pœna. Sed attende quòd addit Apostolus ignomiæ. Insinuat sanè hic aliquas esse passiones quæ licet sint molestæ & poenosè, non tamen merentur dici ignominiosæ: tamesi omne peccatum ignominia quędam sit. Honorē namque & famam (apud Deum saltim) amittit, quicunque peccator est: licet mundus peccata aliqua non reputet ignominiosa, sicut est, vindictam sumere de inimicis suis, & alia huiusmodi, quæ mundus approbat? eoquòd videt in vsu esse posita & manere inquòd

quod peccatū quod propter sui maximam turpitudinem & fœditatem quam secum affert, meruit appellari quam peccatum ignominiosum. Si enim non superat malitia cætera crimina, tamē infamia, & ignominia superat, & supergreditur omnia alia. Et hinc fit vt etiam iustè acriori & diuriori supplicio & pœna puniatur, quā quæ suo genere peiora sunt. Appellat autē hoc loco Apostolus ignominiosus passiones que antea dixerat desideria immūda. Et vide instam & condignā vindictam vt qui Deū verum spreuerunt vt creaturę inseruirēt spernerentur ipsi quoque ab omnibus & abominabiles haberētur propter suū infandum & turpissimum peccatum in quod passus est Deus offensus illos prolabi & coinquinari. Qua in re ipsis bestijs turpiores sunt. Nam ipsę hoc turpitudinis genus prorsus ignorant. Quare si loqui scirent & valerent contumelia illos afficerent: maximè illa bruta quę tantum aborrent hunc turpissimū actum vt cum genitrice sua & prole vsum à natura cōcessum admittere nolint, vt in histonjs de Camellis proditum est. Iam non dicat Propheta; Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumētis insipiētibus & si nilis factus est illis Non est sane illis similis: Nam que similem turpitudinem in iumentis non reperimus. Non dicat igitur Propheta, comparatus est; sed dicat, illis turpior & deterior factus est.

Psal. 48.

Sequitur.

Nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem vsum in eum vsum qui est contra naturam.

2. 2. q. 154. articulo. 12.

A Fœminis incipit exponere quod dixerat, probatur[9] postea in viris. Sed cū homines in id vitij frequētius incidant, quare à fœminis incepit?

Responsio.

Respōsio. Fortè id factū est ea de causa vt insinuaret quod multi putāt esse verū; scilicet hoc pessimū vitiū exordiū habuisse a foeminis. Quę (fortasse à diabolo edoctę inuenerūt inter sese mutuum coitū: quod non est credēdum omnino fore impossibile. Si quidem si maleficæ mulieres à Dæmone seductæ sucubas te Dæmoni præbuerūt: sic tanti facinoris initiatrices ipsę quidē esse potuerūt. Mulier arma Diaboli, & peccari caput est, & à muliere initium fuit peccati: ita potuit & huic dare principiū. Vel fortassis ideo foeminarū peccatum prius detēgit vt magis comprobaret quod postea dictu rus erat de hominibus. Nam si foeminæ, non cum viris, sed inter se coibāt: magis credibile redditur homines inter sese etiam se contaminasse. Nec enim mulieres, nec viri seruabāt naturę debitum ordinem. Quare vterq; sexus erat corrupt[9]. In hac posteriori ratione magis conquiesceret animus noster si conferētia fieret rationum, Sit ergo conclusum Paulum ideo primò abusum foeminarū narrasse quā virorum, eo quòd illud ad maiorem fidem istius præponitur. Qui fidē illi priorri daret, magis multò crederet hoc posterius. Verum rogabit aliquis Quid ad rem faciebat facimus foeminarum? De hominibus ac Philosophis hacten[9] habitus est sermo, quor sum ergo modo introducuntur foeminæ? Sui videtur Apostolus oblitus? Nequaquam: sed ideo intermiscuit peccatum foeminarum, quò maiore ignominia illos taxaret: vt qui vxores haberent & mulieres sui similes in nefanda turpitudine. Nūquid maior est confusio & dedecus illicuius nationis vel populi cùm vterque sexus est quam si tantū masculi essent mali, & foemine honestæ? Quis dubita tistud? Ideo Apostol[9] voluit ostēdere quāta turpitudine essent prędicti; vt qui nō solū ipsi, sed etiā fęmine eorū nefādo vitio mutuo se maculassent. Quia igit redun-

redundabat peccatum earum quodã modo in ignominiam eorum ideo recenſuit Paulus earum vitia.

Porrò fœminas mutare naturalem vſum vno tantum genere peccati cõtingit. Nam licet corporis copia tantum in coniugio laudabilis & excuſabilis ſit, propter bona excuſantia actũ, quæ ſunt in matrimonio: tamen omnis alia commixtio fœminini & maſculini ſexus vitioſa quidem eſſe poterit. At ſi fiat ſaluo debito modo & ſeruato debito vaſe vitium contra naturam non erit. Vnde fornicatio ſimplex, in cæſtus, ſtuprum, vel ſacrilegiũ vitia ſunt magna, ſed non contra naturam: nam non immutatur naturalis vſus, ſicut in ſodomia, & in alijs ſpecibus peccati contra naturam. Neque propterea recto conſequio colligitur fornicationem ſimpliciem non eſſe peccatum, quia non mutatur naturalis vſus. Nam naturalis vſus non excuſat à peccato, ſed à tali peccato, ſcilicet in naturali & contra naturam. Habet enim aliunde ſuam malitiam fornicatio ob quam dicitur peccatum, de qua ſuo loco erit ſermo. Ex iſtis illius dubij reſolutio habetur quo aliqui dubitant an pollutio quæ accidit viro ex tactibus ſuæ coniugis ſit peccatũ. Quæ ſi ſit intenta per tactus illos abſque dubio eſt obnoxiæ peccato & lethali: imò & contra naturam. Nam omnis ſeminis effuſio ex qua nata non eſt ſequi generatio vſum habet contra naturam. Neque excuſat quòd ſua vtitur coniuge: nam non quocũq. modo matitis facultas datur vtendi ſuis vxoribus: ſed ſic vt ſciat vnuſquiſque ſuũ vas poſſidere in ſanctificationem & nõ in paſſiones ignominiæ, ſicut forte iſti miſeri homines faciebant, Hæc mũdis ſint omnia munda. 1. ad Theſa. 4 cap.

Cæterum tametſi in hac turpiſſima re moram trahimus, inuiti tamen: ne in hoc Pauli textu lectorem allucinari contingat. Admonendus eſt circa illa duo, primum circa illud verbum naturalem vſum fœminæ, & ſecundũ circa verbum vſum contra naturam. Circa iſta duo error contingere poteſt. Circa primum errauerunt illi qui negabant originis peccatum. Nam cũ Paulus dicat vſum illum qua fœmina miſcetur mari ad actum generationis eſſe naturalem, interuenire ibi peccatum originale credere nolebant. Quæ ratio friuola erat: nam etiam peccata carnalia, vt ſimplex fornicatio, ſtuprũ, adulterium & incæſtus fiunt per actũ naturalem. Et peccatum originale cõtrahi poteſt etiam per actum naturalem. Actus naturalis nõ excuſat à peccato originis, licet excuſet aliquando à peccato mortali quando videlicet fit inter coniuges poſitis debitis circũſtantijs. Porrò quod dicit de vſu fœminarum contra naturam, poteſt intelligi duobus modis. Primo modo vt fiat fœminarum cum maſculis; vel fœminæ, cum fœmina adinuicem: & hoc ſecundo modo intelligit Apoſtolus. Vide, Auguſtin. Iulian. hereticum.

Sequitur.

Similiter autẽ & maſculi relicto naturali vſu fœminæ exarſerunt in deſiderio ſuo in inuicem maſculi in maſculos turpitudinem operantes, &c.

POſtquam Apoſtolus exemplo fœminarum incepit declarare paſſiones ignominiæ, hoc eſt, ſodomiæ turpitudines; nunc corroborat idipſum exemplo petito ab ipſis hominibus: quos durius arguit, quam fecerit fœminas. Homines enim (& maximè Philoſophi, in quibus magis vigere debebat ratio) deteſtari, & abominari tenebantur foediſſimam turpitudinẽ, nedum in ſeipſis, verumetiam in ſuis fœminis. Sed miſeri homines ipſi maiore libidinis ardore ardebant. Et fortaſſis delectabantur fœminas ſe habere in eodem ſcelere ſocias, & compares: (licet non in gradu æquali turpitudinis,

Matthæi 21. Math. 25.

perdet, & alibi: ibunt ij in supplicium æternum. Responsio. Si diligenter re voluitur scriptura reperiemus, Christum vsum nomine mercedis nō tantum in bonis, sed etiā in malis: nam loquens de hypocritis dicit. Amen dico vobis, receperunt mercedē suam. Sic Paulus hoc loco non præsse, sed latè vtitur mercedis nomine pro retributione, & vltione quæ debetur malis. Et certè si acutius res inspiciatur, tam congruè malis debetur pœna merces, sicut & bonis; vtrisq; enim iustitia distribuit; illis poenas tanquā pro suis demeritis debitas, istis autem præmia pro bonis operibus debita.

Math. 5.

Sed siste paulisper; Stisti iam receperunt mercedem sui erroris in semetipsis liberi erunt pro illis crimini bus ab æternis supplicijs? Nam Deus non punit bis in idipsum. Et confirmatur hoc, quia Paulus dicit illos recepisse mercedem quam oportuit erroris sui, ideſt, condignam erroris sui: si condignant iniustè ergo post mortem luent aliam. Qui hoc referunt ad mercedem quam accipiebāt prostituti in lupanaribus ex eo quòd se maculari permittebāt, faciliter possent se ab hoc scrupulo liberare: cæterum non putamus Paulum hic respexisse ad hanc mercedē, quoniā hæc non est poena, imò potius solatium. Vnde mulieres multę lucri causa se in lupanaria conferunt quo liberius, & copiosius possint lucrati, postponentes famā pecuniæ. Præterea si sermo est de illa mercede nō erat necessum addere particulā in semetipsis Proinde certò tenēdum est Paulū loqui de alia mercede quę dicitur poena peccati: quæ quomodo non excuset ab alia, quantū Dūs dederit, nos ex tempio dicemus, si prius tamen suppositum fuerit, duplex esse poenę genus. Alia enim est temporalis, alia verò æterna: & vtranque meretur peccatū. Inter quas illud differentię interuenit quòd ab æterna, nullum, qui dignus deneabhinc discedeat præseruat. Nā quod in Angelis est casus, hoc in hominibus est mors: in qua sicut inuenitur homo ita iudicat. Ab alijs autē poenis temporalibus quæ debentur peccatorib⁹ Deus quos vult præseruat absq; personarū acceptione. Dauid namq; in poenā sui adulterij & homicidij proprio filio est priuatus: & tamē hoc nostro seculo multi consimile cōmittunt peccatum, qui non sic à Deo ponuntur sed in iustum vsque diem suos spurios filios habent. Insuper propter pessimum vitium ciuitates Sodoma, & Gomorrha penitus euersæ sunt, & permulti igne de coelo cremati, & tamen ista poena non puniuntur: nunc multi qui inter Turcas passim hoc committunt vitium. Et denique certum est nunc poenis temporalibus non sic puniri peccata à Deo sicut in lege veteri solitum erat. Misericordius enim multo agitur nobiscum, quam cum illis: quod vel cæci vident, cùm multa sint apud nos scelera & temporales poenæ non tot & tantæ quot & quantas commerentur peccata. Maneat ergo ex istis conclusum non æquis poenis temporalibus Deum punire peccatorem: quo verò iacto, resoluimus sic illam dubitationem dicentes non in iustè rursus puniri post mortem, qui iam dum viuerent poenas dederunt. Iste sunt temporales, de quibus non intelligitur illud axiomæ; Deus non punit bis in idipsum. Et ideo vltra istas si non egerunt poenitentiam mortui æternas illas etiam dabunt; quæ paratæ sunt Diabolo, & Angelis eius. Replicabis dicens; Igitur illæ quas mali habent hic non sunt condignæ. Fatemur gratis. Siquidem (sicut inferius dicet Apostolus) stipendia peccati mors est, non corporis tantum, sed etiam animæ: quę dicitur mors æterna. Dices tu: quo-

2. Reg. 12.

Gene. 19.

Naum. 1.

Naum. 1.

Matth. 25.

Replicatio.

In præsenti vita mali non dant condignas penas.

quomodo ergo dicit Apostolus, Et mercedē quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes? Ad hoc dicim⁹ quòd si respiciamus condignitatem perfectā inter peccatum & poenam, ista poena non est quam oportuit illos recipere in mercedem erroris sui; quia maiore etiam digni erāt: si autem considerentur poenæ non secundum perfectam condignitatem quæ consistit in æqualitate, sed secundum meritum peccantis, hæc poena dicitur condigna, ideſt, iustè debita, quia peccatum hanc meruit. Et sic sensus Apostoli est; Et merced. (quam oport.) err. sui in semetip. recip. ideſt, quam ipsi meruerunt. Meruerunt autem ipsi certè incidere, in hæc & alia peccata, quia Deū non sicut Deum glorificauerunt, nec ei gratias egerūt & quia mutauerunt gloriam in corruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & propter alia innumera scelera.

Ex hoc textu Pauli duo poterit acutus lector colligere, & adnotare: primùm quidem collationē quam hic facit Apostolus pœnæ cum culpa, & aliud, scilicet affinitatem inter se illorum duorum peccatorū grauissimorum; videlicet, in nominabilis & idolatriæ. Rarissimè hæc reperitur absq; nefando crimine. Qua quæso poena, vltione, supplicio, & ignominia iusti⁹ animaduerti potest qui falsos facit & adorat Deos (spreto Deo viuo & vero) quam permittere illū labi in peccatum nefandum? Quomodo potest idolatriæ iniquitas puniri conuenientius quā per illam ignominiam quam etiam bruta detestantur? quæ vltio iustior esse potest? Quæ vindicta de idolatris sumi potuit minor quā illa quæ à Deo illis inflicta est? Si namq; Deus illos ad nihilum redigisset, vltio meritò illos condigna fuisset qui ausi sunt mutare veritatē Dei in mendacium: imò Deum verum in falsos. Non est quod miremur si in poenam tanti sceleris videam⁹ in illis naturalem vsum mutatum fore. Poterat Deus permittere illos prolabi in alia peccata pro vlciscēda idolatria sed fortè Deo nulla visa est æquior ista. Nullū enim est peccatū quod tātum ruboris & pudoris & ignominiæ hominibus incutiat vt peccatum nefandum: Nam qui nō erubuerunt gloriam Deo debitā brutis & insensibilibus creaturis tribuere: hac ignominia plecti merebantur. Tanto errori & dementiæ hæc condigna poena fuit.

Emphasim habet particula oportuit. Quasi dicat Paulus. Necessum fuit, non à casu, sed exigente istud recto Dei iudicio: qui reddit vnicuique iuxta opera eorum. Quāto namque maiori crimini maior poena infligitur tanto Dei iustitia magis illustratur & commendatur.

In semetipsis recipientes.) Punit aliquando, Deus patrū peccata non in semetipsis sed in filijs, aliquando in bonis, aliquando in seipsis peccatoribus. Peccatoris autem poena quæ exercetur in ipso peccatore semper crudelior & durior est & magis sentitur quam quæ vel in filijs, vel in bonis soluitur. Non enim æquum erat vt tantum facinus poenas lueret in alijs quam in ipsismet patratoribus.

Erroris sui.) Fortè aptius dixisset Apostolo. errorum suorum. Nam non solùm in vnum ipsi fuerunt errorem sed in plures. Sicut enim ex vno peccato ruit peccator in aliud (vt Dauid ex adulterio in homicidium: & Iudas ex auaritia in desperationem) sic ex vno errore facili negotio ruitur ad alios. Meminit autem Apostolus vnius solius: nempe principalis erroris qui erat colere creaturam, & in honorare creatorē: pro quo acceperunt mercedem hoc est poenam condignam tali erro

ri

ri. Neque quod hic Paulus dicit aduersatur ei quod inferius disturus est, scilicet; Quem fructum habuistis tunc, in ijs, in quibus nũc erubescitis: nã aliud est recipere fructũ, aliud mercedem. Fructũ nullũ receperũt; nã stipendia peccati mors est: mercedem receperũt nõ illã quæ bonis datur sed quæ malis conceditur nempe pœna.

Inferius 6. capit.

Sequitur.

Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobũ sensum, vt faciãt ea quę non cõueniũt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, cõtentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, cõtumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorũ, parẽtibus nõ obedientes insipientes, incõpositos, sine affectione absq. fœdere sine misericordia, &c.

Et sic. nõ prob. De hab.

Si superficiẽ hotũ verborũ quis tantũ contempletur, dicere haud recusabit, hæc verba duplicẽ posse habere in relligẽtiã: Alterã per quã significetur repulsa, quã isti Deo dederũt, dicẽtes (facto potius quã verbo) Recede à nobis, nõ te Deũ agnoscimus, neq; scientiã viarũ tuarũ volumus. Hoc est non approbare se habere Deũ in notitia. Sed dices Quomodo hoc facere potuerũt, cùm per ea quæ facta sunt (sicut supra dictũ est) de Deo claram habuerint notitiam? Dictum quippe est; Quod notum est Dei, manifestum est in illis. Ergo cùm apertè haberẽt Deũ agnitũ, quomodo poterãt nõ probare se habere Deũ in notitia. Demõstratio enim euidẽter ostẽdit rẽ, & cõuincit intellectũ. Nõ est sicut opinio. Igitur &c. Nota hoc pie lector. Nõ sunt idẽ probare Deũ esse in notitia, & cognoscere Deũ. Nã hoc pertinet ad ea

Responsio:

ilũ intellectũ, illud verò præter intellectus notitiã requirit volũtatis cõsensum. Ille enim probat, siue approbat se habere Deũ in notitia (ideſt notum esse sibi) qui notitię adiungit opus bonũ. Qui vero vnũ intelligit & aliud facit non approbat. Et quia Philosophi intelligebãt Deũ esse colendũ & glorificandum tamẽ id operibus & factis nõ præstiterunt, proinde non probauerunt Deũ habere in notitia. Hæc vna est intelligẽtia: cuius videtur esse capax præsens locus Pauli, quæ licet vera sit, fortè non est intenta. Nã hoc Paulus iã ante dixit quado illos in excusabiles esse affirmauit, quia cùm cognouissent Deũ, non sicut Deũ glorificauerũt, aut gratias egerũt. Et ideo põ erat opus vt rursus, & si sub alijs verbis, repeteret. Nõ probare Deũ habere in notitiæ & non glorificare Deũ cognitũ tãquam Deũ hæc vnã habẽt mẽt sentẽtiã. Et ideo si istũ locum intimius scrutari volumus nõ erit alienus sensus à Pauli mente dicere presentẽ locũ esse intelligẽdũ non de notitia quã habebant Philosophi, sed de ea quã Deus habebat de illorũ peccatis. Et tũc sensus esset; Et sicut nõ probauerũt Deũ habere in notitia, scilicet peccata sua Deũ nõ nosse nec videre illa, dicẽtes; nõ videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Istũ intellectũ & quæ præcedũt & quæ sequũtur maximè iuuãt præcedẽtia quidẽ, quoniã in præterita clausula dicitur; Et mercedẽ (quam oportuit) erroris sui in seipsis recipiẽtes. Hic erat error, quo se ducti putabant nullam esse Deo curã de suis peccatis. Et verba quæ sequuntur etiam suadent hanc intelligentiam: nam iuxta eam conuenienter quidem assignatur ab ipso Apostolo erroris istius pœna. Propter quod, inquit, tradidit illos Deus in reprobum sensum (ideſt) iuditium, per quod peruersum & malũ rerũ habuerunt dictamen. Qui. n. habet reprobum iuditium, bonũ dicit malũ:

Psalm. 93.

& malum bonum, sicut est scriptum: Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Vt enim guttus infectus amarum dicit dulce, &: vice versa: sic reprobus sensus (non loquimur de externo, sed interno; qui agendarum rerum iudex est) non poterit rectum proferre iudicium, sed sinistrum. Hoc suo facto, satis comprobarunt esse verũ duo illi inueterati senes, qui in pœnã sui peccati sinistrum tulerũt de Susanna iudicium. Hæc ergo est altera intelligentiæ huius loci, quę videtur magis germana. Tu vero qua vtrãq. vtra est, sequere quam malueris in hac rẽ & similibus semper peritiorum sequere Iudicium. Et quoniam rectum iudicium maximè est necessarium ad opera bona facienda, ideò bene adiungitur illis id quod sequitur; *Vt faciat ea quæ non conue:* Hoc est, quæ nõ concordant cum recta ratione. Talia sunt peccata, quæ dicuntur actus nõ conformes rectæ rationi. Hic locus valde terreret eos qui in omnibus bene de Deo sentiunt, nisi iam in præcedentibus qui consimiles erant ad bonam intelligentiam essent expositi; quorum expositio isti etiam inseruire potest. Sicut enim tradidit Deus in sua desideria, & in passiones ignominiæ deserendo: sic hoc loco trãdi dicuntur à Deo in reprobum sensum. Vbi si bene aduertisti diligẽs lector vidisti planè quomodo processerit Apostolus augendo semper culpas culpis, & pœnas pœnis: quarum hæc vltima durior & grauior est, vt quæ obstinatorum sit pœna. Sed mirum negotium. Nulla harũ pœnarũ potuit aperire horum cæcorum hominum vel corporeos, vel mentales oculos, sed semper cæci remanserũt, & duces cæcorum, quia Domino peccauerunt. Nec mirum quòd Dominꝰ permiserit in tantis tenebris eos permanere & sic obscurari qui clauserãt oculos suos ad illud signatum lumen per quod benè aspicitur gloria veri Dei. Et quia non infirmitate, sed malitia potius, cæcos se fecerunt, ideo optimo iure permisit Deus istos prolabi in tam mala & absurda scelera, imò in idipsum reprobũ iudiciũ, ex quo (tamquam rami ex radice) pullulat omnis malorum progressus. Liberet nos Deus, per immensam suam misericordiã, à tãta cæcitate, quanta est reproba mens.

Isaiæ 5

Simile

Simile

Et sic non prob.) Paulo altius hæc Pauli verba repetentes, adnotatione dignum existimauimus quòd Paulus nõ impingit in his verbis ipsis Gẽtibus Dei ignorantiam; sibi ipsi enim cõtrarius esset, sed asscribit illis reprobationem Dei. Non enim vult dicere ignoraiũ fuisse ab illis Deum, sed improbatũ. Grauius etenim peccatũ est improbare Deũ quã eũ ignorare. Nã qui ignorat aliquãtulã excusationẽ habet: at qui cognitũ non probat nullã habere valet. Vltro nãq; eligit impietatẽ sectãdam. Vnde ex malitia peccat. Nec Deũ timere procurat: quo abiecto & excusso confestim & festinanter peccator in omnia vitiorũ genera ruit. Audi pie lector Prophetam Psal. 13. Dixit insipiẽs in corde suo, nõ est Deus. (Verè peccator insipiẽs est.) Iste dicit, non est Deus. Sed quomodo dicere istud potest? Quando quis non timet iudicẽ, dicit nõ esse iudicẽ: sic quãdo peccator est absque Dei timore, quãdo illũ nõ timet, dicit, non est Deus. Sed vide qui mox sequitur. Nõ est Deus corrupti, inquit, sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis; nõ est qui faciat bonũ. Ingẽs malũ carere Dei timore. Vnde Eccles. cap. 27 dicitur, Si nõ temeris te in timore Domini, citò subuertetur domus tua. Neglecto timore Domini pessum ibunt omnia. Vbi nõ est timor statim cõsequitur neglectus & contemptus. Gẽtes

Daniellis 13

Responsio.
Simile

Eccl. 27

tes eiecerunt timorem Dei: protinus lapsę fuerunt in Dei contemptum, & in reprobationem illius. Sed non impunè abierunt: nam sicut ipsæ reprobauerunt, reprobauit illos quoque Deus. Dicis, quomodo? Respondet Paulus dicens, tradens illos in reprobam mẽtem. Durissima vindicta, sed æquissima: crudum supplicium, sed benemeritum. Pro qualitate delicti, exhibita est poena.

Cæterum à malis hominibus dupliciter potest Deus reprobari; sicut duobus modis approbatur. Primo laudãdo, glorificãdo, & ei gratias agendo pro receptis ab eo beneficijs; Secundo abstinendo à peccatis tam timore quam amore credentes Deum æquissimum esse iudicem, iudicaturũ omnia opera nostra tam bona, quã mala. Et cùm approbare & reprobare adinuicem cõtraria sint, facile est cognoscere quid sit approbari vel reprobari Deum. Tunc enim Deus reprobari dicitur quando non benedicitur, non laudatur, nec eius beneficia agnoscuntur, sed obliuioni traduntur, & pro eis nullæ Deo reddun tur gratiarum actiones. Secundo quo que modo Deus reprobari dicitur quando creditur illum cæcum esse, & nõ videre peccata hominũ vt ea puniat? nec inferiora ista considerare, sed tantum in altissimis occupatũ esse Qui existimãt Deum nõ habere curã de peccatis hominum, ab istis & similibus Deus reprobari dicitur. Hocigitur est reprobare Deum. Nec refert quòd qui illum reprobant fateãtur se Deum cognoscere: nã factis eum negant. Non probare Deũ factis, negare illum est. Si os non audet dicere, recede à nobis, non te noscimus: factũ tamen audet.

Volunt hoc loco nõnulli interprẽtes phrasum hebraicarũ periti particulas illas, & sicut, non tam designare similitudinem quam causam; dicentes, quòd &, pro quia, sæpè iuxta hebraicum tropum vsurpari solet. Et tunc sensus est, quia non probauerũt Deum habere in notitia, tradidit illos &c. Alij verò insequentes significationẽ vocabuli ũcut, dicunt, quòd quemadmodũ Gentes noluerũt Deũ ab ipsis cognitum approbare, sic viciſſim Deus passus est & permisit illas tenebris obcæcatas ruere in reprobam mentẽ. Vnde vides lector acutè parũ inter esse siue legam hoc, vel illo modo, Pauli sensus non variatur, Siue sit causalis, siue similitudinarius. Sed dicis. Quid est mens reproba, siue sensus reprobus? Sensus interdum pro istis externis vsurpatur, quo sensibilia iudicamus. Et licet hos habere reprobos malũ sit, tamen de istis in præsentia nõ est Pauli sermo: sed de sensu intellectũ. Habet mens siue intellectũ nostèr aliquãdo sensũ probũ, aliquãdo reprobũ. Quãdo intellectus iudicat esse faciẽda quę naturæ lumini repugnant & rectę rationi, tũc intellectũ habet reprobum sensum, hoc est, dictamen, siue iudicium reprobum. Sicut enim qui diceret niuẽ esse nigram, reprobum haberet sensum corporalem; & ignem frigidum, & lanam duram, & saxum molle diceret; iste reprobos haberet sensus: sic qui habent dictamina & iudicia de rebus reprobatione digna, isti dicuntur habere mentem reprobam: qui videlicet dicunt bonum malum, & è contra. Et aduerte, quòd mens reproba non dicitur quoduis peruersum iudicium de rebus; sed tunc temporis dicitur peccator esse traditus in mentem reprobam; quando tantos fecit in peccatis progressus vt mala tanquam bona approbet. Vnde Deus nõ pro quouis peccato, vel pro singulo permittit peccatorem labi in reprobum sensum: sed quando peccator non recusat perpetrare absurdissima peccata, & viuit absq; vllo Dei timore, hũc suspicari, imò & credere possumus traditum esse in reprobum sensum. Et animaduerte-

Responsio

Simile

maduertere acute Lector, quòd si diligenter consideretur, Deus non tradit in mentem actu reprobam; sed illã quæ digna est reprobatione: hoc est, digna est, quæ eligat illa quæ reproba sunt. Et hoc partim ex abstractione diuinæ gratiæ, & partim propter dẽsissimas tenebras, quibus mens talis peccatoris est obscurata, prouenit. Si enim lumen naturæ datum à Deo quasi totum versum est in tenebras, quid mirum, si rebus istis sic stãtibus, homo peccator præceps ruat in mentem reprobam? Qui reprobauit veram illam, & notam lucem quę illuminat omnem hominẽ, congruũ & iustum est, vt incidat in tenebras & perfusus tenebris permittatur à Deo venire in reprobam mentem. *Vt faciant ea quæ non conueniunt.* Puta fieri: vt mala, & peccata. Vel ea quæ non conueniunt rationi. Nam hac de causa tradidit illos Deus in reprobũ sensum: hoc est, passus est labi in reprobum iudicium illos. *Repletos omni iniquitate: inal. &c.*

Nominatim hic Apostolus numerat & ponit illa mala quæ isti traditi in reprobum sensum fecerunt. Repletos, inquit iniquitate: id est peccatis. Omne enim peccatũ iniquitas est & iniustitia. Sano tamẽ modo te hoc oportet intelligere. Nã non est credibile nullũ illos reliquisse inractũ peccatũ: sed in generali sit loquitur Apostolus vt denotet magnũ cumulũ peccatorũ. Sicut enim loquendi modus cõsentit vt aliquẽ totũ sanctũ, pium, & bonũ dicamus qui multis est repletus virtutibus sic etiã cõsentit illum appellari repletũ peccatis qui multa habet. Peccata enim non totã naturam viciãt. Neque ipsum peccatorũ caput (Dæmonẽ dicimus) putamus habere omnia peccata quę comniti possunt. Quis enim dicet in Dęmonę esse ębrietatis peccatum? Memores ergo hîc esse debemus consuetudinis quã habet scriptura sacra loquendi, vt cùm aliquid est tale secundum magnam partem totum dicat esse tale. Magna & grandis pars, pro toto solet poni. Sic, quia isti permultis erant irretiti vitijs, repletos omni iniquitate eos appellare non recusauit Apostolus. Ex istis tibi titè colligere poteris non dari summũ malum, sicut datur summum bonum: qui est Deus totus natura solus bonus.

Sed dices; Nunquid isti non peccauerũt idolatria? Maxime. Quid tum? Audi, & videbis quid tum. Ipsa causa est omnis mali, sicut scriptum est; Infandorum idolorum cultura omnis mali causa est. Igitur in omnibus peccauerunt Philosophi. Respondetur. Idolatriam causam esse meritoriam omnis mali dicere possumus & dispositionem. Meretur certè qui à Deo auferr debitũ honorem in omnia alia scelera labi tamẽ non est causa cogens. Et ideo non oportet idolatriam habere actu omnia alia peccata & totum esse malum. Non enim approbamus quod quidam volunt omnem infidelis hominis actum peccatum esse. Dicemus vero suo loco quo modo veniat intelligendus locus ille Pauli; Omne quod non est ex fide peccatum est.

Malitia.) Hæc duo vocabula peccatorum sunt nomina. Malitia enim peccatum, significat, sicut iniquitatis vocabulum. Verum habent se sicut homo, & animal, quorũ vtrumq; significat naturã animalis; sed aliud tanquã genus, reliquũ, verò sicut species. Et ideo modo incipit speciatim dicere vitia istorum hominũ. Quorũ primũ nominat malitiã, licet in exẽplaribus græcis fornicationẽ fecerit primũ: in nostris autẽ malitia precedit. Cuius inuersionis nescimus quę causa potuerit mouere vertentẽ, vt non insequeretur ordinẽ quẽ reperit in exẽplaribus græcis. Sed res non est etiam tanti momenti vt debeat quemquam perturbare. Fortassis

D. Tho. 1. p quæst. 49.

Sap. 14.

Isaiæ cap. 44.

1. Ioan. ca. 3.

Simile.

An Dæmon totus sit malus.

tassisinterpres videns per nomen malitiæ aliquid communius importari quã per fornicationẽ proximè post iniquitatẽ voluit apponere nomen malitiæ. Quod, si diligenter consideretur cupiditatem nocendi proximo importat. Quã cùm Dæmoninnos, quo ad potest, exerceat (maxima nos malitia prosequitur) speciali iure quodam tale nomen malitiæ sibi vendicauit. Abinitio namq; peccat non infirmitate, sed malitia motus. Vnde absque dubio est, grauius esse peccatum quod malitia fit, quam quod per carnis lapsum committitur. Nam qui malitia peccat, gloriatur cum malè fecerit, & data opera malis indulget: qui autem veneri dat operam passionum stimulis agitatur. Ad hoc igitur prospiciens qui ab vna in aliam vertit linguam, accepta licentia, ordinem harum duarum dictionum permutauit: prætermissa ea consideratione ob quam fortè Apostolus dederat primum locum fornicationi. Erat autem illa consideratio (vt aliquibus placet) aut quia tale vitium pluribus erat commune, aut quia magis dedecens sapientes erat. Verum quicquid sit, tu si cupis vel ex minimo nostro admonamento semper reportare aliquid commodi, memoriæ commendabis, hanc esse concessam copiam ijs qui vertũt vt interdum liceat eis alio ordine collocare res, quam inuenerint positas in proprijs fontibus: qui

D. Hieronym. in 1. cap. d. Matthæi

cùm beatissimo Hieronymo dicere possũt. Ordo inuersus, sed necessario commutatus. Neq; hoc ægrè ferre debent qui studiosi versantes sunt. Quoniam si interdum licet componenti scripturam per anticipationem dicere quod nondum fuerat factum (sicut saris notum, qui aliquãtulum sunt versati in sacris literis:) sic neque grãde piaculum est aliquando aliquam inuertere dictionem, potissimè quando talis inuersio & commutatio nullum præiudicium facit sano intellectui doctoris. Si hæc aliquis non probat, dicat ipse melius, & nos libenter approbabimus. Nos melioribus semper didicimus obtemperare, & malumus (si possumus) rationibus nostra dicta defendere quam pertinacia tueri.

Adiuertat hic lector quòd Paulus non fuit contentus dicere illos fuisse iniquos, & malitiosos (de quibus Prophæta dicit; Iniquos odio habui) sed dixit fuisse oppletos iniquitate & malitia. Emphasis est in dictione repletos. Adauger iniquitate & malitiam. Quasi dicat; Non quomodocumq; fuerunt iniqui, sed in summo iniquitatis & malitiosi: Nam pleni erant malitia & iniquitate. Ille autem videtur esse plenus iniquitate, qui totus propensus & affectus est ad peccandum. Et notet etiam lector quòd licet verbũ repletos tantum in textu addatur & coniungatur cum verbo iniquitate, supplendum tamen est in omnibus alijs & repetendum. Nam sicut erant repleti iniquitate, ita & repleti malitia, fornicatione, auaritia, & sic de alijs. Malitia significat studium & cupiditatem magnam nocendi proximo. Huius reus est ille qui volens & sciens, ac de industria nocere cupit proximo suo.

Psalm. 118

Fornicatione.

Explicatus est Apostolus non quòd ipsa peccatorum apicem teneat, sed fortè quia in plures debaccatur. Vix est qui se abscondat ab eo. Et non accipitur hic vt species quædam luxuriæ est, quæ alijs contraponitur: sed accipitur vt ambit omnem actum venereum. Coarctant tamen multi interprætum tantum ad actus venereos qui non sunt contra naturam. De his volunt Paulum hoc loco loqui. Sed non videmus quæ ratio moueat illos, vt sicut fornicationis nomine intelligitur adulterium, in cæstus & aliæ species

An fornicatio sit grauissimum peccatorum D. Tho. 2. 2. qu. 154. arti. 3.

luxuriæ, quare non debeat quoq; intelligi venereum illud peccatum contra naturam. Nam istud etiam est vna ex sex illis speciebus luxuriæ. Quare si omnes quinq; intelliguntur sub nomine fornicationis; cur non illa sexta quæ omnibus alijs & turpior & grauior est? Vnde (nisi fallimur) existimamus Paulum speciem pro genere hic posuisse: hoc est, fornicationem pro luxuria, quæ est genus omnis carnalis peccati. Sicq; sensus est. Repletos fornicatione, hoc est, luxuria.

D. Tho. 22. q. 154.

Dices fortè. Si Paulus appellatione fornicationem intendebat luxuriam quare eam non nominauit? Respondemus, istud idcirco esse factũ, vt reprobaret illorum errorem, qui existimabant simplicem fornicationem non esse peccatum; quales erãt gentiles & Iudæi. (Et vtinam inter Christianos aliquos, non sit talis error.) Cæterum si non esset nisi hic Pauli locus satis conuinceretur talis error. Nam hic Apostolus inter Catalogum grauissimorum peccatorũ annumerat fornicationem, tam simplicem, quam quamlibet aliam: De qua idem Apostolus passim mentionem facit, quò fortius & efficatius illorum errorem destruat, qui putabãt, omnia carnis inordinata delectamẽta fore peccata præter simplicem fornicationem. Et proinde tacitis omnibus alijs luxuriæ speciebus voluit expressam habere mentionem ipsius fornicationis: non quòd illi tantum notandi essent de hoc solo vitio, sed quia istud licitum putabant.

An fornicatio simplex sit peccatum mortale. Vide D. Tho. 2. 2. q 154. artic. 2.

Auaritia.) Aliud vitium capitale istud est, quo auarus concupiscit & desiderat bona terrena: nec curat iustè, vel iniustè sibi obueniant. Vnde hoc loco auarus ille dicitur quicumq; contra ius aliquid vsurpat, vel retinet. Auarus est fur, auarus est raptor. Auarus est qui rem alterius inuito Domino retinet. Et denique omnis qui iniustus est auarus dici potest. Auaritia virtuti iustitiæ (quæ præcipit vnicuique tribuere quod suum est aduersatur. Porro hoc vitium pessimum est: quoniam radix omnium malorum est. Quid non temptat, quid non molitur qui auaritiæ est debitus? Quid auaro scelestius? Ipsa namq; auaritia genus quoddam idolatriæ est. Aurum, argentum & vile metallum colit auatus. Seruus pecuniæ est. Tam ei deest quod habet quam quo caret. Pro pecunia fouenda, augendaq; nullum recusabit delictum.

D. Tho. 22. q. 118. art. 7.

D. tho. 22. q. 118 arti. 7.

D. tho. 22. q. 118. art. 3.

Nequitia.) Probè Apostolus auaritiæ proximè adiungit nequitiam. Auarus homo nequam est, & vix vlli benefacit. Et licet nequitia reperiatur in omni iniquitate (non enim multum iniquus, & nequam differunt) tamen hoc loco nequitia vsurpatur pro desidia, aut ignauia à bono. Malitia operatrix malorum est, nequitia declinatio boni est. Sunt namque hæc duo vitia satis germana. Vnde Apostolus dixit illos oppletos fuisse malitia, & etiam vt aperiret illorum ociositatem & ignauiã (quæ detinebat illos ne aliquid boni operarentur) dixit illos esse repletos nequitia, hoc est, desidia atque pigritia. Ad operandum bona desides atque pigrissimi erant. Sed dicis, ociositas videtur esse causa malitiæ secundum illud quod scriptum est: Multam malitiam docuit ociositas. Paulus autem videtur hic malitiam facere genitricem ociositatis. Primo malitia dixit illos fuisse plenos, postea, nequitia. Ad hoc responsio esse potest, quòd qui operatur malum declinat à bono; & qui ociosus est, & non operatur bonum, etiam malus est (quia malum est nõ operari bonum): & sic malitia potest esse causa nequitiæ, & nequitia ipsius malitiæ.

Ecclesi. 33.

Plenos

Gene 37. **Plenos inuidia**) Fera pessima quæ de uoranit Ioseph nuidia : imò , quæ mortẽ genuit. Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem. Prosperæ fortunæ & fœlicitati alienæ inimica , charitatis destructrix , sui ipsius cruciatrix , mater odij. Vitium est tristis , & angusti animi. Paruula occidit inuidia. Qui magnum animũ habet nulli inuidet. Inuidus suo facto spoliatum esse charitate , & alijs bonis diuinis se patefacit. Nam charitas non æmulatur. Qui Dei charitatem & gratiam habet nulli inuidet. Hæc sibi sufficere dicit. Paulo dictum est ; Sufficit tibi gratia mea: qua cum venunt alia bona quę, vera bona sunt. Qui hæc possidet nõ habet quòd alteri inuideat.

Sap. 2.

Iob. 5.

1. Corin. 13.

1. Corint. 12.

Homicidijs) Hoc vitium passim nascitur ex præcedenti. Licet aliquando alia de causa fiat. Verum frequenter inuidus vel vt bona habeat , vel quia malo animo & oculo torto respicit alium illi mortem machinatur. Hoc esse verum , & fratres Ioseph , & Caim suo facto ostendunt: & Saul multis modis ex inuidia Dauid occidere tentauit , quinimo inuidia Christũ morti tradidit. Sed dices , quid mysterij est in hoc verbo , quòd Apostolus cætera alia vitia in singulari numero protulit , & hoc in plurali ? Legunt aliqui in singulari homicidio. Et fortè plura le positũ est pro singulari. Licet non ignoremus. D. Thomam dicere Apostolum loquutum fuisse in plurali, quo innueret duplex homicidium alterum opere, aliud voluntate. Quidã enim erant qui sola voluntate occidebant: vt illi inter quos erant odia , & simultates. De quibus August. Qui odit, inquit fratrem suum homicida est. Alij vero opere compleant; & ideo dixit, homicidijs. Porrò quã detestandũ malũ sit homicidiũ, ex eius grauitate & malitia poteris tu docte lector colligere. Inter peccata quæ proximo maius nocumentum infertur ipsum est homicidium. Nocumẽrum autem eo est maius quo per illud maius bonum tollitur à proximo. Inter autẽ bona corporis primas tenet corporalis vita : pro qua dat homo cunctaque habet. Hæc autem tollitur per homicidium. Restat igitur vt sit atrocissimum & omniũ grauissimum inter peccata, quę contra proximum committuntur. Quare homicida iustissime morte puniturs.

Gene. 37. Gene. 4 1. Reg. 18. Matthei. 27.

Responsio

August. in regula.

Quantum autem inualuerit nunc hoc malũ, nemo est qui non videat. Fortassis ab orbe condito nulla fuit ætas in qua tam frequens fuerit hoc vitium sicut hodie. Nã nunc tam sunt homines alieni sanguinis sitibundi, vt nihil , vel parum referre putent siue brutum , siue homo occidatur. Imò quidam in homines crudeliores sunt quam in beluas. Nec mirum quidem nam , & ipsi beluis similiores quam hominibus sunt.

Contentione.) Et hæc etiam filia est inuidię Non enim raro inter inuidos sunt cõtentiones : & interdũ de lana (quod aiunt) captiua. Hæc pugnam verborũ habet cũ pertinacia, cùm quis, per phas & nephas , suas partes conatur tueri. Et quoniam Apostolus annumerat eam inter reliqua quę sunt peccata mortalia , credendum est eum loqui de ea contentione , qua quis impugnat veritatem , vel fidei , vel bonorum morum ; quæ esset peccatum mortale. Siquidem contendere an astra sint paria vel imparia , & vtrum detur quadratura circuli , & similia non putamus esse peccata mortalia : nam hæ altercationes nec ad fidei veritatem , nec ad eam quæ est de bonis moribus facit. Neque hoc loco intẽdit Apostolus damnare eas contentiones quæ in scholasticis conflictibus sciendi gratia fiunt. Siquidem quoties contentio vel necessitate

D. Tho. 2. 2. q. 36. 37. 38.

tate, vel vtilitate vallata fuerit, potius studiosa & bona dicēda venir, quam viriosa & mala. Adiecimus autem scie di gratia, quoniam si quis sophistarum more contendere vellet potius ad apparentiam, quam ad rei veritatem enucleandam, talis contentio vituperio digna est. sicut & illorum qui magnis clamoribus semper contendunt. Indecens enim est clamoribus agere, vbi erat agendum rationibus. Qui enim vacui veniunt rationibus ad conflictum statim solent armare se clamoribus: qui licet apud indoctum vulgus videantur aliquid efficere, tamen apud doctos, pro blateronibus (vt sunt) statim habentur. Quare hoc maximè præoculis debent habere Christiani disputatores. vt à tali se custodiant contentione: sed si rei negotium contentionem patiatur, dent ipsi operam vt sit moderata & laudabilis, non viruperabilis, qualis erat istorum Philosophorū, qui fortassè ideo notantur de contentione ab Apostolo, non quia diuersarum sectarum essent. Solent namque inter homines sapientes qui non sunt eiusdem factionis (quia cuilibet vult mordicùs tueri & defendere suam sententiam) esse contentiones. Sed præter has, fortè erant inter istas contentiones, qualis inter discipulos Christi, de primatu scilicet facta est, in quit, contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Hæc enim culpa digna est.

D. Thom. 22 2, q. 38, arti, 1

Luc. 22

Dolo. Dolositas est occulta persequutio, & dolus est occulta malitia. Vnum habet in lingua dolosus, & aliud in corde. Dolo vti solenti illi, qui vel non audent palàm proximo nocere, vel si audent non possunt. Est dolus in lingua, & est dolus in corde. Dauid passim agit contra linguam dolosam. Disperdat, inquit. Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Porrò in corde dolum habēt, qui duplici sunt corde: de quibus Sapiens; Væ, inquit duplici corde. Et alibi: est qui ne quidem se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Hæc dolositas filia & proles est inuidiæ. Scorpioni similis est vir dolosus, qui facie blanditur, & cauda mordet. Pacem cum proximo manifestè loquitur dicens; pax, pax: & non est pax. Clanculo insidiatur & illum perdere cupit. Simulator ore decipit amicum suum. Dolosi homines mel habent in ore, sed fel in corde. Vitiū prorsus peculiare traditoribus: qui dulcibus verbis salutant, & intus dolis pleni sunt. Huius generis fuit Iudas ille traditor, qui sub pacis signo suum tradidit Iudæis magistrum: & multi alij qui hoc vitio iure in sacris literis sunt notati.

Psalm. 11.

Ecclesiastici 1 ibidem 19.

Simile.

Psalm 27.

Hiere. cap 6 Prouerb. 11

Matth. 26.

Malignitate. Merito post dolositatem sequitur malignitas. Qui dolosus est non potest habere cum proximo suo bonam voluntatem, & bene esse illi affectus. Est namq; malignitas quędā morum prauitas secundum quam non valet pacifice loqui & conuersari malignus cum proximo suo: & si loquitur pacem, malum animum habet in illum. Isti maligni sunt de quibus loquitur Propheta Psalm. 27. dicens. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus suis. In ore habent dolum, & in corde malignitatem. Sicut enim benignitas homines reddit aptos ad conuersandū cum omnibus, ita malignitas efficit illos ineptos, difficiles & asperos.

Psalm. 27.

Simile

Susurrones. Susurratio peccatum est clandestinum & occultū, per quod ipse susurro clanculo inter amicos discordias seminat & odia procurat. Committur autem hoc vitium quando susurro defertur ab vno ad alterū aliqua, siue vera siue falsa quæ nata sunt parere dissidium & discordiam inter illos. Hos ferit Sapiens cum ait. Susurro & bilinguis maledictus multos enim conturbauit pacem habentes. Iure maledi-

Eccles. 28

maledictus, nam & ipsè occultis male dictionibus procurat amicorum perturbare pacem, imò & eam rumpere. Ij nempe susurro, & bilinguis odio sunt omnibus hominibus. Quod de viro linguoso dicitur, de susurrone quoque dici potest. Vir linguosus, Psal. 139. inquit Propheta, non dirigetur in terra. Porrò hos homines procul oportet abigere à nostris auribus si pacem cum proximo habere cupimus. Surda aure oportet illos pertransire: & quod multò melius esset, nullis cum illis consortium habere. Nam susurro nullum non mouet lapidè vt pacem turbet & amicitiam disrumpat. Vnde cum amicitia inter humana bona nō sit infimum bonum, qui inter proximos susurrectionem exercet à mortifero peccato excusari non potest: licet aliquando talis esse potest susurratio quæ venialis culpæ limites non excedat. Ex se tamē semper mala est.

Detractores.) Post susurrationem detractionem posuit Apostolus. Maximam societatem habent hæc duo vitia, tum quòd in materia conueniant; tum quòd ab vno ad aliud facilis sit transitus. Etiam in modo loquendi conueniunt. Vterque namque scilicet susurra, & detractor clanculo proximo nocent. Imò susurra quatenus de proximo loquitur malè, detractor est. Fine autem & intentione dis criminantur. Nam susurro non intendit rodere famam & bonum nomen sicut detractor, sed tantum dissoluere pacis & amicitiæ vinculum. Propter tamē vitiorum affinitatem vnum pro altero vsurpari solet. Susurro bilinguis est, non autem detractor: nam detractio nō fit inter duos sicut susurratio, quæ nititur duorum amicitiam rumpere. Et ideo oportet susurronem vti duabus linguis, nam cum duobus loquitur, aut de duobus, de quorū altero alteri malum loquitur. Detractio autem de vno solo fieri potest. Hæc autem licet plures ambiat quam susurratio, tamen ista illa grauior est & deterior: vtraque tamē ex suo genere & per se peccatum satis graue est. Nam denigrare famam alicuius (quæ inter res tēporales est præciosior) & amicitiam dirūpere (quę multis præstantior, etiam ipso honore, est) in his duab⁹ rebus ledere proximum graue crimen est, & ex suo gē nere mortiferū. Sed fortasse scisciteris dicēs; cur Apostolus nihil dixit de murmuratione sicut de istis duab⁹ loquutus est? Respondemus sub detractione compræhensam fuisse murmurationem. Qui non recusat detrahere suo proximo, non recusabit detrahere eodem murmurare. Qui linguam effrenatam habent, à murmure incipiunt, & in detractione finiunt.

D. Tho. 22. qu. 74.

Deo odibiles, Alia lectio habet Dei osores. Si iuxta vulgatam legamus vnus sensus est, alius verò si secundum aliam. Si legimus Deo odibiles, sensus est susurrones, & detractores esse Deo odibiles: & sic non inducitur hic notium peccatum præter illa duo, sed his verbis docet Apostolus illa duo crimina non esse parui momenti reputanda: ideo adiecit quòd qui talia agūt sunt Deo odibiles hoc est, quòd Deo illos odio habet. Odio sunt Deo detractores & susurrones. Sed rogas: Quid opus erat istud addere potius in his duobus criminibus quam in aliis? Respondemus plus necessitatis esse in his vitijs quā in alijs. Tum quia hæc peccata non committuntur nisi verbis: ideo existimarē poterāt non multum grauia esse, nec Deo nimiū displicere. Et ideo Apostolus volens hunc errorem de medio tollere adiecit hæc verba, scilicet, Deo odibiles. Quasi dicat. Nō sunt hęc crimina parui æstimanda quasi non sint grauia, nam reuera grauia sunt: quoniam illos qui eis irretiti sunt Deus odio habet. Nec mirum; nam cùm Deus sit maximè

maxime diligens pacē, concordiam & amorem inter fratres, non potest
Proverb. 6. non odio prosequi illa crimina, & eorum factores qui seminant inter fratres discordiam & destruūt pacem, sicut sunt susurrones, & detractores. Vel fortassis hoc dixit & addidit quia hæc crimina ex frequenti consuetudine & vsu quasi non habentur nec reputantur peccata, vel saltim leuia esse existimantur. Quare ad extirpandā hanc opinionē voluit Apostolus ostendere susurrationē & detractionem esse Deo odibiles. Quo circa potius hīc ostendit Apostolus grauitatem horum duorū criminum quā nouum crimen.

Si autē sequamur aliā lectionē quæ habet Dei osores, innuit Apost. hic
D. Tho. 12. qæst. 74. nouū peccatū, & grauissimū quidem, quòd dici solet odiū Dei. Et hæc lectio nō immerito multis explanatoribus placet. Nā cùm hoc satis insigne sit crimē, adnumerādū erat inter alia multa quę hīc recēsēt Apostol⁹. Nec mirari debet aliquis quòd ceciderint illi, in tantū flagitiū vt Deū odio prosequerētur. Quoniā cùm lapsi essent in reprobam mentē, creditu quoque facile est illos deuolutos fuisse in odium Dei: intelligētes illū esse qui debebat sua tam nephanda scelera punire Sub hac.n. ratione Deus (licet ipse sit summū bonū) odio haberi potest.
Ioan. 7. Ioan. 15. Vnde Christus Ioan. 7. dicebat. Mundus odio me habet. Et alibi; Vt impleatur sermo qui in lege eorū scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Sicut Deus impios & impietates eorum odio habet; sic vice versa impij & iniqui Deum impietatis punitorem odio prosequuntur. Vellent ipsi remanere sua crimina impunita à Deo: quod nunquam faciet, nec facere suam condecet iustitiam.

Contumelioſos.) Post detractores & susurrones ad cōtumelioſos venit Apostolus. Hæc tria hominum genera proximo nocēt lingua. Susurro discordiā quęrit, detractor infamiā, contumelioſus iniuriā. Vnde contumelioſus iniurioſus dicit, nam & contumelia iniuria est. Fit autē contumelia tam in bonis fortunæ naturæ, quā gratiæ. Vnde si quis obijciat alicui quòd sit homo pauperim⁹, omni patrimonio orbatus, homo mendicus: secūdo si obijciat illi quòd sit rusticus ex infima gente natus, quòd sit ex peccatorib⁹ genitus, quòd sit monoculus, claud⁹, vel cęcus; in bonis animi, quòd sit ingenio hebes, tardus, rudis, ad literas inept⁹, rationis imparticep, vel quòd vulgo dicit, asinus ad lirā; hęc omnia verba cōtumelioſa sunt. Deniq; & in bonis gratiæ contumelia fit: vt cùm quis nominatur hæreticus, fur, traditor, Dæmonium habens, vel aliud si mile. Neq; refert in cōtumelia quòd qui illam patitur talis non sit qualem iniurioſus & contumelioſus appellat illum? non tam hoc spectandū venit quā animus dicētis cōtumeliā; qui alium afficere iniuria & contumelia intendit. Ipse ex sua parte proximi honorē lædit siue proximus sit talis, siue non: alioquin contumelię illatæ Christo non essent pœna dignę. nam ipse nec talis erat, nec esse poterat quales erant contumeliæ. Contumelia detrior est detractione: in illa namque magis contemnitur proximus, imò & magis offenditur. Nam mitius sustinemus & patientius ferimus mala & iniurias contra nos prolatas clanculo & in absentia quam quæ palā & in præsentia obijciuntur nobis. Qui detrahit, eum cui detrahit, aliquantulū timere videtur, nam nō audet palam detrahere sed secretō & in angulis: at contumelioſus facie ad faciem inuadit illū & contemptui habet. Huius vitij nota semetipsum notauit Apostolus. 1. Cor. 1. dicens; fui blasphemus, & persequutor, & contumelioſus.

Superbos.) Superbia vitium satis no-

tum

tum est,& (quod dolendum est) plus satis commune. Duo sunt vitia quæ nulli serui & conditioni hominum pareūt superbia,& auaritia. Huic omnes studentà maximo vsque ad minimum, à Propheta vsque ad sacerdotem: ab illo, nemo se abscondit nisi ille, qui non habet vnde superbiat. Sed quis est hic qui non habet? Si non habet putat se habere. Superborum ingenium & genius est arrogare tā quæ habent, quam quæ non habent. Meritò Paulus post osores Dei collocauit superbos: nam sicut scriptum est. Superbia eorum qui te oderunt, ascēdit semper. Ipsa est quæ malorum aceruum consendit. Ipsa est altera peccatorum radix. Ecclesiast. 10. Initium omnis peccati superbia. Ab hac incipit qui à Deo se auertit, sicut cupiditas principium vnde peccator ad eteaturam se conuertit. Ex his duabus radicibus multi pullulant infecti rami. Apostolus sub radicibus ramos quoque complectitur. Sunt qui putant superbiam hoc loco non pro ipsa sed pro iactantia esse positam. Sed parum refert: nam qui se iactant & ostentant non sunt alij quam superbi. Propria namq; conditio superborum est iactare se: etiam de his quæ non habēt.

Hierem. 6.

Psalm. 57.

Elatos.) Meritò elatio conglutinata est superbiæ, vel iactantiæ. Qui se iactant & sua ostentare procurant eò faciunt, vt conferentes se cum alijs se excellentiores præferant & ostendant. Ad viuum & graphicè Pharisæus ille in Euangelio patefecit hoc vitij genus dicens. Gratias tibi ago Domine, quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, adulteri iniusti, velut etiā hic publicanus. Quis non videt quomodo se effert præ alijs? Nō sum inquit sicut cæteri hominū. Sic isti philosophi superalios se se efferebant, putantes se esse Sapientes.

Luce 18

Inuentores malorum.) Hoc loco taxat istos præsumptione, quæ à iactantia & superbia pullulabat. Superbi namque & qui de seipsis nimium confidunt sunt qui semper nouitates ad inuenire volunt: quæ, cùm bonorum esse nequeāt (cùm in ipsis nulla sint bona) necesse est tales inuentiones malorum esse: Quare egregio nomine vocauit eos Apost. inuentores malorum. Sed dices, Quorum? an eorū quæ hactenus enumerata sunt? Nonne ante istos iam mūdus ista habebat scelera? fuerunt isti illorum scelerum primi inuentores? Nunquid in superbia, auaritia, reliquisq; vitijs iā multo antea peccatum erat? Quomodo igitur isti sunt inuentores malorū? Nos non putamus hoc referendum esse ad illa vitia quæ taxauit Apostolus, sed ad multa alia quæ non recitauit. Vnde vt comprehēderentur (vel saltim tacitè) placuit ei sic appellare istos absolute inuentores malorum. Quis posset, vel multis, explicare omnes illos modos quibus homines mali fuerunt? aut quis poterit annumerare omnes illos modos voluptatis, libidinis & turpitudinis, quibus ipsi venerem colebant? Et idolatriæ species quas isti infelicissimi excogitarūt quę lingua narrare poterit? Et vt vno verbo omnia eorum scelera comprehēdamus tanto studio eorum quisque nouos modos peccandi conabatur adinuenire in quouis peccatorum genere quanto studiosi & boni nitūtur virtutes augere; imò & maiori: quoniam pluribus modis contingit augeri vitiorum numerum, quam virtutū. Siquidem bonum est ex integra causa, mala autem ex singulis defectibus multiplicantur. Et, vt in prouerbio est, magis mala quam bona soleteres cere herba.

Responsio

Parentibus non obedientes. Hactenus docuit Apostolus quomodo se habuerint isti circa extraneos proximos, hoc

hoc est,qui nullo sanguine iuncti sunt: nunc autem ostendit qualiter se habuerint circa suos cōsanguineos, qui cum rebelles & inobedientes fuerint patribus, matribusq; suis, bene se habuisse cum alijs non est credibile. Qui perperam se habet cum patre & matre(quibus tantum debet)qui fieri potest vt bene se habeat cum illis,quibus non tantum debet? Parentibus enim quòd simus, post Deum, debemus: quod tantum est beneficium vt(teste Philosopho)ei nullum sit æquale & par quod in recompensationem reddi possit obsequium. Dijs enim, inquit,& parentibus non redditur æqui ualens. Quo fit, vt tanto sit grauius crimen parentum inobedientia quāto ad hoc fugiendam maior erat obligatio. Dignus igitur capitali pœna est iure is qui, vel suis parentibus auxilia non præstat, aut post Deum Dnosq; eos non summa veneratione colit & veneratur. Sed ô bone Deus, quam latens campus nobis esset hic datus in filiorum crudelitates erga parentes inuehendi nisi timeremus has partes non esse nostri instituti. Expositorem enim agimus, & non obiurgatoris vicem gerimus. Verum cùm nostra intentio non tantum sit facere lectorem doctum sed etiam pium (si possumus) proinde non putamus etiam nos nostri muneris esse oblitos si aliquando data occasione aliquid dicamus quod vel malos destruat mores,vel ad bonos incitet. Studeāt igitur filij,si boni esse volunt parrum necessitatibus subuenire eos que quāto potuerint honore venerari. Aliter enim cum istis sua quoque pœna erunt digni & rei.

1. Tim. 5.

Insipientes. Antea vocauit istos stultos modo vocat eos insipientes. Insipientia vitium est oppositum sapientiæ, quæ necessaria est ad rectum gubernamē. Qui enim nesciunt seipsos regere ac gubernare insipientes solent appellari. Tales erant isti,qui tantum ad nouos modos & artes fallendi sapientes erant. Horum officia sunt nō discernere bonum à malo, verum à falso, & honestum à turpi: sed omnia confundere, & falsum dicere verum, & bonum malum. Aliud officium est nullam habere de futuris rebus curā agere omnia absque intentione sed tantum pro sua libidine. Hos ferit Propheta dicens. Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

Deutero. 32.

Incompositos. Hoc maximè sequitur ad insipientiam. Insipiens enim nullam seruat rationis regulam in suo viuendi modo. In incessu,statu & habitu offendit circunspicientes. In ordinatè enim se habet,nec vllam tenet moderationem. Quare iure appellatur incompositus. Compositio si quidem quæ tam in sermonibus quam in vestibus signum est sapientię maximè decet sapientes. Quare iure Pater Augustinus admonet suos monachos dicens. In incessu,statu, habitu & in omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum,sed quod vestram deceat sanctitatem. Et idem Apostolus alibi,modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Qui enim modestiam perpetuo præoculis habent in cōpositi esse nequeunt: sed illi sunt qui dissolute cachinnantur & gesticulantur & indecentia immoribus ostendunt.

In Regula.

Ad Philip. cap. 4.

Sine affectione. Affectio duplex est in nobis,altera naturalis, altera quæ à charitate(quæ benigna, & compatiens est) nascitur. Vtram q; remouere Apostolum affectionem ab istis ixistimamus. Nam de affectione charitatis certum erat,vt qui prorsus essent charitate expoliati. Sed de alia posset esse dubium, quam tamen illos ex se exuisse vel ex eo putamus,quod nec parentibus naturæ ius soluebant.

1. Corin. 13.

Adde

Adde tu quòd homines qui ratione non viuunt, nec regula aliqua regulã tur sed tantum impetu & bestiarum more feruntur crudeliores sunt & minus habent pietatis & amoris quam beluæ, & ideo dicuntur esse absque affectione: ex quâ nascitur omnis crudelitas, impietas & multa alia id genꝰ mala. Exterminato proximi amore; non potest non perperã tractari proximus. Hic locus congruè nos admonet vt depositis malis affectionibus charitatis affectu confratres nostros prosequamur. Sunt autẽ multæ malæ affectiones, sed potissimè tres quę hanc bonam suffocant & occidunt. Prima est cupiditas; quæ sibi omnia vellet. Vnde enim tot doli, fraudes, fallendi artes, decipiendi modi; vnde tot vsuræ, furta, latrocinia, rapinæ intoxicationes, & homicidia nisi à cupiditate? Alia mala affectio est odium quod discordias excitat, iras & lites producit: vltionẽ citò procurat; & in multa alia facinora præcipitat. Tertia mala affectio est quæ in voluptatibus tota versatur. Hæc aliquando nec personæ nec modo parcit sed quomodocunque suum temptat adimplere desiderium. Si hæ bestiæ rationis freno essent cõstrictæ non sic natura depraua retur nec ab omni expoliaretur affectione. Verum quia qui tales habent affectiones siue pessimas passiones nemini sit mirum si in tot tantaq; crimina labãtur. Qui enim tantis tamque iniquis repletus est affectionibus bonam illam amoris & dilectionis vt habeat fieri nequit. Quare iure dicuntur isti esse sine affectione. His tamen non obstantibus nostra hæc est opinio vt credam⁹ modis omnibus posse neminem à se exibilare & exterminare affectum ad aliquem. Verum quia iam sic assuera crudelitate & sopita pietate isti duriſſimi erant & tardissimi ad pios affectus proindè dicuntur nullo tangi affectu & esse absq; affectione.

Sine fœdere.) Sic appellari istos à Paulo putant nonnulli ex eo quia fugiebant maxime societatem hominum, solitariam vitam magis amantes. Et ideo dicũtur absque fœdere. Fœdus enim ad conuiuendum multos simul valet. Qui enim alijs socialiter non conuiuunt, fœdere opus non habent. Sed nos (salua hac expositione) magis probaremus ideo dici istos sine fœdere, non quia haberẽt ingratam communem viuendi normam, sed quia erãt fœderis violatores; sicut ille homo iure dicitur absque fide qui pollicitam non seruat fidem: sic sine fœdere dicuntur qui frangunt quauis ex causa fœdera. Id circo merentur dici fidefragi. Fœda res est & vituperio digna non seruare pacta & fœdera, quæ ad mutuum conuictum sunt per quam necessaria.

Sine misericordia) Misericordia duplex est, vna quæ est virtus excellens, altera quæ à natura insita est: ambas remouet Paulus ab istis, quoniam sic sęui & crudeles erant in alios vt nulla misericordia vellent necessitatibus eorum subuenire: & in bellua rum naturam mutati, nec naturali misericordia permouebantur. Sed hoc eis euenit quòd insipiẽtes essent existimantes nihil miseriarũ eis posse euenire. O miram cæcitatem & insipientiam: miserijs pleni, malisque referti ſperant nihil mali se passuros. Non enim tales se esse arbitrabantur, & sicut insipientes nulla de nouissimis habebant prouidẽtiam. Conspicite vos ipsas foris intusq; vestras scrutamini miserias quarum cognitio vel efficax est ad docendum vos misericordiã. Homines estis, mortales vos fecit natura: agnoscite vos esse homines à quorũ natura nõ est aliena misericordia. Quòd (si superbia & errore decepti) non homines sed Deos vos esse existimatis intelligite Dei, maximè

Simile

me esse proptium misereri semper & parcere. Quod si non in Deos sed (quod verius est) inferas mutati estis (& non quidē naturæ culpa, sed vestra obscelera) nolite esse belluis deteriores. Hæ quidem sicut experimēto patet & mutuo se iuuent, & alternatim (vt possunt) rependunt vicem. Nonne coruus suis pullis victum quæritat? Et gallina nunquid congregat pullos sub alis, tum vt eos foueat, recreetque; tum vt à rapacibus auibus defēdat, & tueatur? Nunquid homines deteriores istis bestialis erunt? Absit. Sed semper memor sit quilibet se misericordia quoque egere. Nam ficut non minus eleganter quam verè ille Boetius ait nihil est in vita hanc omni ex parte beatū. Nemo sibi (nisi voluntariè falli velit) hic perfectam promittat fælicitatē.: neque si malus est animum desponde at quo credat se in extremam venisse miseriā. Nulla enim est in hoc mundo miseria siue sit poenę siue culpæ tam miserabilis, quæ misericordia non sit digna. Tempus est miserendi. Sed caueamus ne nos prætereat & fugiat hoc tā acceptabile tempus absq; misericordijs. Secus enim ianua clausa cōtinget quod vsu venit auaro illi diuiti: qui cùm duxerit suam vitam sine misericordia, nec quādo ipse indignit ea dignus est iudicatus, sed dictum est ei: Magnum chaos est inter nos & vos vt si qui volunt hinc transire ad vos non possint: neque inde huc trāsmeare. Quod iustissime factum est. Nam qui cùm potuit noluit habere, dignus est vt qui etiam non recipiat: & sic pari poena puniturius xta illud; iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Si igitur eam abituri verè speram' post extremum nostrū diem incipere nos hic facere nostris proximis oportet: & tunc adimplebitur in nobis id quod Saluator ait; Beati misericordes,, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Nec nos impedire debet quod miseri sint mali: nam misericordia impartienda est cum dilectione hominum & odio vitiorum. Natura diligenda est vitiū odiēdum. Ceterū obseruet hic pius Lector Paulū non appellasse istos crudeles sed immisericordes immisericordia plura ambit quam crudelitas crudelis est is qui ledit alium atrociter absque causa iusta & is quoque qui adficit maiori supplicio quam delictum meretur & si crudeles sunt domini qui pro minimis & leuissimis defectibus seruorum illos mannis poenis castigant ac puniunt at immisericors omnis crudelis est, sed vltra hoc ille dicitur talis qui in afflictis poenis nullam vult habere mitigationem sed cum magno & summo rigore iubet fieri vindictā & iustitiam in poenis etenim seruanda est æqualitas sicut in præmijs vtrunque, namque ratio iustitiæ iubet. Et in hoc Deus Opt. Max. Nobis exemplo est qui in sua misericordia non excitat nec accendit totum suum furorem & iram & sic non it acitur misericordiæ recordatur.

Augusti in regula. D. Tho. 2.2. q. 25. ar. 8.

Luc. 16.

Iacobi 2.

Matthei 5.

Sequitur in text.

Qui cùm iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

REcitato & completo vitiorum catalogo quibus isti scatebant condignam poenam asserit portantis sceleribus esse mortem: non primam quam necessitate naturę patimur, sed secundam, quam iure nostris demeritis promeremur. Anima, inquit quę peccauerit, ipsa morietur. Et certè licet

Ezechielis.

licet peccata quæuis quo ad actum aliquo tantum spacio temporis durent, tamen quantum ad reatum donec deleantur perpetuo durant. Vnde est vt par sit poena quam Deus per mortem æternam infligit. Et quia eum à quo vitam accipiunt, & per quem omnia viuunt peccatores spernunt iusto Dei iudicio vita priuati morte puniuntur. Quare merito dicit Apostolus eos qui talia agunt dignos esse morte. Ex qua conclusione liquido colligitur omnia hæc vitia adnumerata a Paulo esse mortifera peccata, licet aliquando quædam eorum propter imperfectionem actus & alias causas possint esse venialia: tamen in illis omnia putamus esse mortalia vel quia ex malitia & malo habitu & ex depranata natura peccabant, & ex aliis etiam coniecturis sic dicere verisimile est.

Porrò apponere voluit Apostolus post tot tantaque recitata facinora Gentilium, & præcipuè sapientum, hanc finalem clausulam, duplici de causa: altera vt ostenderet illos non habere locum nec patere eis aditum vllum ad excusandapeccata sua, eò quod non fuerunt commissa ab illis vel ex passione, vel ex ignorantia, sed ex certa scientia detenta impietatem & iniustitia commiserunt illi.

Secunda causa fuit vt vt doceret illos non tantum in seipsis exercuisse impietatem & iustitiam, sed etiam probuisse consensum, approbando facinora & scelera aliorum eorumq; impietatem fouendo. Et sic duplici ratione ostendit illos dignos fuisse morte æterna; altera ob sua propria peccata, altera ob aliena. Nam qui dissimulat & cõsentit peccata (si tenetur illa reprehendere,) videtur docere illa impunè & licitè fieri posse: quòd si non verat reus est illius peccati sicut ille qui perpetrat illud. Vnde isti catenus mali erant vt non contenti tantum quòd ipsi perpetrabat mala, sed etiam alijs peccatoribus consentiebant.

Cæterum hic vnus est Pauli textus in hac Epistola difficultate inuolutus, quæ difficultas orta videtur tum ex varia textus lectione, tum ob interpretum diuersas explanationes. Quare vt clarius & perspicuus remaneat incumbere nobis videtur diligens & accurata vtriusque scilicet lectionis, & expositionis consideratio & ponderatio. Et quoniam varietas lectionis solet gignere sensus varietatem ab illa exordiri operæ precium erit. Ex modernis traductoribus paucissimi sunt qui approbent lectionem quæ apud nos nunc circumfertur in nostris codicibus vulgatæ æditionis. Et adeò quibusdam displicet, vt non recusauerint dicere, in vulgata æditione literam esse corruptam, & depraua tam: & (quod longe deterius est) asserũt in hoc textu si vt iacet legatur non haberi nec ex eo colligi posse sensum significatum & intentum ab Apostolo, Qua de causa (fortassis merito) putant aliqui reprehẽsione dignum esse veterem traductorem, eo quod nõ verterit fideliter rextum græcum & latinum. Quod si vt isti volunt esset profecto non tantum Interpres culpa dignus esset sed etiam vulgata æditio suspecta remaneret. Si enim in hoc loco credimus interpretẽ prænaricatorem fuisse talem in alijs locis (si non nos catholici saltim existimare poterunt hæretici: & sic periret fides nostræ vulgatæ æditionis tam commendatæ à Sanctissima Synodo Tridentina. Sed dicis. Quid habet hæc vetus traductio quod non possit sustineri? Est ne aliquid quod sit ab ea meritò expungendum: an est diminu-

ta vel manca, vel redundans & superflua? Qui eam notant, in his duobus solent illam taxare, vel quod aliquando abundet, aut quod aliquã do deficiat. Sunt qui dicunt abundãtem esse: & non desunt qui asserant verba secum habere pugnantiam. Responsio,

Qui traductiones nostras metiuntur & mẽsurant iuxta & secundum exemplaria græca dicunt nostram in hoc loco in quatuor verbis super abundare vltra græcam. Hæc enim non habet, non intellexerunt, nec duo illa postrema relatiua: sed hoc modo habet græca lectio. Qui cum iustitiam Dei cognouissent, quòd qui talia agunt digni sunt morte, non solum ea faciunt, sed etiam consentiunt facientibus. Huius textus hic sensus lucidus & clatus ex se est: nam vult dicere in eo Paulus quòd illi de quibus loquutus fuerat, qui erant repleti iniquitate, dolo, superbia, & alijs vitijs de quibus eos notauit; isti cognoscẽtes iustitiam Dei, nimirum istã, quòd qui talia faciũt sunt digni morte, cum hac cognitione, non solum fecerunt ea, sed etiam consentiebant facientibus. Quod vno verbo poterat dicere Apostolus si dixisset illos simul esse facientes & consentientes: Et sic aggrauauit illorum peccatũ, qui non contenti erant patrare mala, sed etiam in alijs fouebant aliena scelera.

Porrò contra hanc lectionẽ (quod sciamus) nullus est qui obmurmuret cæterũ aduersum nostram insurgunt plerique dicentes, duo esse verba pugnantia ad inuicem, scilicet, cognouissent, & non intellexerũt. In hunc modum ratiocinantur dicentes; si cognouerunt, quomodo non intellexerunt? & si non intellexerũt, quomodo cognouerunt? Qui cognoscit iustitiam Dei, necessarium est vt cognoscat illos qui perpetrant talia mala, esse dignos morte: & vice versa qui ignorant, & nescij sunt nec intelligunt, oportet & necessarium est vt de iustitia Dei cognitionem minime habeãt. Et sic hæc duo verba quæ habet nostra vulgata versio, simul coherere & stare nequeunt. Verum enim verò hæc adducta pugnantia non tantum vitium habet, quantum apparentiæ: non sic vrget vt cogat nos propter eam relinquere debere hanc vulgatam lectionem, quæ fortè â multis annis) iam recepta est; nec minus iusta quærela habetur in antiquum interprætem quicunque ille fuerit. Post quam enim propositæ obiectioni satisfactum fuerit, immunis remanebit ipse qui vertit ab omni nota, qua (fortè iniustè) notatus est. Sit igitur responsio. Bifariam potest contingere aliquid esse non intellectum, altero modo per ignorantiam, hoc est, quia ignoratur: vt cum quis ignorat aliquid, dicit se non intelligere. Ignorata omnia sunt non intellecta. Quod enim quis ignorat dicit se non intelligere. Et sic ignorantia & intelligentia compugnantes sunt, sicut cognoscere, & non intelligere. Aliomodo dicitur aliquid non intellectũ nõ quod à parte rei tale sit, sed quia intelligens dissimulat se intelligere & habet pro nõ intellecto: & hoc modo cognoscere, & non intelligere, adinuicem non pugnant. Et sic isti Philosophi erant cognoscentes & non intelligentes. Quod enim isti non intellexerint, non erat ex parte intellectus, sed voluntatis. Noluerunt intelligere. Erant enim de numero illorum de quibus cecinit Propheta; Noluerunt intelligere, vt bene ageret. Et sic hæc crimina quæ Paulus expressit; ex deprauata voluntate, ex certa scientia & malitia illorum perpetrata fuerunt. Et ideo qui hanc litteram sic exponunt non minus accusant Philosophos istos, quam qui græcam sequũtur. Vndè Paulus quãdo hic redarguit eos non excusat illos

los quòd ignorantes essent iustitiæ Dei vltricis licet dicat non intellexerunt: quia istud nõ intelligere volũtarium erat. Nec ipsi negabãt Deũ esse iustũ; imò ritè sciebãt autores talium criminũ dignos esse morte: & simul cum hac cognitione & notitia operabantur mala ex habitu & praua volũtate operãtes. Qui. n. orto soli claudit oculos, in tenebris dicitur esse, non quòd ipse non intelligat solem esse, & reuera nõ esse à parte rei tenebras, sed quia ipse non vult videre solẽ illuminãtem illũ. Pari ratione illi cognoscentes per intellectũ iustitiã Dei contra malos huic cognitioni clauserunt oculos suos, & dilexerũt peccatorũ tenebras facto & operibus: non intelligentes iustitiam Dei. Qui enim operatur aliter quam intelligit dicitur merito non intelligere: nam si intelligeret non se diuerteret ab intelligentia. Sicut. n. malis dicet Christus; Amen dico vobis, nescio vos, hoc est, non approbo vos: sic isti nesciebant iustitiam Dei, quia factis eam nõ approbabant. Quòd si quis illos tueri velit dicens; nihil mirũ, nam traditi erant in reprobum sensum: si quis est tractus igni nihil mirum si comburatur, non est istud simile. Nã ignis naturæ necessitate agit: reprobus autẽ, quãtumcunq; permissus sit à Deo labi in passiones ignominiæ & in reprobum sensum libere & non necessariò peccat. Hæc. n. traditio in mẽtem reprobam, nõ tollit ab illo liberũ arbitrium. Neq; obstat etiam quòd tales habeãt obscurata corda: nam obscuratio ista nõ est tanta vt valeat omnino & modis omnibus reddere mẽtem obtenebraram. Vnde nec vnum (quantumcunque etiam flagitiosissimum peccatum) quinimo nec per multa valent totam naturalem extinguere lucem. Sicut enim peccatum non præbet interitum naturæ (licet eam vulneret), sic peccati tenebra non valet congenitum nobis totũ lumen extinguere:

Simile.

Simile. Responsio.

reddere tamen potest obscuratum. Vnde Paulus tantum dicit, obscuratum fuisse insipiens cor istorum hominum. Aliud est esse in obscuris; aliud prorsus in puris tenebris. Et ideo isti post tot tantaque flagitia cognoscere & intelligere poterant iustitiam Dei vltricem in peccatores, illosque dignos esse quo æterna morte punirentur quidẽ: non solum facientes, & perpetrantes fascinora, verum etiam consentientes. Sunt tamen non nulli qui secus intelligentes locum illum Pauli, scilicet; Obscuratum est insipiens cor eorum, quam à nobis sit nunc explanatus, asserere haud recusant in illis ob tot tantaque crimina non solum obtenebratum lumen naturæ, sed etiam prorsus tuisse extinctum, & liberum eorum arbitriũ factum esse velut mancipium ipsis criminib⁹ Forte ad hoc moti quidẽ sunt quia viderũt illos tam obcęcaros tamque peccatis inuoluros in tantasque exorbitantias prolapsos, vt quasi cæci & coacti viderentur aliud facere non posse quã peccare: nullum non dimiserũt peccatum quo non essent infecti & contaminan. Et fortè Apostolus, pudoris gratia, silentio inuoluit alia multa quæ non est ausus nominare.

Sed contra istos qui existimant tales fuisse Gẽtes, & si non in toto, saltim in parte: leuis cõsurgit obiectio. Nam si tales erant, excusandi venirent, vt qui iam perditum haberent vsum rationis & sui iuris non essent, nec etiam libertatem ad bonum, malũmé possiderẽt. Qui tales sunt, cùm non ducantur ratione & naturali lumine, sed velut pecora sint, quomodo illis imputabimus illorum facta, & eos reos peccati facere possũmus? Si non vident mala & bona, neque ad ea habẽt liberum arbitriũ, quomodo eis imputabuntur ista opera ad damnationem? Ad hoc respondent dicentes, quòd quando aliquis

breuitatem. Quod vt facere in aperia mus, in huius capitis calce epilogo nullo eorum quæ dicta sunt in eo cõsultò vti nolumus: hoc vnum tantum (vt coroindem imponamus.) Magistratus; Potestates, Gubernatores, Reipublicæ, ac deniq; omnes patres familias, tam spirituales, quam corporales interim admonemus ne segnes & negligẽtes sint in suorũ subditorum animaduertẽdis peccatis, quó se præseruẽt ab hac an dura sentẽtia; Digni sunt morte, nõ solũ qui faciũt ea, sed etiã qui consentiunt facientibus.

CAPVT. II.

PRopter quod inexcusabilis es ô homo oĩs qui iudicas. In quo .n. iudicas alterũ teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. &c.

Apostolus duab⁹ postquam.) in illis rebus in primo cap. se occupauit, scilicet: in declaranda necessitate gratię Euãgelicæ, & fidei Iesu Christi, quæ cunctis mortalibus oppidó necessaria ad salutem. (hoc enim proposuerat sibi Paulus thema tractãdum) hocq; congruẽtissimè factũ est. vt futiles & innanes vires naturales (in quib⁹ Gẽtes confidebãt) extenuaret, diminueret, deijceret ac pessundaret, tanquã insufficientes ad comparandã hominũ salutẽ (solum .n. gratia Dei, & Euangeliũ Iesu Christi, quod virtus erat in salutẽ omni credenti, mortalibus; tam Iudæis, quã Græcis siue Gẽtibus ꝓmittere poterãt;) istud copiosè & ingenioseè satis Apostol⁹ docuit & explicauit, alterũ verò, quod nõ minus mirificè absoluit, erat versari in laudem & œncomium diuinę iustitiæ, (non illius qua homo iustificatur, sed illi⁹ qua homo peccator damnatur & punitur poena sibi condigna (cuius rei gratia descendit Apostolus ad vituperandos illos, qui cognoscẽtes Deum, illũ non glorificauerũt, sed veritatẽ detinẽtes in impietate & in iniustitia euanuerunt: adeò vt se dignos effecerint quò traderentur in mẽtem reprobam, & replerẽtur omni iniquitate & peccato) ac proinde Apostolus vt iustus iudex iudicauit illos morti æternę fore meritò tradẽdos, tanquã multorũ & infandorũ scelerũ autores & fautores, priustamẽ quã in illos hanc proferret sententiã voluit graphicè & suis coloribus depingere eos, quod fecit texẽs tam copiosum suorũ scelerum & facinorum catalogum; quo decurso & recitato in hæc quę sequunt verba ꝓrupit dicens, propter quod inquit in excusabilis es ô homo omnis qui iudices. Porrò quid sibi velit Apostol⁹ in hac verborũ illatione nõ est vsque quaq; exploratũ inter enarratores, & expositores. Sunt nam q; plusquã mille Pauli interpretes qui vno consensu dicũt Apostolũ hoc loco transitũ facere ad alias personas & iam nõ habere rem & negotiũ cũm Gentib⁹ sed cũ Iudęis. Quód si scisciteris & roges vnde veniat hic saltus; Respõdent nonnulli venire ex iusta occasione quam habuit ex eo quòd Gẽtiles increpauit Nã cùm ipse cõstitutus esset iudex inter illos duos populos quos adinticè pacificare & cõcordare intẽdebat: si increpatis Gẽtilibus nõ reprehẽdisset Iudęos quoq; maiorẽ cristam aduersus Gẽtiles erexissent intelligẽtes illos tam acriter obiurgatos fuisse ab ipso Apostolo se autem intactos remãsisse Ex qua reausã arripere potuissent existimãdi se solos iustos esse, & Gẽtiles

peccatores, impios & idolatras &c. Ideo dicunt isti quòd Paulus habita & nacta occasione ab increpatione gētiliū cōuertit se hoc loco ad ipsos Iudæos.

Circa hunc locum tria potissime sunt obseruanda. Primum est vnde veniat particula illa propter quod, qua vsus passim est Apostolus præterito cap. ad ostēdendā causam præcedentis rei: vt potè quando dixit; Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorū: & iterum; Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Cùm igitur hoc loco eadem nota vtatur, causam & cōsequutionē aliquā denotare videtur. Nō desunt expositores aliqui qui existimant hoc loco propter quod esse particulā illationis q̄ infertur ex vltimis verbis præcedētis capitis in quibus dicebatur sapientes illos non tantū in se malos, sed etiā aliorū malis consentientes fuisse. Ex quibus verbis colligit Apostol⁹ inexcusabilem esse hominem qui alienā iudicat. Et rite quidē. Nam licet is qui iudicat, in eo quod iudicat nō videatur cōsentire, tamē in eo quòd eadem facit, cōsentit; & proinde in excusabilis est. Probe ergo colligit Apostolus. Sunt tamē alij quibus contraria arridet sentētia vt non sit, propter quòd particula illatiua sed continuatiua præterita sermonis. Sed certè magis germana videtur prima expositio per quā hęc quę dicuntur in hoc capite appendicia declarantur esse ad illa quæ scripta reliquit in alio cap. & non exabrupto dicta ab ipso Apostolo.

Secūdum obseruandū & considerandum est ad quos dirigat hic Apostol⁹ suum sermonē, & quis sit homo quem hic interrogat siue vocat quando dicit ô homo si Iudęū, Gentilemue, aut indiscriminatim omnes homines. Qui putant (& ij multi sunt) Paulum hic sermonē habere cum Iudæis dicere aliud nihil possunt quā quòd Paulus hic accusat Iudæum. Qui verò existimant Apostolum persequi loqui cū Gentibus cum quib⁹ hactenus sermonē habuit accusari hic Gentilē volunt. Alij autē asserunt referēdum esse hunc sermonē Pauli ad oēs homines, siue Gentiles, siue Iudæos. Et forte qui huius sunt sentētię magis accedunt ad Pauli mentē. Adinuicē nāq; isti duo populi se mordebant & damnabāt. Alter Iude⁹ scilicet alteri nēpe Gētili imp̄cabat & sine lege viuere imò absq; vero Deo. Iste verò alteri, nimirum, electo & Dei dilecto populo, Iudaico scilicet, impingebat transgressionē & præuaricationē legis dicēs nihil proficere legem recipere & eā violare, & nihil etiā conducere habere Dei veri notitiā & postea ad idolatriā se conuertere. Cùm igitur istos in alterutrum se mordicare cognouisset Apostolus vtrosq; debebat accusare & ostendere in excusabiles esse, vt qui eiusdem criminis rei essent

Tertiū quod hoc loco cōsideratione dignū esse dicebam⁹, est, quid sibi velit Apostolus cùm dicit, omnis qui iudicas. Iudicij enim vox in sacra pagina latā habet significationē. Siquidē multiplex est iudiciū: aliud legittimū, aliud vsurpatū. Cuidam .n. dictū est; Quis te constituit iudicem super nos? Cùm igitur ita sit bifariā contingit iniustè quemquam iudicare aliquem: partim quia ad eum haud pertinet iudicare, partim autem quia illum temerariè iudicat: quod iudiciū à Christo Euangelica lege est vetitum, qui aperte dixit; Nolite iudicare, & non iudicabimini. Aliud verò iudicium in ferius damnat Apostolus dicēs. Quis estu, qui iudicas alienum seruum? Cùm igitur ita sit, scitu dignum videtur expendere de quo nam iudicio sermo Apostoli in præsentiarum interprætandus sit. Sunt qui ad eos qui iudicis fungūtur munere referunt; asserentes Apostolum hoc loco habere sermonem cum iudicibus, qui proximi & immediati sunt sapientibus. Et ideo aiunt quòd postquam antea egit

Latet ei. significatio eis iudicij.

Quod.ii

Matth.7.

Cap.14.

Hæc est mēs Caiet.

Et ideo aiunt quod postquam antea egit de sapientiæ professoribus nunc agit de iudicibus, quos dicit esse inexcusabiles; quemadmodum dixit antea de sapientibus.

Vnde si ad tale iudiciũ reuocemus Pauli sermonem fortassis pungét aliquem hic scrupulus vnus qui in tanto doctore profecto esset valde culpandus. Est autém scrupulus talis. Si iudices sunt inexcusabiles tam Iudæi quã gentiles consequitur inde Paulum destruere & condemnare omne iudiciũ humanum per quod cognoscenda & condemnanda sunt hominum facta: hoc autem magnum incommodum esset admittere; tum quòd sit cõtra rationem & rectam polytiam, tum contra diuinam paginam, quæ clarissimè & apertissimè demonstrat non soló in vno loco sed in multis hominibus datã fuisse & concessam a Deo authoritatem iudicãdi. Aliâs quomodo possent malefactores coerceri? Neq; hic de hac re opus est producere ex sacra scriptura testimonia cùm istud nulli non sit luce meridiana clarius: Ad hunc scrupulum respondemus inficiantes Paulum talem vnquam habuisse mentem: nec per somnium: Nam ipse met alibi scriptum reliquit: Qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit. Et iterum: Non sine causa, inquit, gladium portat. Dei enim minister est vindex in iram, ei qui malè agit. Quo modo igitur poterat Apostolus condemnare & destruere hoc loco iudiciariam potestatem hominibus diuinitus concessam? Profecto vanum est tale quid de nostro Apostolo vel suspicari. Insurgis forsan dicens; Cur igitur dicit Apostolus iudices fore inexcusabiles? Ergo accusabiles? ergo munus quod exercent culpa non vacat? At quod à culpa non est alienum reprobari debet. Respondeo non asserit Apostolus iudices esse inexcusabiles eò quod in Repub. iurisdictionis iudiciũ exercent. Iudicare enim non tectes malas, si suis legittimis sit sociatum comitibus. Carpit autem hoc loco Apostolus illos iudices qui non erãt tales, quales esse debebant. Vnde Apostolus hic non culpat iudicium, sed iudices: vel quòd irrenti essent propriis peccatis, vel quòd consentirent alienis. Sed forte amplius vrgebis dicens; Ergo ad minus si non omnes iudices condemnat saltim pro iudice non est habendus qui malus vir est? Neque hoc ex Paulo colligi licet: tametsi à quibusdã hæreticis existimatum est. Putarunt namque aliqui sicut Vuicleff, & sui sequaces, per peccatum lethale perinde deperdi iudicandi potestatem quem admodum dicimus gratiam amitti: quod haud quaquam ita esse palam est, quoniam non æquali pugnantia pugnant inter se culpa & iudicium, sicut gratia, & peccatum. Hæc enim ex diametro repugnãt, quòd alterum alterius sit carentia & priuatio: illa verò non sic. Nam licet nequam homo iustitia infusa careat, per peccatum tamen non est expoliatus altera iustitia, quæ dicitur comparata. Et ideo licet per hanc non sit Deo gratus iudex, tamen in iudicandis negotijs iustus & rectus potest esse iudex. Potest quippe vnicuiq; suum seruare ius: quo seruato oportet illi morem gerere, etiãsi sit discolus & homo peccator. Vnde tametsi non sit quemquam esse iniquum iudicem, & bonum hominem, retro tamen contingere potest, vt quis sit criminosus homo & tamen rectus iudex. Non igitur quæcunque malitia authoritatem iudicandi à iudice auferre potest. Caueat tamen quicunque iudex est ne excommunicationis vinculo innodetur per quã iustè de sua deponi potest sede: & (qd maius est) summa diligentia hæresim fugiat, quę nec maximo Pontificis parcit. Cõmunis namq; est orthodoxorũ Patrum doctrina, Pontificẽ maximũ

S. Thom. 2. 2

Respon.

Respondeo.

Inferius c. 13

Ibidem.

Respon.

(quod Deus auertat) in hæresim lapsũ sua sede iuste esse priuandum. Patet igitur ex his Paulũ nõ dãnare iudiciũ authoritatis quod in omni bene ordinata republica tãtò necessariũ est vt mala non remaneant impunita & bona non sint absq; præmio. Ista enim sunt duo iudicum bonorum munera.

Porrò si verbum, iudicas, flectere volumus (vt multi faciunt) nempè ad iudicium temerarium vel priuatum quo homines solent se adinuicem iudicare (maximè illi qui odia & lites habent inter se) tunc iste locus nihil tãget Magistratus & publicos iudices (saltim ea ratione qua iudices sunt) sed omnes homines qui temerè iudicant & damnant confratres & proximos suos, arrogantes sibi quod Deus pro se reseruauit. Istos solos carpit hîc Apostolus, si verbum illud, *iudicas*, sic interpretemur. Dicis & rogas; Qui sunt illi qui temerariè iudicant? Respondemus omnes illos esse quibus non est data potestas iudicandi alienum subditum, & omnes qui iudicare præsumunt renes & corda (quę soli Deo patent) & omnes qui iudicant facta omnia in malam partem. At insurgis dicẽs; Igitur iudæi iudicãtes Gẽtes a culpa immunes erant & legitimam iudicandi facultatẽ habebant. Nã peccata Gentilium non erant occulta sed satis patentia: iudicare autẽ manifesta nulla lege vetitum est. Ad hoc occurrunt aliqui dicentes quòd hoc non obstante iure dixit Apostolus iudæos inexcusabiles esse à peccato: eò quod nedum facta Gentilium, verum etiam personas iudicabant, quarum iudiciũ reseruandum erat Deo. Vel alio modo dici potest illos fuisse inexcusabiles, quia indigni & non idonei erant ad iudicandum, cum ipsi in eisdem inuoluti & implicati essent peccatis. Qui iudicare dignè vult (si beato Augustino credimus) scrutari intus seme ipsum prius debet & diligenter videre an in eodem crimine sit.

Audita vtriusq; partis expositione huius textus, ne sic aneeps & dubia remaneat, non ab re erit ambas explanationes adinuicem conferre: quo notum fiat vtra earum magis ad Pauli mentem accedat. Nam cùm tot tanti, tamq; doctissimi interprætes hactenus secuuti & amplexati sint illam expositionem quæ respicit Iudæos, non est credendum omnino fore peregrinam & alienam à Pauli intentione. Neque proinde alteram reijcere & reprobare debemus, ex eo quod nõ tot habet fautores. Non enim semper oportet in iudicãdis rebus, de eisdemq; ferendis censuris, cedere multitudini. Interdum enim rem acuratius penetrant pauci, oculati & ingenio acutioti prædili, quam multi, qui eam rẽ minori cura & studio fuut scrutati. nõ aliud curantes nisi subscribere se multitudini, quam malunt sequi, quam aliquid subtilius) & fortè verius) diligentia & labore inuenire. Vrcunque sit, præferenda tamen nobis est veritas multitudini. Vnde hoc pro certo & indubitato supponendum nobis est, pro venanda Apostoli mente, tam hic quam in tota hac Epistola scilicet, illam magis germanam & genuinam esse expositionem, quæ eum antecedentibus & subsequentibus verbis cõtextus quadrat, & consentit. Quæ suppositio tam vera & perspicua est, vt eam inficiari re possit nemo. Quare in ea roboranda nulla opus est ratione vel autoritate.

Admissa & data hac suppositione, rogas nos, vt dicamus ex illis duabus, quænam est quæ magis propinquá sit Pauliuæ menti: an illa quæ refert hæc verba ad Gentes, aut illa quæ ad Iudæos. Si nobis conceditur de hac re ferrè censuram (absq; tamen alterius præiudicio) illam magis affinem & germanam esse putamus, quæ refert hæc Pauli verba ad Gentes: quos istis verbis increpat & obiurgat

iurgat Apostolus. Neq; obstat quòd iam in præterito cap. illud ab eo sit factum: nam illic eos reprehendit eo quòd perperam essent abusi ea sapientia, de qua se iactabant. Inuectus est Apostolus in eos, ea ratione qua sapientes erant; vel saltim tales se reputabant: licet reuera (vt Paulus eleganter patefecit) insipientissimi homines essent, vt illorum gesta præse ferebant, nihilominus tamen vulgus tales illos reputabat: nunc autem in his verbis rursus (cùm ipsi essent censores & iudices populi) redarguit & damnat illos, tamquam non rectos & bonos iudices. Non enim inconuenit vt Paulus duplici increpatione & reprehensione arguat eos, sub bina tamen & diuersa ratione: altera quà insipientes, & altera quà inexcusabiles iudices erant. Et sic perseuerans cum eis loqui, ex vltimis verbis præcedentis capitis, intulit & collegit hæc verba quæ in principio secundi capitis posita sunt. Quare non ex abrupto dicendum est fore prolata ab ipso Apostolo.

Cæterum hanc esse Pauli mentem tum ex præcedentibus & sequentibus & etiam ex contextu poterit diducere acutus lector vel interpres, primò quidem quoniam hæc Pauli verba nexum & continuationem habent ad superiora & sermo eius consequutiuus est. Consequuntur namq; hæc verba Pauli ad illa quæ in calce primi cap. ponuntur scilicet; Non solùm digni sunt morte qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Continuando enim hæc verba infert: *Propter quod inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas.* Vnde liquidò constat ad eosdem referenda esse hæc verba ad quos relata fuerunt præcedentia proximè verba: sed nullus ignorat præcedentia directa fuisse ad Gentes & non ad Iudæos: igitur & hæc consequentia non debent de Iudæis sed de Gentibus intelligi. Vnde perinde est dicere;

Tex.

Propter quod inexcusabilis es omnis q. iudicas si dixisset; Inexcusabilis es, omnis qui iudicas es. Et optima consequutio est qua Paulus vsus est. Siquidem, si illi sapientes iudicis officio fungentes & cognoscentes iustitiam illam Dei videlicet quod sunt digni morte qui talia agunt ipsi faciebant & non solum hoc sed etiam consentientes erant facientibus manifestò diducitur illos inexcusabiles esse. Verbi gratia si esset aliquis iudex perpetrans homicidium & suis complicibus consentiret vt essent homicidæ si postea talis iudex vellet vlcisci & damnare hos complices veluti reos homicidij nonne perperam ageret & inexcusabilis esset? Ita sanè. Nam ipse per consensum suum extitit illius homicidij fautor. Et corroboratur istud hac ratione videlicet, Ille propriè dicitur consentire vt mala cõmittantur qui cùm ex munere sui officij teneatur prohibere ne mala fiant & si fiant punire illa, minimè prohibet, & impunita relinquit: illi autem sapientes cum essent iudices & cẽsores & cura reipub. esset eis cõmissa consentiebant malefactoribus igitur inexcusabiles erant punientes illos. Sed dicis; Si puniebãt illos quomodo dicebantur consentire illis? & si consentiebant quo pacto intelligendum est quod reprehendebant & puniebant illos? hæc contradicentiam videntur habere ad inuicẽ.

Efficax & Elegãs explã

Respondemus, dicentes, nõ esse equũ existimare sermones Pauli contradictione esse inuolutos. Quare hoc loco ad memoriã reuocandũ est institutũ Pauli in hac Epistola. Quod nullũ aliud erat nisi dissoluere discordias & simultates quæ versabãtur inter Iudæos & Gẽtiles sicq; posset reducere vtrosq; ad vnũ quile & cõtuberniũ vt pax & concordia esset inter illos duos populos. Quod vt melius præstare posset Apostolus dixit vtrosq; inexcusabiles esse mutuose iudicantes & dãnantes. Nam sic iudicãdo aliena crimina dissimulabant

Respon.

mulabant suâ propria sub obiurgatione alienorum criminum. Et sic in excusabiles erant eo quod irretiti eisdem peccatis aliena reprehendebãt. Et hoc pacto nonnulli putant euadere illam apparentem cõtradictionẽ. Sed reuera per hæc non videtur sufficienter exhaustam & euacuatam esse contradictionem. Nam obtegere & cooperire propriæ crimina sub reprehensione alienorum non est istud cõsentire: hic autem repugnantia consistere videtur inter punire & consentire. Nam si illud iudices puniebant non erant cõsentientes. Fortassis melius fugari & dilui poterit contradictio ista si dicamus quòd cõsensus est referẽdus ad vnos & iudiciũ ad alios. Iudicabant Gentiles peccata iudæorũ eosq; damnabant & consentiebant peccatis suorum subditorum permittentes illos in suis criminibus impunes relinquentes vt tales essent subditi quales erant & iudices qui cùm solum Deum iudicem super se haberẽt suorum mala impunita trãsibant. Sic quoq; permittebant suos subditos impunitos. Et propter hanc permissionem & consensum inexcusabiles erant tales iudices. Et sic istorum iudicium non esset referendum & respectiuè intelligẽdum in ordine ad suos sed ad iudæos. Dicis nunc quomodo ergo hic Paulus carpit iudices? Respõdemus ex eo arguit illos quod iudicabant alios de illismet peccatis quibus ipsi erant inuoluti & contaminati. Et hoc videtur sentire Apostolus. Quod ita esse magna coniectura est ex eo quod subiungit statim dicens; Eadem enim agis, quæ iudicas. Et sic iudicando alios semetipsos iudicabant. De similibus & eisdem peccatis, idem debet ferri iudicium vt peccatorum nullus sit respectus. Imò peccatum grauius est in iudicibus, quam in alijs.

Respon. melior.

Fortè ad hãc obiectionem melius respõdere possemus si dicamus, illos consentire illis peccatis quæ ab ipsis puniebantur non quòd absque punitione ipsa remanerẽt sed ex eo quòd ipsi iudices operabantur eadem crimina quæ damnabant in alijs. Duobus namq; modis contingit iudicem consentire suorum subditorum peccatis altero modo non puniendo illa sed permittendo illa fieri & remanere impunita altero verò modo operando ipse eadem etiam si insubditis puniat illa. Non enim iudicibus satis est punire crimina in suis subditis sed oportet illos esse liberos ab illis culpis & peccatis quorum ipsi in suis subditis vindictam & vltionem sumunt. Nam etiam si ipse iudex puniat errata suorum subditorum si ipse eisdem inuolutus & irretitus est dicitur consentire eisdem cum sit in similibus peccatis: ille verò iudex qui immunis & liber est ab illo crimine quod in subdito carpit & punit: is sanè non dicitur consentire. Consentire namque (vt vocabulũ sonat) est cum alio idẽ sentire de re aliqua. Vnde iudex inuolutus eodem crimine tametsi sententiam ferens in alio contra ipsum reũ & sic non videatur consentire & cõplacentiam habere in illo crimine tamen reuera habet intus in se postquã in eodem perseuerat ipse crimine.

Consensus duobus modis fieri potest.

Responsio.

Ex his dictis latissimè nobis aperitur ianua & latissimus datur cãpus de multis disserendi quæ tum ad iudiciũ, tum ad iudices spectare videtur quod si pro latitudine negotij prosequi vellemus magnum volumen opus esset conficere. Exactam huius negotij resolutionem à D. Tho. & suis asseclis qui volunt excerpant & colligãt. Nos ne omnino ieiuni transeamus in brevitate nonnulla in medium adducemus. Et in primis non assentimur illorum opinioni qui mordicus volunt iudicem omnem illum excl[illegible] esse qui cuiuis peccato mortali est obnoxius. Nã sicut iam antea à nobis (& si pertransiennam tactum fuit) nõ per

quod

quoduis crimen lethale à iudice legitimo auferetur iudicandi facultas & potestas. Non enim oportet iudicem vt alios iudicet sanctum & immaculatum omnino esse sed satis est quòd cuiq; suum tribuat ius neque ad aliud quidpiã astringitur iudex. Non enim est vt sacerdos qui ad sacra munia peragenda si non accedit mundus & purus noua macula se commaculat & inficit. Ad exercenda opera ordinis necessaria est ipsa mundicies: ad iurisdictionis officia persoluenda non itidem. Nec refert quòd vtraq; potestas tam ordinis quam iurisdictionis (iuxta Apostoli Pauli sententiam) sit à Domino Deo. Neque hac in parte à nostro gymnasiarcha Thoma (cui quicquid sumus, debemus) nos diuertere existimamus. Siquidem tametsi non sit nobis ignotum illum aliquando contrariæ se subscripsisse sententiæ siue opinioni tamẽ deinde melius sentiens hanc quam nunc sequimur ipse acutissimè approbauit & illam reprobauit quæ iudicem solemniter iudicantem in peccato tamen mortali versantem siue clanculo siue palam peccato mortali reum faciebat. Reuera dura res esset ad tantam innocentiam & munditiam obligare iudicem. Licet non ignoremus secundum decentiam bonum esse vt iudex non solum esset immunis ab illis criminibus quæ in subditis condemnat sed etiam ab omni alio tam publico quam secreto. Vtrum autẽ omnino sit liber ab omni peccato etiam abillo quod venia dignũ dicitur nec ne hoc relinquim⁹ litigãdum theologis scholasticis. Nos partem aientem complecti non recusaremus. Neque huic rei contrauenit quòd hic Apostolus dicit, cùm ait; in quo alterum iudicas, teipsum condemnas. Non sic intelligendum est (secundum interpretationem D. Thomę) quòd seipsum cõdemnet ad nouum peccatum mortale, sed ostendit sẽ dignum esse simili pœna.

D. Thom. in 4. dist. 19. q. 2. ar. 2.

Cæterum his non obstantibus hos iudices quos hic Apostolus carpit & dicit esse inexcusabiles non tantummodo reos peccati venialis dicimus sed etiam mortalis: tum quòd manifestò & publice grauissimis peccatis essent inuoluti, tum etiam quia in eisdem. Adde tu quia permittebãt suos subditos impunes peccare & etiam quia magnum scandalum erãt populo; quoniã videbat illos aliorum scelera punientes & ipsos iudices manere impunitos. Vnde iustitia non habebat eandem vim in malis iudicibus sicut in malis subditis. Quare meritó Apostolus asserit esse inexcusabiles: & cùm ipse non dicat à quo sunt inexcusabiles interpretari debemus à peccato mortali tametsi nunc à tanta culpa excusari posset iudex aliquis qui in eodem crimine esset cum eo qui ab illo iudicatur. Ratio autem discriminis est quia illi publici peccatores & maxime flagitiosi erant & scandalosi iste autem iudex qui vel in alio vel in consimili crimine versatur nõ tamen scãdalo est populo reuera talis non debet condemnari tanquam reus peccati mortalis præcipuè quando peccatum iudicis non est cum infamia. Illi autem Gẽtiles cùm essent infames & multis nefandis sceleribus notati excertes iudicium à noua culpa mortali excusari haud debebant. Non igitur alicui mirum sit si isti non eximuntur à noua culpa mortali & alij excipiuntur. Quod autem in istis acrius vsurpemus & interpretemur verbum inexcusabilis non sit vt literam retorqueamus sed ex eo quòd in præteritis locis à Paulo in hoc sensu tam duro & acri hæc particula fuerit vsurpata. Vnde nõ est cur hoc loco mollius & mitius eam vsurpare debeamus. Quare (cũ bona venia dixerim⁹) interprætes qui hunc locum adaptant ad quosuis iudices in discrimine nullum discrimẽ inter iudices faciẽtes Pauli verba voluntarij

Iustitia nõ habebat eãdẽ vim in malis iudicibus sicut in malis subditis.

luntariè, & pro suo arbitratu dilatant ampliant & extendunt. Et fortè nescimus an extra germanũ & genuinum sensum extrahant. Non enim Paulus quod de vnis dicit de omnibus in differenter dictum esse vult nisi in omnibus & per omnia personæ similes essent quòd si in multis dissimiles vel in aliquibus essent habenda esset huius dissimilitudinis ratio. Quemadmodũ enim de similibus simile, & par iudicium ferri debet sic quando res dissimiles sunt iure dissimile exposcunt iudicium. Sed de iudicibus hæc pauca dicta nobis sint satis. Nam quæ sunt necessaria in iudice quæ ve eum reddant nequam iudicem dicere hic nobis non incumbit sed alijs. Obiter tamen nõ grauabimur omnes & singulos cum Dauide per Christi viscera exhortari dicentes; Erudimini qui iudicatis terram; seruite Domino in timore. Illum quidem supremum iudicem timete, qui facturus est durissimum iudiciũ de ijs qui præsunt: quod euadere poteritis, si tales vos præbueritis, quales ipsi vultis esse, illos qui à vobis iudicantur. *Psal. 2.*

Sed priusquam huic expositioni finem imponamus rogabit nos aliquis cupiens scire quæ erant peccata horũ Philosophorum & iudicum ob quæ illos facimus peccati mortalis reos vt sic nemini videatur dura esse sentẽtia quam contra istos tullimus dicentes esse inexcusabiles à peccato mortali. Legitima & iusta est hæc petitio. Ecce illorum peccata quorum gratia sic ad iudicati sunt læthali crimini. Primò impietas illorum, secundo iniustitia, tertio detentio veritatis Dei: propter ista peccata optimè infert Apostolus inexcusabiles esse iudices à peccato mortali. Nam cùm de istismet peccatis in præterito cap. loqueretur intulit quod hic secundo repetit: Sed illic intendebat Paulus dicere inexcusabiles esse à peccato mortali ergo & hic eodẽ modo intelligere oportet. *Responsio.*

Vnde manifestò colligitur de eisdem personis habere hic sermonẽ de quibus antea in præterito capi. loquutus fuerat. Professio namq; sapientiæ & iudicatura in eisdem personis residebant: neque alij erant iudices quam sapientes. Vnde cùm ipsi non solum in sapiẽtia sua in varios prolapsi essẽt errores sed etiam in iudicandi actu & officio vtroq; modo increpandi erãt ab ipso Apostolo tanquam insipiẽtes & tãquam mali iudices: Nam vtroq; modo detinebant veritatem Dei, & impietatem perpetrabãt non solum in suis proprijs peccatis sed in consensu alienorum peccatorum. Facientes quippé erant & consentiẽtes: igitur mortaliter peccantes, ergo inexcusabiles erant à morte æterna & per consequẽs à mortali peccato cui iure debita est mors æterna.

O homo omn. qui iudicas.) His verbis declarat Apostolus personas inexcusabiles. Non enim mens eius erat in vniuersum dicere omnem mundi hominem esse inexcusabilem. Durissima esset sententia tametsi à peccato nemo sit sui se abscondat. Omnes enim in vno comprehensi sunt peccato sicut inferius dicturo est Apostolus Hic autem non hoc mundo loquitur cũ dicit inexcusabilem esse hominem: nam nõ apposuit notam vniuersalẽ sed absolute dicit, *O homo.* Et etiam mox adiungit aliam particulam ad modificandũ istud istud dicens: *Omnis qui iudicas.* Q. d. Non dico inexcusabilem fore hominẽ omnem illum qui iudicij munere & officio vtitur, Hoc est, omnem iudicem. Ab officio quo fungebantur describit illas personas inexcusabiles. Istæ autẽ sunt, qui gladium portant & in prauos & malos homines vltionẽ & vindictam exercent. Isti sunt qui propriè & meritò iudicis sibi nomẽ attribuũt & quos *A peccato nemo qui se abscondat.* *Cap. 5.*

Paulus

Paulus hic carpit eo titulo quo exercebant officium iudicandi.

Ex his duo nobis restãt clara & certa: alterum est Apostolum in his verbis non fecisse transitum ad Iudæos (tametsi de eis in hoc secundo capitu sermonem habeat) sed adhuc persequerare & coloquium cum iudicibus Gentium habere, alterum vero quod colligitur est hic nõ fieri sermonem de iudicio temerario vt nonnulli interprætes ausi sunt sentire sed hoc reseruauit sibi faciendũ Apostolus cap. 14. Et idcirco de hoc iudicio nec vnum verbum nos habere volumus. Habebimus autem Domino fauente & concedente illic vbi ipse Apostol⁹ de eo videtur loqui. Sed ais multi interprætes & aliqui doctissimi hic admittunt iudicium tale. Planè fatemur sentiant ipsi vt volunt & suo abundẽr sensu. Nos de hac re tãm nota cum quoquam contendere nolumus.

Hoc vnum tamen illis dicere non recusamus. Non vt illos doceamus (non enim nos ipsos tanti facimus) sed vt nostra firmius robore⁹ quòd si hunc locum interprætentur de iudicio temerario in his verbis Pauli nullum nexum nullam contexturam nullã vẽ seriẽ cum præcedẽtibus verbis agnoscimus aut videmus. Quòd ne volũtariè à nobis id dici uideatur patienter (si volet) spectabit cãdidus lector nos vt (vel digito) ostẽdamus quod breui nõs factutos pollicemur, ne simus lectori graues & molesti. Istud modum in hunc ostendimus: doctum & peritum lectorem de hac re facimus iudicẽ. Cedo quis nexus esset ad superiora illa verba scilicet sapientes cognoscentes iustitiam Dei quòd qui talia agunt sunt digni morte & etiam qui consentiunt facientibus: & postea inferre; Propter quod inexcusabilis es, ô homo omnis qui iudicas; scilicet temerariè? Reuera cæcus est qui non videt Paulum nihil minus cogitasse hoc loco quã loqui de iudicio temerario. Quam seriem, rogo, habet tale iudicium cum præcedentibus verbi? profecto nullam. Si nam que Paulus intendebat corripere & condemnare iudices non de iudicio temerario (licet forsan de hac nota essent ipsi notati) sed de iudicatura quam exercebãt talis correctio fieri debebat de ea. Non igitur de iudicio temerario hic est credẽdum haberi sermonẽ. Non erat enim hic idoneus & accommodus locus de tali iudicio tractãdi sed de iudicio quo mali solent a iudicibus reipub. multari & animaduerti. Sed quid de illis dicemus qui volunt & credunt Paulũ loqui de illo iudicio quo illi duo populi adinuicem se mordebant & iudicabant? Hoc iudicium libentius nos admitteremus hoc loco quam præcedens temeratium quòd magis videatur accedere ad hunc textum. Et ad illos qui dicunt in his verbis Apostolũ carpere Iudæos ostendẽdo illos esse peccatores & in eadem damnatione cum Gentibus & ideo similiter esse inexcusabiles? Et confirmant istud aliqui dicentes quòd solus Iudæus hoc nomine gaudebat, non itidem Gentilis. Nam scriptura sacra solita est vocare Gentes bestiarũm nominibus vt videre est apud Matth: de Chananea quam Christus appellauit canẽ dicẽs; Non est bonum sumere panẽm filiorum & mittere canibus. Et ipsa talem se esse sua sponte confessa est dicens; Et etiam Domine. Vnde forsan Iudæi nacti sunt occasionem nominandi Gentes nominibus huiusmodi bestiarum. Porrò scriptura Iudeos è cõtra solet appellare homines vt notũ est in multis scripturæ locis. Vnde ex istis pũtãt se recte colligere posse Paulum hic cum Iudæis negotium habere vt qui dirigat hoc ad maiores Iudæorum sicut in præterito cap. dixerat ad Philosophos & maiores Gentilium: & sicut illic hos increpauit sic hic alios nempe Iudæos.

Hæc

Hæc non cogunt; tum quia nō est perspicuum & certum hoc loco in hac significantia vsurpauisse nomen homo sic expræsse & strictum pro Iudæis dumtaxat, qui existimabant se solos à nobis persuasum & ostensum est, Paulum ad easdem personas direxisse orationem suam, ad quas loquebatur in præcedēti capitulo. Et sic nos fixi & constātes permanentes in eadem sententia, etiam credimus (ni si fallimur) Apostolum non loqui de illo iudicio quo illi duo populi adinuicem conflictum habebant: sed de iudicio & iudicatura quam exercent iudices cōtra malefactores. Nam sicut ad iudicium temerarium nullus est nexus neque apta deductio horū verborum cum præcedētibus: ita neque ad iudicium mutuò si duo populi se damnabant & iudicabant. Si verò eędem sint personæ de quibus loquut⁹ est Apostolus in primo capi. optimo consequio infert Apostolus dicens; Propter quòd inexcusabilis es ó homo omnis qui iudicas. Nam sic hæc verba congruam seriem, ordinem, & nexum habent ad vltima verba primi capitis. Vt verbi gratia, bene sequitur; sapientes siue Philosophi cognoscentes iustitiam Dei (nimirum istam) quòd qui talia agunt & facientibus consentiunt digni sunt morte, propter hoc inexcusabilis es ó homo iudicans, hoc est, exercēs iudicis munus. Hæc enim verba sunt repræhensiua ipsorum sapientum, quatenus erant iudices: sicq; Apostolus repræhendit iudicaturam & munus iudicādi, non absolutè, sed in istis hominibus: qui cùm essent iudicantes mundum, etiam ipsi detinuerunt veritatē Dei, perpetrantes impietatē & iniustitiam, non solum in seipsis, verum etiam in alijs: quatenus malorum factoribus consensum præbebant. Et si hunc sensum horum verborum sequutus fueris lector ingeniose in hoc textu, manifestè comperies optimā contexturam & concinnum nexum horum verborum cum præcedentibus: quem nobis vt insinuaret Apostolus hac particula, propter quód, vti voluit. Hoc namq; relatiuum, referēdum est ad easdē personas, cum quibus antea sermo illi erat. Illi autē Gentiles erant qui nedū sapientiam profitebantur, sed etiam iudicaturā: & hanc in istis vituperat Apostolus dicens; Propter quòd in excusabilis es ô homo omnis qui iudicas. Vnde si rectam & debitam deductionē & colligantiam obseruare debemus quo Pauli sensa perspicua & clara nobis fiant, necessum est, vt hunc textum cum præcedenti coniūgamus. Quod si facimus, ad diuersas personas diuertere nos nequimus: nam nulla colligantia esset. Quæso quæ coherentia ista est; videlicet: Sapientes mundi cognouerunt iustitiā Dei, quòd sunt digni morte facientes & consentientes ergo inexcusabiles es tu ò homo Iudeè qui iudicas? Nunquid impertinens & inepta esset ista collectio si quis diceret; Sapientes Romani perpetrant facinora & consentiunt faciētibus ergo Summus Pontifex & qui exercent Romæ iudicium sunt inexcusabiles? Profectò inepta deductio ista esset nisi sapientes Romani simul essent sapientes & iudices. Nam si alij essent sapientes & alij iudices descensus esset manifest⁹ de genere in genus Et ideo vix possunt hi duo textus coherere nisi intelligantur de eisdem personis vtrobique. Neque hoc loco existimet quispiam (cùm videt nos tantopere & tanta dilligētia conatos esse ostēdere hic fieri sermonem non de Iudæis sed de Gentibus) velle inficiare quòd hæc verba non possint Iudæis conuenire & quadrare quemadmodum & Gentibus. Non sane talis est nostra intētio. Non enim nos latet quod cùm Iudæi etiam essent facientes mala & consentientes quòd illorum iudices compræhendi poterant

sub

sub hac Pauli sententia. Inexcusabiles enim etiam ipsi erant. Quare Iudæos nos quoque inexcusabiles affirmamus & esse dicimus sed quòd prætendimus tale est, videlicet Apostolũ non direxisse hæc verba ad Iudæos (tametsi ipsa applicari & accommodari possint ad omnem hominem tam Gentilem quam Iudæum iudicis officio fungentem) sed tantum ad Gentiles cum quib⁹ instituerat sermonem habere. Et loquens cum istis seruatur recta series & debitus nexus horum verborum cum præcedẽtibus: quod non fit si dicamus Paulum hic loqui non cum Gentibus, sed cum Iudæis. In interpretatione verborũ non tantum scrutari debemus eorum quæ ipse dicit veritatem sed maximè consiederare debem⁹ seriem & nexum verborum ex quo mens & intellectus Apostoli nobis fit notus & manifestus. Neque oportet in scriptura sacra omnem sensum verum esse intentum. Aliud enim est sensum esse verum, aliud esse intentum. Hic cõtendimus de sensu intento ab Apost. & non de omni qui potest esse verus. Omnis enim scripturæ sensus intentus est verus (non enim scripturę sacrę sub esse potest sensus falsus.) Et ideo si est intentus ab Spiritu Sancto & ab instrumentario autore, verus sit, necessum est. Non tamen remeat & recurrit: quòd si est verus debeat esse intentus. Dicamus ergò quòd hæc verba Pauli redarguunt omnes iudices irretitos eisdem peccatis quæ ipsi castigant & puniunt in alijs. Referenda tamẽ sunt ad Gentiles vt seruetur verborum nexus. Primò enim & principaliter & ex intentione propter illos intulit & esse dicta voluit. Vnde fortassis illi qui referunt ad Iudæos nihil aliud attenderũt nisi quòd hæc verba in eos retorqueri & verificari verè poterãt nihil curantes de seriè & verborum nexu. Et idipsum fecere qui asserunt Apostolum hic de ambobus scilicet Iudæis & Gentibus loquutum fuisse. Et etiam illi qui credunt hic de vtroque fieri sermonẽ iudicio scilicet publico & authoritatiuo (vt sic loquamur) & etiã de altero quo se illi duo populi alterutrum iudicabãt. In vtroque namque iudicio isti inexcusabiles erant, Ista vera esse non inficiamur sed tamẽ non aptè hoc loco ad Pauli mentem accommodata. Sed quod certius credimus est Apostolũ in his verbis tantummodo increpare iudices non omnes sed illos sapiẽtes Ethnicos qui perpetratores illorum erant criminum quæ in subditis suis vindicabant & puniebant. Istud nam que cum vltimis alterius capit. verbis magis quadrare videtur.

Veruntamen (vt nihil in hoc negotio intactum relinquamus) si liceret dicere hæc Pauli verba non esse illatiua vltimæ clausulæ præcedentis capi. sed venire & illata esse ex illis verbis que Paulus dixit in primo cap. scilicet; Reuelatur in eo ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent tunc temporis hæc verba exæquo possent dici esse referẽda ad vtrosque. Nam tunc nexus esset cum præcedentibus: quia illa præcedentia exæquo dicta sunt ab ipso Apostolo tam de Iudæis quã de Gentibus. Super omnem, inquit, impietatem hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent tam Iudæorum quam Gentilium. Ita dicere possemus hanc sententiam latam esse non tantum contra iudices Gentiles sed absolutè contra omnes iudices tam Gentiles quam Iudæos. Si autem respiciamus vltima verba præcedentis cap. & dicamus ex illis inferri prima verba huius 2. cap. hic textus ad solas Gentes restringendus & cohibendus esse videtur: nam in vltimis verbis ad solas Gentes verba faciebat. Nisi quis contendere quoque velit Apostolũ loquutũ fuisse etiam

cum

quomodo hæc Pauli verba secũdum quosdam sint referenda ad solas Gentes, secundum alios ad Iudæos, iuxta autem quorumdam communiter ad Gentes & ad Iudæos: si ad hos sensus est; Propter quod inexcusabilis es ò homo omnis qui iudicas, tam Iudæquam Gentilis: si secundo modo, ó homo Iudæe, si primo modo, ò homo Gentilis. Verum harum expositionum quæ sit alijs præferenda præter multa quæ nos diximus, aliquid adhuc restabat nobis dicendum, sed non licet dicere. Stabit docilis lector vna nobis cum in hoc, iudicio peritorum & doctiorum sententię & censurę. Illud nobis interim non omni ex parte gratum & ratum est quod à quibusdam dicitur: videlicet, quòd nomen homo à Paulo ironicè est vsurpatum. Malumus nos subscribere illis qui putant accipiendum esse in propria significatione: non tamen secundum naturam nudam, sed peccatis inuolutã. Increpantis namque hæc sunt Pauli verba & obiurgantis: siue Iudæum appellet hominem siue Gẽtilem, siue simul vtrumque. Vnde, ò emphasim suam habet iudicem hominẽ appellat eò quod iudicans magis se debet ostendere hominem humanitate & ratione vtentem. Quasi dicat. Tu qui iudicas memor sis te hominem esse qui cadere potes, vt pote natura fragilis: & memor sis ratione vti. Qui alios iudicat & in eodẽ crimine est nõ videtur vti ratione

Sequitur in text.

In quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt &c.

RAtionem reddit hic Apostolus ob quam dixerit omnẽ iudicem fore inexcusabilem: quod, ne videretur malè sentire de iudicibus, eisq; malè esse affectus, & ne ex animo in quo aliquis existimaret eum iudices obiurgare, voluit, & debuit apponere rationem quare dixit illos extra omnem esse excusationem, quam excludit per hæc verba, *Scilicet in quo alterum iudicas, teipsum condemnas &c.* quorum geminus potest esse sensus,

Alter est; In quo, hoc est, in eo iudicio iniquo, iudicas alterũ, teipsum condemnas: tuo te iudicio condemnas. Sed quomodo est istud? Nemo reùs, & iudex esse potest. Duos ad minus esse oportet; alterum qui condemnet, & alterum qui sit condemnatus. Quomodo igitur dicit hic Apostolus teipsum condemnas ò iudex? Sanè veniunt hæc Pauli verba intelligenda. Sensus est; In quo aliũ iudicas, teipsum cõdemnas, hoc est; sententia quam tu iudex profers in alterũ est tua condẽnatio. In illa namque sententia continetur & includitur tua damnatio: quoniam tu cõdignus es similipœna, & condemnari mereris ad luẽdam parem vindictam & punitionem. Alter sensus est; In quo; Id est, ex quo, vel eò quod alterum iudicas, teipsum condemnas. Hoc est; tuum iudicium quod in aliũ exercẽs, temetipsum dignum facit vt condẽneris. Itaque, causa ob quam venis tu iudex condemnandus est, propterea quòd alterum iudicas. Inter hos duos sensus hoc est discriminis, quòd licet vterque condemnet iudicem posterior tamen causam magis aperit. *Respon*

Sed rogabit aliquis quare Paulus non dixit, in quo alterum iudicas, iudicaberis, aut condemnaberis, sed dixit teipsum condemnas. Respondemus

mus primo quidē sic loquutum fuisse Apostolum vt insinuaret differētiam quæ est inter iudicium terrenum & spirituale. In illo quidem nemo condemnatur, nisi ab alio in spirituali autem bene potest quis seipsum condemnare. Sicut enim potest sibi ipsi esse poena reclamante propria conscientia iuxta illud beati Augustini; Iussisti Domine & ita est, vt omnis inordinatꝰ animus poenasit sibi: Iob enim dicebat; Factus sum mihimet ipsi grauis: Et beatus Chrysostomus asserit, neminem lædi, nisi à seipso: Apostolus quo que Paulus alibi dixit; Si nosipsos iudicaremus, non vtique dijudicaremur: non enim loquebatur de forensi iudicio, sed de alio, secundum quod quis sicut se potest iudicare ita & seipsum condemnare. Neque tamen intelligas sic quòd huiusmodi homo sibi ipsi imponat & infligat propriam condemnationem: nam aliter, inde efficeretur debere ei se aliquem sui ipsius homicidā: quandoquidem hipothesi data vt quis iudicet alterum homicidam & sententiam ferat vt subeat mortem, vel in se iudicet esse dignum morte: sic etiam pariter seipsum deberet necare & occidere quod est absurdum. Sed dicitur seipsum condemnare, hoc est, non exhibendo, sed ostendendo. Ostendit enim se dignum esse consimili poena. Nam si illud crimen de quo tu alterum iudicasti tāquam reū à te taxatam poenam meretur cùm tu in simili versaris crimine pari etiā poena te dignum esse ostendis. Potest etiam esse & alia ratio quare dixit teipsum condemnas: vt etiam comprænderet eum qui intra se iudicat aliquem qui ab alio humano iudice nequit condemnari nisi à seipso & Deo, quibus tantum notum est tale iudiciū. Iudex enim quæ in manifesto sunt iudicat, nam secundum allegata & probata iudicare debet, neque de internis sibi curæ est: alioquin Dei auctoritatem sibi videretur vsurparc: solus enim Deus de occultis iudicat. Hoc Deo (cui omne cor patet) relinquit. Tale enim iudiciū fuit illud quo Pharisæus Magdalenam iudicauit dicens; Hic si esset Propheta sciret quę & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Intra se, inquit Euangelista, Pharisæum dixisse. Tale ergo iudicium condemnari nequit nisi ab ipsomet qui iudicat, & à Deo (cui omnia nuda & aperta sunt.) Et quia fortè Iudæi arrogantes & gloriātes quòd nulli alteri nationi fecerit Deus taliter; & quod ipsi essent populus electꝰ, gens sancta, & regale sacerdocium intra se iudicabant Gentiles non esse dignos qui ipsis ęquarentur sed reijciendos vt canes putabāt: pariter enim Gentes exosos habebant Iudæos eosque apud semetipsos vt idiotas ignares, & sapientia expoliatos iudicabant. Vt igitur ostenderet tale iudicium iniquum esse & dignū quod per eosmet condemnaretur dixit cuique eorum teipsum condēnas. Neque fortassis omnino erit alienum ab instituto si etiam dicamus tertio ideo esse factum vt excluderet occasionem & ansam à iudicibus (si hic sermo sit de eis.) Poterant enim illi dicere licitum esse eis, eo quod sint iudices, quorum officium est crimina & peccata hominum iudicare. Quod nō negat Apostolus eis licere in eo quod iudices: nihilominus tamen inde excusari nequeūt cùm sint similes illis quos iudicant. Verum dices; Non omnes erant huiusmodi. Nos facile crediderimus non omnes fuisse tales sed potissimè talia iudicia erant inter maiores. Minores enim & qui vulgares sunt homines & alijs negotijs familiaribus magis implicati istas altercationes & contentiones vel nihil, vel parum curant. Hanc enim prouinciam maioribus credunt.

Iob. 7.

1. Corint. 11.

Psal. 147.

1. Petri cap. 2.

Et

Et inde est quòd Apostolus in maiores potissimè suas dirigit sagittas. Tametsi no omnino excusari debeant minores: nam indoctũ vulgus & imperita hominum multitudo maiores suos passim imitari & sequi ad solet: & sæpè contingit vt crudeliora sint in ter imperitos & vulgares homines iudicia.

Teipsum condemnas.

His verbis. Voluit Apostolus reddere iudicẽ certiorem quòd ipse esset suimet iudex: non extra ferens contra se sententiam, sed intus in conscientia sua quæ eum iudicat ostendẽdo ei quòd sit dignus eadem poena quam ipse in sligit in suum subditum reum & male factorem quando dicit. Et si tu sis iudex in terra, in qua, fortè, non habes supra te alium iudicem qui te possit condemnare, habes nihilominus iudicem intra te, nimirum conscientiã tuam quę te condemnat. Ipsa te accusat, & ipsa te damnat. Quare etsi non non damnaris ab alio iudice, tua te conscientia inexcusabilẽ reddit quando alterum iudicas Quod si non iudicares fortè peccatum tuum (cùm homo sis fragilis vt cæteri) aliquid excusationis habere posset: modo cùm iudicij actum exercees (quem exercere te oportebat sine consimili culpa) intelligere debes, te in eadem damnatione esse. Hoc est quod nos intelligimus per hæc Pauli verba. Quæ vti nam iudices nostri temporis præ oculis haberent semper, rectius multò iustitia haberet, nec ipsi tam procliues & propensi essent ad condemnãdos suos subditos. O quam eleganter insinuavit istud Christus quando dixit illis iudicibus qui adulteram damnare volebant? Qui sine peccato est vestrũ primus lapidem mittat in eam: quos cùm conscientia accusasset, illam iudicare non sunt ausi, sed vnus post alium abeũtes illam indamnatam reliquerunt. Ioan. 8.

Ex his Pauli verbis forsan nonnulli scelerati homines non recusarunt asserere nullum iudicem posse damnare homines malos ad poenam aliquã tam in bonis quam in personis: nam si damnet, seipsum cõdemnat. Quare nemo debet alium damnare quò seipsum condemnet. Hunc tam pessimum errorem homines nequam excogitarunt vt liberius & securius plura, & quæ optauerint scelera perpetrare valerent. Hoc errore (vt multi volunt) notati fuere Vualdenses (quì fortè suos reliquere hæredes) sed quã sint ignorantissimi, ex ipsomet errore depræhendere facile est. Si enim iudices malis nullam valent infligere poenam, ad quid gladium portant? Si non possunt erumpere in iniquitates & peccata malorum, ad quid iudices sunt? Nonne scriptum est; Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates? Et Apostolus in hac Epistola; Si malum feceris time. Quem debet timere, nisi iudicem? Sed si non valet damnare ad aliquid poenarum quorsum timebit? Iudicem mortuum timet nemo: quia ipse non valet ad aliquam poenam malefactorem damnare: Nihil igitur interstiçi esset inter iudicẽ mortuum & viuum. Quare ineptissimus error est, & hæresi propinquissimus cui nec ratio, nec scriptura suffragatur. Nam quæ ipsi pro suo tuendo & roborando errore allegant, afferũt que friuola & nullius sunt momenti. Inter alia in suum fauorem adducunt quod Christus dixit; Nolite iudicare, & non iudicabimini: Et illud; Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum. Et Paulus dicit; Mihi pro minimo est vtà vobis iudicer, qui iudicat me Dominus est. Et; Nolite ante tempus iudicare. Eccle. 7. Inferius cap. 13. Matth. 7. Ioan. 3. 1. Corint. 4

Ibidem.

Et cætera scripturæ testimonia. Hæc nec his quæ Paulus dicit aduersantur, nec ad propositum adducuntur. Et vt respondeamus ad illum locum; Nolite iudicare, & non iudicabimini: non vetat ibi Christus iudicium quo iudex iudicat malefactores & poenas illis imponit iuxta criminis qualitatẽ, sed secundum doctores aliud genus iudicij prohibetur. Beatus Augustinus istud refert ad iudicium vulgo appellatum temeratium: quod maximè fit, cùm quis occulta & incerta temptat iudicare, vel scrutari conatur hominum corda. Beatus verò Hyllarius existimat illic Christum prohibere iudiciũ de rebus diuinis quæ humanum superant captum nostrũ. Vnde sicut Sapiens vetat quærere quæ nobis altiora sic res diuinæ non sunt à nobis iudicandæ & librandæ secundum lumen naturalæ nostrum, sed absque humana ratione firmiter credendæ. Et (vt tertium interprætem illorum verborum proferamus) beatum scilicet Chrisostomum (qui inter multos nominati dignissimus est) hic afferit Christum illis verbis intendere prohibere odiosum iudiciũ quod ex amaro corde emanat. Cùm quis aliquem iudicat ex animi amaritudine nõ potest iudicium esse rectum. Vtcunq; sit hoc vnum certum est non reprobaribi iudicium quod iudices in republicè exercẽtes puniunt reos & malos. Et quòd dicimus de illo vno loco facrè scripturæ idem dicendum est de omnibus alijs suprà recensitis. Porrò si quis diceret admittendos iudices in republice, eo quòd Dominus iussit constituendos esse qui populum iudicarent omni tempore non tamẽ concessam esse illis facultatem damnandi ad poenas: is ridendus veniret ab omnibus. Siquidem etiã de mandata sit iudicibus hæc prouincia vt faciant adimplere leges, & in legibus sint positæ poenæ pro trãsgressoribus, Paulo clamante; Lex pro transgressoribus posita est: quomodo esset posita pro transgressoribus, si tales non luerent poenas legũ? At leges continere poenas (non solũ quæ ab hominibus latæ fuerunt, sed etiam leges Dei) quis dubitat aut ignorat? Maximè in lege veteri in qua pro tali, vel tali culpa, talis aut talis designata erat poena. Et in noua lege etiam legimus à iudicibus inflictas fuisse malefactoribꝰ suas poenas. Quis inficiari valet quod beatus Petrus egit? an non puniuit furtum quod fecerunt Anania, & Saphyra defraudãtes pecuniæ partem ex agro vendito? Et non leuis poena, sed omnium grauissima. Vita siquidem (quæ primas tenet inter omnia bona) illos priuauit. Ecce clarissimè constat concessam esse iudicibus potestatem infligendi malefactoribꝰ suas debitas poenas. Nisi enim sic esset frustranei essẽt iudices in republice. Quos Apostolus Petrus palã asserit esse positos in laudem bonorum, & vindictam malorum.

Iosermo. de verb. Domini in mon.

Eccle. 83.

D. Aug. sententia germanior est.

Exod. cap. 18

Act. 5.

1. Petri cap. 2.

Cædo quomodo possent iudices imperare? nec ipse Iouis posset sine poenis iustitiam conseruare. Colligamus ergo & dicamus pestilẽtissimum esse errorem horum hominum rem tam absurdam asserentium. Delirare profectò est istud asseuerare. Neque ab hoc loco Pauli quem nunc prælectionibus habemus data est eis occasio hanc excogitandi demẽtiam. Nam Apostolus hic non reprehendit iudices nec eos damnat eo quòd faciant malefactores luere suas poenas (nam hoc bonorum iudicum officiũ est) sed illos hic accusat & reprehendit iudices qui imponunt suis subditis poenas cùm ipsi eadẽ mereãtur. Iudices tales obiurgat hoc loco Apostolus. Sed quid cõmertij habet hęc obiurgatio cum illo errore? Nihil profectò cõsequentiæ est ex his Pauli verbis colligere nõ esse à iudicibus imponendas malefacto-

malefactoribus poenas. Vnde neque ex hoc loco, neque ex alio scripturæ istud colligi potest.

Sequitur in text.

Eadem enim agis quæ iudicas.

Rationem.) Dant hæc verba præcedētium in quibus dixerat seipsum condemnare qui alium iudicat: quoniam eadem agit que iudicat. Vbi aperte videre non dicere Apostolum seipsum condemnare iudicantem in eo quod iudicat, aliter semper esset malum iudicare: sed quia eadem facit quæ iudicat. Si quis enim iudicaret adulterum, vel furem, & ipse non esset fur neque adulter non enim in quo alterum iudicaret seipsum condemnaret. Igitur causa quare cōdemnat seipsum est quia talis est qualis & reus ab eo iudicatus.

Adnotant hic qui græcum callent sermonem in contextu græco non reperiri quæ sed potius qui: De quare nulla est digna contentio. In idem venit sententia, siue quæ, siue qui legas. Hic locus siue intelligatur de iudicibus siue de quocunque alio iudicāte nos non iniuria vocat in eam quæstionem quæ passim à scholasticis doctoribus agitatur an scilicet qui versatur in crimine vno de simili possit iudicare alterum. Et quia lōgē maiorem difficultatem habet hoc negotium de iudicio lato à iudice id circo primò expediēmus hāc quæstionem de eo iudicio quod fit non ab eo qui est iudex. Et vt res clarior detur totam quæstionem in duas propositiones resoluemus, quarum prior esto ista. Si quis iudicet alterum de eo crimine quod ipse est inuolutus malè agit: siquidem seipsum intueri debet vtrum tale sit in seipso vitium, quod si reperit, incipiat à seipso, & deinde iudicabit alium. Eijce, inquit Christus prius trabem de oculo tuo. Matth. 7.

Nonne malus esset medicus qui cùm ingenti febre, vel alio morbo laboraret suo proprio morbo neglecto aliorum curationi intenderet? Huic namque medico meritò diceretur; Medice cura teipsum. Ita sane. Sic nulla iusta ratio vult vt qui criminibus sordescunt, alienis iudicandis intendant, suis à tergo relictis. Cùm igitur hæc res difformis sit rectæ rationi digna est quæ culpari possit; & omnis qui huiusmodi est hypocrita iudicari & æstimari potest. Nam cùm habeat vel maiora vel æqualia crimina de minoribus aut æqualibus crimibus suum proximum audet iudicare id quod Christus in suo Euangelio verat dicens; Nolite iudicare & non iudicabimini. Vbi Dominus prohibet non iudicibus iudicare ad quos non loquitur illo in hoc loco sed ad priuatas personas sit sermo quibus vetitum est iudicare. Et hoc factum est duplici de causa: altera ne quilibet vsurparet sibi iudicium, altera vt melius sic arcerentur homines à iudicio temerario. Simile. Luce 4. Matth. 7.

Altera propositio est durissima res esse videtur dicere semper, crimē esse mortale illi qui iudicat aliquem de eodem peccato quo ipse est irretitus: nisi inde sequeretur magnum scandalū, vel magnum aliquod malum. Sed dices; At si scuis est culpa & venia digna quare Apostolo tanta diligentia hoc ipsis obijcit? Si enim peccatum tantum veniale est tale iudicium, non tāti debebat facere Paulus hanc rem. Peccata enim venialia non sunt tam acriter obiurganda. Certè (nobis saltim) difficilis videtur hæc res. Et id circo (salua meliori sententia) dicendum putamus quòd ra-

metsi peccator iudicans alium de simili peccato nō incurrat nouum peccatum mortale, tamen Iudæi sic iudicantes Gentiles peccatores, & è contra peccabant mortaliter: quoniam ambo iudicabāt cum odio personarum. Quod vel ex eo coniecturare licet quod ægro animo ferebant Gentiles sibi in gratuitis æquari, nec illis adiungi sinebant. Vnde illa bona mulier Samaritana dixit Christo: Quomodo tu Iudæus cùm sis, poscis à me bibere quæ sum mulier Samaritana? Et hæc erat causa quare Paulus tam acriter reprehendit eos. Secus non videmus nos quomodo pro re quæ est peccatum veniale quis dicatur inexcusabilis. Aliquam enim habet excusationem peccatum veniale sicut venia dicitur dignum. Cùm igitur iudicia istorum non tantum essent de peccatis (sic enim odio erant illorum vitia quod personas quoque habebāt odiossas: (odienda sunt vitia cum dilectione hominum) proinde Paulus dicit esse inexcusabiles. Neque esset ab intentione Apostoli alienum, dicere, ideo eum tanti facere hanc reprehensionem, quòd vidisset eam vel maxime vtilem ad ea sedanda odia, quæ erant inter Gentes & Iudæos. Ex istis namque mutuis iudicijs, turbabatur non parum, pax inter illos. Quamobrem vt eos inuicem conciliaret, peccatosque redderet maximè conatur auferre illud mutuum iudicium quod erat radix discordiarum. Iean. 4.

Cæterum si dicamus aduersus maiores (quales erant iudices) hic fieri reprehensionem in surgit alia quæstio paulò difficilior illa quæ relata est. Si quidem acceperunt quidam (qui de catholicorum numero sunt) ex hoc loco occassionem, plus satis iniquam, inuehendi in malos iudices. Putarunt namque hinc educi, semper esse crimen (non veniale sed mortale) sententiam & iudicium ferri contra peccatorem hominem ab eo iudice, qui in crimine, siue publico siue secreto versatur. Quæ certè existimatio præter id quod est nimiū dura & dira etiam nulla ratione efficaci videtur esse fulcita. Et proinde alij qui magis appositè de hac re disseruere meritò de hac quęstione censuram fecere: quæ sicut pietate est mitior, sic veritate fortè plenior. Eam autem candide Lector tibi in duas propositiones distributam damus, quarum altera sic se habet. Omnis qui de crimine quo ipse est irretitus iudicat alium culpādus est. Siquidem sicut vult alios suo iudicio vel punire, vel emendare, sic semetipsū emendare & reddere bonum deberet. Neque sua culpa excusationem habet quòd putet suum crimen sibi licere cùm alium de simili condemnet. Qui enim quemquam iudicat tamquam mali authorem satis demōstrat se cognoscere malum esse quod ipse iudicat. Iudicium enim notitiam & cognitionem rei iudicandæ exigit. Non potest ergo talis iudex ignorantiam allegare: sicque iudicando alterum dicit & ostendit se simili poena & castigatione esse dignum.

Sed fortè rogabis & dices, quæ tanta est hæc culpa? est ne tanta vt æternam mereatur mortem? Respondemus. Nimium esset hoc durum, quod ex eo quia iudex seipsum non corrigit alijs faciens & administrās ius proprium peccaret de nouo mortaliter. Iniustum videtur condemnare eum sic ex eo quia suo vtitur officio. At dices: Nunquid concionator concionando existens in peccato mortali, mortalis criminis est reus? Et quicunque sacerdos quantumcunque ex officio exerceat munus suum sacerdotale si in peccato existit non ne mortaliter peccat, sicut est Thæologorum communis doctrina? Quare ergo

go iudex

go iudex exercens suam potestatem (quantumcunque iustè & & rectè id faciat) non erit etiam reus mortalis culpæ? Respondemus ratio discriminis est quia officia non sunt paria. Iudicare enim terrena est functio: at sacerdotis & concionatoris spirituale est munus: quod vt a digno & idoneo tractetur ministro gratiam ad esse necessarium est. Nam licet sacramentorum gratia a ministro non effluat nisi a passione Christi, & a seipsis sacramentis, tamen ille non dicitur idoneus administrator qui à peccatis liber non est. Et proinde quia sacerdos & prædicator rebus sacris iniuriam & irreuerentiam faciunt si exulcerati in peccato tractent vel sacramenta, vel Euangelium, proindè istorum culpa mortalis est, iudicum autem venia digna.

Veruntamen si iudex sit tam effrons & inuerecundus, vt publicè non vereatur peccare, tunc si de simili peccato alium iudicet bonis & mundo scandalo erit. Quis, rogo, in eo iudice non scandalum sumet qui cum sit ipse publicus concubinarius audeat iudicare alios concubinarios? cui non erit scandalo ille iudex, qui cùm ipse publicè aliena & rapiat & deuineat non veretur aliquem latunculum propter aliquam quam furatus est subuculam abscindendam esse iudicet ab illo vtranque aurem? Certè hæc & similia iudicia fieri nequeunt sine grandi scandalo. Quare catholici doctores hoc animaduertentes constanter dixerunt iudicem qui publicus est peccator alios condemnans mortaliter peccare propter scandalum. Si quidem tunc alij hoc videntes pro nihilo ducunt iustitiam: & iustè quidem submurmurant, & conqueruntur. dicuntque tantum in pauperes homines positam esse iustitiam. Et certè iudex talis illis sic murmurandi occasionem dat. Et qui supremi sunt iudices maximè curare deberent vt tales iudices qui sic scandalizant populum suas darent poenas: nec satis est eos ab officijs dimouere sed etiam sicut ipsi publici fuerunt peccatores sic publicitus punirentur. Nam sic populi viderent tunc iustitiam non esse acceptatricem personarū sed eandem vim habere in ipsis iudicibus quam ipsi in alios exercuerunt. Verum dices: Et si illi supremi iudices sunt tales, quid remedij tunc? Non scimus aliud magis oportunum remedium huic malo quam cōfugere ad Deum qui est iustus iudex & ad quem maximè pertinet correctio talium iudicum. Orandus est Dominus vt dignetur respicere super suam rem publicam, quatenus dignetur eam aut de melioribus prouidere iudicibus, aut illos bonos, qui potens est, reddere.

Vt postremam manum huic negotio imponamus solum hoc vnum expediemus, scilicet, an Iudæi iudices iudicantes Gentes peccarent mortaliter. Ratio autem dubitandi est quoniam per priorem à nobis traditam propositionem videntur excusari. Respondemus, quòd cùm ista iudicia non essent sine scandalo, iuxta posteriorem propositionem assignatam à nobis, dicimus illos non fuisse liberos à peccato mortali. Loci communes qui ex dictis colligi possunt tales sunt. Primus, maximè debent iudices, prædicatores & qui alios docent cauere scandalum. Væ enim æternū est illi per quem scandalum venit. Secūdus, qui huic proximus est, Prædicatores, & doctores qui dicunt & non faciūt & iam si caueāt ab scandalo, tanto magis sunt inexcusabiles, quāto plus Dei veritatē noscūt. Tertius est, Nemo debet alienę vitę prior fieri iudex quā suę. Quartus, Fugienda veniunt mutua iudicia tanquam

nam si requireret, quoduis peccatū iudiciū impediret, quia impedit sanctitatem, quæ ex diametro pugnat cū illo) nam aliter inter Aethnicos nullum esset rectum iudicium, eo quod iudices, mali homines sunt. Quare autem in iudicio priuato Christus voluit vt iudicans esset irreprehensibilis hoc factum est ad tollendam hominum pronitatem & propensionem quam habent habent ad iudicandos temerè suos proximos. Ad proprias namque miserias & defectus cæci sumus ad alienos autem linceos oculos habemus. Et ideo volēs Christus huic malo ocurrere, voluit vt in priuato iudicio iudicans esset irreprehensibilis: in alio autem iudicio non est hoc Periculum, cùm istud debeat fieri secundum allegata & probata. Et sic non est ocasio iudicandi temerariè, sicut est in priuato iudicio: vbi ex leuibus coniectutis & ex dubia causa iudicium temerarium oritur & emanat. Vnde, fortè quando Christus negatiuè prohibuit iudicare proximum dicens, nolite iudicare, dicere volnit, nolite iudicare dubia facta nisi in meliorem partē. Nam vt christiana theologia docet, semper dubia veniunt in meliorem partē interpretanda, & non in deteriorē. Neq; refert quòd aliquando interpretans fallatur: quoniam, vt D. Tho. testis est. 2.2. q. 60. melius est vt aliquis fallatur (etiā frequenter) habēs bonam opinionem de proximo suo; quam quòd rarius fallatur habēs malam opinionem de aliquo bono: quia ex illo fit iniuria alicui non autem ex isto. Hæc ille. Patet igitur quomodo illa Christi verba de iudicio non ferendo, & illud quoque quod dicitur de festuca & trabe referēda sint non ad iudicium publicum, sed ad priuatum. Et vt non ex nostra istud videamur dicere tantum modo sentētia: cōsulat eruditus lector beatum Augustī, Hiero. Chrisost. & plerosque alios super illa verba, &

Matth. 7.

Vide Caiet. 2. 2. q. 60. articul. 4.

reperiet nos, nec latum vnguem, ab illorum sententia diuertisse. Præterea iudices assimilari debent Deo a quo acceperunt potestatem iudicādi, sed Deus sanctus & iustus est quando iudicat. Igitur oportet iudices conformes esse primo & maximo iudici. Et confirmatur quia Christus quando adducta est ei illa mulier adultera dixit & iussit vt lapidaretur a Iudice nō habēte peccatum. Dixit enim sic qui sine peccato est vestrūm primus lapidē in eam mittat. Vbi clarissimè nos visus est docere quod Iudex qui iudicat debet esse sine peccato. Ergo qui alium iudicat & non est iust⁹ & bonus peccat si iudicet & alium cōdemnet. Accedit hnc etiā quod iudices a principio mundi vsq; ad Christi tempus semper constituti & creati fuerunt iudices boni & iusti homines: omnes namque sanctitate præditi erant, vt videre licet in omni legeram naturali, scripta, quam Enangelica. Noe iudex fuit, Abraham, Moyses, Aaron Samuel, Saul, Dauid, & denique ipse Petrus caput Ecclesiæ: omnes isti & multi alij ornati erant sanctitate, quā do instituti fuerunt iudices. Igitur & nunc tales esse nostros iudices oportet & debitum est: nam nostri ab eodem habent iudicandi potestatem, à quo & illi. Igitur cōformari in sancti tate & bonitate ipsi Deo maximo iudici debent, iuxta etiam illud quod scriptum est sancti estote: quia ego sanctus sum. His obiectiūculis paucis responsa damus, resolutionem autē exactiorem requirat lector ab scholasticis Theologis, quorum interest ex officio ista accuratius rimari. Ad primam igitur obiectionem respōsa damus dicentes verum esse quod iudices acceperunt omnes à Deo potestatem iudicandi ce illos esse Dei administrosetiam omnes tam qui ab origine mundi inceperunt quā qui nunc sunt eruntque vsque ad mundi finem non tamen necessarium est talem esse debere

Ioan. 8.

Leuitici. 19.

bere ministrum qualis est auctor principalis: sicut enim instrumẽtum non est necessarium esse tale, quale est id cuius est: sic nec ministrum: minister ad instrumenti conditionem reducitur. Et hinc est vt quantum attinet ad sanctitatem non sit necessarium vt homo iudex sit Deo iudici cõformis, sed hæc conformitas expendenda est in actione iudicandi, hoc est sicut Deus est rectus & iustus in iudicando ita sit quiuis iudex seruando videlicet omnes conditiones quę exiguntur in iudicio recto & vero. Porro ad rectũ iudicium ex necessitate non exigitur iudicis bonitas & sanctitas: nam si exigeretur vel ex parte iudicis, vel ex parte iudicij, non ex parte ministri iudicis. Nam si minister malus verum & perfectum sacramẽtum conficere potest, multo magis verum iudicium per malos iudices: nam maior sanctitas exigitur in dispensatione sacramentorum, quam in administrando iustitiam. Igitur ex parte iudicis non exigitur vt sit iudex sanctus. Ergo ex parte iudicis non est debita necessario sanctitas, neque etiam ex parte actus iudicandi: nam actus iudicij non est consecratus vt requirat in ministro sanctitatem igitur nec ex parte actus iudicandi exigitur & debita est sanctitas in iudicando. Et sic iudex excusari potest a peccato nouo mortali: esset tamen secundum decõtiam bonum vt iudex esset non tantum bonus iudex, sed & bonus vir & sanctitate ornatus secundum quam etiam bonum esset vt ministri sacramentorum essent boni & non mali homines. Dispartamẽ ratio est de administratione sacramentorum & rerum consecratarum: & de ipso actu iudicandi: nam illic interuenire potest irreuerentia, quinimo & sacrilegium, in iudicio autem minime. Cæterum ad illud de adultera multipharian respondere possemus, sed nunc tantum dicimus vnum è duobus, vel quod illi nõu erant iudices sed tantũ accusatores, quod ex eo patet quia Christ⁹ mulieri dixit. Mulier vbi sunt, qui te accusabant? non enim debet esse parratio de accusatore & iudice: nullus hactenus dixit accusatorẽ prohibitum esse ab ipso accusandi actu; propterea quod malus homo est nisi sit in illis peccatis & sceleribus inuolutus, in quibus ius prohiber & dicit aliquem ineptum esse ad accusandum, in alijs vero potest irretitus vno crimine alium accusare de consimili: vt videmus in complicibus alicuius criminis vbi vnus alterum accusat; quãdo reus negat: Roboratur etiam istud quia malus homo potest esse testis cõtra alium etiam sine peccato; tametsi aliquãdo propter aliqua peccata reijciatur ab actu testificandi vt iura disponunt, non tamen propter quoduis peccatum mortale, si vero dicamus & admittam⁹ illos fuisse iudices qui adduxerunt adulteram ad Christum ex eo quod Christus quoque dixit; mulier nemo te condemnauit? & ipsa respondit, nemo Domine, cõdemnare alios est iudicum munus: tunc respondem⁹ dicentes quod Xps quando dixit, qui sine peccato est vestrum primus lapidem in illam mittat, non dixit vt prohiberet illos ab actu iudicandi, sed ostendere voluit quod ipsi non animo & zelo iustitiæ requirebant & optabant vt illa adultera puniretur, nec vt lex seruaretur: nam si hunc animum habuissent: nõ opus erat illam ad Christum adducere: iam enim legem manifestam habebant secundum quam poterant illam mulierẽ lapidationi tradere: nõ enim hæc lex ambigua erat, difficilis vel dubia, sed clara. Non igitur Christi interpretatione vel moderatione opus erat, neque Christ⁹ dum nobiscum conuersatus est contra aliquem malefactorem iudicatura; & officio iudicis functus est. non enim venerat iudicare mundum, sed illum saluare.

Ioan. 8:

Ioan. 8.

Respon:

Cum

Cum igitur Christus vt pote Deus animum illorum intus & incute cognouisset, sciens quod venerant animo calumniandi illum, ideo dixit illis, qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat: vel fortassis ipsi pharisei erant publici adulteri. Quare non poterant absque scandalo condemnare illam: ac proinde prohibuit Christus ne illa condemnaretur ab illis, qui maioribus criminibus irretiti & innodati erant, vel denique ab illis prohibuit iudicari adulteram, quoniam ipse in animo habebat & sibi cordi erat vti misericordia in eam, cum ipse esset supremus iudex, qui relaxare potest noxam, & in lege dispensare. Non igitur ex hoc loco scripturæ necessario colligitur, Iudicem illum obnoxium esse peccato mortali, qui iudicat alium peccatorē etiam si ipse Iudex in eodem versetur crimine vt si iudex sit adulter & damnat ad pœnas debitas alterum, non se ipsum obnoxium facit nouo mortali peccato, licet hoc ipso quo alium Iudicat & dignum tali pœna pronunciat, seipsum etiam cō damnet & in excusabilis & reprehensibilis meritō sit, propterea quod idē agit quod in alio condemnat, non tamen rectè colligitur quod cùm hoc factum iudicis Iudicantis in peccato mortali sit dignum reprehensione, id circo sit dicendum mortiferum peccatum: nam non tantummodo digna reprehensione dicuntur quæ mortalia peccata sunt, sed etiam digna sunt alia reprehensione: siquidem dignus esset qui in Ecclesia dormiret vel comederet: nemō tamen vel mediocriter doctus ad peccatum mortale has actiones & earum actores condemnaret. Porrò ad illud quod Deus dicit, scilicet sancti estote, quia ego sanctus sum: dicimus ibi fieri sermonem ad illos administros, qui sanctificari debēt ad ministeria sacra exercenda, sed iudicare non est tale ministeriū. & ideo quando committitur alicui officium iudicandi, non exigitur quod sit vel æstimetur sine peccato mortali & in gratia Dei. Nec etiam ipse Iudex existens absq; gratia Dei acceptās munus iudicādi gratia expoliatus, dicitur peccare mortaliter; nam nec iudicio iniuriam irrogat, nec ipsi proximo, quem iudicat. Denique vt in tactum in hac re nihil relinquamus, ad aliquot loca beati Augustini & Gregorij & aliorū responsum detur, dicitur illos non tā spectasse illa, quæ sunt necessario requisita ad Iudicium, quam illa quæ reperiri debent in iudicio & iudice: bonitas enim & sanctitas vt reperiatur in iudicibus bonum & decens esse nos quoque existimamus, sed nolumus tam duri esse & acres in illos vt condēnemus eos nisi in his quæ ratio nos cogit. Sed fortè dicis magis esse parendum & credendum Apostolo Paulo qui inuehitur in illos, planè ita volumus & nos, & sic æquum esse iudicamus, sed Paulo credere debemus sanè tamen, & vt par est intellecto: qui tantum damnat & dicit inexcusabilem esse illum Iudicem qui iudicat ea quæ ipse agit, alium vero qui licet sit in alio peccato mortali non facit inexcusabilem, eo quod non sit eadē faciens quæ iudicat. Vnde si iudex iudicaret adulterum & ipse esset latro vel homicida, excusabilis esset, eo quod nō eadem agit quæ iudicat: vnde constat quod non oportet Iudicem esse sanctum & bonum virum; sed oportet vt sit procul, & longè ab illo crimine quod in alio Iudicat non autem ab omni crimine in vniuersum: & ideo ait qui pro incerto & indubitato habet quando Iudex est irretitus eodem peccato si iudicat alium de eodē peccato peccat mortaliter, si verò habeat alia peccata & iudicet, non sic audent talem iudicem ad peccatum mortale condemnare, eo quod Paulus palam videtur loqui de iudice qui est in eodem peccato & non de alio, sed verba Augustini in sermone domini in mō

te,

Non poterant absque scandalo condemnare illam.

Tho. 2 q. 67. ar. 4.

Cay in sūma la de pecca.

tem, quæ sic habent (si modo intelligantur diuidicibus) magis tangunt & feriũt iudices, qui sunt in eisdem peccatis quam in alijs, licet vtrosq. comprehendẽt: sic namque dicit beatus Augustinus: primũ cogitemus quando aliquem iudicare volumus & reprehendere, & necessiras nos cogit, vtrum tale sit vicium, quod nũquam habuimus, & tunc cogitemus nos habere potuisse, si vero habuim⁹ antea & modo non habemus: tunc propria fragilitas angat memoriam vt illam correctionẽ non odium sed misericordia præcedat. Si autem inuenimus nos in eodem vitio esse: non obiurgemus, sed congemiscamus, & ad pariter conãdum nos inuitemus. Diximus si intelligãtur de publicis iudicibus: quoniam credimus intelligenda esse de priuato & voluntario iudicio. Et beatus Gregori⁹ idem sentire videtur dicens, rectè iudicare nõ valet aliena merita, qui recta conscięntia propriæ innocentiæ nullam iudicij regulam præbet, & addit, qui semetipsum non iudicat, quid in alio rectè iudicet ignorat. Ex his videtur colligi iudicem debere habere sanctitatem, ad minus exigitur vt careat eodẽ peccato de quo alium iudicat, vt palam hic Apostolus docet & ostendit. Cæterum iuxta opinionem (quæ nobis rationi magis consentanea visa est, & quam beatus Thomas apertè secutus est) nos dicimus hæc esse intelligẽda secundum decentiam, nõ autem secundum necessitatẽ, ita quod semper sit necessaria sanctitas in iudice, sed vt ipse omni omni ex parte sit excusabilis: fieri enim potest vt iudex existens in peccato mortali rectè iudicet, & non sit excusabilis eo qnod vel in eodem crimine sit, vel in alieno, non tamen sequitur sit inexcusabilis a peccato mortali si iudicet aliũ. Vnde hæc collectio nulla est, scilicet qui aliũ iudicat seipsum condemnat. Ergo iudicando peccat mortaliter iudex: nam ostẽdere se dignum eadem sententia & pœna, non est peccatum mortale nouum, sed est potius quædam in decentia & confusio iudicis. Quod si vrgeas dicens, scandalizantur, qui vident iudicem malum & in eadem culpa quoq; manentem, punire reum, qnod Zenoctatem dixisse fertur: hic cum semel vidisset magnos latrones cõdemnare paruos ad suspendium, incæpit ridere. Et profecto res risu digna est & scandali genitrix, quando iudices sunt publicè mali & magni criminibus irretiti; & puniũt in suis subditis leues culpas vel etiam graues: tunc temporis si iudex peccat, est ratione scandali, sed si ipse esset in eodem crimine secreto nõ esset dicendus reus noui peccati mortalis tametsi iudicando ostenderet se consimili poena fore dignum. Et hoc tantum in illis verbis nos docere voluit Apostolus. Hanc autem sententiam multis rationibus fulcire poteramus: quibus ostenderetur magis esse probabilem, quam sua opposita sit: tamen consulto breuitatis gratia omnesillas missas faciemus. Qui eas scire cupit vtrumque Thomam consulat, & ibi eas copiosè & abundè inueniet.

Refutadum Zenocratis factum.

Sequitur in text.

Scimus enim quoniam

Iudicium Dei est, secundum veritatem in eos qui talia agunt.

Dicto de iudicibus, transitum facit Apostolus ad Dei iudicium vt illud commendet, doceatque illi omnes nemine excepto subiectos esse. Sed rogas, quorsum hic ab humano iudicio ad diuinum se conuertit Apostolus? In præterito textu redarguit iudices, quod perperam vtebantur iudicio humano, qui eadem committebant, quorum nomine damnabant alios. Sicque in semetipsos proferebant & pronunciabant sententiam.

Respon.

Nunc

Nunc vero conuertit se ad commendandum Dei iudicium. Dicet fortè acutus lector, non videre istud esse accommodatum ad id quod antecessit non enim locutus fuerat Apostolus de iudicio Dei, sed humano, quod dixit esse reprehensione dignũ. cum esset factum ab illis iudicibus qui eisdem erant irretiti vitijs & peccatis. Quid igitur ad rem facit habere hic sermonem de iudicio Dei? Attendat studiosus Lector & mox agnoscet vnde Apostolus arripuerit occasionem conuertendi se ad iudicium diuinum Qui enim mea opinione sunt quod Paulus hîc sermonem habet cum iudæis. putant occasionem & ansam dari tam esse ei agendi & differendi de iudicio diuino ex eo quod iudæi iudicabant non tantum peccata sed etiam ipsos homines, quod non licebat, cũ istud sit Deo reseruatum, quasi diceret Apostolus: vos arrogatis & vsurpatis quod Dei est, tametsi possitis iudicare aliorũ peccata maximè si sint nota, sed non homines qui iudicio Dei iudicandi reseruati sunt. Vnde dicunt hac de causa optimè se conuertisse Apostolum ad iudicium Dei, dicẽs, Scimus nos scilicet iudæi qui per legem acceptam sumus istud edocti: lex namque instruebat iudæos quod Deus iudicabat secundum veritatem siue personarum acceptione, sed vt res ipsa & opus cuiusq; exigebat, iuxta id quod scriptum est, reddet cuiq. iuxta opera sua. Iudæi ex ipsa lege sic edocti nouerant Dei iudicium esse secundum veritatem & æquitatẽ. Istud gentes non ita clarè & lucidè agnoscebant: ex hac parte existimãt isti accepisse Paulum occasionem conuertendi se ad iudicium diuinum. Non istam reprobamus occasionem, sed aliam aptiorem nos scimus quam sine alterius præiudicio amplecti volumus. Est autem ista ansa: quia locutus videlicet fuerat de iudicantibus, quiquando sunt principes & magnates supra se ipsos alios in terra non habent iudices, existimant se exemptos a iudicio esse. Hanc exemptionẽ vult Apostolus destruere: nã iudicio Dei nullus est quantũcunque præpotens sit qui non sit subiectus illi: cadent in retiaculo eius omnes peccatores siue sint iudices, siue non sint. Igitur destruitur per hoc cõfugium quo forsan illi iudices dicebant. Non esse parem rationem de illis & subditis, cum ipsi non haberent supra se alios iudices. Sicque se liberos esse & a legum pœnis atque supplicis. Et ideo si alios iudicabant se iri condemnandos minimè putabant. Hoc erat effugium & clypeus, quo se & sua peccata illi iudices facientes & consentientes alijs armabãt. Istud refellit Apostolus hoc loco quasi dicat in iudicio Dei vero & æquo nullus est respectus personarum alioquin non esset secundum æquitatem: atqui iam scimus hoc est certò tenemus iudicium Dei esse secũdum æquitatem contra illos qui talia operantur & agunt siue sint subditi siue iudices. Sed rogas vnde hæc certitudo oritur? Respondemus tam ex lege & lumine naturæ quam ex scripta Pet legem naturæ cognosci potest rectum & æquum esse iudiciũ Dei: Dei enim veritas est, quæ nec falli nec fallere potest. Neque in eo locum habere potest aliquid illorum quæ reddũt iudicium iniquum & non rectum: alias quando namque iudiciũ humanum non est rectum ex defectu prudentiæ & sapientiæ iudicis. Nam cùm ipsi sint oculi reipublicæ: oportet tales esse prudentes & sapientes. Vnde ad malum euellendum constantes & fortes esse debent. Horum autem nihil in summo illo iudice Deo deficere potest. Contingit etiam non raro fieri iudicium non rectum ex parte iudicis, quando exodio, vindicta, ex amore, amicitia, ex timore mũdano, & ex multis alijs, iudicio autem Dei nihil tale inueniri potest. Reuelatione quoque

Psal. 146.

Respon.

Iudices sunt oculi reipub. & eiusdẽ fortitudo.

quoq; cognoscitur rectitudo iustitiæ Dei & ipsa etiam eiusdem amplitudo quę omnes homines iniquos cõprehendit siue sint iudices siue non, iam enim Apostolus in primo capite declarauit in Euangelio reuelari irã Dei super impietatem & iniustitiam eorũ hominum qui veritatem in inlustitia detinent. Appellauit autem Apostolus iram Dei iudicium Dei vindicatiuum, quod secundum metaphoram appellatur vindicta & ira Dei. Et hinc quoque est vt dies iudicij Dei nominetur dies iræ. Ab hoc iudicio nõ exemit Apostolus ipsos iudices, sed super omnes inlustos & impios dixit esse reuelatam. Cùm igitur iudices qui sunt perseuerantes in eadem culpa cum illis quos iudicant sint impij & iniusti: hos etiam sicut & subditos cõprehendere debet Iudicium Dei rectum. Et hoc fortassis insinuare voluit Deus quando dixit per Prophetam, cùm accepero temp⁹ ego iustitias iudicabo. Iudices sunt iustitiæ viuæ: has iudicabit Deus in vltimo suo illo iudicio. Vel iustitias id est iudicia iudicum nedum quæ iniustè iudicata fuerunt, verum etiam quę a malis iudicibus in eodem crimine versantibus iudicata fuerunt etiam si iudicia recta fuerint. Sed dicis si iudicia recta erãt, ad quid opus erat iterato iudicari. Respondemus iudicium secundum non erit de re iam ritè iudicata, sed de ipsis iudicibus vel de peccatis iudicum, quæ non fuerunt iudicata. Dicit igitur Apostolus & ipsos iudices qui sunt principes subiectos esse iudicio Dei. Sed vrges, si iudicium Dei est aduersus illos: quare ipsi dum viuunt remanent in iudicati & impuniti? Respondem⁹ Paulum loqui de iudicio finali non de illo quod exercetur in præsenti vita, à quo reuera ipsi immunes sunt, cum in terra supra ipsos nulli sint iudices. Sed quale est hoc Dei iudiciũ? *Secundum inquit veritatem & equitatem.* quasi dicat non est vt esse ad solet humanũ, quod sæpe numero nõ fit secundum veritatem. Vnde adiecit Apostolus secundum veritatem, vt aperiret differentiam & discrimen inter iudicium nostrum & diuinum. Illud quidem tametsi sit secundum potestatem: etenim elargitus est, archiiudex Deus hominibus potestatem alios iudicandi & condemnãdi tam in spiritualibus quam in temporalibus, in spiritualibus quidem auctoritatem concessit Petro & suis successoribus, quando dixit, tibi dabo claues regni celorum, & quod solueris erit solutum, quodue ligaueris super terram, erit quoque ligatum & in cœlis, in temporalibus autem concessa fuit iudicibus potestas quando dictum est, maleficos non patieris viuere super terram. Et sic humanum iudicium dicitur fieri secundum potestatem, quã à Deo accepetunt iudices, qui est iudex non solum viuorum sed etiam mortuorum. Iudicium autem Dei nõ appellauit Apostolus iudicium secundum potestatem, sed secundum veritatem, non quod iudicium Dei non sit etiam secundum potestatem. Sed hoc noluit dicere Paulus ne insinuare videretur aliunde iudicium Dei habere potestatem, quam à seipso. Porrò quando scriptura loquitur de iudicio Christi quatenus homo erat, dicit illud esse iudicium secundum potestatem, vt videre est Ioannis 5. vbi dicitur potestatem dedit ei iudicium facere. Hæc potestas Christi quatenus homo data est ei à patre suo: & clarius alibi dicitur, Pater omne iudiciũ dedit filio. Paulus vero hîc de sola veritate iudicij mentionem facit: quoniã conferebat cum iudicio humano nõ in ratione potestatis sed veritatis & æquitatis, quasi diceret, licet o iudices qui alios iudicatis & eadem facitis, vobis potestas iudicandi facta sit cùm sitis morum institutores & aliorũ censores, quo nomine vos liberi estis à iudicio hominũ a quo damnati nequitis

D. Paulus in hoc 2. cap.

Psal. 74.

Respõsio.

Respõs.

Matth. 16.

Exod. 22.

Ioan. 5.

Ioan. 5.

tis: tamen iudicium Dei quod est secundum æquitatem operum & meritorum sine personarum exceptione, contra vos est. Saltim istud effugere haud poteritis. Vobis maner iudiciũ Dei. Merita siquidẽ in vobis sunt, ob quæ digni estis vt si non ab humano iudicio: tamen a diuino quod est aduersus vos, vindictam de vobis capiet Deus sicut & de sapientibus. Nihil igitur vobis valet vestra excusatio, qua vos in demnes & exceptos esse putatis: eo quòd aliorum iudices estis, & supra vos alios iudices non habetis. Habetis veruntamẽ contra vos rectũ & verum iudicium Dei, cui subiecti estis & per quod condemnabimini. Nam illud Dei iudicium merita expẽdet & non personarum qualitates. Tunc non esset illud iudicium secundum veritatem sed secundum personarum qualitatem, & in hoc non differret ab humano quod nõ raro tale est. Ex hoc Pauli loco palam gemina hæresis effugatur & destruitur. Primò illorum qui asserunt nullum esse futurum iudicium. Hanc hæresim dæmõ sua astucia vt homines deciperet, in illorum mente plãtauit, quò aliquor homines facilius in omne genꝰ viciorum alliceret, traheretque. Hæc hæresis variis locis scripturæ destrui potest, vnum tantum ex nostro Paulo satis erit in mediũ adducere, ne in re tam perspicua moram trahamus. Inferius cap. 14 dicturus est Apostolꝰ in hunc modum, omnes stabimus ante tribunal Christi, ad quid nisi vt iudicemur ab illo qui venturus est iudicare viuos & mortuos? Sed dicis Paulus non dicit scimus quod iudicium Dei erit, sed est de præsenti, fortassis hac causa alia hæresis fuit orta. Iudicium finale iam factum esse & nullum aliud esse expectãdum, asserens. Quæ hæresis non minus inepta est, quam fuerit præterita. Et idcirco non est cũ in ea confutanda tempus teramus. Multa ante cedere debent finale iudicium, quorum nullum iam esse factũ cõspicimus, oportet prius venire Antichristum, subinde generalem mortuorum resurrectionem, fieri & alia multa quæ non dum sunt facta. Quare ingens stoliditas est & dementia dicere vniuersale iudicium iam esse cõfectum & executioni mãdatum, Cæterum ad illud Pauli respondemus, ex verbo eius non colligi esse factum: quoniam non locutus est de præterito. Dices neque probatur futurũ cùm non sit Apostolus vsus verbo futuri temporis. Sed præsentis dicẽs scimus quod iudicium Dei est. Ingenuè fatemur ex hoc Pauli loco non haberi tempus in quo fieri debeat finale iudicium. Nec istud Paulus intendebat ostendere hic. De quare iam alibi locutus est sed mens illius tum erat ostẽdere iudiciũ Dei quod erat secũdum veritatem paratum esse contra illos iudices qui putabant se exemptos fore & iudicabant suos subditos. Et quia præsens magis mouet quam futurum maximè in penis, vt eos plus terreret dixit & vsus est verbo præsentis temporis. Addere poterit ingeniosus lector istud factum esse ad maiorem rei certitudinem: nam licet executio penę non esset pręsens: tamen volebat Apostolus vt iudicium quo damnãdi erant illis semper esset præsens. Fortè sic Dauid dicebat & peccatũ meum contra me est semper. Iam enim peccatum eiꝰ elapsum erat, sed pena quã mœrebat Prophetæ semper præsens erat. Et beatus Hieronymus sic futurum iudicium tanquam præsens habebat quando dicebat siue comedam siue bibam semper mihi in auribus meis sonare videtur vox illa nimirũ surgite mortui venire ad iudiciũ. Porrò existis Pauli verbis illi qui sunt in opinione quod iudex existens in peccato mortali iudicans peccat mortaliter corroborãt suam opinionem. Sic namque Syllogizantur, & suam formant rationẽ dicentes Paulus in hoc

Reſponſio.

Pſal. 50.

loco

obiec.

1. Ad Corin. cap. 3 Matt. & Ioan. 5 & in Symbolo fidei.

loco contra tales iudices dicit scimus quod iudiciũ Dei est contra illos qui agunt ista: huiusmodi sunt iudices innodati eisdem peccatis. Igitur peccãt mortaliter. Respõdemus Respon. farentes Apostolum clamasse contra iudices diiudicantes & existentes in eisdem peccatis, quos iudices dicit subiectos esse iudicio Dei quod est secundum veritatem. Ergo condemnat illos ad peccatum mortale quia iudicant. Non valet quoniam Apostolus non dicit eõdẽnando esse tales iudices: eo quod alios iudicant, sed ex eo quod talia agunt, qualia sunt illa quæ ipsi iudicant & cum ipsa quibus ipsi iudices sunt innodati sint peccata mortalia, iudicium Dei manet illis & iudicabuntur & punientur in die iudicij Dei: quoniam hîc in præsenti vita non fuerunt punita, cùm nõ esset alius iudex, qui posset principũ peccata punire. Hæc igitur Pauli verba referenda veniunt ad alia peccata iudicum & nõ ad peccatum quod ipsi faciunt iudicantes alios. Hic Apostolus nihil aliud intendebat niũ quod tales iudices erant iudicandi & à Deo puniendi, quia talia ipsi faciebant, qualia in alijs iudicabãt & puniebant: nam ipsi existimabant omnino esse exẽptos à iudicio & ab hoc errore reuocat illos Apostolus in his verbis ac si dicat Apostolus vos iudices existimatis exemptos esse à iudicio, eo quod iudices estis proceres & principes, qui in humana repnblica non solent subire iudicium, sed fallimini, Nam licet hoc priuilegio gaudeatis apud homines, non tamen apud Deum. In cuius iudicio nulla est personarum acceptio. Quare nullus est qui non subdatur ei. Et ex his habes lector bone discrimẽ inter humanum & diuinũ iudicium quod ab hoc nemo eximitur, ab humano autem iudicio aliqui existimant se exemptos esse. Et hoc est quod Apostol⁹ ex hoc loco colligere vult & nõ aliud. Quamobrem qui ex istis colligũt iudicem reum esse peccati mortalis, quando iudicat aliquem & ipse est innolutus eisdem peccatis: parum penetrarunt mentẽ Apostoli Pauli: mens namq; eius alia nulla erat nisi quod iudicãda erant ea, non quę iudices iudicabant sed illa, quæ faciebant ipsi. Sed fortè dices qnomodo igitur Paulus dicit illos esse inexcusabiles si non à nouo peccaro? à quo igitur erãt illi iudices inexcusabiles? Respondemus à peccatis quibus irretiti erãt: a quibus ipsi putabãt se excusatos esse. Vrges, nunquid ipsi non agnoscebant mala esse? maximè, sed cùm ipsi essent in potestate eminenti & sublimi & supremi iudices non essent qui auderent vel possent illos & illorum scelera punire & castigare: ideo dicebant & existimabant excusatione dignos esse. At Apostolus videns eos in tanto errore posi tos voluit ab illorum mentibus hanc deceptionẽ abducere imò euellere. Dicens inexcusabilis es ò homo qui iudicas. Nam licet benè iudices alios: tamen cum eadem tu facias qui iudicas eadem pena damnari debes, non quia iudicas: tibi enim incumbit ex officio, sed quia tu habes etiam quæ iudicari & condemnari digna sunt videlicet similia peccata. Quare nõest sensus quando Paulus dicit inexcusabilis es qui iudicas arcere illos à iudicio, quasi sit illis tale officium sub pœna peccati mortalis prohibitum. Sed te inquit ò iudex, Paulus inexcusabilem dico, quia ex hoc quod tu iudicas alterum verbi gratia adulterum & tu adulter es, non es dignus excusatione, quoniam iudicando alium dicis teipsum consimili pena esse dignũ quasi diceret tumet iudicando alium excludis à te omnem excusationem. Quod si non esses iudex esset tibi aliqua excusatio, forte diceres te perperam fuisse edoctum vel instituũ vel allegare posses ignorãtiam cui nullus est locus nunc quando in alium iudicas: nam quando illum damnas iam Respon.

scis

scis illud malum esse. Inferes fortè tu. igitur inexcusabilem facitis a noua cul
Responsio. pa iudicē. Respondemus a noua mor talitate, sed non omnino ab omni no ua culpa, quando iudex iudicat exi stēs in eisdē peccatis. Indecorū & in decēs videt vt latro latronē paribulo tradat, & vt adulter adulterā lapidet. Est nam q, talis iudex aliquātulū indi gnus qui iudiciū exerceat. Sed hæc in dignitas & culpa non facit illum ob noxiū & reū peccati mortalis si ritè & benè suo fungat munere. Abiistis an gustijs se liberarūt qui cōtendūt Apo stolū in hoc textu sermonem habere vel de iudicio temerario vel de illo quo iudei & gētes adinuicē se mor de bāt, reprehēdebant & iudicabāt. Qui vero sequi maluerūt aliā sentētiā nimi rū fieri bi sermonē de iudicio quod publica exercet potestate & auctorita te. Hāc maiori cū labore excogitarūt sentētiā, sed fortè maior labor maio ri ꝓbabilitate recōpēsatus est. Sed iam hæc missa faciam⁹ ne ꝓlixitas in hac re lectori cādido pariat fastidū. Ad Pauli textū nos cōuertam⁹: in primis. n. nō desunt qui legūt hūc textū sine .n. alij vero admittūt, & ij multo plures sunt Neq; multū refert siue demas siue re tineas hāc particulā .n. neutro modo sensus variatur. Si expungat particula enim, sensus est inexcusabilis es. O ho mo: nam scimus ꝙ iudiciū Dei est. Si autē admittam⁹ particulā .n. causa as signari videt. Quare inexcusabilis est, qui iudicat. Scimus .n. inquit Paulus: quoniā iudiciū Dei est secundū verita tē. Porrò cum dicit scim⁹ nedū in sua persona tātum loquit sed aliorū etiā. Tametsi non raro solitus sit loqui hūc in modū, etiam si ipse solus loquatur. Scimus autē dicit propter certitudinē euētus rei. Nihil .n. certius est quam quod iudicium vltimum sit futurum, vt homines cuncti recipiāt mercedē suā secundū opera illorū & qui bona egerunt ibunt in vitā æternā, qui vero mala in ignem æternum. Neq; ad hoc probandum nobis Christianis immo randum est. Nam hæc est fides charo lica &c. Iudiciū Dei. Non de Deo in quo nihil est mali cum sit ipse summa bonitas, a qua alieniſſima est omnis malitia. In iudicabilis sanè est Deus tamersi ab iniquis iudicetur & arguatur. Causa tua sicut causa impij iudica ta est bone Deus sed non secundū ve ritatem & rectitudinē. Vnde ille Dei patris vnigenit⁹ filius Xp̄us Iesus palā Ioan. 8. clamabat dicēs, quis ex vobis arguet Esaiæ. me de peccato, & ꝙ ptophetā De⁹ ali bi, venite & arguite me: sunt tū aliqui filij Belial, & pessimi hoīes, qui istud facere audēt. Quidā potētiā, alij vero sapientiā. Nōnulli bonitatē reliqui iu stitiā eius arguunt attribuētes ei, quæ nullo modo cōpetere possūt. Sed fu tilis, inanis & caduca est hęc redargu tio. Vnde obseruet acut⁹ lector aliud esse attribuere quidquā Deo & aliud arguere illū, Xp̄o multa fuere a malis Phariseis atributa. Quidā dixere illū es se sabbati violatorē, alij amicū publi- Ioan. 9. canorū, alij seductorē, Et deniq; non Luce 7. nulli Samaritanū. Et quod nefandissi- Matth. 27. mum erat demonē habērem. Et alia Ioan. 8. multa id genus attribuerunt Xp̄o. Sed hæc non sunt redargutiones. Nam cū omnia & singula falsissima essent: ne mo ex his arguere illū potuit. Quod si quis velit ista dicere argutiones & iu dicia fuisse de persona Xp̄i: cum illo de vocabulo contēdere nolum⁹, post quā scimus talia iudicia non esse facta secundum veritatem vt passim solent iudicare homines mēdaces in stateris Psal. 61. suis non imitantes iudiciū Dei quod est secundū veritatem. Est autem de nique vt oīa complectamur iudiciū Dei procul ab omnib⁹ illisq; possunt reddere atq; efficere iudiciū Dei falsū & non rectū. Hæc autem consurgunt tam ex parte iudicij, quam ex parte iu dicantis. Fit autem iudicium ex parte rerum non rectum & iustū vt quādo non pro cuiusq; meritis quod iustum & debitū est rependit. Porro ex parte

iudicãtis obliquum & non rectũ fit iudiciũ, quando iudex non syncero, candido & recto animo fert iudiciũ vt si vel ex amore, odio, affectiõe, vel ignorantia iudicat quod nõ debet & in eã partem flectit iustitiam, quæ minus iustitiæ habebat. Ex his & ex alijs proximè dictis nihil interuenire potest & cõtingere iudicio Dei. Est namq, eius iudiciũ ex vtraque parte secundum veritatem hoc est tam ex parte rerũ, quã iudicis. nulla enim huic iudicio misceri potest fallacia, nullus dolus, nulla fraus. Et hinc est quod à iudicio Dei nulla est appellatio ab humano autem fieri potest & locus datur appellandi ab vno tribunali ad aliud vnde Daniel videns iudicium illud factum de innocentissima Susanna ab illis inueteratis senibus iniustè prolatum, dixit illis reuertimini ad iudicium. In iudicio autem Dei nulla est reuersio eo quod est iudicium secundum veritatem & æquitatem: hominum autem iudicio potest subesse mendacium quale erat in iudicio Susannæ & multorum aliorum hominum qui iudicati fuerunt à iudicibus non iudicantibus secundum allegata & probata propter testimonium falsorum testium & accusatorum. Iudicium autem à Deo factum nihil tale habere potest, eo quod cùm omnia sint ei & suis oculis nota & aperta testibus ipse non eget. Non enim in iudicio opus testibus est nisi quando res est ignota & obscura iudici. Sic illi dicebant quid adhuc egemus testibus audistis blasphemiam. Cùm igitur Deo nihil sit abditum & latens nec etiam nostrorum cordium abditissima, omnia nostra interiora diuinus penetrat intuitus. Hinc fit vtipse nullis testibus in suo egeat iudicio. Quare vt apud Hieremiam scriptum est, Deus in suo iudicio geminam personam induit videlicet iudicis & testis. Potest etiam in humano vsu venire iudicio aliud quod veritatem iudicij obnubilare & peruertere potest: ipsa nimirum personarum acceptio, ab hac esse alienissimum iam diximus fore iudicium Dei, qui nullũ respectũ habet ad personas sed equalance eas iudicat. Tametsi extra iudicium in gratuitis & donis quę ipse hominibus elargitur aliquis sit respectus personarum. Et sic quidpiam agit Deus propter vnum, quod non propter alium vt est illud propter Dauid seruũ meum & Abraham electum meũ &c. neque enim quando Deus vni peccatori mitior iudex & clementior est quã cum altero, iniustus iudex est aut acceptator personarum. Nam in propria causa quiuis partem vel etiam totum si vult relaxare, condonare & remittere potest. Agit enim Deus cum vno secundum multitudinem miserationum suarum. Quod si ita ageret homo iudex qui non est supremus iudex à vicio acceptionis personarum: profecto immunis, minimè esset. Est igitur iudicium Dei omni ex parte secundũ veritatem & id quod re ipsa verum est. Hominum autem iudiciũ passim secundum ea, quæ vero similia sunt, sed absit iniuria verbo. vtinam sic esset semper.

Daniel. 13.

4 Regum 19. & 20. & Daniel. 13.

Textus. in eos qui talia agunt.

ABsolutè exprimit illos quos Deus iudicat & non dicit in pauperes nec in subiectos nec in seruos, sed in eos qui talia agunt quicunque sint illi siue potentes siue domini siue iudices, quasi dicat licet iudicia humana potentibus parcant & iudices non puniant: tamen iudicium Dei quod est secundum veritatem in omnes illos quia talia agunt cuiuscunque sexus & conditionis sint. Et ideo nolite vos Iudices putare exemptos esse. Quoniam & vos talia facitis qualia iudicatis, quæ sunt causa quod iudicandi estis ab eo qui in iudicio non respicit personas sed causas meritorum. Vnde

sic

in formam reduci potest hęc ratio Pauli. Deus iudicat omnem hominē habentem causam ob quam debeat Iudicari, vos estis huiusmodi ergo iudicandi estis. maior patet quoniam scimus iudicium Dei esse secundum veritatem: g. secundum merita vel demerita. Minor probatur, quia facitis illa, quę iudicatis. Ergo sicut in illis, ita & in vobis est causa, obquam debeatis iudicari. His verbis Apostolus a peritiri quitatem & malitiam illorum quos Deus iudicaturus est scilicet inimquos homines. Super hos & aduersus istos erit iudicium Dei. Quos licet Deus iam partim iudicet quando exalant animam: tamen rursus secundo iudicandi veniunt vt condignas dent penas nedum in anima verum etiam in suis corporibus quæ participia in culpa fuere, In eos, inquit hoc est contra illos. Contra quos cedo? cōtra illos qui talia inquit agunt. Talia qualia sunt illa, quæ ipsi iudices in alijs iudicant & puniunt, vel talia qualia supra commemorauimus & recensuimus sceleraria elapso capitulo. Colligat eruditus lector ex his Pauli verbis sic à nobis explanatis quinque, quę memoriæ cōmendare vehemēter debet. Primò timorē iudicij Dei quē sacra scriptura & post eā altisonans tuba beatissimus & diuinissimus concionator Beatus Pater Vincentius Ferrariensis ex familia dominicana, nulli secundus passim nobis incutiunt dicentes. Timete Deum & date ei honorē: quia venit hora iudicij eius. Secq. hoc timore excitatus vna cum regio prophera dicat cōfige timore tuo carnes meas à Iudicijs enim tuis timui. 2. timeat eo quod certo certius scimus illud iudicium, futurum esse 3. propter iudicantis potentiam, ac potestatem. Nam iudicium Dei est non hominū, à quo homo fugere & appellare potest. 4. eo quod est iudicium secundū veritatē, iudicabit populos nō in personarum qualitate sed in veritate. 5. quia iudicium contra iniquos & malos Deus parauit suum.

Apoca. c. 14

Psalm. 118.

Sequitur.

Existimas autē hoc o homo qui iudicas eos q talia agūt, & facis ea, quia tu effugies iudiciū Dei?

Errorē & falsā æstimationē destruit hic Apostol⁹ quo tā quā altero clypeo iudices se munire poterāt, Putabāt nāq. nō esse futurū iudiciū post mortē, q infidelitas est. Et ideo promittebāt sibi ipsis suorū criminū impunitatē. Et quia videbāt se nō puniri à Deo in præsēti vita, sic se iā omnino euasisse existimabāt. Sed hoc pacto se ipsos fallebāt. Quorū fallaciā detegit nūc Apostol⁹: Dicēs, Existimas o homo Hominem vocat ironicè vt quidā volūt vel increpatiue. Quasi diceret, tu qui ad minus homo esse debueras. Propterea q edoctⁿ es & te esse hominē iactitas & tanquam sapiens alios iudicas: existimas tu q eadē faciēs quæ iudicas q tu effugies iudiciū Dei? Q. d. q si hominū effugis, Dei autē nō effugies. Dicquomodo effugies? quo ibis? vbi te absc ōdes? Nōne in vētre ceti in uētus est Ionas in mari: in terra nullū est latibulū in quo absc ondi possis. Si cœlū conscendere conaberis nou te recipiet: quia peccatis coinquinatus ascendis, si ad infernū descēderis illic iudicē vehemēter puniēt ētui similes inuenies? Quo igit ibis miser homo vt iudiciū Dei effugias? Quod si inde euadere cōfidis: quia peccata tua sunt occulta, dic, cui, Deo, vel hominib⁹ sūt occulta? Si Deo putas fore occulta to aberras cœlo. Oculi. n. dñi semper cōtēplātur bonos & malos & ipso sole lucidiores sūt. Nōvidebit dicDe⁹ in te q tu in alijs vides? Tu in alijs vides festucā, & De⁹ nō videbit in te trabē? Etsi videbit nō etiā iudicabit sed dissimulabit? tota erras via si sic credis. Eris ne tu Deo iustior q peccata nō dissimulas sed punis? Dices punit quidē

Prouer. 15.

Matt. 7.

igitur miser perges vt iudiciū Dei effugere valeas? Ad te ipsum reuerte & in cuitabile iudiciū Dei expauesce. Inue hit ergo hic Apost. & stomachū mouet cōtra illos iudices, qui sibi ipsis impunitatē ꝓmittebāt alios iudicāres & damnātes. Nō igit hic Apostol⁹ damnat illos iudices qui putabāt se nō peccare mortaliter iudicantes alios sed illos, qui ex eo quod essent iudices existimabant posse se fugere iudiciū Dei Hūc errorē extirpat & destruit hic Apostolus. Vnde in textu particula illa hoc referēda est ad falsam & demētē istāexistimationē quā iudices habebāt nimirū se nullū esse subituros iudiciū. Sed vide erudite lector horū hominū cæcitatē ac demētiā. Vnde magis credere & existimare debebāt se subituros iudicū, & iudicandos esse inde putabāt se posse euadere & effugere eo videlicet quia ipsi iudices erāt. Sed vnde hāc o iudices vobis facitis vanam spem & cōfidentiā? dicitis: vnde hinc quia cēsores & iudices orbis fuim⁹, & alios iudicauim⁹. O inepta responsio. Imo hac ex parte pot⁹ vos venire & intrare in iudicium digni estis. Dicite quę lex aut quę sacra pagina a iudicio subcūdo vos indemnes & exceptos facit? Prim⁹ ille tot⁹ mūdi iudex noster parēs Adam⁹ nūquid à Deo iudicatus nō fuit & Dauid & multi alij iudices a Deo iudicati nō fuere? Qua igit ratione vultis vos melioris esse cōditionis quā illi? Quod si istud facere vos non est iustū & æquū quomodo existimatis nullū vos manere iudicium Dei? Aut quia videtis vos exemptos esse a terrenis iudicijs & potestatib⁹? Imò hac de causa dur⁹ & acrius futurū fiet vobis iudiciū. Nā scriptū est durissimū iudiciū fiet his, qui præsunt & potētes potērēt tormēta patienē. Redite igit ad cor o vos qui iudicatis terrā, & magis expauescite terribile & horrēdū Dei iudiciū paratū vobis, & ꝙ in vestris subditis vlciscimini, in vobis ipsis pri⁹ iudicare & corrigite: ejcite a vestris oculis vestras trabes & subinde cōspici te alienas festucas. Quod nisi feceritis Dei iudiciū nō effugietis, & nō qualecunq; sed multo duri⁹, quā alij hoīes. Meōres estote & nolite obliuisci iustissimi Dei iudicij. Sed nō incōgrue poterit hic lector acut⁹ rogare nos vt dicamus cū quib⁹ iudicib⁹ rem & negotiū habeat Apost. num in vniuersum cū oībus: & de quo sermonē facit an de iho vltimo & gnali aut de particulari quo quisq; homo claudēs vltimū vitę diē à Deo dicit iudicari. Et vt hoc secundū expediamus primò intelligat lector quod sā esse ex interprētib⁹ qui hęc Pauli verba referūt ad iudiciū particulare, alios vero qui intelligi volūt de illo vltimo gnali. Nos vero tam de vno quā de altero aptè intelligi posse existimamus. Si quidē qui talia agunt cùm hoīes sint & oēs hoīes nemine dēpto vnū atq; alterū subire debeant iudiciū. Ad ambo iudicia tales iudices qui ea habent in se ipsis, quæ iudicant in alijs errata constringere ac subijcere absq; illorū iniuria possumus & valemus. Vtinā illi qui nequam iudices sunt si nō ambo saltim alterū horū ex timescerēt. Ceterū vt de altero, quod rogabat lector paucis dicam⁹ nimirū quos iudices hic Apostolus pungat & arguat si exactè Pauli verba expendamus haud dubiè dicendum est amplexum fuisse oēs quotquot iudicatura fungūtur siue sint primę classis siue secundæ in repub. Xpiana & etiā politica esse soleāt duo genera iudicum. Alij sunt maiores, alij minores, & Rursus alij sunt Ecclesiastici alij autem secularēs. Hos omnes comprehendit hoc loco Apostolus, magis autem illos maiores qui sunt proceres, principes & primatum tenentes. Hos speciatim ferit hic Aposto. Nam isti in hac vita nullos supra se habentes iudices licentia maiori in iudicādo vti solent & minus solent timere iudicium Dei quos magis deceret. Et quod districti⁹ fiet de eis iudicium a iudice æquissimo

Matthæ. 7.

Sapien. 6.

Deo. Audiant istud Monarchę Eccle
się summus Pontifex, Patriarchę, Ar
chiepiscopi, & proceres Ecclesiæ, au
diat & Imperator, audiant Reges &
Xpiani principes & cõtremiscãt. Dicet
fortasse iudex aliquis cur ergo Deꝰ tã
diu patitur cur nõ mox de nobis vin
dictam sumit? Audi bone iudex Pauli
responsum huic tuæ petitioni.

Tex. accõmodatissimꝰ. An diuitias bonitatis cius & patientiæ & longanimi tatis contemnis?

RAtionem assignat Apostolꝰ vnde
veniat quod isti iudices sibi ipsis
suorũ facinorũ impunitatem promit
tant. Ostẽdit Apostolus ex eo scilicet
euenire ꝙ Deꝰ sustinet illos & multo
tẽporis spacio dissimulat & patiẽ illos
absq; vlla punitione quasi dicat vis sci
re ò tu iudex quid sit causæ ob quam
Deꝰ sustinet & nõ ilico vos puniat at
tentas mihi prębe aures, causa in quã
est quia magnæ benignitatis & patien
tię copia est apud Deũ hoc est quia ve
hemẽter est bonꝰ & patiẽs. Sua n. ma
gna bonitas & patientia sunt in causã
huius rei, quas tu homo ingratꝰ contẽ
nis & ꝓ nihilo habes. Dicis forsã quo
modo ꝓ nihilo. Ro. tibi quoniã videꝭ
tãtam paciẽriam Dei absq; timore ali
quo perpetras malã dicẽs benignꝰ est
Deus & patiẽs benè sustinebit me nõ
me puniet dissimulabit me solẽ suum
facit oriri sup bonos & malos, & pluit
sup iustos & iniustos hęc & alia cõsimi
lia dicis. Sed nõ vides miser ꝙ sic pec
care sub hac æstimatione, sit bonitatẽ
& patientiã Dei cõtemnere? An diui
tias bonitatis eiꝰ & patiẽtiæ cõtemnis?
Hic & alij huic similes sunt, de quibꝰ
scriptũ reliquit Ecclesiastes cap. 5. hũc
in modũ. quoniã in quit cito nõ pro
fertur cõtra malos sentẽtia absq; vllo
timore filij hominũ perpetrant mala.
Sic. n. animatur & puocant magis ad
plura & nephadiora scelera, in quibꝰ
cũ iam ocaluerint sese precipites dant
donec veniãt in ꝓfundũ malorum, in
quod prolapsi cõfestim sequitur con
tẽptus: iuxta id quod scriptũ est Pro
uerbiorũ 18. Impius cũ venerit in pro
fundũ peccatorũ contemnit. Pessima
sanè & abominabilis supta modũ res
est Dei cõtemtus; per quẽ Deꝰ maxi
mè ex asperat & irritatur. Profecto tã
flagitiosa res est contemptus vt etiã si
parui momẽti res sit aduenięte contẽ
tu nõ leue peccatum fiet. Quæso quid
magni momenti habet in solẽ spuere
vel a terra festucã eleuare quæ si cum
cõtemptu sui superioris quis faciat à
peccato sanè non liberat. quanto po
tius si quis cum contẽmptu superioris
peccet. At fortè dices potest ne Deus
contemni? Respõdetur ipse quidẽ in
se minimè, Sed contemptui habetur
quoties eius lex & mandata contem
nũtur & cũm beneficia eius non tanti
æstimãtur, quanti par est ea facere. Et
quoniã vnum ex ꝓcipuis beneficijs
(quæ in nos confert Deus) est expec
tare nos ad pœnitẽtiam (expectat in
quit Esaias vos Deꝰ vt misereatur ve
stri.) Hinc est quod isti tantum benefi
cium quasi pro nihilo habentes Deũ
dicebãtur contẽnere & abundantiam
benignitatis & patiẽtiæ pro nihilo ha
bere. Non sic existimabat ille non mi
nus pius quam doctus. D. Bernard.
aiens ego peccabam Domine & tu
dissimulabas, ego non continebam
me asceleribus, tu autem parcebas
verberibus. Porrõ hoc Pauli loco
perniciosissimè abutuntur illi qui co
nati sunt emẽdio tollere Dei proui
dentiam. Nam cũm prospiciant tan
tam moram & tarditatem Dei in vlci
scẽdis hominibꝰ flagitiosis, sacrilegis
parricidijs homicidijs, Impijs & vi
tam spurcatã ducẽtibꝰ. Hinc colligũt
(ineptè tamẽ) apud Deũ circa hęc in
feriora Deum non habere prouiden
tiam. Quoniam istius munus est non
tamdiu dissimulare errata & hominũ
scelera. Cùm igitur vindicta Dei sit tã
diutina

Pſal 7.
Matt. 5a
Eccl. 5. ca. 5
Prouer. 18.
Esaie 30.

diuina & fera: hinc magna trahitur cõiectura nullã esse Deo de hominũ impiorum vltione. Quare imitantes illos, qui apud Iob stultissimè dixerũt super cardines cęli ambulat, & nostra haud cõsiderat: illorum errori se sub scripserũt, dixeruntq; quomodo scit Deꝰ & si est scientia in excelso, quod si non est impunè nobis inquiunt licebit peccare, & pro voluptate nostra agere voluptuosam vitã. Sed miseri magna cecitate percussi nõ atẽdunt quod regiꝰ Propheta contra ipsos inclamat dicẽs qui plãtauit aurẽ non audiet, & qui finxit oculũ nõ cõsiderat? Quod si cõsiderat nõne puniet? Nun quid tu iustior Deo es, qui in ruis subdens vindicas scelera? Num tu facinora ꝓspicis & Deũ cæcum facis? Quod si nunc clausos videatur Deus habẽte oculos eo quod peccata dissimulat, aperiet tamen aliquãdo & minutissima etiam intuebitur, nullũ erit latibulum quod maneat inseruatum. Aperi & nũc tu iudex oculos tuos, & noli tuũ iudicẽ Deũ contemptui habere. Agnosce illam ineffabilẽ Dei benignitatem per quã tardus est ad vindictam, lentus ad punitionem vt spaciũ pœnitendi tibi eõcedatur. Noli hac Dei patientia & tolerãtia abuti. Imo & caue tibi: nam solet Deꝰ peccatis irritatus tarditatem punitionis grauitate supplicij compensare & quo magis eratius astanto actius castigat. Noli inde ruis erratis (more coruorũ) quam debes recipiscentiã procrastinare. Nec tardes conuerti ad Dñm, quem semper Spũs Sanctus (qui mentiri aut fallere nõ potest) promittit misericordẽ clemẽtem, patiẽtem & nolentẽ peccatorũ perditionẽ sed maximè expectantem ad pœnitẽtiam. Si tuę miseriæ immisericors es tui Dei, qui affligitur & dolorem pati videtur propter tua scelera & perditionem, tu namque (si ita fas loqui est) illiꝰ esto misericors. Nemo .n. est homo cuã infimæ sortis qui pati possit sui contemptũ, nec tu existimes (si falli nõ vis) vnum solum Deum esse qui sui cõtemptũ æquo & patiẽti animo debeat ferre. Agnosce saltim tu Christiane qui eiꝰ sanguine vere & effieaciter redemptus es molestiam, & dolorẽ quẽ Xps patitur quando videt te ire perditum: ipse quippe est qui maximè optat nos oẽs saluos fieri & ad veritatis agnitionẽ peruenire. Sed iam nos ad verborũ huius textus explanationem conuertamus. Est etenim hæc Pauli sentẽtia tam mellifluа dulcis, elegans, & mirifica vt digna sit, quę in ea aliqua tradatur morula. Forrassis nulla est in tota pagina saera cõsimilis, quę tãta cõsolatione & dulcedine nos peccatores desolatos cõsoletur. Dicat & acclamet diuinus Isaias Euãgelicus potius concionator quã vates, dicat & proferat cõsolamini populo meus dicit Deꝰ vester. Sed in quo cõsolari debet populꝰ ille nõ dixit, reliquit illud nunc Paulo dicendum dicit Apostolo. in diuitijs hoc est in copia & abundãtia bonitatis, patiẽtię, & lõganimitatis Dei, qui per hæc nos adducit ad pœnitẽtiã. At ais quid sibi volũt ista? quorsũ igitur Apostolꝰ hæc tria cõglutinauit & in vnũ coacernauit? Nõ est existimandũ absq; sacra mẽto Apostolũ hoc verborũ cumulo fuisse vsum. Fortè si vnico vocabulo fuisset contentus nõ ita palã & tã latè peccatores tãta hilaritate & cõsolatione exhilarasset & solatus fuisset. Quo igitur maiorẽ veniæ spem ꝓmitteret Apostolꝰ peccatoribꝰ, tria illa vocabula apponere voluit, adde in etiam ista tria posita fuisse vocabula in gratiam illorũ peecatorũ, qui propter has tres qualitates misericordiosissimi Dei nostri quo minꝰ peccare deberẽt ipsi magis sibi ꝓmittũt suorũ flagitiorum impunitatẽ. Ex quo colligũt maiorẽ sibi factã esse peccãdi licẽtiam. Vnde & dicunt peccaui quid mihi triste accidit? quasi dicãt nihil est quod fecimus, nõ est quod contristemur, Deꝰ dissimulabit, expectabit, sustinebit.

Iob. 22.

Psal. 72.

Psalm. 63.

Esaie 40.

Eccle. 5.

Hi infelices homines cùm deberent animaduertere quod istis modis Deus illos allicit & trahit & inuitat ad pœnitentiam : ipsi se ipsos inuitant & animant ad peccandum. O maximè deploranda cæcitas hominum. O demētia omni alia dementior. Vide homo quicunq; sis quod istud faciēs Deum contemnis & te indignum omni venia facis. Noli istis abuti in tui maiorē poenam, & tuorum maius augmentum peccatorum. Agnosce Dei benignitatem qua tibi parcit, & Dei intuere longanimitatem, per quam te expectat, amplectere & de osculare patientiam & Dei tolerātiam per quam te sustinet & conseruat ne in nihilum redigaris vt tua merentur peccata. Posset & tertia quoque ratio adiungi ob quam dicim⁹ istud factum esse ab Apostolo scilicet ad exagerandā magis clementiam & benignitatem Dei, erga ingratos peccatores. Nihil nāq; intentatum reliquit Apostolus quod ad spem veniæ posset eleuare & erigere Romanorum animos. Et sic pro sua virili hoc loco conatus est amplificare gratiam & misericordiam Dei erga peccatores. Pro more habet Apostolus interdum Dei iustitiam extollere, aliquando vero misericordiam eius sublimare. Potest etiam vltimo super addi & quarta ratio ob quā Apostol⁹ hæc tria vocabula in hoc tex. apposuit videlicet vt nobis ostēderet atque patefaceret illorum iudicū maiorem contemptum & ingratitudinē, qua abutebantur in suis perseuerantes erratis atque peccatis.

Veruntamen rogabit hic foatè aliquis Paulū dicens quomodo fit istud vt De⁹ sępè deminimis castiget bonos & confestim etiam propter humanas miserias. Non peccaui inquit Iob & in amaritudinibus moratur oculus meus, contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam & stipulam siccam persequeris. Et Dauid etiam in persona iustorum Psal. 72. dicit fui flagellatus tota die & castigatio mea in matutinis. Quasi dicat non me expectasti nec distulisti meam castigationem ad vesperā vsque. Quare igitur De⁹ festinus veloxq. est ad bonos & ad iustos flagellandos, & tam tardus ad malos puniendos. Cùm e contrario fieri ratio ipsa maximè suadeat. Si quidem ex hoc quod maloruni tam sera & tarda est vindicta in contemptum & superbiam maximè eriguntur Ideo inquit Psalmista tenuit eos superbia operti sunt iniquitate & impietate sua. Igitur reddenda tibi venit ô Paule ratio huius percontationis Tametsi hæc quæstio sit vna de numero earum quæ in alta repositæ sunt mente diuina : nihilominus tamen nō est omnino responsionis expers. Quare vt huic tacitæ quæstioni satisfaciat in hęc verba prorumpit.

Iob. 17. Iob 13. Psal. 72.

Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.

QVasi dicat tu ideo formas hanc quæstionem quoniam te latet tamdiu dilatari vindictam in malos: quoniam non vult Deus eos perire, sed per multum optat ad pœnitentiā adduci. Si enim Deus vellet peccatoris mortem quam mox nulla interposita morula eos ad inferos iustè destinaret puniendos imò consumendos. Sed misericordia Dei factū est vt nō sint consumpti. Non igitur existimes diuturnitatem vltionis vel ex impotētia iudicis, vel ex negligentia prouisoris aut ex iniustitia iudicantis euenire. Sed totum fit in gratiam peccatorum & malorum hominum quatenꝰ magis ad penitentiam possint prouocari. Rogo dicas si Deus non distulisset vindictā venisset ne filius ille Prodigus qui abierat in regionem longin quam dissipaturus bona sua in domū patris sui? nequaquā. Et si confestim iudi-

iudicata fuisset à domino atq; pro meritis punita mulier illa quæ erat in ciuitate peccatrix haberet ne nunc Ecclesia Magdalenam, pœnitendi tam egregiũ exẽplar? Rursus si Apostolorũ caput mox suas luisset pœnas post Christum ter negatum esset ne Petrus caput & princeps nunc Ecclesiæ? Et vt ceteros missos faciamus & ad te nostra dirigatur oratio dicito tu cui iniusta videtur ista dilatio vindictæ. Si tu dedisses pro tuis delictis mox iustas pœnas teneret te iam solum? Esses ne superstes? Quomodo ergo quod Deꝰ pro tuo & omnium peccatorũ commodo facit, tu vel durum vel quasi iniustum existimare audes? Et quoniã ista tua dubitatio ex ignorantia errorum matre nata esse videtur: hoc tibi restat remedij vt ea deposita post hac pro explorato & certo habeas quod benignitas Dei te perducit & prouocat ad pœnitentiam dum tua peccata patitur, dissimulat, & ea non vindicat. Quam vindictã ex eo aptissimè Petrus in secunda Epistola sua cap. 3. tibi commonstrat dicens non tardat Domini promissio. Sed patiẽter agit propter vos nolẽs aliquos perire sed ad pœnitentiam reuerti. Reuertere igitur & tu & redde ad cor pœnitentiã que agito nec tardes cõuerti differẽs de die in diem. Neque sub misericordiæ spe velis abuti benignitate Dei addens semper mala malis, & peccata peccatis. Nam si vrges indurabitur cor tuum & quemadmodũ dicit scriptura cor durum malè habebit in die nouissimo. Quod ita es se aperto sermone in ijs quæ sequuntur verbis declarat Apostolus ipse.

Luce 7.

Matth. 26.

Ioan. 21.

2. pa. cap. 3.

Eccle. 5.

Eccle. 3.

Tolerantia Dei peccatores inuitat & adducit ad pœnitentiam.

Circa litteram obseruabit studiosus lector variam esse lectionem: habet enim vt in multis videre est exemplarib⁹ particulam istam ignoras vna lectio, altera vero legit ignorans. Sed reuera nihil mutationis quãtum ad sensum attinet colligitur siue verbo vtamur siue participio. Vtroq; enim modo arguitur & denotatur interrogantis ignoratio.

Lectio q̃ verbo vtitur acõmodatur & aptior videt.

Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei qui reddet vnicuiq; secundum opera sua.

DOcuerat Apostolus quomodo sera & tarda vltio & vindicta esset in bonum peccatorum. Quod non nostris meritis acceptum ferre debemus, sed immensæ Dei bonitati & benignitati adscribendum venit. Nunc autem contra ponit Apostolus bonitati Dei nostram malitiam & praui tatem, qui non in eundem, sed in alium finem destinamus eam: dirigit enim Deus suam tarditatem & morã in vlciscendo ad nostram vtilitatem nempe ad indulgẽtiam (media tamẽ pœnitentia) nostrorum peccatorum. Expectat siquidem Deus vt recipiscamus vt sic suam vltionem aut non exerceat aut si exercet non tamen tam durè & aeriter. Et miseri peccatores in alium finem deflectunt vltionem & vindictam Dei nimirum ad coacer uanda plura & grauiora peccata non enim peccatores intentionẽ Dei præ oculis habent sed alio eam diuertunt. Verificatur etenim in illis quod elegãter Iobus scriptum reliquit dicens de deitcis Deus locum pœnitentiæ & ipsi abutuntur illo. Vnde constat nulla istud fieri culpa dantis & exibentis illis hoc beneficium. Occasio hæc non est data sed accepta. Rogo si quis præberet alteri ignem ad emolliendam ceram. & ipse dato igne alio se diuerteret & procul faceret ceram ab igne eamque ad frigidissimam niuem applicaret si non fieret cera blandior & mollita esset ne ignis in culpa non sanè, sed is qui noluit igne vti: sic sub ministrat Deꝰ beneficium expectationis: peccator autem conuertit se ad

Iob. 24.

Simile.

alia

alia peccata ipse inculpa est, Si cor illi non fiat molle, sed magis ac magis in duretur sunt namq; istiusmodi peccatores veluti ona quæ si blandula & mollia in aquam ebulientem mittantur quo plus inibi manent, tanto duriora fiunt, sic indurati peccatores, quãto Deus plura beneficia confert ipsis tanto magis indurantur & impœnitẽs cor habent, illuminat, inspirat, pulsat ad ostium cordis, pollicetur veniam nihil tandem dimittit tua ex parte vt illos ad pœnitentiam adducat. Ipsi vero se ipsos indurant, Et hinc fit vt mali & impij de Deo nullam habeãt concorrendi occasionem. Se ipsos incusent suam magnam arguant ingratitudinem. Dicem⁹ melius cæcitatẽ, quæ causa est, ob quam nunquam volunt resurgere a peccatis sed semper in eis demi jacere. Sed de his qui existimant nullum esse futurum iudicium nihil mirum si ad tãtam Dei benignitatem & pacientiam non moueantur. Magis multo illos demirari debemus, qui sperant futurum quid causæ sit quod acceruẽt & thesaurizẽt peccata in dies & in eis denique cõsenescere velint? Quæ rogo poterit esse causa nisi contemptus & flocci facto patientiæ & misericordiæ Dei optimi maximi? Sed vnde Deus tãtam sustinet paricentiam? Vnde? ex amore nostri, quo Deus nostræ salutis est quã cupidissimus. Hæc est tantæ patiẽtiæ Dei altissima & præcipua causa. Sicut namq; mater quan tumcũque habeat filium moribus corruptum eius mortem non optat. Sic Deus qui plus peccatores diligit quã quouis mater filium suum, non vult peccatorum mortem, sed vt conuertatur & viuat, sed plus æquo differs domine & dilatas vindictã. Non tam longa fieret hominum tela peccatorum suorum si tu dum ipsi ordiantur, succinderes eam. Angelis non tantas temporis induciastu es largitus, eos non tanto temporis curriculo expectasti, sed nullo cõcessio temporis spacio è cœlo dejecti fuerunt & in infernum detrusi. Neque mirum si Angelis istud penitendi spacium non sit cõcessum. Nam nec ipsi capaces erant nec Deus tantum beneficium pro eis seruauerat sed pro hominibus. Verũ tamen si in Angelos collatum fuisset forsan ipsi nõ despexissent & contẽpsissent patiẽtiam, benignitatem, & longanimitatem Dei sicut videmus earundem homines esse contemptores. Quare iustè Apostolus increpat eos dicens. An diuitias bonitatis & patientiæ contemnis tu homo? qui cor impenitens & induratum habes. Tremenda sanè sunt hæc verba & maximo cum timore proferenda. Vehemens. quippe malum est ipsa duricies nec minus grande impenitens cor. Ordo quidem congruus est. Duritia namque impenitens cor facit. Nam prouocatus tanta benignitate & patiẽtia homo peccator si non fiat mollis neque formidine penæ flecti poterit inde impenitens cor, At dices forsan quomodo cor dicitur impenitẽs cũm peccatori nullus sit occlusus terminus penitẽdi dum viuit? Nunquid ille in patibulo morti propinquissimus pœnituit cũm dixit nos quidem digna facta recipimus? &c. Nunquid scriptũ est in quacunque hora ingemuerit peccator? &c. Quomodo igitur peccatoris dum vivit reddi potest ei? cor impenitibile? Propter hæc variè senserunt de corde impenitẽti. Quidam dixerunt hanc impenitentiam esse presumptionẽ misericordiæ Dei, alij vero obdurationem, non nulli autem obstinationẽ, reliqui vero impugnationem agnitæ veritatis. Nos autem salua tanta opinionum varietate (nisi fallimur) putamus impenitens cor esse illud quod impotẽs est ad pœnitentiam. At dices fortè tale cor non datur quamdiu homo vivit. Respondemus imò dari sicut patet in illis qui per obstinationem perseuerãt in peccatis. Istorũ autem corda quatenus

Simile,

Simile,

Luce 13.

tenus tales sunt penitere non possint. Obstinata mente habent quæ nullis rationib⁹ & medijs emolliri potest Deum namque ad meliorem vitam prouocantem spernit & repellit illorum mens. Vnde fit vt neque pœnę timore, neque amoris lenitate ad resipientiam venire possint. Egregiè nobis istud illustrissimus propheta Hieremias cap. 23. depictū reliquit. Quando in persona Dei dicebat. Nunquid verba mea nō sunt quasi ignis & malleus conterens petras? Quid sibi volunt istæ petræ nisi corda peccatorum indurata? Hæc sunt lapidibus duriora. Audiamus rursus eundem Propheram clamantem cap. 5. Induraverunt facies suas supra petram & noluerunt reuerti & dixi forte stulti sunt, & pauperes ignorantes viam & iudicij Dei sui. Et Prophetæ alludit Eccle. cap. 3. dicēs Cor durum mala habebit in die nouissimo. Nesciūt inquit pœnitere. Et rursus scriptum est Apocalypsi. 2. cap. dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult penitere a fornicatione sua. Igitur istud est cor quod nos appellamus impenitens, quod nec amore nec timore emolliri ad penitentiam potest. Ex his non debet colligere lector intelligens peccatoribus clausam esse ianuam salutis interea dum viuūt tametsi fatuis illis quinque virginibus vt habetur Matthęi. 25. dictum fuerit clausa est ianua. Nam Deus nec Ecclesia non dicuntur propter ista quæ dixim⁹ occludere fores peccatoribus ad pœnitētiam sed ipsemēt peccator obdurat⁹ & impenitēs claudit sibi ipsi cum ipse se reddat impotentem thesaurizando sibi duritiā & indurationem, quæ sunt pessimæ dispositiones ad pœnitentiam. Ex parte autem Dei semper est aperta ianua qui nunquam negat penitentibus veniam & misericordiam, sed ille videtur sibi ianuam claudere cui animus est semper permanendi in peccatis. Quando vero dicitur nunquam

Ieremiæ 23.

Ieremię 5.

Ecclę. 3.

Apoca. 2.

Matth. 25.

claudi ianuam peccatoribus donec viuūt, intelligitur ex parte Dei & Ecclesiæ & nisi ipsimet claudant. Altera rep. 1. pōsio esse potest si dicamus quod de illis qui obstinatè perseuerāt bina potest haberi consideratio, altera de eis absolutè loquendo. Et sic nullum est cor impenitibile dum viuit: quia vt sic flecti potest ad bonum aliud & ad penitentiam. Verum si sub altera cōsideratione spectetur nempe quatenus cor illud habet talem dispositionem scilicet durittiam, sic tam alienū est a pœnitētia vt penitere non possit. Verum cauero tu multū ne ob talem impotentiam spem veniæ cuique omnino deneges, sed Christum imitare qui latroni in extremis existēti veniā minimè negauit. Sed audita illa voce Domine memēto dum veneris in regnum tuum, cōfestim dixit: Hodie mecum eris in paradiso. Luce 23.

Ceterum audiamus quantum nocet peccatori duritia & impenitens cor *Thesaurizas*, inquit tibi quid lapides pretiosissimos, aurum, argētum vel quid piam simile? Nō. quid ergo? iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Nouus sermo iste videtur thesaurizare iram, Metaphoricus est sermo elegansque metaphora petita ab homine auaro qui minutatim & paulatim recondit opes quibus non dum vtitur sed congregat eas vt multis iam accumulatis in summum euadat diuitem ad instar illius neq̃uam diuitis dicētis animæ suæ. Anima mea habes multa bona congregata. Sic huius modi impij & obdurati peccatores a prauis operibus non cessantes nec ab eis recedentes sed duri manentes Spiritui sancto resistētes, Quid aliud faciunt nisi thesaurizare thesauros iræ Dei? Nam cūm hic non puniātur omnes pœnas sibi debitas reseruant & reponunt in diem iræ. Dies autem iræ non tātum postremum mundi diem sonat in qua videbitur iudex cum potestate & maiestate magna sed ille etiam Luce 12.

notat tale est triplex scilicet modꝰ thesaurizandi de quibus in sacra scriptura fit mentio. Primus prohibitus. Secundus concessus & imperatus. Tertius reprobatus & condemnatus Primus vetitus est qui reponitur in terra
Matth. 6. De quo Christꝰ nobis dixit nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, quia hic subiectus est tinibus & latronibus. Secundus est quem iubet Christus reponendum in cœlo. Vbi multi sunt alij thesauri. Thesaurizate vobis inquit in cœlo vbi fures nec effodiunt nec furantur. Tertius est reprobatus ab Apostolo tamquam thesaurus dæmonum potius quam hominũ thesaurus damnatorum & obduratorum. Hæc ille. Primus thesaurus è terra eruitur & in terra remanet. Secundus è cœlo, & in cœlum reuertitur, ibique recluditur. Tertius hic congregari incipitur & in inferno seruatur.
Luce 16. Nonne ille diues qui induebatur purpura & bisso hic inceperat accumulare thesaurum, qui postea illum exonerauit in inferno? Thesaurus suum dominum sequi debet. Diues sepultꝰ est in inferno, thesaurus suus eum sequutus est. At dices qualis erat eiꝰ thesaurus? Respondetur ira Dei. Sancte Deus iram Dei Thesaurũ asseris? Cur non? Auscultа paucis. Thesaurus res est quæ hominem ditat, & è paupere diuitem facit. Res omnium applausibilis optata, desiderata & diligentissimè requisita. Atira res est exosa, abominabilis. De qua Beatus Gregorius in moralibus tale perhibuit testimonium. Per iram (inquit) sapientia perditur & prudentia amittitur. Non igitur digna est quę thesauri nomine nũcupetur. Respondemus Paulo Apostolo sic placuisse illã appellare. Nec temere tamen. Nam vt alias multas rationes omittamus. Propter vnam illam atque communem rationẽ ira thesaurꝰ appellari potest. Rogas quæ est hæc communis ratio. Respõdetur thesaurus dicitur accumulatio multorum. Non enim vna sola res thesaurꝰ dici solet quantumcunque ingens & præciosa fuerit. Misericordia Dei thesaurus dicitur: multa namque beneficia secum includit. Iustitia Dei thesaurus quoq; est. Multa enim ambit supplicia. Diuitiæ bonitatis Dei thesauri sunt, Et vt semel finiamus thesauri nomẽ dignum est quid quid in Deo est. Quamobrem Apostolus haud inconsiderate de Christo loquens in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Et Deuteronomij 32. capl. Spiritus Sanctus loquens de malorum punitionibus sic est effatus dicens. Non ne hæc condita sunt apud me & recõdita in thesauris meis? Sed percontaris forsan dicens quando apparebit hic thesaurus iræ Dei? Respondet Apostolus dicẽs. *In die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei.* Sicut enim in primo aduentu apparuit thesaurus misericordiæ Dei secundum quam saluos nos fecit. Sic secundus aduentus propalabit & manifestabit thesaurum iustitiæ & vltionis Dei. Sed quãobrem diem illum vocat Apostolus diem iræ & reuelationis. Nunquid tunc Deus misericors erit? Nonne misericordia eius in seculũ seculi manet? quo ibit misericordia? absondet se? quid fiet de illa? Ecce respõsio Apostolꝰ eo nomine voluit appellare diẽ iudicij quo fermè omnes prophetæ, qui de illo locuti sunt nominarunt illum. Hanc nomenclaturam indiderunt illi dicivltimo videlicet diem iræ, vt inueri licet apud Sophoniam & alios Prophetas quos breuitatis gratia hic missos facimus. Fortè tale inditũ fuit nomen illi diei quod in illa die miris modis ostendẽda sit vindicta, ira, & iustitia Dei contra iniquos homines quos Deus odio habuit, vt attestatus est in persona Dei regius propheta dicens: iniquos odio habui. Quod odium in presenti vita tectum habuit clementissimus Deꝰ sub velamẽto misericordiæ & benignitatis suæ. Veruntamen

Ad Colloss. 2. c. 2.
Deutero. 32.
Respon.
Sophoniæ 1. Ioelis 2. Amos 5. Ieremię 3.
Psalm. 118.

illo

illo in die extrémo nimirum incipit ira Dei foras exire secundum quam palã & manifestè vindicabit se de suis inimicis. Accipiet enim tunc ipse totum tempus quod concessum fuerat peccatoribus ad penitendum & conuerte illud ad puniendos grauiter crimino-
Psal. 74. sos. Cũ accepero inquit ego tempus. Quasi dicat vos habuistis ipsum vsque ad huc, ego modo illo iudigeo ad iustitias iudicandas. Effunde-
Psal. 74. tur tunc calix iræ Dei nõ mixtus vt modo est sed merus & purus. Bibant illũ peccatores terræ vsq; ad feces in quo quidem calice nihil inuenient miseri peccatores præter iræ amaritudinem. Quo nomine Apostolus conuenientissimè appellauit iram Dei thesaurũ, quem incipiunt facinorosi homines in præsenti vita accumulare abutẽtes misericordia Dei quę per totum vitæ curriculum illos expectauit ad pœnitentiam ipsi vero maluerunt experiri diem iræ quam misericordiæ putantes se ipsos ab illo posse eximere. Sed ipsos miseros fefellit illa inanis & friuola imaginatio. Minoris namq; æstimatur in præsenti die nox misericordiæ, quamin die vindictæ. In præsenti enim vita non videtur culpa tanta quanta in die iudicij: tametsi eadem sit: veruntamen ob id quod peccator a se illam nunc curauit eijcere. Et etiã quia est ausus tam celebre remedium contemnere dignus est qui durius puniatur. Contempsit namque non solum Dei benignitatem illum expectantem, verum etiam Ecclesiæ sacramẽta, quę in remissionem peccatorum illi ad libitum fuerant concessa. Et proinde si in die iræ non inuenit penitentiæ locum sibi ipsi imputet, qui quando potuit ea vti ipse noluit. Porrò adiunxit Paulus huic dici quem nominauit diem iræ aliam cõditionem, quæ dicitur reuelatio. Sicque dixit. *Iræ & reuelationis.* Non quod per coniunctionem, & voluerit insinuare nobis duos dies alterum iræ, alterũ reuelationis. Nam illemet dies, qui dicitur iræ, vindictæ, & pœnæ nuncupatur etiam dies reuelationis hon quod illo die incipiat Dei reuelare iudicium. Nam iam multo ante reuelatum est. Sicut scriptura sacra apertè nos docet multis in locis. Verum reuelationis dies dicitur ille, quo niam tunc reuelãbuntur & manifesta erunt multa quæ modo latent & immanifesta fiunt, potissimè cogitationes cordium & quæcunque facinora, quæ secretissimè hic perpetrata fuerunt. Et ob hanc causam dies ille, dies reuelationis nuncupatur ab Apostolo Paulo.

Iusti iudicij Dei.

VOluntaliqui adiũgendam esse cõiunctionem. &c. Sed non multũ refert siue apponas siue demas. Tertiam apponit illius dici circũstantiam & conditionem, quæ est iustum esse Dei iudicium. Quod Paul⁹ ante dixerat esse iudicium secũdum veritatem: nunc vocat iustum iudicium iustus es domine & rectũ iudiciũ tuum. Primo
Psalm 118. ostendit Propheta iudicem fore iustũ & deinde iudicium esse iustum. Non enim contentus fuit dicere iudicium esse iustum sed prius ostẽdit iudicem esse iustũ. In humano iudicio aliquãdo iudicium est iustum, sed iudex est iniustus homo & peccator. Vnde isti⁹ hominis iudicium non emanat ex eo quod ipse est iniustus. Iudicium autẽ Dei consurgit ex eo quod De⁹ iustus est: idcirco Propheta prius dixit iustus es Dñe & subiungit rectum iudicium tuum. Apostol⁹ autem iam suppositit iudicẽ esse iustum: & idcirco tantum dixit iudicium ei⁹ fore iustum nihil explicans de iudice. Ceterum ex his verbis ipse Apostolus nobis graphicè delineauit normam & modum iudicij Dei. In nomine iræ. i. vindictę visus est exterminare & excludere misericordiam. Hæc namque iram foris

proijcit

proijcit. Et ira non coheret cum misericordia. Qui irascit rarissimè miseretur. Et qui misereri cupit non solet irasci, cùm postremus dies iræ sit dies, misericordiæ locus non erit.

Nonne tibi satis videtur quòd Deus impœnitentes obstinatos vsque in illum vltimum diem expectet? Si tunc non se demonstret iustum, quando faciet? quamdiu sustinere debet obstinatorum pertinaciam? Si nunquã accipiat de peccatis vindictam quid dicetur, nisi vel quod ipse ad hoc impotens sit vel quod conniuet hominum flagitijs, propterea quod num quam de illis sumit vindictam? At horum vtrumq; vel alterum Deo impingere immane sacrilegium esset. Insurgis fortasse dicens rationi quidem cõsentaneum esset, vt aliquãdo vlciscatur Deus ne peccata in æternum maneant impunita. Sed breue & exiguũ est tẽpus nostræ vitæ, per maius multo vitæ spacium expectare nos deberet, & longiorem nobis tribuere vitã Sed ad quid? An vt diuturnior prauorum esset obstinatio? Si modo quãdo putamus in breui venturum Dei iudicium, Illud nec timemus nec magni facimus, quid faceremus si longius venturum expectaremus? Profectò duriores efficeremur, quando quidem quò mala alongiori speram⁹ minus ea metuere solemus. Profectò cum peccatoribus melius multo actum est quod non sit illis longissima vita promissa à Deo. Nam ea quoq; tota abuterentur. Vnde est quod & si in scriptura sacra legamus longam patientiam Dei, & latam misericordiã nunquam tamen legimus promissam esse vitã longissimam, imò vero passim nostram vitam scriptura depingit breuissimè. Si enim in vita breuissima tot & tanta accumulantur peccata, quid quæso sperare deberemus in vita longissima? Vnde magnę Dei misericordiæ beneficio factũ est vt breues sint malorum hominũ dies. Nam sic minorem De⁹ in illos exercet vindictam. Simul enim cum vitæ breuitate breuiora fiunt illorũ scelera. Vnde eleganter Illustrissimus & regius Propheta orabat dicẽs. Fiant dies corum pauci, & alibi quoque scriptum est raptus est ne malitia mutaret eius animum. *Secundo*. In verbo *Reuelationis*. Nos docuit Apostol⁹ modum iudicij Dei in quo tam bona quã mala patentissima omnibus erunt: nihil enim occultum iudici erit, tunc ad imprebitur quod scriptum est. Nihil occultum quod non reuelẽtur. *Tertio*. In verbo. *Iusti*. docet quod tametsi iudicium Dei vltimum futurum sit secũdum magnam iram: nihilominus tamen iustum erit. Solet namque ira in iudice perturbare iudicium. Vnde Apostol⁹ quò nos doceret Dei iudiciũ alienum esse ab ea perturbatione iræ, quę solet perturbare alios iudices per verbum, iræ, quasi diceret non erit in Deo iudicante ira eodem modo quo est in alijs iudicibus, qui ea affecti iudicium iustũ proferre minimè possunt. Ex istis etiam liquido patet differentia inter nostrum iudicium & diuinum. Nam in nostro non omnia reuelantur nec semper iustum est nostrum iudicium. Neque mirum si quidem alio modo fit quam diuinũ. Nos quidem secundum allegata & probata tantum iudicam⁹. Quæ cum petantur a testibus qui mẽdaces esse possũt In ipsis quoque allegatis & probatis mendacium interuenire potest. At in iudicio Dei nulla sunt talia sed secundum veritatem & æquitatem. Quare non potest non esse iudicium Dei iustum & rectum, & si in præsenti vita quidem non tale esse exisiimẽt ex eo quod ignorant secretum Dei consilium, tunc palam & apertis oculis videbunt causas & rationes illorum secretorum Dei iudiciorum. Quę dum viuerent absconsa illis erant quibus causis reuelatis fugabitur admiratio illa, quæ in hoc mundo illos instigabat

Pſal. 108.

Sapientiæ 4.

&

& molestabat. Sed vt aliquantisper miseros peccatores vel tantillum consolemur: opere preciũ ducimus hoc loco lenire illa quæ de die vltimo & horrendo præfati sumus. Nam rigidũ & durum videtur quod multi aiunt. Nempe diem illum totum esse iræ dicendum, & nullum misericordiæ locum esse sperandum præsertim cũ apud theologos iam sit receptum tanquam verum in omnibus Dei operibus eluceſcere & resplendere iustitiã & misericordiam. Iuxta illud quòd scriptum est. Vniuersę viędomini misericordia & veritas. Quod si non esset sic omnes sanè, peccatores desperarent. Quare cùm dicimus extremũ iudicium futurum esse in furore & ira non tam rigidè dictum esse volumus, vt intelligamus diẽ illum totũ esse iræ & nullo modo ibi misericordia, nõ illa quæ ad pœnitentiam nos expectat & vocat, nec illaquæ peccatoribus veniam condonat sed illa quæ nos abannihilatione reſernat. Si totus enim dies ille esset iustitiæ, impij & obstinati in peccatis in nihilum redigendi essent. Sed reuera hęc satis angusta & misera est consolatio, quæ non a multis & maximis illos subleuat malis. Sed istud imputent illi sibi ipsis qui dum viuerent alijs multis Dei misericordijs vti & frui noluerunt.

Sequitur in tex.
Qui reddet vnicuique
secundum opera eius.

His verbis (nisi nos fallimur) videtur Apostolus occurrere & respõdere cuidam tacitæ obiectioni, quam quis minus doctus & de rectitudine diuini iudicij non multum certus cõtra ea quæ dicta sunt proponere & in medium adducere posset. Insurgat igitur quis & dicat. Si iudiciũ Dei tam iustum & rectum est quemadmodũ à nobis reseratum est atque descriptũ, vnde fit vt seruos Dei virtutibus deditissimos, sapientia magna pollentes, pietate plenos iustitia ornatos, bonitate repletos, humilitate insignitos & denique omni virtutum genere circundatos conspicimus in presenti vita abiectissimos & à sceleratissimis hominibus cõculcatos, spretos, oppressos, & suffocatos? Istud aliquorum hominum non parum penetrantium illorum mẽtem in admirationem trahit & eatenus vt malè sentire videant̃ de rectitudine iudicij Dei dicẽtes cum Propheta. Quare via impiorum prosperatur & iustus & probus conculcãtur. &c? Hanc admirationem cupiẽs Apostol' euellere ab illorum animis in hæc prorũpit verba dicens. Qui reddet vnicuiq; &c. Quasi dicat nunc iudicia Dei abyssus multa, quando autem ipse reddet vnicuique secũdum opera illorum hui' admirationis causa cognoscetur & manifesta erit, tunc apertum erit quam ob causam reprobi fuerint prosperati & probi afflicti. Tunc intelliget homo prophetæ querimoniam Deo factam. quare via impiorum prosperabatur & bene erat illis qui iniquè agebãt, quarè mittebãt radices & fructicabant? Tunc intelligent quare bona dantur malis & mala bonis: quare est vnum vas in honorem & aliud in contumeliam, quare Iacob dilectus & Esau odio habitus, tunc apparebit quare Paulus acerrim' hostis & persecutor Ecclesiæ in Apostolum & gentium magistrum fuerit recreatus. Quare Petro qui ter Christum negauit datæ fuerint ecclesiæ claues, tunc quoq; notum erit quare ex duob' latronibus alter in paradisum, alter in infernũ detrusus fuerit. Hæc quidem & alia istis similia longissima videntur & remotissima à rectitudine & æquitate iustitiæ Dei. Sed reuera non sunt tametsi hominibus parum cordatis & candidis aliter appareant eo quod harum rerum causas ignorent. Scient autem quando iudicium

Dei

Dei non erit reconditum & abscondi
tum vt modo est sed manifestum. Di
Resp. cis fortè tu & hoc quando erit? Respon
det Paulus Apostolus dicens quā
do Deus reddet cuique secundū ope
ra eius, tunc reuelabitur causa horū
secretorum. Cuius rei gratia Apostō
lus appellauit illum diem, reuelatio
nis diem iusti Dei iudicij eo quod in
tali die hæc & omnia alia, quæ con
cernunt rectam Dei prouidētiam circa hęc inferiora manifesta & patentis
sima erunt. Sicque eijcietur omnis
quæ de his rebus formari potest quæ
stio siue admiratio. Sunt tamen alij
qui si non admirantur de iudicijs Dei
Secretis omnia illa boni consulentes:
tamen per contātur & a nobis expos
cunt vt dicam illis quamobrem dies
iræ & recti iudicij Dei in quo puniendi veniunt reprobi & impij & boni
præmio donandi tam diu sit dilatus
Augtēpus iu maximè cùm iustum videatur vt pij &
dicij sit igeo iusti homines tanto temporis spacio
tum. Thom. in 4. q. 47. expectare non debeant suam mercedem. Non enim videtur vt tam diu
prætolari debeant. Scriptum quippe
est in lege, opus mercenarij non manebit apud te vsque mane & pater fa
milias illos qui in vinea sua laborauerāt cùm esset sero iussit vocari & illis
Matthæ. 20. reddi mercedē, voca inquit operios
& redde illis mercedē. Deo aūt tardus
multo videt esse in retribuēda merce
de. Vnde Apost. dicit, reddet, & non
dixit quādo sit redditurus. Quod si di
cas intelligebat de die vltimo de quo
sermonē habebat, dicis dies ille longissimo est magnā moram trahit Deo
in retribuendo si dies ille est expectā
dus. Vnde vox illa Sanctorū querula
emanauit clamās ac dicēs vsquequo
Apoca. 6. dñe sanguinē nostrū nō vindicas? tā
ta spes & morula non potest nō nos
tros affligere animos secūdum quod
scriptum est, spes quę differtur affligit
animam. His respondemus nos dicē
Responsio. tes istud nec fieri iniustè, nec citra
causam aliquā. Dicis quorsum istud

sic factum est? Auscultа diligenter &
mox audies, multi sunt qui ab hoc se
culo discedētes tam boni quam mali
post se quædā semina reliquerūt boni
ad puocandos alios quo boni fierent
mali autē vt malorū numerū amplius
adaugerēt. Illi qui capita & radices hę
resum fuerūt quos nominare nolum
(cùm ipsi nominari indigni sint) mul
ta semina heresum post illorū mor
tem relinquerunt. Ex quibus multæ
segetes pessimæ pullularunt. Similiter
& boni ad salutis viam capessendā sa
lutifera & egregia semina tū doctrinę
tum virtutis in Ecclesia Dei seminarūt
quales fuerunt Paulus Apostol, diui
nus Hieronimus, acutissimus Augusti
nus, eloquentissimus Chrysostomus
sapientissimus Basilius, sanctissimus no
ster pater Dominicus, Beatus pater
Franciscus, & vt finiamus non debe
mus silentio inuoluere illum Angeli
cum doctorem Tho. Aquinatem qui
sua doctrina mirabiliter Ecclesiā Dei
illustrauit. Hi & multi alij simul cum
illis quos in Ecclesia Dei illustres fece
rūt, præmio & mercede donādi erant
Et ideo expectādi erāt vt oēs simul co
ronā pro suis egregijs operib recipe
rent. Sed dicis isti oēs iam diu est q vi
Respon. ta sunt functi: planè ita est, sed multę
adhuc sunt relictę reliquię & pro illis
patribus nati sunt multi Ecclesię filij
boni qui in die iudicij cum patribus
suis recepturi sunt benedictionem au
dientes vocem illam dulcissimam ve
nite benedicti patris mei possidete re
gnum vobis paratum a patre meo ab
origine mundi. Porro malorum capi
ta hominum & qui illorum duces fue
runt ad ruinam illorū quo que illum
diem expectāt vt simul cum tota pro
le sua audiāt aliam vocem terribilem
dicētem. Discedite à me maledicti pa Matt. 25.
tris mei & ite in ignem æternū. Et ibi
cōpletas dabitis vobis penas debitas.
Vtrig; igit tam boni quā mali iustè &
meritō expectare debēr diē illum vlti
mū vt alteri gloriā, alteri vero pfectā

accipiant vltiõnẽ. Quam inquit Paulus reddet illis Deus secundum opera &c. Et si hæc ratio nõ plenè cuiquã in hac re faciat satis expectet & ipse diem illã & tunc in ea palam conspiciet rationem quæ ei ad vnguem satisfaciet. Ceterum mali minorem multo habẽt occasionem (si ita fas loqui est) conquerendi de tarditate illius diei, quam boni: quoniam illi ad extremas pœnas ducendi sunt. Et ideo minus optant diem illum, boni vero quia ad supremam requiem venturi sunt dilationem & tarditatem illius diei magis præsentiunt. Vellent quidem iam illum adesse. Excitant autem & alij scrupulum alium de rectitudine iusti Dei iudicij, qui quo magis eluceſcat æquitas iustitiæ diuinæ non est hoc loco à nobis dissimulandus & paruifaciendus. Est autem scrupulus talis qui magis videtur oriri a verbis illis duobus. *Secundum autem opera* quam adictione & verbo *reddet* Vtrum quæ a nobis proponitur discutiẽdum ĩ hoc textu. Ne propter illum aliquis siniſtre derectitudine iudicij Dei existimet & iudicet. Innititur autem scrupul⁹ huic ptopositioni videlicet vt æqualitas iustitiæ seruetur pœna nõ debet superare culpã. Nam tũc poti⁹ esset crudelitas quam iustitia. Et scriptura sacra iubet vt plagarũ mod⁹ nõ superet ipsum delictũ, Et eadem met scriptura alibi apponẽs in penis modũ & mẽsurã dicit, quantũ se glorificauit & in delitijs fuit, tantũ date ei tormẽtorũ & luctũ. At De⁹ in die iudicij sui retribuet peccatoribus pro peccato etiã momẽtaneo penã æternam Hęc quidẽ retributio nõ videt se cum afferre æquitatẽ & æqualitatẽ imò & veniali peccato si coniunctum fuerit mortali consimilem retribuet ei mercedem. Igitur non omni ex parte apparet iudicium Dei iustum & rectum & accedit hûc quod iustitia illa quod habet citra condignum, & vltra condignum non videtur æqua non enim videtur ibi seruari æqualitas & proportio. Huiusmodi autem est iustitia Dei vt vnanimi consensu affirment periti theologi in bonis quidem præmiandis inuenitur vltra condignum, in malis autem puniendis reperitur citra condignum. Igitur Dei iudicium non videtur vndequaque esse iustum & rectum. Mittamus nunc hoc postremum de quo alibi paulo inferius nos dicturos pollicemur. Et ad diluẽdum scrupulum propositum nos conuertamus. Hunc scrupulum tum quod cõmunis est apud doctos, tum quod facilis sit dissolutionis: nos breui illũ expedire intendimus. Et primum qui dem admonere volumus hic hoc vnum (si quis est qui hoc ignoret) videlicet quod mensura qua solemus durationem pœnæ debitæ peccato siue mortali siue veniali non est aliqua temporis duratio transgreditur si qui dem omne tempus. Fit enim peccatum in tempore, & extra ipsum nullum est commissum, pena tamen eius & reatus temporis limites transcendit. Nam finito omni tempore & consumato hoc est quando tempus non erit adhuc erit pena peccati. Et hinc fit quod licet peccatum patratũ sit in temporis momẽto & peccator modico spacio temporis in eo delectatus fuerit non tamen consequitur quod pena eius non possit esse diuturnior ipso peccato. Quoniam non consideratur æqualitas temporis inter culpam & penam. Nam licet maior mora in peccando culpam aggrauet, minor tamen non reddit penam minorem durationę. Ita enim meretur penam æternam is qui vno peccato mortali moratur per horam ac ille qui persistit in eodẽ per diem vnum. Vterque enim peccans dignus est pena æterna. Sed vrges dicens nonne tibi hoc videtur dissentaneum rationi & rectæ iustitiæ? tibi quis quis sis qui hoc obijcis audacter respondemus, minimè. Nam & istud

Consule D. Tho.

in

in humano iudicio vsu venit. Pro culpa nam q; homicidij quæ breuissimo tempore committi potest infligitur pena incarceratiõis per duos vel tres annos. Et tandem amissio propriæ vitæ & pro vno verbo opprobriosio, quod egressum ab ore mox euanescit solet quis etiam iuste magno temporis spacio affligi & puniri. Quare benè docet, b. Augustinus quod in retributione iustitiæ non debet expectari æqualitas temporis inter pœnam & culpam, Istud autem non esse iniustũ facili negotio ostendi potest & maxime in ea pena qua Deus per suum iustum iudicium peccatores in alia vita castigabit & puniet. Nam si ista plus quam per se notum est peccata vel nõ puniri, vel si puniuntur multo leuius & benignius puniri, quam ipsa mereantur. Videtur enim Deus in præsenti vita peccata impiorum ignorare hoc est per modum ignorantis se habere, iudex namque quando ignorat facinora quod ea non animaduertat nihil mirum, cognitio malorum iudicium illorũ præcedere debet. Deus non ignorat eni omnia nuda & aperta sunt, nihil tam occultũ est quod ab illo non sciatur, Modo autẽ puniens ad instar ignorãtis videtur se habere. Etiam si oĩa sciat. Vnde illis qui dicũt apud Esayam 29. capi. quis videt nos aut quis novit nos ? Respõderi potest dicẽdo oculi Dñi qui contemplãtur bonos & malos vidẽt vos. Modo ista audẽt dicere improbi hoĩnes non tunc quãdo aperient libri conscientiarũ. Apo. 20. habẽt ali⁹ liber qui apertus est qui est vitæ, & iudicati sunt mortui, Mortuos dicit iudicatos quoniam oẽs morientur. Sed quomodo? dicit ex his quę scripta erant in libris & iudicatũ est de singulis secũdũ opera ipsorũ. Ecce quomodo dicit iudicium futurũ secundũ opera ipsorũ iudicãdorũ scilicet. Quid tũc dicent illi qui nunc latere putant quomodo absconderitque nunc operantur in occulto? Si nunc pudor est illa dicere quantus tũc erit illa videre? O dices non ad ducet dñs ea in iudiciũ, habebit illorũ turpissimorũ scelerum rationẽ. Vehementer quidẽ erras si istud credis. Audi Ecclesiastẽ cap. 12. dicentẽ. Cuncta quæ fiunt adducet dñs in iudiciũ Pro omni errato siue bonũ siue malũ sit. Ira esse futurum tu noli dubitare. Sed paululũ digressi sum⁹, reuertatur iam nostra oratio vnde exiuit & dicamus quę nã sit ratio ob quã dicim⁹ iustum esse Dei iudiciũ in quo ipse pœna æterna impios & reprobos ob illorũ peccata obnoxios facit. Prima igit ratio esse potest huiusmodi: pœna est infligenda ad mensurã culpæ vt respondẽtia sit inter illa. Qui peccat mortaliter contra Deum qui æternus & infinitus est: profectò dignus est cui pœna æterna infligatur. Nulla .n. sic illi fit iniuria & iniustitia. Sed dices quomodo peccator qui finitus est poterit infinitam pœnã sustinere? Respõdemus infinitas pœnę non est secũdũ intentionem, cuius ipsa aĩa non est capax. Sed extẽtione hoc est durationẽ, Sicut .n. is cõtra quẽ peccatũ est in æternũ erit. Sic & peccatori pena dabitur æterna. Replicas peccatũ fuit momentaneũ, non debet igitur supplicium esse æternum Distinctione hic opus est. Nã si actum peccantis spectes sanè ita est, sic .n. inquit B. Gregorius momẽtaneum est quod delectat, addit tamen sed æternum quod cruciat. Si vero offensam Deicõsideres haud quaquã momẽtanea fuit. Hæc .n. ex parte voluntatis peccatoris se tenet, quæ volũtas non intendebat tantũ ad horã peccare sed perpetuò Deum derelinquere & ad creaturam se conuertere. Quare iustè ei destinatà Deo pena æterna & perpetua. Verum considerandum quoque est quod voluntas peccantis post hanc vitam & quando in peccato mori vult obstinata manet. Proinde iure pœna æterna plectitur tam pro auersione, quam pro conuersione.

Augustin. 21. de Ciui. Dei

Ad Hebr. 4.

Esaie 29.

Prouer. 15.

Apoca. 20.

Eccl. 12.

Ambę .n. perpetuitatem & ęternitatē habent. Tametsi & auersio & cōuersio In tēpore factę fuerint. Non.n. hic temporis rōnem habemus sed criminis grauitatis, quod in Deū summū & infinitum bonū cō missum fuerit. Et ideo tāto pena maior iure esse debęt quāto excellētior & dignior est is cōtra quē cōmittitur. Rursus iustū quod que est vt stante & perseuerāte culpa perseueret quoq; & duret ipsa pœna. Culpa perpetuo durat & pęna quoq; in perpetuū durare debęt. Deniq; si id q̄ ex mortali peccato consequitur ponderem⁹, iustè quoq; est pęna ęterna. Per peccatū .n. de perdit gratia excellētissimū donum, quo amisso consequit vt ipse peccās ꝑpetuò in peccato maneat. Nā per se ipsum ab eo exticare se & liberare nō potest. Est .n. quēadmodū ille qui in profūdissimū puteū se pręcipitem dat à quo postea exire per se ipsum nequit: Sic peccator quāquā per se ipsum peccare potsit, ab eo tamē se liberare minimè valet, Est .n. homo spūs vadēs & nō rediens, q̄ sanè intelligere debes & cū (vt vulgo dicitur) grano salis. Nam cū dicimus hominē non posse ad gratiā redire, non intendim⁹ inficiari, vt per petā nōnulli hęretici fecerūt, omnino regressū. Quoniā hoc est inter Angelos & hoīes discrimen quod si semel ceciderint resurgere non valent illi: ideo locum penitēdi nō habent. Angeli eandē cōditionem & statū retinēt in volūtate quā habēt in intellectu. Si intelligūt & apprehēdūt quippiā immobiliter apprehēdūt, & si volunt immobiles volūt. Quod .n. semel volūt amplius nolle nō valēt. Inflexibiles etenim sunt tā in intelligendo quā volēdo. Et ideo penitere nequeūt. Et de illis aptè dici potest vbicciderit lignū ibi erit, in hoībus autē alia atq; alia ratio est. In quibus sicut intellect⁹ est flexibilis, ita & volūtas. Vnde pernicioſissima est illa hæresis (cuiuscūq; sit auctoris) quę asserit hoīes semel lapsos nunquā posse postea pēt penitentiam cōsequi remissionē culpæ. Hęc quidē hæresis tā impia est & a mīa Dei aliena, vt tantū credere debeam⁹ verum habere ī ipsis qui verā eā cōstituūt & docēt. Nā istis iudiciū fieri debet absque mīa. Postquā ipsi remouere volunt a peccatoribus misericordiā, quā Deus semp paratā habet. Volentibus peccatorib⁹ penitere. Vnde cūm dicimus hominē spiritū esse, qui vadit & non reuertitur. Non intēdim⁹ negare reuersionē ad penitētiā. Nā pti⁹ auersus fuit Dauid & postea est reuersus dicens. Tibi soli peccaui, &c. & mīam fuit consequut⁹ media ipsa penitētia. Reuersus fuit Petrus, Paulus, Filius prodigus, Magdalena, & ipse latro in cruce pendēs, & quā plures alij quos recensere longū esset. Sed dicimus ipsum peccatorē postquā semel lapsus fuit non posse ex se solo in pristinum gratię statū redire & a peccato exire. Vel fortassis multo apti⁹ Prophetæ dictū retorquere ad Angelos possum⁹, aut si extēdere qnoque volum⁹ ad ipsos hoīes intelligere debemus illum locum de hoīnibus vita defunctis qui iam nō hominū cōditionē habēt sed Angelorū. Vnde forte hac de causā non dixit Propheta homo vadens & non rediēs, sed spiritus vadēs & non rediēs: homo .n. post mortē spūs est. Et de ijs hactēn⁹. Ceterū vt tantūmodo de vna parte alteri⁹ dubij biforcati aliquid dicamus post quā a nobis proposītū fuit supra. De altera inquā parte. Nā de alia nēpe de me tcede bonorū cōmodior dabit alibi loc⁹. Quādo explanabit ille text⁹. s. *Non sunt condignæ*. Nūc vt ī malis exacta & cōpleta appareat ratio iustitię, nullusq; relinquatur scrupul⁹ de rectitudine iudicij Dei circa malos quando illos puniet vel vnum tantum verbum dicere oportet. Est ergo scrupulus si De⁹ agit ad iustum cum malis & peccatoribus Est autem ratio dubitandi quia affirmamus Deum punire illos citra condignum

Psal. 77.

Angeli penitere nequeūt

Eccle. 11.

infra cap. 6.

dignum. De hoc ſcrupulo diuerſa ratio aſſignari ſolet eo quod diuerſimo dè à quibuſdam dicitur Deum punire impios citra cõdignum. Aliqui iſtud fieri dicunt eo quod ipſe mox vt peccatum committitur cùm poſſet eos deſtinare & traducere ad inferos inde nunquam exituros: Tanta vtitur erga peccatores miſericordia & benignitate, vt non modo nõ ſtatim illos ad tartara mittat, verũ etiam ſpacium pœnitentiæ & tempus vitæ lõgius quo reſipiſcere poſſint eõcedat. Sed hæc ratio miſericordiam Dei oſtendit in hac vita non in alia. Nos verò in dubium vertimus ſi Deus cùm punit in alia vita puniat citra demerita illorũ malorum hominum! Alij vero alio modo dicunt quod quamuis Deus ſecundum legem ordinariam ad iuſtũ puniat in inferno peccatores cùm poſſet iuſtè & meritò illis maiora adiungere ſupplicia proinde dicitur illos punire citra condignum. Et hæc ratio nobis videtur in idem venire cum illaque vulgo dari ſolet quando dicitur Deum punire citra condignũ quia poſſet illos in nihilum redigere. Mittamus iam iuſtum Dei iudicium quod ab omni ſuſpitione & nota iniuſtitiæ relinquimus vindicatum. Erad textum Apoſtoli expendendum nos conuertamus. Alia apponere poteramus ſed omiſſimus illa vt pro poſſe prolixitas ſcripturæ vitaretur. Dicit ergo Paulus. *Qui reddet*. Is verbo reddet vũ voluit vt alluderet ad illud quod pſalres dixit. Redde illis ſecundum opera illorum & alibi pſalm. 17. dicebat retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam & ſecũdum puritatem manuum mearum in conſpectu oculorũ eius. Reddere tribuere eſt & hoc opus iuſtitiæ dicitur. Sed vide quid dicit in conſpectu oculorũ eius, quod tantus propheta non temerè appoſuit, ſed vt nos intellegeremus quod in conſpectu multorum hominum muſtoties apparet aliquid iuſtum quod reuera non eſt quaſi dicat: vt ſit vera iuſtitia neceſſum eſt vt talis Sit coram oculis Domini. Non in conſpectu hominum. Nam iuſtitia in oculis hominum nõ raro hypocriſim redolet, qualis erat iuſtitia illa Phariſei qui dicebat ieiuno bis in ſabbato decimas do eorũ omniũ quę poſſideo & tandem non ſum ſicut alij homines Hæc iuſtitia magna iactantia & hypocriſi ſcatebat, verum iuſtitia quam Deus retribuere debet, non erit huiuſmodi. Siquidem non ſecũdum viſionem occulorum iudicabit, ſed ſecundum æquitatem eius & puritatem manuum illorum quos iudicabit. Per manus enim opera ſæpe in ſacra pagina deſignãtur *Vnicuique*. Nullas perſonas nominat Apoſtolus, nullum ſexum, nullum ſtatum, nullam conditionẽ perſonarũ exprimit. Non dicit redditurum Deum pauperibus aut diuitibus nobilibus, vel ignobilibus, iudicibus, vel nõ iudicibus, præfectis, vel ſubditis, maſculis vel fœminis, magnis aut paruis, præteritis, præſentibus vel futuris hominibus, amicis vel inimicis. Et denique bonis vel malis ſed vnicuique hoc eſt omnibus & ſingulis nullo dempto, ſicut .n. motſ oẽs cõprehẽdit & nullũ habet perſonarũ reſpectũ, ipſa eſt quæ dicit ego nemini parco, ita iudiciũ illud poſtremũ adeo erit gnẽrale vt nullꝰ ab eo poſſit ſubterfugere. Statutũ eſt inquit Apoſtolꝰ oĩbus hoĩnibꝰ ſemel mori & poſt hoc iudiciũ. Fiet aũt iſtud vt Deꝰ cuiq; reddat ſecũdũ opera, quæ egit ſiue bona ſiue mala. Quẽadmodũ .n. a lege mortis Deꝰ neminẽ exemit, ita a recipiẽda mercede in illo die nemo exemptus erit. Sicut .n. mĩa Dei cõĩs fuit oĩbus hominibꝰ dũ viuerẽt, ita & poſt mortẽ iuſtitia oẽs compręhẽdet. In pñti vita mĩa regnauit & triũphauit Iuſtitia ſiluit, tacuit, diſſimulauit, & abſcõdita mãſit. In illo aũt die viciſſitudo erit. Miſericordia fũcta iam ſuo officio cedet & locũ dabit iuſtitiæ vt

Luce 18.

Eſaie 11.

Ad Hebr. 9.

Pſalm. 17.

per eam Deus cuique suum soluat pensum. Sed iam video te Christiane Lector scisscitantem & rogantem quomodo reddet Deus vnicuique.

Responsio.

Præsto est responsio. inquit Paulus, *Secundum* opera illorum. Talis erit retributio & merces, qualia vniuscuiusque erunt opera. Iuxta enim opera reddit Deus non secundum exceptionem personarum. Nam vt confestim dicturus est Apostolus talis non est apud Deum. Insurgit fortassis iam quis dicens si ira est, Apostol⁹ sibi ipsi non videtur constare, Nam si retributio fieri habet secũdum opera. Igitur non habentibus opera bona vel mala, nulla erit retributio. Quod si dones non iam reddet vnicuiq; hoc est omnib⁹ hoīnibus sed duntaxat ijs qui bona, vel mala egerunt. Quid igitur dicem⁹ de illis qui mox vt nati fuerunt è vitis decesserunt? In istis nec sunt merita. Quid fiet de istis erũt ne ab illa generali retributione exclusi? Hoc asserere, profecto magna crudelitas esserin paruulos innocentes, & oporteret omnes illos à regno Dei exibilari quibus per inimicam mortem non est datum ac concessum peruenire ad vsum liberi arbitrij & rationis.

Nec loquimur tantum de illis pueris qui absque baptismo recesserunt sed etiam de illis qui illum consequuti fuerunt. Nulla tamen agere opera potuerunt. Proprer istud sunt quidam ex interpretibus qui hunc Pauli locum limitant & coartant, dicentes Apostolum hic tantum loqui de adultis, quibus iam per tempus facta est facultas operandi bona vel mala opera. Nam pueris non habentib⁹ adhuc illam naturæ lucem quæ ad benè vel male operandum exigitur, opera quæcunq; faciunt nõ dicuntur studiosa, vel vitiosa. Vnde nec ob ea eos laudamus, vel vituperamus. Nõ igitur hic loc⁹ de ijs venit intelligẽdus. Vnde secundũ aliquos etiã hic loc⁹ magis adstringĩ. Nã volũt hũc locũ non debere intelligi de omnibus adultis sed tantũ de illis quibus cùm antea sermonem habebat Apostolus, quales erant sapientes & iudices, Principes, Rectores, & censores, alienorum morum & vitæ. Cum istis negotium habebat, hoc respiciebat Apostolus qui se putabant posse euadere iustum iudicium Dei. Vnde Apostolus hoc loco non tam intendebat omnes esse iudicandos, quam ostẽdere normam, & modum, quo Deus iudicabit. Non respiciendo ad qualitates & cõditiones personarum. Nam iudicium quod fit sic & iudex qui sic iudicat acceptor est personarum. Iudicium autem iustum & rectũ fieri debet secundum vniuscuiusque opera. Porro illa limitatio quæ hunc locum restringit ad solos adultos nobis magis placet quàm illa quæ constringit solum modo ad iudices (licet ex eis occasionem sumpserit & potissimè prò illis dixerit) tamen non solum pro illis: quoniam hic sermo latius porrigit se, quã ad iudices. Omnibus namque De⁹ tam bonis, quam malis cuiuscũque conditionis sint redditurus est secundum illorum opera. Propria si fecerunt vel aliena si facere non potuerunt, quod addimus propter pueros illos qui ab hac vita recesserunt non potentes operari. Pro quibus Christus operatus est opus bonũ nimirum passionẽ suam. Sicut enim Adamus prim⁹ operatus est opus malum nedum pro se, sed etiam pro filijs suis. Propter quod opus Deus iustè regno cœlorum priuat infantes illos, qui discedunt peccato originali maculati non quidem propter malũ illorum proprium sed ob culpam primi Adami. Sic quoque illis paruulis qui operari non potuerunt, per se ipsos opus bonum, retribuit vitam æternam non gratia proprij operis, sed propter illud opus quod secundus

Adam

Adam ſcilicet Chriſtus Ieſus operatus eſt pro illis. Vnde infertur quod pueris qui receperunt ſacrum Baptiſma & mox moriuntur non conferrur illis gloria eò quód receperunt Sacramentum. Nam per receptionem Sacramenti Baptiſmatis non meruetũt gloriam cœleſtem, ſed tantum ablata eſt ab illis labes & macula peccati originalis, qua cum ingredi cœlum nequibant, Perſcripta quippe erat lex quæ dicebat niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei. Quæ adeò generalis regula erat vt abea eximi nullus poterat, quæ nullum loeũ præbet pietati ad aliquos excludendos, Et ideo quando Deus iſtis pueris dat gloriam non eam repẽdit pro præmio propriorum operum. Sed pro receptione Sacramenti, & pro præmio operis ab alio facti. Pro opere vdelicet paſſionis Chriſti, qui meruit gloriam illis pueris. Sicut enim illa prima gratia quam Deus aliquando dat alicui ante vſum liberi arbitrij vel quæ confertur ex receptione ſacramenti non datur pro merito operum: ſic nec gloria quæ datur alicui puero ante vſum rationis rependitur illi pro meritorum premio. Non poteſt hic dicere bonum certamen certaui. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ; qui puer non certauit nec aliquid boni operatus eſt. Et ideo non eſt dicendum dari pueris ex proprijs operibus. Quoniam non redditur ſecundum opera illorum. Datur tamen ſecundum opus quod pro illis Chriſtus operat' eſt. Sicq; ratio æquitatis & iuſtitiæ conſiderari poteſt. Nã inter opus Xpi & beatitudinem ratio iuſtitiæ ſpectari poteſt. Dices beatitudo eſt merces & præmiũ fatemur. Per gis ergo beatitudo erit premium Xpi. Gratis tibi cõcedimus. Nã tametſi per opus ſuæ paſſionis Xps ſibi ipſi non meruerit beatitudinem, nam eam iam habebat ab inſtanti ſuæ cõceptionis. Nulluſ. n. meretur id quod iam habet Veruntamen illis pueris qui proprijs meritis non valent ſibi ipſis mereri ipſe meruit. Colligamus igitur & dicamus Apoſtolũ hoc in loco ſolũ loqui de hoĩnibus adultis qui per propria opera mereri poſſunt ęternã retributionem: vel per demereri, æternũ ſuppliciũ, non aũt de pueris iſtud aſſerimus qui pueri earẽt vſu rationis. De iſtis ſi quidem non eſt dubiũ. Nã ſicut non poſſunt mereri Primã gratiã, ita nec gloriam, quę reſponder primę gratię. Sicut non habent opera propria ad gratiam, ita neque ad gloriam, in adultis tamen diuerſa eſt ratio quoniã licet non poſſint ſibi mereri primam gratiam, quæ datur in Baptiſmo, vel primam poſt peccatũ, tamen recepta iſta prima gratia poſſunt etiam de condigno mereri gloriam, infantes autem nõ poſſunt. Nam licet habeãt gratiam collatam ſibi vel in vteris ſuarum matrum vel receptam per Baptiſmum: tamen cúm ad merendum non ſatis ſit habere gratiam, ſed exigatur quoque actus liberi arbitrij quorum expertes ſunt infantes. Ideo ſi moriantur antequam adoleſcant & illis reddatur gloria, Hæc non dicitur illis eſſe data ſecundum merita, & opera illorum. Dicere tamen poſſumus eo neceſſam eſſe illis ſecundum inſtitiam operum Ieſu. Chriſti Sicque redditio gloriæ dici poteſt fieri ſecundum opera propria vel alterius. Adde tu etiam quod merita Chriſti non ſic ſua fuerunt quin & aliqno modo noſtra dici poſſint. Sed dicet fortè aliquis ſi gratia non datur pro noſtris operibus & meritis, Quomodo dicit Apoſtolus tribui nobis gloriam pro illis? Si gratiam habere nequimus, quomodo gloriam quæ mai' eſt pro meritis ſperabimus? Ad hoc reſpondere poſſumus dicentes non eſſe parem rationem de vtraque. Nam qui habet opus abſque gratia per illud nullum ſibi comparat ius ad illam,

Nota'

quando quidem opera nostra quate nus ralia sunt non tanti precij & valoris habenturvt illis gratia debeatur A lioquivt Paulus alibi eleganter colligi iam gratia nõ daretur graris, imò nec gratiæ nomen. At opera nostra bona si sint sociata & gratia insignita habentrius ad gloriam. Sed vnde habent? An ex le ipsis? minime gẽtium sed ex ipsa gratia. Et hinc est quod Apostolus Paulus quotiescũque in suis Epistolis de grata gratificante sermonem facit, toties ab ea excludit ipsa opera tanquam merita ne occasionẽ præberet existimandi quod gratia detur ex meritis. Quod si fieret iam non esset gratia sed præmium & merces, Illud autem sic se habere in sequentibus capitulis fiet nobis dilucidum & apertum. Ceterum quando Apostolus loquitur de retributione gloriæ pro bonis vel de exhibitione supplicij pro malis perpetuò illa fieri pro operum meritis vel demeritis ostẽdit. Et hinc etiam est quod scriptura sacra quando bonis promittit beatitudinẽ & malis pœnam æternam semper illa promittit sub condi ione operum. Sicut videre est in multis locis sacræ scripturæ vt est ille inter multos præcipuus si vis in vitam ingredi serua mandata. Et in Symbolo D. Athanasij qui bona egerunt ibunt in vitam æternã, qui vero mala in ignem æternum. Ex his necessariò colligim⁹ præter fidem necessaria esse opera, & non quæuis opera sed illa, quę a catholicis iurè appellata fuerunt meritoria. Vnde erigat hic in primis aures, is, qui lutheranæ farinæ est, & opera bona non despiciat & contemnat vbi dilucidè patet apud Paulũ ea esse secundum quę Deus vnicuiq; reddit & retribuit. Dic tu qui ipsa talpa es cecior si tantum fides sufficit & super vacanea sunt opera quare non iudicat Deus secundum fidem cuiusque, sicut iudicat secundum opera? Quare nõ dixit Apostolus qui reddet vnicuique secundum fidem eius? Fides quidem necessaria est ad salutẽ: quia sine ea nemo Deo placere potest. Veruntamen secundũ opera Paulo auctore iudicat De⁹. Videat ergo quisque qualia opera habet & sic indubie agnoscet quale de eo iudicium futurum sit. At fortasse dicet hereticus nõ inficiamur nos necessaria esse opera sed profitemur nõ adeo esse necessaria, quasi ea fiat nostra salus & vita: quoniam scriptum habemus tam ex Propheta quam ex Paulo iustum ex fide viuere. Sed hic cauillus hæreticorum: certè ex ignorantia verbi huius, *Reddet*. dependet. Habet enim emphasim magnã. Non enim dixit Apostolus donabit vnicuique secũdum opera sua, sed reddet. Quod non est dare quomodocunq; sed ex vi iustitię. Redditur enim quod ex debito iure confertur. Vnde apud Matheum dicitur, voca operarios & redde illis mercedem. Veruntamen dices, quomodo habebunt mercedẽ opera nostra si non sunt condigna tanta mercede? Ad hoc nic nolumus respondere, sed de hac re alibi laiorem promittim⁹ sermonem. Præterea vt nihil circa hunc rextum desideret curiosus lector vnum atque alterũ restat discutiendũ. Primũ quidẽ dubiũ oriri videtur ex eo quod Paul⁹ dicit iudicium futurum esse secũdum opera cuiusque. Igitur videtur insinuare Apostolus non esse iudicanda nostra cogitata. Nam hæc non sunt opera. Paucis respondemus Apostolum hoc loco per opera nedum intelligere ipsa opera externa sed interna quoque. Nomine enim operis complectitur cogitationes, locutiones, operationes & etiam omissiones. Omnia enim ista intelligit quibus homines merereri vel demereri possunt. Iudicabit siquidem Deus non solum opera manuũ, verumetiam cogitationes, locutiones & omissiones eorum, quæ homines tenebantur adimplere & omiserunt. Alterum dubium est, quid sit dicendum de

Matt. 19.

Abacuc 2. Ad Roma 1.

Matth. 20.

de illis adultis hominibus qui tantum habuerunt bonam voluntatem operā di bona in quibusdā operibus & non est concessus locus & facultas eis benè operandi, tantum fuit prompta voluntas. Sicut fuit multi qui magnopere optabant totos se Deo per religionem consecrare & non est datum illis, nec sterit per illos. Et idem iudiciū est de alijs qui desiderabant adimplere multa opera pietatis erga pauperes & præinopia ea opera minimè complere valuerunt. Istis quomodo reddet Deus si retributio fieri debet secūdum opera? Manebit ne impremiata illa voluntas vel respondebit ei aliqua retributio? Profectò durum esset dicere talem volūtatem omnino præmio frustrandum iri. Quoniam sicut voluntas quam quis habuit peccandi malè que operandi (etiā si re ipsa illam non compleat) absque multa & vltione non abibit: Multo iustius esse videtur & magis Deum clementissimum decet, vt bona voluntas operandi benè (quando non suppetit facultas) non remaneat absque premio. Sed vrgeshic non sunt opera bona quę necessaria sunt ad premiū: fatemur neque mala opera, sed tantum desiderium. Vnde absque dubio dicere oportet quod si cut mala desideria in die iudicij apprehendet vindicta, ita & bona suam consequentur retributionem. Hic autem intelligimus de bona vel mala voluntate tam bonorum quam malorū hominū interea dum viatores sunt. Nam extra viam sicut non est meritum, ita nec mala volūtas demeretur, nec bona mereri potest. Clausa est tanua merendi, demerendique. Vnde nos nun quam aut ratam aut gratam habuim⁹ illorum sententiam siue opinionem, qui asserere haud recusarunt malam volūtatem quæ est in damnatis in qua perpetuo perseverāt, culpam esse, sed per illam illos nihil demereri; nos tantum pænam esse credimus & non culpam. Extra namque hanc vitam licet voluntas complacere possit culpæ suę culpæ inquā tamen nouā contrahere vel committere posse non existimam⁹. Mereri etenim & demereri conditio viatorum est. Vnde sicut bona voluntas in beatis non accumulat sibi nouū meritum: ita nec mala post hanc vitā comparat nouum demeritum. Denique obseruet pius lector pietatem & benignitatem, misericordiam que maiorem, quam Deus erga infātes & pueros obseruat, quæ multo præstantior videtur esse illa qua vtitur erga adultos. Nam pueris reddit De⁹ bona pro malis hoc est gratiam pro iniustitia. Adultis autem vel mala pro malis, vt in reprobis videre est, vel bona pro bonis operibus sicut patet in ꝓbis & bonis hominibus. Vt cunque faciat, semper tamē est Deus iustus ac rect⁹ Redditor & retributor. Postquam non pauca diximus de iudicibus, deque iusto Dei iudicio, & denique de retributione reddenda ac repetenda à Deo tam bonis quam malis: ne nostræ consuetudinis videamur esse obliti, qua solemus adducere in medium allusiones aliquot ad bonos éformādos mores: malosque destruendos: par est vt vnā & alteram ex multis quæ diximus colligamus, diuenim est quod nullam fabricauimus, neq; remerè factum est. Nam cupiebamus primum absoluere omnia illa quę cūm ad nostrum, tum ad Dei iudicium spectare videbātur. Quibus decursis & absolutis allusiones apponere semper in animo fuit nostro. Sit igitur è duabus prior ista, quæ ad iudices dirigatur, illisque ad memoriam reuocet, quæ sunt necessaria ad bene, & rectè obeundā suam functionem.

Matthęi. 25.

Prima Allusio. Quales debeant iudices esse (& si non per omnia) tamē bona ex parte illos edocuit Apostol⁹ quando dixit inexcusabiles esse, quando ipsi tales sunt, quales ij, quos ipsi iudicant, & in eisdem criminibus versantur. Et quomodo quoties intendunt

Prima allusio

dunt in alienis vindicandis erratis, cõtra se ipsos sententiam proferunt. In alios iudicabãt, semetipsos condemnare palam illis declarauit. Quod pudor maximus illis esse deberet, quem si ipsi pro nihilo ducunt, Eo quod existimant se nullum esse subituros iudicium apud homines, sed semetipsos fallunt. Cùm subire illos oporteat diuinum iudicium nempe Dei. A quo nemo euadere potest: Et in quo nulla est acceptio personarum. Nam secundum operarium iudiciũ, vbi etiam nullæ erunt preces, nulla suffragia: iudex inflexibilis tam amore quã odio. Conscientia accusabit quæ irrefragabilis testis est. Tandem nullus ad fugam patebit aditus: Sicque concluſit Apostolus redditurum esse Deum illis, & alijs quoque secundum Vniuscuiusque opera. Hæc & alia satis esse deberent iudicibus, quinimo & omnibus Christianis, vt aperirent oculos suos & conspicerent se intus & ineute si effugere volũt iram Dei contra eos paratam. Memores sint quod populo & cæteris alijs exemplo esse debẽt. Super eos omnis populus & maximè subditi eorum oculos suos habent. Et quę ipsos facere vident, sibi impune licere existimant. Vnicuique, o iudices reddite secundum opera illorum, nolite ob præces, munera, fauorem, vel amicitiam, à recto iustitię virgam flectere. Ne sitis similes harundini piscatoris, quæ paruos pisciculos ad se trahit, & magnos a mari non extrahit. Nolite pauperes homines à mari tantum peccatorum extrahere, & diuites oppletos peccatis inibi dimittere & dissimulare. Ducite in altum & laxate iustitię rete, & educite magnos pisces, hoc est potentes, diuites, & illos qui comedunt pisciculos id est miseros homines. Nolite imitari iudiciũ illud iniquissimum Pilati scilicet. qui liberato Barraba à patibulo quod digne meruerat, Christum insontem & innocentem ad crucem damnauit.

Ad Colo. 3.

Simile.

Matt. 27.

Nec vos terreant voces illę, si hunc dimittis, nõ es amicus Cæsaris. Nec illæ, crucifige, crucifige, & aliæ similes quæ in iudicibus non rectis pauorem incuere solent. Boni iudices ad has voces occlusas habere debent aures, quemadmodum ad munera manus. Sed quod iustum fuerit iustè iudicare. Maleficos ne pariamini viuere super terram, & insontem & innocentem ab iniquorum manibus eripere & liberate. Vestræ etenim istæ sunt partes. Sed super omnia reducite ad memoriam quod vobis quoque paratum est iudicium, quod ne fiat absque misericordia, facite vos & in iudicando: ea vtamini, ne vos comprę hendat sententia illa terribilis, quę sic clamat. Iudicium fiet sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam Apprehẽdite ergo disciplinam hanc nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta.

Matthęi 7.

Iacobi 2.

Psal. 2.

Secunda Allusio. Non sunt in sequẽda malorum iudicum vestigia. Sed si parere debeamus illorum sententijs, cauere tamen debemus ab illorũ prauа & mala vita. Iam Christus nos admonuit dicens, quecunque dixerint vobis facite, secundum autem opera illorum nolite facere; Sic nos dicim' quæ iudicauerint rectè iudices, facite secundũ opera illorũ nolite facere. Nemo cùm reprehẽditur cur hoc facis, Respondeat dicatque, ego facio quia etiam istud iudices faciunt. Incõgrua & inepta profecto est ratio dicta Si iudicem videris sciphum veneni plenum bibentem, biberes ne tu? Et si illum conspexeris è sublimi loco se se precipitantem, imitareris ne tu illum? cedo, quid faceres? iam videmus re respondentem atque dicentẽ, nequaquam: bene habet. Cur igitur in periculis & damnis animi cupis iudicũ fieri imitator, & in periculis corporis illos vehementer recusas imitari & sequi? Rursus. Dicito nonne magis fugienda sunt discrimina & pericula

Secunda Allusio.

Matth. 23.

ricula animæ quam corporis? Si vides iudices bene functione sua vtentes & rectè iudicantes, prauè tamen & malè viuentes, in altero Deum lauda, in altero vero temetipsum serua.

Simile, Non sis vt grues, quæ suum ducē petuo sequuntur, quem si viderint se deijcientem vel in terram vel in mare ipsæ quoque mox se deijciunt, non respicientes loca in quæ se præcipitat Vnde interdum incidunt in loca fœtida, cænosa & immunda. Sic tu si videris iudicem, qui dux est populi, in immundicijs atque peccatis inuolutum,

Simile, Noli illū sequi. Sed facito quod aues astutæ facere solent. Cum namque vident illam quæ alias ducit in laqueo esse comprehensam, omnes aliæ auolant & fugiunt: sic cùm nos videmus iudices irretitos & in peccatorum laqueis fore captos, ab illis fugere debemus, ne simul cum illis irretiamur & in eodem capiamur laqueo. Quod si aliquando nos illaqueari contigerit,

Psalm. 23. operam dem⁹ quo citissimè à laqueo liberemur, & cum Propheta dicam⁹, laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

Textus.

His quidem qui secundum patiētiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionē quærentibus, vitam æternam.

PRosequitur Apostolus suum institutum quod assumperat, scilicet de iudicij diuini æquitate & veritate. Et quoniam res hæc importantissima erat hominum saluti: probè visum est ei non solum in summa dicere, sed minutatim etiam hoc voluit per tractare. Qua in re sui moris nō est oblit⁹ Solet enim rem prius in summa dicere, & deinde per suas partes distribuere. Vnde cùm dixisset in vniuersum quod Deus redditur⁹ erat vnicuique secundum opera eius: Nunc per partes explicat. Quæ sint illa quæ reddituras est, & quibus. Et quoniam hui⁹ rei duæ erāt partes, altera quæ ad bonos pertinebat, & altera quæ ad malos: Proinde ostendit quomodo De⁹ bonis & malis reddit secundum opera illorum. Auspicatur autem prius à bonis: Non immeritò quidem. Quoniam licet dum viuerent, mundus illos non agnoscens fecerit nouissimos tamen in recipienda suorum operū mercede ij nouissimi primi erūt in iudicio enim Deus prius bonis loquetur Curamque de eis habebit sicut expressim Christus testatur in Euāgelio, tūc Matt. 25. dicet ijs qui a dextris eius erūt (isti bōni erunt) venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnū a constitutione mundi. Recepta ab his iam debita mercede, negotium malorum expediet Christus, illos ad inferos mittēs. Imitatus ergo Paulus in hoc Christum, primum docet quomodo De⁹ iustus iudex reddet bonis secundum opera sua. Dicitque sic: Ijs qui querūt gloriam, honorem & incorruptionē per patientiam boni operis reddet, supple tu vitam æternam. Vnde certè hæc sententia nec est perplexa nec intricata, nec obscura, sed adeo clara vt à quouis intelligi possit. Quod ideo diximus; quia videmus hic aliquos fortè absque causa, commotos in hunc locum, & in eius interpretem quem nescimus an meritò de barbarismo notarunt: profectò non tanta est hic necessitas vt consulātur græci codices vt à quibusdā existimatur. Nam licet apud illos loctio videatur esse planior quam sit hæc nostra vulgata latina, non proinde tam durè arguendus venit auctor vulgatæ additionis. Facili enim negotio ad clariorem intelligentiā reduci potest. Vnde non inficiamur verbis paucioribus & clarioribus hunc textum dari potuisse, vt si sic interpres dixisset, reddet vnicuique secundum opera eorum, bonis vitam

vitam æternam, malis autem supplicium æternum. Noluit fortassis Apostolus in hunc modum loqui (non quod eum lateret) quod vel ex eo patet. Quoniam communissimus est & certissimus loquendi modus, & nulla intricatione inuolutus. Sed hac fortassis loquendi forma vsus est vt insinuaret nobis sacramentum quod in illis latebat verbis. At dices, quid misterij latet in illis? Respondemus istud quidem, quia simul Apostolus voluit ostendere mercedem & id per quod boni merentur illam. Et proinde sic loquutus est. Sunt autem illa quibus boni sibi merentur æternam vitã. Hæc in primis, Patientia; Non nos præterit quosdam esse qui legunt perseueran tiam quorum lectio non est reprobã da. Siquidem scriptum reliquit Chri- Matt. 24.
stus Mathæi 24. Dicens, qui perseuera uerit vsq; in finem, hic saluus erit. Et certum est vitam æternã non dari ni si illis qui in bono perseuerarunt. Nõ enim satis est aliquando operari bonum, & postea ab eo desistere: Sed in postremam vsque horam oportet in Eccle. 4.
bono persistere, Perseuerantia enim est quæ coronat. Vnde scriptum est, agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia. Legunt ergo sic aliqui. Sed si leganius per patiẽtiam, non erit incongrua intelligentia Nam is qui patiẽtiam habet, expectat & non recedit donec finẽ rei videat. Qui autem est impatiens vir, statim tẽ dio affectus ad aliud se conuerit, includit ergo patientia ipsam perseuerantiam. Et vtraque absque dubio necessaria est ad habendam vitam æternam. Sicut autor est ipsemet Apo- Hebræ. 10.
stolus ad Hebræos 10. Patientia (inquit) vobis necessaria est vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem.

Cæterum cùm omnia fermè exemplaria latina habeant, per patientiam boni operis, nobis hanc lectionem sequi magis placet. Nolumus enim ab ea recedere quoties eam sustinere valemus. Porro discooperienda nobis est vis quæ latet in nomine patientiæ. Et si eam aperire cupimus, ex eius nominis Ethymologia fieri potest, Patiẽtia est malorum quædam tolerantia. Vnde patientia malum habet pro obiecto & non bonum, secundum autẽ causam bonum respicit. Ipsum namque bonum opus est causa patientiæ quæ virtus est, Patientia in bono opere esse debet. Nam habere patientiam in malo opere nulla est virtus. Sed pa D. Thom.
ti pro bono opere excellens virtus est, quando quis eam habet secundũ habitum, quando vero quis delectatur in eius actu, quia gaudet, est fructus sicut dicitur de Apostolis quod ibant gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt &c. Hæc patiẽtia tristitiam fugat. Hæc est quæ tollerat tribulationes. Quando vero quis tristitiam habet, & patitur gratia finis malis is patientiam non erunt, sed potius duritiam. Denique vera patientia radix est & custodia virtutum. Qui hanc habet & bonum operatur, perfectionem vitæ Christianæ consequetur in patria. Hæc virtus non erit eo modo quo est in via: Nam patientiæ in patria non erunt tollerare & sustinere, quemadmodum contingit in via. In patria beatus fruetur bonis cõparatis per patientiam dum esset in via. Ex his patet quod ad comparandam vitam æternam non satis est operari opera bona sed oportet in his operationibus patientiam habere. Neque hæc doctrina quemquam moueat. Nam licet mundus eam non agnoscat, Christus tamen eam nobis dat dicens. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Mundo hęc Phylosophia noua & inaudita videtur. Mundus fœlicitatem in voluptatibus, diuitijs, honoribus, & in alijs his similibus homines beare putat, sufferre & pamala & tribulationes, summam reputat in fœlicitatem. Noster autem Apo- Luce. 21.

stolus

stolus coronam & palmam afflictis, patientibus beatitudinem promittit.
Ad Roma 5. Hinc quę fit vt ipse glorietur in tribulationibus, agnoscēs quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem vitæ ęternę. Per patientiam namque vir bonus probatur, sicut aurum in fornace. Per hanc aufertur rubigo ab auro & aigēto, & egreditur vas purissimum. Qui igitur repromissionem à Deo repromissam consequi exoptatis, oportet vt complectatur patientiam & in ea perseueret. Non eam a se excutiat si mala aliquādiu durare viderit. Sed in ea fixum pedem teneat & prepares se ad laborem & luctamina. Volēnibus enim bene operari, aduersari solent. Mundus, Caro, & Dæmones. Sed fortē sint animo & in verbis Christi consolentur & animentur. Quibus suos
Luc. 21. confortat dicens. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Patet igitur quomodo patiētia vna est earum rerum, quibus boni sibi merentur æternam vitam. Verum cùm multi sint qui patiuntur etiam ingentia mala & persecutiones varias vel propter bona tēporalia tuenda, aut propter imperia comparanda, aut pro suis criminibus, quales sunt adulteri, fures, & homicidæ. Nequis existimaret istis quoque reddendam esse vitam æternam (cùm sint etiam patientes) idcirco addidit Apostolus particularem illam patientiam *Boni operis*. Ac si diceret, nō alijs reddetur vita æterna nisi illis qui in bono opere vel pro bono opere patientes erunt. Neq; explicuit Apostolus quale esse debebat illud opus bonum. Nam multipharia sunt opera bona. Et hinc est quod aliqui hoc opus bonum restringunt, modificantque ad certum opus. Vel vt melius dicamus asserunt Paulum loqui de patientia siue perseuerantia certi operis. Quod quidē dicunt esse opus Euāgelij hoc est prædicationem Euangelij, quæ est causa, Quare insurgunt persecutiones & tribulationes. Nā vt alibi dicit Apostol⁹, non omnes obediunt Euangelio: sed quidam ei aduersantur. Vnde concionatores gratiatanti operis boni sufferunt mala, & perseuerant in patientia, iuxta illud Danidis, benè patientes erunt vt annuncient. Hostes enim & inimici Euāgelij, seminatoribus illius pro tanto bono mala retribuebant. Neque mirum. Nam si Christus dicebat, retribuebant mihi mala pro bonis: nō est mirandum si præcones & prædicatores Euāgelij, Christi discipuli, à mundo pro tāto beneficio receperint mala. Non est seruus neq; esse debet maior domino suo. Mundus nesciebat quanti ponderis esset Euangelica virtus, quę salus erat omni credenti. Neque penetrabat quanti sit faciendum patt mala pro bonis. Est namq; istud noua doctrina, nouaq, Philosophia. Quam abscondit Deus à mundi sapiētibus & reuelauit paruulis, hoc est humilibus. Hæc doctrina non legitur in schola Aristotelis vel Platonis, sed in Gymnasio Christi docetur. Ipse namque est qui dicit. Beati eritis cùm vos oderint homines & persecuti vos fuerint. Et ibidem, beati qui persecutionem patiuntur: & alibi, si me persecuti sunt, & vos persequētur. Si odit vos mundus, & me priorem odio habuit. Et denique omnis qui occiderit vos, arbitrabitur se Deo obsequium præstare. Istud igitur est opus bonum quo boni sibi merētur vitam æternā, sustinentes pro eo quoduis genus laborum & persecutionum. Et fortè insinuaret Apostolus se loqui de isto opere, non dixit per patientiam bonorum operū in plurali, sed boni operis in singulari. Tam enim singulare opus tamque excellens est prędicatio Euangelij, vt iurè & meritò quasi per quandam antonomasiam dici possit opus bonum. Pro hoc namquam annunciando & plantādo multi sanguinem suū fuderunt: imò ipse Christus

crucis

Ad Roma. 10.
Psal. 91.
Psal. 34.
Ioan. 13.
Ad Rom. 1.
Matthæi. 5.
Ioan. 15.
Ioan. 16.

Iean. 17. ctucis mortem sustinuit. Istud erat opus de quo ipse dicebat. Parer opus consumaui quod dedisti mihi. Potest etiam & hoc intelligi vt quidam volunt, de quocunque alio opere bono cuiusuis virtutis, dummodo ingratia fiat. Nã hîc Apostolus de opere meritorio sermonem facit. Cui Deus reddet vitam æternam. Nam nedum qui patiuntur, pro Euangelio dignus est vita æterna, verumetiam quicunque suffert pro bono opere virtutis, quæcunque illa sit virtus, siue fides, siue castitas, siue iustitia &c. Quando enim Matt. 5. Christus dixit, beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam, non loquebatur de iustitia vt specialis virtus est, sed pro generali, cuius nomine omnis virtus intelligitur. Neque refert quod Paulus in singulari dixerit boni operis. Sunt namque in sacris litteris sermones & orationes in singulari numero prolatæ, quæ æquipollent & idẽ valent, ac si in plurali essent pronunciatæ, maximè quando indefinitè enuntiantur. Palam his verbis Apostolus iugulat insipientes illos hæreticos qui eo dementiæ venerunt vt vili pendant opera, quæ hîc Paulus docet esse necessaria ad habendam vitam æternam, quando ipse ex parte Dei promittit beatitudinem ijs, qui perseuerauerint. Et secundum illos qui in hoc textu referunt illa tria scilicet gloriã, & honorem, & incorruptionem ad verbum redder vltra vitam æternam per patientiam boni operis. Reddet Deus illa tria supradicta. Vnde adnotare debet acutus lector quanti faciat Apostolus perseuerantiam in bono siue patientiam vt doceat illam præter viram æternam dignam esse gloria, honore, & incorruptione. Quod fortassis adiunxit præmio vitæ æternæ, vt magis animaret Romanos ad perseuerantiam boni operis. Ipsinamque oppidò cupidi erant gloriæ, honoris, & immortalitatis nominis. Vnde si sic legamus hunc textum, hæc ria nempe gloria, honor, & incorruptio in alia vita expectãda sunt & nõ in ista. Qui enim perseuerant in bono opere, majus præmium habent, si hęc tria recipiant in alia vita, quam in ista. Gloria quippe, honor & immortalitas multo excellentiores sunt in patria quam in via. Si autem intelligamus hæc de gloria, honore, immortalitate nominis, quę bonis & studiosis viris dari solent in præsenti vita, tunc mox insurgit scrupulus. Qui talis est Christus prohibuit facientibus bona opera nequærerent gloriam & honorem. Hæc quæ tam verbo quam opere docuit esse fugienda. Quomodo igitur Apostolus Romanis promittebat gloriam & honorem? Ad hoc respondere possemus quod gloria quæ est caduca & vana in hoc mũdo, hęc est quam Christus prohibuit, non autem illa, quæ consequitur ipsam virtutem in præsenti vita. Vnde honor etiam à Philosopho existimatus est præmium virtutis. Tametsi reuera nõ sit. Nam virtus præstãtior est, ipsa gloria & honore. Cærerum cum istæ duæ res in magno prætio habeantur & cũctis alijs rebus anteponãtur: non recusauit Apostolus honorem & gloriam inter præmia virtutis reponere. Neq. etiam secundum legem euangelicam nos qui perfectius sumus edocti: dicimus appetitum gloriæ, & honoris fore damnatum, nisi illa gloria sit inanis & vana. Vanum enim & inane rectæ rationi dissona sunt. Si autem sit appetitus humanæ gloriæ & non vanæ: hic non est malus (vt theologi recte autumant). Sicut enim cupido & desiderium aliorum bonorum humanorum non est malum, vt cupere diuitias, agros, aurum, argentum, & similia bona humana, cur non erit licitum quærere honorem & gloriam, quæ inter humana bona non infimum tenent locum? Si quis tamen plus iusto honorem & gloriam æstimaret, eam vanam redderet. Mundi autem gloria non

ria nō plus fieri debet & æstimari quā transitorium & momentaneum quid piam. Gloria etenim huius seculi transitoria est vt alia mundana bona. Sed reuera non est in his morandū. Nam Apostolus non intendebat loqui de hac gloria vel de honore quem comparant ex virtutibus homines in hoc mūdo. Non proponit Romanis hāc gloriam, aut hunc honorem, sed illum qui beatis in paradiso datur. De quibus dicit Propheta, gloria & honore coronasti eum domine. Honorem quoque beati magnum habebūt Nam de illis cecinit Propheta dicens. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Honorabitur quisq; pro suis meritis & absque æmulatione: hic in via non promeritis honorum & dignitatum distributio. Imò quod multo deterius est, dignis denegatur & indignis conceditur. Illic de cœlicolis quò quisq; erit sanctior, tanto erit honoratior. Et sic Apostol⁹ nullam occasionem Romanis dedit ardentius ambiendi vanam gloriam & vanos honoris humani titulos: etiam si non ignorasset ipse quod Romani erant cupidissimi honoris quoniā non incitauit & provocauit per hæc verba ad inanes, futiles, & caducos honores: imò eius animus erat per hæc verba auocare illos à vanis mundi honorib⁹ & gloria, & excitare illos per bona opera ad veram gloriam & gloriosum honorem, quę sunt in vita æterna, calcatis prius friuolis & transitorijs & citò perituris honoribus. Cæterū lector acute non existimes gloriam hoc loco æquiparari cum honore. Non enim in idem veniunt. Nam quorum rationes sunt diuersæ, & ipsa non sunt eadem. At si beato Ambrosio fidem damus gloria notitia est non obscura sed clara cum laude: honor autem testimoniū excellētię studiosi hominis. Hoc etiā discriminis est quod gloria in gloriosō est: honor autē Philosopho teste magis in honorante quam in honorato dicitur esse. Quod verum esse tantum existimamus in humanis honoribus. Nam quādo nos honoramus viros glorioſos qui cœlorum sunt incolæ, honor iste magis nobis videtur esse in honoratis, quam in honorantibus. Sed iam rogas nos vt dicamus quandiu hæc gloria & hic honor durare debent. Audi Paulum huic interrogationi taciturę respondentem, cum adiunxit istis duabus rebus in corruptionem, quasi dicat hæc sunt incorruptibilia & vtalij voluntimmortalia Quæ enim talia sunt, in æternum durant. Nam licet quod seminatum fuit mortale & corruptibile esset: resurget tamen inquit Paulus immortale & incorruptibile. Vnde palam aperitur differentia inter gloriam & honorem Quem possidēt homines in hoc mūdo, & illum quem Paulus proponit Romanis: Nam illa duo videlicet gloria & honor in mundo a multis denigrari possunt: audemus dicere & omnino aboleri. Nonne oculis nostris vidimus plerosque honoratos & a mundo æstimatos & super exaltatos (& mox fortuna faciem suam vertente) in tantam cōfusionem & opprobriū versos, vt nemo illos videre dignaretur? Quis vidit illum Nabuchodonosorem vt pro Deo coli vellet? Quis inquam postea vidit illum tanquam bouem fœnum comedentem? Heus vbi est gloria tua? Quo abijt honor tuus? euanuit. Homo cùm in honore esset, nō intellexit, cōparat⁹ est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Nulla igitur mundi gloria, nullus que honor perpetuo durāt. Sed multis discriminibus & periculis exposita sunt. Quę si enarrare vellemus, longum sermonem facere opus esset. Quod si dum viuerent eorum possessores ab istis periculis euaserūt, & seruati fuerunt: At illis mortuis & ipsa quoq; vna cum illis moriuntur. Perijt memoria, gloria & honor cum sonitu Verum gloria & honor quē Apostolus

Psal. 8.

Psalm. 138.

Daniel. 3. & 4.

Psal. 48.

D. Ambro.

Psal. 9.

stolus promittit & Romanis proponit per perseuerantiam boni operis quærentibus viram æternam hoc est optantibus illam: hæc perdurãt etiam post mortem. Nam gloria & honor tales, immortales sunt, & nunquam habituri finem. Hæc est illa gloria de qua Paulus dixit alibi: quod nec tribulatio, nec angustia, nec famès, nec nuditas, nec gladius, neq; vlla creatura, ab ijs qui habent separare potest, vel aliquid illis detrimenti præstare. Præterea hic Pauli locus confundit nouos istos Luteranos, qui detrahunt operibus nostris dicẽtes in se hoc sequi sacras scripturas quæ quãtũ extollunt gratiam Dei tantum deprimunto pera humana. Nã panno mulieris menstruatæ comparant illa, vt ex Prophetis vnus locupletissimus est testis, sed in caput suum mentiuntur impostores isti, qui falsissimè istud imponunt diuinis scripturis. Nam licet in vno veri sint, videlicet in eo quod dicunt scripturam sacram appri mê laudare & extollere Dei gratiam: tamen in alio mendaces sunt, vt qui dicant scripturam detrahere nostris bonis operibus. Dicant nobis isti. Est ne detractio illa operum, quam sapiens dicit de muliere forti, laudent eam in portis opera eius? Et quando Christus dixit de Magdalena quid molesti estis huic mulieri? Bonum enim opus operata est in me? Et est ne detractio quod Petrus prædicauit dicẽs, satagite certam vestram facere vocationem per bona opera? Et Paulus; vt abundetis (inquit) in omne opus bonum. Et rursus Ecclesiastes. Bibe inquit vinum tuũ cum gaudio: quia Deo placent opera tua. Et plura alia quæ breuitatis gratia tacemus. Cædo in his detrahit ne scriptura sacra operibus? Quis non videt horum hominum cæcitatẽ? Tantum abest vt scripturæ sactæ istud faciant, vt ipsę non in vno loco sed in multis nobis spem vitæ æternæ & eiusdem confidentiam per bona opera porrigant & augeant Cæterum vt ab hoc textu nos expediamus, illud verbum silentio pertransire haud debemus, nimirum verbum. *Quærunt*. per istud quoque Paulus exibuit & destruit errorem alium quo inuoluti manẽt, Luterus & sui sequaces. Aiunt namque nõ esse nobis fas: quando operamur per opera nostra intẽdere præmium aliquod maximè vitam æternam. Sed vnde hanc a nobis auferre audent facultatem? Non ne Abrahã Deo dixit, Domine quid dabis mihi? Quod licet quærere, non ne & prætendere? Si a Christo facta est nobis facultas, primo quærendi regnum Dei, nonne optandi & intendendi? Quis quærit quod non intendit? Qui currit an non potest prætendere brauium? Et qui plantat vineam non ne licet ei prætendere vinum gustare de illa? Et qui arat, arat inspe. Insurgis dicens, Paulus dicit omnia in gloriam Dei esse facienda. Quis inficiatur? Idipsum & nos dicimus vt ante omnia gloria Dei præoculis habeatur. Vetum cùm hæc gloria Dei patum aut quasi nihil differat a bono nostro. Cúm bonum nostrum cupimus & ad istud anhelam⁹, nihil aliud volumus nisi gloriam Dei: Et illam primum ob nostros ponimus oculos Et de his hactenus: audiamus nunc quæ & qualis erit malorum retributio. Quam his que sequuntur verbis declarat Apostolus dicens.

Ad Rom. 8.

Prouer. 31.

Matth. 26.

2. Petri 1.

2. Corrin. 9.

Eccle. 6.

Gene. 2.

Sequitur.

His autem qui sunt ex contentione, qui non aquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio.

DOcet hic Apostolus veritatem iudicij Dei quomodo se habeat erga multos, quorum gratia præcipuè Deus instituit esse futurum. Nam licet

cet in retributione bonorũ operũ appareat recta iudicij ratio: tamẽ magis videtur illucere in malorũ punitione Quod visus est insinuare Dauid psal. 149. dicẽs. Ad faciẽdã vindictã ĩ nationib⁹, ad alligãdos reges eorũ in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Et statim subiunxit, vt faciant in eis iudicium cõscriptum gloria hæc est omnibus sanctis eius. Et explicatius id ipsum Christus in Euangelio Ioannis. In hoc autem est iudicium: quia lux venit in mundum & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim opera eorũ mala. Est enim iudicium Dei sicut & lex, cuius duę sunt partes, & altera est malis pœnas infligere. Tamen in hac parte magis videtur legis vis ostendi, quã in altera; Ex eo potissimè, quod cùm mali plures sint, quam boni, magis mandatur executioni in puniẽdo quam in præmiãdo; sic etiam iudicij Dei duo sunt officia, alterũ est retribuere bonis, alterũ malis. Et eũ (sicut diecbamus) maior sit malorũ numerus quã bonorum: Proinde plus elucescit & offẽditur rectitudo, & æquitas iudicij Dei in malorũ animaduersione quam in bonorum retributione. Verumtamen videamus quib⁹ coloribus malorũ pœnas depingit Paul⁹.

Psalm. 149.

Ioan. 3.

Analogia.

His inquit qui sunt ex contentione. &c.

Mirum forè videbitur alicui quam ob rem exorsus sit Apostolus à contentione: cùm contẽtio non sit summũ malorũ. Aliqua .n. sunt deteriora & grauiora mala, vtpote Dei odiũ, blasphemia, & idolatria, & alia similia. Cùm igitẽ maiores peccatores sint blasphemi, idolatræ & qui Deũ odio habẽt, quã sint cõtẽtiosi hoïes, quare non dixit in illos paratam esse iram & indignationẽ? Respõsio. Nõ est existimãdum hoc esse factũ absq; ratione. Et proinde eam huius rei causã nos esse putam⁹ vt primò verbo egregiè ferirer Iudęos & gẽtiles quoq; siquidẽ prima radix discordiæ, quæ erat inter eos ex contẽtione oriebat alijs asserẽtibus legẽ Moysi in suo robore & vigore persistere, alijs autem contra negãtibus dicẽtibusq; nõ esse cõfidendum in lege, neq; eius ceremonijs, sed collocãdã esse fiduciam in libero arbitrio & philosophico negotio. De quo gẽtes maximè se extollebãt, quo noïe dedignabãtur & aspernabantur fratres suos Iudęos. Ex istis tam varijs sectis & factionibus oriebãtur cõtentiones, dum quisq; illorũ suas partes tueri volebat & pręualere. Et ideo vocat eos Apostolus ex contẽtione hoc est hoïes contentiosos. Accedit hùc quòd contentio quæ est modesta & modum habet; licet non sit grande malum, sed illa quæ fit contra veritatem Euangelicã est viciosa & per quã nociua. Quomodo .n. ea, quæ sunt fidei & Euangelicæ veritatis, poterunt in illis inseri & imprimi, qui contentiosè eam recipiunt? quomodo recipiet ea quę sunt fidei, qui captiuare nõ vult suũ intellectum in obsequiũ Xp̃i & fidei, sed cõtendere? Quomodo proficiet in Euangelio is, qui pertinaciter & mordicus vult suum erratum defendere & tueri? Sicut igitur primus aditus ad vitam beatam est fidei obedientia (oportet namque accedentẽ ad Deum credere) sic primus obex est contentio, quæ per multum nocet habentibus eam. A qua nos dignetur liberare ille qui est benedictus in secula. Secunda conditio malorum est nõ acquiescere veritati. Hæc proxima videtur sequi ex prima nempe eõtẽtione. Siquidẽ hæc est natura & eõditio hominis contẽtiosi vt etiã cognita veritate, non acquiescat. Sed semper quærat cauillos ad contẽdẽdum. Non .n. vult collũ suum submittere. Sed perpetuò recalcitrat.

Credunt autem iniquitati. Hæc est tertia malorũ conditio p quã describit illos Apost. Credere autem iniquitati non est aliud, quam iniustitiæ obedire

re. Quod liquido constat opus esse prauum & iniustum. Istæ sunt tres cõditiones manifestæ operis mali. Et quoniã malũ opus ex singulis defectibus cõtingere potest horũ quod libet trium sufficiẽs erat ad ostẽdendã operis maliciã. Veruntamẽ vt manifestius malorũ culpa aperiatur, tria illa apponere placuit nostro Apostolo. Audita ergo iam malorũ culpa & malitia: audiamus, videamusq; quã mercedẽ pro ea malisint recepturi Vnde mox Apostol⁹ eam nobis proponit dicẽs. *Ira & indignatio. &c.* Vt hic textus clarum nobis aperiat sensum non est referendus ad verbam illud superius *Reddet*. Barbarismus quippe esset & incongrua locutio nisi ad passiuã vocem verteretur, & sic diceretur, ijs, qui sunt ex contẽtione & nõ acquiescunt veritati, reddetur ira & indignatio. Et sic sensus esset congruus & clarus. Verũ quia Apostol⁹ pænas paratas malis non explicauit per casum ac casatiuũ, sed eas mutare voluit in nominatiuum, fortè in hac mutatione aliquid mysterij insinuare voluit Alio qui non erat necessitas mutãdi loquẽdi modum. Putare aũt hoc factũ esse ex imperitia Grãmatices delirũ esset & vanum. Quis .n. crederet Paulum latuisse ꝙ Grãmaticuli & pueri sciunt? Non est certè hoc ex ignorãtia grammatices factũ. Dices cur igitur factum est? Dicũt aliqui ideo Apostolum casum variasse hic vt denotaret differẽtiã, quæ est inter redditionẽ bonorũ & malorum, quod illa est a Deo, per quem reddũtur bonis honor, gloria, & vita æterna. Ea autem quæ eueniũt malis inquiunt non dari a Deo, sed eueniunt ex malis & prauis suis operibus. Et ideo dicunt ꝙ Paulus protulit gloriam, honorẽ, & vitam æternam per accusatiuum casum. Iram autem & indignationẽ, per nominatiuum. Hæc tanè intelligenda veniunt. Nam bifariam intelligi possunt non dari ea quæ infligunt malis. Primò ab eo tanquam a causa. Et sic dici possunt non esse a Deo, Siquidẽ De⁹ nunquã fuit causa ꝙ malis redderentur istæ pœnæ. Sed illorũ culpa factum est. Perditio namq; illorũ ex ipsis met cuenit, iuxta illud. Perditio tua Israel ex te. Secundò modo intelligi potest pœnas malorũ a Deo venire tanquã ab insigente. Et sic est certũ a Deo dari. Quis enim negabit nõ dari a iudice pœnas in quas rei & mali condemnantur? Si Deus est iudex bonorũ & malorum, quid vetat quo minus dicam⁹ a Deo dari illa supplicia quæ mali patiuntur pro suis delictis? Cùm .n. De⁹ sit causa mali pœnę, etiã effectrix iuxta illud, non est malũ quod nõ fecerit Dominus: Non debet male audire si dicamus Deũ reddere malis indignationem, tribulationẽ & angustiã. Nam per hoc nõ colligit rectè Deum fuisse causã vel ꝙ ipsi meruerint, vel quod recipiant, sed hęc ex propria culpa proueniũt, tametsi De⁹ secundũ suã iustitiã sit illarũ largitor. Ex istis facilè colligit quã impia sit illorũ sententia vel si maxis error, qui dicunt Deum creasse aliquos hoĩes vt haberet quos puniret: quoniã neminẽ punit Deus nisi eum quẽ propria culpa fecit reũ & dignũ animaduersione. Aliter .n. non redderet cuiq; secũdũ operã suã, sed ꝓ suã volũtate. Ad propositũ igit nostrũ reuertẽtes, arbitramur (nisi fallimur) nõ alia de causa Paulũ variasse hoc loco casum, nisi gratia copiæ dicendi. Qui .n. eloquentia & arte eloquẽdi pollẽt, varijs modis eam ostendunt & passim diuersa vtũtur oratione, delectandi gratia. Sicque facilè esse hic Apostolum credere facile est. Vnde quando loquebatur de mercede bonorũ, vsus est verbo reddet. Nunc autem quãdo loquitur de malorum supplicijs non dicit reddet, nõ quod timeret vti verbo illo. Sed quia alio vti voluit vt oratio non videretur eadem, sed diuersa phrasis: & vt magis confirmetur Apostolum non intendisse

Oseæ. 13.

Amos. 3.

intendisse hic illam differētiam iam dictā per casuum variationē adducitur id q̄ inferi⁹ dicet Apost. cū simul loquet̄ de bonis & malis. De quib⁹ in hūc modū loquit̄ scilicet. Tribulatio & angustia ī omnē aīam operātis malum: gloria autē & honor, & pax oī operāti bonum. Hic iam vides acutè lector manifestò Apostolū loqui de vtrisq; per eūdē casum scilicet nomi natiuū. Nec est credibile tā cito Paulum fuisse oblitū istius differētię. Quare dicere possum⁹ illā casuū variationē duntaxat facere ad copiam dicēdi. Nisi fortè aliquid altius dicerę vellemus in hac mutatione latere videlicet quod Paulus insinuet illā differēniam quā aliqui theologorum affirmant inter prædestinationē & reprobationē, dicētes istius nullā esse causam præter solam Dei voluntatē. Reprobationis autē esse aliquā. Et ideo Paulū dixisse vitā æternā reddēdam esse per ipsum Deū: pœnas aūt malis infligēdas nō dari a Deo, sed contequi malorū opera & facta. Sed nec hęc differētia videtur esse sufficiens, quoniā sicut datur causa effectū reprobationis, ita & prędestinationis. Sicut .n. demerita sunt causę punitionis malorū, ita merita sūt causæ præmiationis bonorū. Gloria & vita æterna effectus sunt prædestinationis, & causam habere possunt maximè meritoriā, merita nostra & si nō vt nostra sunt: tamen quatenus gratia sunt ornata vitā æternā merentur. Et ideo par videtur esse ratio de prędestinatione ac reprobatione quātum ad hoc spectat. Veruntamē si quis vellet aliā se qui sentētiā, cū illo nos nō contenderem⁹. Hæc .n. dixim⁹ saluo semper peritorū iudicio Dicit ergo Paul⁹ primùm q̄ malis cōtingere debet futura ira, non talis qualis nostra est. Iam .n. in confesso est apud oēs iram Dei nō esse veluti nostrā, quæ nos aliqua afflictione siue passione affligit. Sed irā in Deo esse asserimus eo q̄ habeat se per modū iratī hominis, cuius conditio est intēdere vindictæ, & punire illū in quē est iratus. Sic ira Dei nihil aliud est quam iustitia punitiua, quā executioni mandat De⁹ p tribulationē & angustiā. Sed dices tribulatio & angustia sūt pœnę corporales, Quo modo ergo poterūt agere in aīas malorū? Respōdem⁹ pœnas alterius vitæ exactè & perfectissimè nō esse nobis notas, Nā & de ipso igne inquē dixit Xp̄s mittendos esse maledictos, an sit corpore⁹ necne, varię fuerūt doctorū opinioniones. Et de quibusdā cōstare videt nō esse pœnas corporales sicut de flctibus & corrisionibus & alij huiusmodi Et sic etiā dubitari potest de tribulatione & angustia. Nos saltem seqū matris Ecclesię censura, cui ortodoxi oēs parere debent in oībus & per omnia, existimamus hæc dicta esse persimilitudinē quandā, ita q̄ Paulus asserat ita cruciādas esse malorū animas sicut illi qui sunt in præssura & angustia, non tamē quo ad æqualitatē cruciatus. Nullus .n. est in hac via crucia tus qui possit æquari illi. Sed in hoc fit similitudo q̄ sicut is qui est ī angustia nō valet inuenire remediū; angustiæ sunt mihi vndiq; & quid eligā ignoro: sic mali in suis pœnis cruciātur angustiari vt nō sperent se posse habere remediū. Ita namq; dictū est auaro illi diuiti, magnū chaos est inter vos & nos. Et hęc perquā grādis pœna est & afflictio malis, videre se nullū habere refugij locū, nec sperare remedium Optabūt mori, & mors fugiet ab eis: adde tu istis similitudinē esse ī hoc, q̄ sicut corporalis angustia, & tribulatio est cruciat⁹ sine cōsūptione. Angustia .n. & tribulatio cruciat & nō cōsumūt sic tribulatio & angustia malorū nō cōsumēt eorū aīas quę incorruptibiles sūt nec etiā corpora quę tametsi suapte natura exposita essēt corruptioni: tamē vt ī æternū pati possint, à corruptione præseruata erūt Deo sic volēte, & suis exigentibus demeritis. Cęterū circa hęc quatuor .s. ira, indignatio,

Matth. 18.

Corporeum est & causas habet cur sit ignis, quis tamē potēs q̄ à nostra.

Daniclis. 13.

Lucæ 16.

Apoca. 9.

tribulatiõ, & ãnguſtiã. Quę deſignen
tur breuibus oſtendere debemus.
Matth.25 Periram pæna ſenſus deſignatur, quę
gemina eſt, ſcilicet interna & externa
Cruciabitur ſiquidem mali anim⁹ ab
igne qui ab extrinſeco puniet eũ. Ille
quidẽ de quo Chriſtus dixit, qui para
tus eſt diabolo & Angelis eius, per
quos non incongruè malos homines
intelligere poſſumus qui ſunt diaboli
angeli. Angelus .n. nuncius interpre-
tatur. Sic .n. diabolus mittit aliquãdo
ſuos angelos ad perpetrãda mala. Hęc
erit externa pæna. Nec iſtud nouum
& admirabile videri debet humanę ſa
piẽtiæ Philoſophis. Nam licet ipſi in-
telligere nequeant quomodo corpo-
reum agere poſſit in ſpiritũ, iſtud ta-
men pro indubitato habemus. Adiu-
uante tamẽ diuina virtute, ſine qua
fieri nequiret. Quod ne omnino ali-
cui videat impoſſibile, ad hoc credẽ-
dũ manu duci poteſt ſi attẽtè conſide
Eſaie 66. ret q⁹ dum viuim⁹ percuſſo corpore,
verè animus affligitur & punitur. Alte
ra pæna interna iſta grauior erit. Cru
ciabitur quippe remorſu proprię con
ſcientiæ, qui corrodet ipſum ſpiritũ;
& hoc elegãter denotatum eſt quãdo
per Spiritũ ſanctũ dictũ eſt, vermis eo
rum nõ morietur, & ignis nõ extingue
tur. En duas illas pænas nomine iræ
deſignatas. *Indignatio.* Duo ſunt inter
alia hoĩs indignati prępcipua ſigna & in
dicia, alterũ eſt dedignatio erga illũ
inquẽ eſt indignatus, quę indignatio
oſtendit per hoc q⁹ indignatus dedig-
nat vidĕre illũ contra quẽ indignatio
nẽ habet. Secũdũ ſignũ eſt proijcere
& abigere, atq; ablegare illũ a ſua prę
ſentia & cõſpectu. Et hęc pæna grauiſ
ſima erit malis; eſt namq; pęna quę à
theologis appellatur damni, qua plus
cruciabũtur mali quã per pęnã ſenſus.
Tribulatio. Iſta malos pũget vndique
ſiue ſurſũ ſiue deorſũ, ſiue a dextris ſi
ue a ſiniſtris, ille ignis acutiſſim⁹ & a-
cerrim⁹ cruciabit illorũ corpora. *An-
guſtia.* Hæc nimiã preſſuram denotat,
qua corpora damnatorũ premẽt &
cõpreſſa manebũt, ita vt maiori preſ-
ſura coanguſtari nequeãt. Hæc qua-
tuor oĩa genera tormẽtorũ quibus af
fligẽt malĩ die iudicij deſignãt. Quẽ
admodũ illa, gloria, honor, incorrup
tio, & vita æterna, deſignabãt oĩa prę
mia quæ Deus redditurus eſt ipſis bo-
nis. Põdera ſyncere lector Pauli artifi
ciũ, qui omiſſis multis alijs malorũ pæ
nis, tribulationẽ cõiungit cũ anguſtia.
Eſt namq. (vt ante nos incępit conſi-
derare doctiſſimus Origenes) tribula
tio quædã quæ ſecernitur ab anguſtia
& eſt alia quæ annexam habet perpe-
tuo anguſtiã. Tribulatio ſiquidem bo
norũ anguſtiæ expers eſt. Hęc patien
tiã operatur. Malorũ autẽ tribulatio
tribulationẽ & anguſtiã. Neq; mirum
nam tribulatio quãdo inuadit iuſtum
& bonum dilatat & amplificat cor il-
lius; quãdo vero cõprehẽdit malum
cõſtringit & coartat cor illius. Vnde
Apoſtolus alibi dicebat tribulationẽ
patimur ſed nõ anguſtiamur. Cur nõ
Apoſtole? quoniã ſcimus abũdare &
penuriã pati, ſum⁹ quaſi triſtes ſẽper
autẽ gaudẽtes. Cũ infirmamur, fortio
res ſumus, maledicimur & benedici-
mus, perſecutionem patimur & gau-
dem⁹. Ecce quomodo eſt latum cor
Apoſtoli in ſuis tribulationibus. At
mal⁹ mox vt accedit ad eum vel mo-
dica tribulatio commouetur, pertur-
batur & anguſtiat. Neq; citra cauſam.
Nã licet peccatorũ via lata ſit, quę du
cit illos ad perditionẽ: tamẽ timor pę
nę, & pauor vltionis, Eorũ animos co
artat & cõquaſſat, cõprimitq; Vnde
mali ſi non habẽt cor cõtritũ habẽt ta
mẽ conſtrictũ & anguſtiatũ. Quę quę
ſo maior anguſtia eſſe poteſt quã cõ-
ſcientia mala? Sicut .n. bona dilatat &
hylarat, ita mala coartat & cõſtringit.
Vidẽt namq; mali vndiq; mala & pe-
ricula ex parte vna & ex alia ſe deſtitu
tos eſſe cõſilio oĩ & fauore. Boni aũt
etiã ſi ingruat perſecutionũ & tribula
tionũ in eos cumul⁹, nõ anguſtiãt quo
niam nõ vident ſe ſpoliatos conſilio,
fauore, preſidio & adiutorio diuino.

Et

Et hinc fit vt anim⁹ & cor hominis habētis cōsciētiā bonā nō possint constringia pressuris & tribulationib⁹ quā do vero homo non habet aliquē qui adiuuet est q; invasus tribulatione nihil mirū si angustiat. Tribulatio proxima est clamabat Prophetа rex & non est qui adiuuet. Cū igitur mali i tribulationib⁹ positi, Neq; à Deo, Nam digni nō sunt, neq; a mūdo qui illos fefellit, neq; a carne, que illos relinquit neq; etiā à Demone qui illos delusit iuuentur. Tandem cùm a nēie iuuari possint quasi desperātes nō contrista ri & angusthari nō possunt. Et licet dū hic viuerēt fortassis adiutores inuenerūr sibi similes. Verūtamē in die recti iudicij Dei neq; a bonis neq; a malis iuuari poterūt. Quare tunc apprehēdet illos ingentissima angustia.

Sequitur.

In omnem animā operantis malum Iudęi primū & Græci.

POst quā Apostolus declarauit quo modo De⁹ reddet secundū opera bona & mala. In qua redditione ostē sum est verū & rectum esse Dei iudiciū. nunc rursus perseuerat ostēdere veritatē eiusdē iudicij quātum attinet ad personas iudicādas. Et primò quidem quo ad malos dicit. In omnem animā operantis malū hoc est in omnē hominē qui operatur malū. Nō. n. infrequens est in scriptura sacra animam sumi ꝓ toto homine. Sicut patet in illo loco & in multis alijs anima quæ non fuerit circuncisa peribit de populo suo. Certum est circuncisionem non fieri in aīa, quæ spiritus est sed in altera parte quæ caro dicitur. Quæ etiam pro toto homine vsurpari solet vt palam nos docet locus ille Ioannis 1. Verbum caro factum est 1. verbum homo factum est. Hęc nam que figura passim reperitur in sacra Biblia. Sic Paulus hic nomine animæ totum hominem intelligere voluit. Verum non sumus nescij esse quosdā sanctitate & doctrina pollentes qui asserunt ideo factam esse mentionē de anima, quod malorum pæna & vltio primario & principaliter in aīa versetur. Quemadmodū inquiūt bonorū gloria potissimē posita est in anima: ita & malorū pæna. Nam ad perfectā gloriā & beatitudinē quantum attinet ad id quod est de essentia beatitudinis corpus nō exigitur: quoniā intellect⁹ non eget corpore ad videndū diuinā essentiam. Nec perfectius videtur ab anima in corpore quam sine eo. Et ideo gloria principaliter dicitur esse in anima aqua deriuatur in corpus: sic etiam dicunt pænas deriuari ab ipsis animab⁹ ad corpora malorum ex quibus etiam prouenit vt corpora reproborū resurgant passibilia vt simul cum animabus patiantur. Sunt tamē alij qui volunt Apostolū dixisse animā vt insinuareriam malos luere condignas pænas ante resurrectionē corporū. Vnde exploditur error illorū qui falsissimè existimarunt malos tantum passuros pænas in animabus non etiā in corporibus. A quo errore longissimè fuit Pauli mens in hoc loco; sed ideo de anima mentionem fecit vt insinuaret quod mali statim vt egrediuntur ab hac vita suas dant pænas in anima. Nec expectare debent generalem illam resurrectionē. Tunc enim illorum corpora, quæ modo in cęmiterijs manent suas dabunt pænas Addere etiam possumus aliam rationem obquam Paulus vsus est vocabulo animæ ne intelligeremus malos esse passuros pęnas tantū corporales & non spirituales, quarum maximè capax est ipsa aīa. Hæ rationes siue interpretationes ; cùm sint omni acceptione dignæ: nō veniūt reprobandæ sed magis amplectendæ: idcir co eas studiosus lector nō abhorreat. Primam tamen quasi magis germanam textui & litteræ nos arbitramur.

Gene. 17.

Ioan. 1.

Iudæi primũ & Græci.

PEr Græcum omnem Gentilem intelligit eo quod a Græcis gentium sapientia exordium habuerit. Præponit autem Iudeũ Græco eo quod vindicta grauior. Cuius enim maior est culpa & grauior esse debet vindicta & vltio. At dices forsan. Vnde grauior est iudeorũ culpa? Respõdemus ex multis primo quidẽ ex legis receptione. Per quã magis explorata erat eis diuina volũtas ipsi tamẽ ei rebelles & violatores eius effecti sunt. Vnde Xps improperauit eis in Euangelio dicens. Nonne Moyses dedit vobis legem? Et nemo ex vobis facit eã Quare digni estis vt vapuletis magis, siquidẽ Lucę. 12. Scriptũ est. Seruus sciens voluntatẽ dñi sui & nõ faciens plagis vapulabit multis. Et eò maiorib⁹ quò notitiã & scientiã habuerit maiorẽ. Sicut .n. ignorãtia peccatũ alleuiat, sic & sciẽtia pęnam aggrauat. Ex hoc alia pullulauit causa, ob quã in pęnis primos nominauit Apost. iudeos. Quia scilicet Deo ingratiores extiterũt non agnoscẽtes maiora ĩ eos collata olim beneficia. Quæ etiã in maiorẽ illorũ verecũdiã & confusionem: opposuit Xps dicens, Populę me⁹ quid feci tibi aut quid molest⁹ fui respõde mihi? & alibi vinea mea electa ego te plãraui? Quare cõuersa est mihi in amaritudinem? &c. Propter has & multas alias pterogatiuas fiũt meritò ĩ pęnis iudęi duriores. Nõ q̃ pri⁹ tempore recipiãt suas pęnas sed quia graviores reportabunt. Nã sicut maiorẽ mercedem & gloriã reportassent si in veritate & bonisq; operib⁹ perstitissent: sic par est, vt maiori supplicio afficiãtur, quã gentiles post quã p̃ nihilo tãtam gratiam habuerũt. Quod vtinã nobis semper sit nostros ab oculos quib⁹ tam abundantẽ gratiam fecit Deus vt dignatus fuerit nos efficere Christianos qui si ingrati inuenti fuerim⁹ huic tanto nõmini nõ respõdẽtes maiores dabim⁹ pœnas. Eó q̃ præ õmni natione quæ sub cælo est sumus honorati magis. Aperi ergo Xp̃iane homo tuos oculos & noli a tanto noĩe degenerare, sed quòad poteris ipsum Xp̃m dñm nostrũ (à quo Xp̃iani nomen habes) imitari maxime cures: secus .n. te cruciatus expectabunt pęnę. Vnde ex his nobis colligere licet Xp̃ianos pro eisdẽ peccatis maiores debere pęnas quã ipsos infideles, q̃ Xp̃o noĩa non dederũt, Nã nos Xp̃iani minorẽ habem⁹ excusationẽ cũ habeam⁹ Dei & legis, nedum legis, Sed etiã gratię maiorẽ cognitionẽ. Et ideo quemadmodũ iudei min⁹ excusabiles sunt quã gẽtes eò q̃ copiosior & clarior fuerit in eis Dei cognitio, Cũ ipsi essẽt illustrati p̃ scriptã legẽ: ita multo minorẽ habent excusationẽ Xp̃iani quã Gẽtiles & Iudei. Eò q̃ perspicacior & clarior lux illuxit illis q̃ Iudeis. De⁹ p̃ medios ipsos Propheras loquebat Xp̃ianis loquutus est ĩ filio suo, illis ĩ figuris, xp̃ianis iam non in parabolis, sed palã & apertè, iudeis p̃ messiã vẽturũ spẽ salutis spõdebat. Xp̃ianis p̃ ipsum q̃ iam venerat salutẽ cõferebat. Ex his cõi omniũ theologorũ consensu receptũ pronũciatũ & axioma illud scilicet q̃ in eodẽ genere peccati grauius peccãt Xp̃icolæ quam Iudei & Gentiles; sic quę graviora dabunt supplicia.

Ioan. 15.

Luce 12.

Michee. 2.

Ieremiæ. 3.

Pronuncia theologorũ

Operantis malum.

EMphasim habet hoc participium operãtis, Non .n. dicit Paul⁹ inani mã ei⁹ qui operat⁹ est malũ sed operãtis malũ. Hæc participia solent præferre & importare in suo significatu quandã perseuerãtiã. Sicq; apud Iob scriptũ est. Scio quia nõ parcis delinquenti. Non .n. sensus est quod Deus nõ parcat ijs qui peccãt & delinquũt. Frustra .n. dixisset ipse Iob. Parce mihi domine. Si tu scis quod Deus non parcit delinquenti. Frustra igitur dicis parce mihi Domine. Vide acutè Lector quod delinquẽs est participiũ

significat

significat quę illum qui in delicto manet & perseuerat. Et hinc est Deus non parcit illi eò quod perseuerans est in delicto Et istud voluit insinuare Iob quando dixit. Scio quia non parcis delinquenti. Sic Apostolus hic dicit pararam esse tribulationem & angustiam in omnem animam operantis malum hoc est perseuerantis in operatione mali. Nam illis qui operati sunt malum & non perseuerarũt in malo, sed resipiscentiam habuerunt pœnitentiam quę egerunt illis quidem nõ minatur Apostolus istas pœnas sed tantum minatur pœnascõtra illos malos qui operantur malum perseueranter. Sicut namque eum qui saluari deberin finem vsq; oportet perseuerare in bono. Ita ille qui damnãdus est eum perseuerare oportet in malo.

Iudæi primũ & græci.

PEr hæc verba Apostol' præsumptionem Iudeorum qua sibi ipsis blandiebãtur mirificè frangit. Nominansillos primo loco& gentes secundo in recipiendis suorum peccatorum pœnis. Quod iam diximus non esse intelligendum de temporis prioritate si absolutè loquamur.

Nam antequam Iudęi essent in mũdo vltus est Deus peccatum & opus malũ. Istud enim facere incepit Deus ab exordio mundi. Multos namque ad inferos remisit antequam Abrahã in mundo esset. A quo Abrahamo sicuti à patre originem traxerũt Iudei Non igitur primum detrusi sunt in inferuum Iudei, sed alij non pauciante illos. Si igitur temporis ratio habeatur inter punitionem iudeorũ & aliorum hominum non fuerunt ipsi primi puniti. Veruntamen si collatio Iudeorum fiat cum alijs hominibus & vocationis ratio spectetur: certum est ipsos Iudæos vocatione primos fuisse, vt diuinæ litterę nobis patenter ostendunt. Vnde quemadmodum in præmio ipsi primi esse debebant (nisi se indignos ipsimet reddidissent)ita etiam & in pœna & vltrice Dei ira iure & merito primi esse debẽt. Vnde sicùt supra Paulus quãdo loquutus est de gratia & salute Euãgelica Iudeos fecit primos, dicens Euangelium esse salutem omni credenti, Iudeo primum & Græco. Sic hic loquens de pena & vltione quæ debetur tam Iudeo quam Gentili ipsos Iudeos primos quoq; facit. Sicut enim illic pro Iudeis loquutus est. Sic & hic quod pro eis faciebat hoc est contra eos: noluit tacere & dissimulare: idcirco si primum dicat ordinem temporis respectu vocationis rectè dici potest quod Iudei sicut in vocatione fuerunt priores & prælati ita & in receptione pœnæ & vltione. Quos secutæ sunt gentes, tam in vocatione quã in vltione. Verũ si Apostolus comparet Iudeos absolutè cum oĩbus hominibus alijs particula ista primùm non dicit tempus sed perinde valet ac si dixisset pręcipuũ Neq; curauit istud asserere Apost. etiam si illos Iudeos haberet inuisos. Hæc .n. veritas nõ erat in uoluẽda filẽtio etiã si illis erat iniucunda & parũ grata. Erat .n. veritas tum vitę, tum doctrinæ, quæ etiã obscãdalũ futurũ nõ venit prętermittẽda. Vnde Apost. salua veritate quãdo potuit cõciliarè Iudeos iam fecit, quãdo verò nequiuit absq; veritatis detrimẽto & iactura pluris fecit veritatis candorem quã amicitiã: magis quippe amica est veritas. Et ideo Iudeis confratribus suis noluit adulari & blandiri sed veritatẽ effutire. Vnde colligim' liquido q̃ Paulus in vocatione facit priores Iudeos & in vltione soluẽda non cõstituit illos secũdos sed etiã primos Neq; ex hoc tibi dam' lector syncere occasionẽ quò existimes nos facere Deũ personarũ acceptorẽ. Nam ex hoc quod diximus Apostolum in iudicio siue ad præmia siue ad iudicia

facere Iudeos primos: nullam ponimus apud Deum personarum acceptionem: quoniam vt statim dicturi sumus nulla est neque esse potest personarum acceptio apud Deū. Nam quod pertinet ad prelationē iudeorū hoc donum Dei est. In donis autē maximē gratuitis nullum habet locum acceptio personarū. Quod vero præferantur etiam in penis istud quoque non fit absque legittima & iusta causa: quia ingratiores inuenti sunt donorum quam ipsæ gentes. Et idcirco in penis illi præferri debebant. Postremò discutiendū nobis est quas personas intelligat Apostolus nomine Iudæi & Græci. Num eos diuidat contra alias nationes, vel intelligat per Græcos & Gentiles totum genus humanum quidquid alij interpres dicant. Nobis tamē illa magis placet sententia quæ asserit per hos duos populos totum hominū genus intellexisse Apostolum. Nam aliter non complete & exactè explicasset Apostolus & verificasset particulā illam *In omnem animam*. Hoc est in omnem hominē. Et ideo oportet nos hic intelligere p Iudæos & Græcos oēs homines cuiuscunque essent conditionis absque vlla exceptione. Benè (vt nihil desideresin hoc textu studiose Lector) illud quod nonnulli etiam adnotarūt hic animaduertere volumus scilicet quod aliqui has duas particulas scilicet Tribulatio & angustia non iungūt cum hac clausula, quam modo exposuimus, sed contegunt & coniungūt cum illis duobus nominibus ira & indignatio. Nos autem maluim⁹ sequi communem texturam tametsi non inficias posse quidem adiungi cum hac clausula. Sic que esset respondentia ad eam quæ mox sequitur.

Quæ sic habet.

Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum Iudæo, primum & Græco

PRæterita clausula docuit Apostolus veritatem iudicij Dei in malis hominibus: præsens autem ostendit idipsum in bonis. Quare non oportebit nos in eo explicando grādem trahere moram. Multa enim quæ hic dicit Apostolus iam supra satis copiose à nobis fuere explicata. Iam enim diximus quid gloria, quid ve honor importarent & quid mysterij lateret in verbo operanti. Et denique quamobrem Apostolus prætulerit Iudæos ipsis Græcis. Vnde obseruamus quomodo Paulus eundem ordinem obseruauit in præmijs, quem ostendit in supplicijs. In vno tamen varius fuit quod in præmiandis bonis pauciora recensuit, quàm in puniendis malis. Nam dum recensuit malorum pænā & supplicium in quatuor ipsum consistere dixit videlicet in ira indignatione, tribulatione & angustia. At bonorum præmium in tribus tantummodo collocauit videlicet in gloria, honore & pace. Quod non est credendum factum esse ab Apostolo absque mysterio ac sacramento. Quod aperire cupimus. Vnde dicimus istud forsan à Paulo fore factum, quò nos doceret plura esse ostendenda mala ipsis reprobis vt arceantur à malo, quā bona bonis vt illos moueamus, pro vocemusque ad bonum. Quocunq; enim bono vitæ æternæ proposito & ostento ipsis bonis ad operādum bonum facili negocio prouocantur. At mali etiam multis & varijs propositis periculis & explicatis supplicijs vix extrahi, diuelli, separari que valent a sua pessima & praua vita. Nec mirum nā si semel oecaluerint in peccatis & indurati fuerint: nulla timent Dei supplicia, non mouent illos pænæ etiam si infinitæ eis proponantur. Et ideo licet Apostolus per hæc tria quæ promittit bonis omnia alia, quæ beati habent præmia intelligat. His tamen tribus

bus contentus fuit existimans bonis istā sufficere, malos autem alloquēs, quò magis illos terreret & ad plus timendum horrendum Dei iudicium incitaret quatuor penas ante illorum oculos proposuit, non quod tantum quatuor esse eas doceret, sed vt per has illos doceret multas alias tam pertinentes ad animas quam spectantes ad corpus. Pluribus enim calcaribus mali egent ad fugiendum & cauendū Dei iudiciū, quam boni ad persequendum, attingendum, consequendumque suum prēmium. Sunt namq; mali similes pueris malè educatis quibus non satis est ostēdere illis virgam, sed oportet & flagella monstrare & illis minari & adhuc vix timent. Boni autem assimilantur pueris benè educatis & efformatis in bonis moribꝰ, qui nec virga nec flagellis indigent, sed propositis tātum quibusdam prēmiolis quietè viuunt, litteras amant, parentibus obtemperant & ad comparandas sibi virtutes anhelant. Quare non abs re & citra rationē regius Propheta malis & peccatoribus optabat multa flagella dicens. Multa flagella peccatoribus, sperantē autem in Domino misericordia circūdabit. Cùm loquitur Propheta de peccatore hoc loco de obstinato sermonem facit, qui nec vno nec pluribus cōuertitur flagellis, (qualis erat Pharao qui per penitētiā renuebat cōuerti ad Dñm.) Boni hic etiam flagellātur à Deo. Ad Hebræos 12. dicit Apostolus flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Sed ad tempus breue & paucis flagellis in paucis vexati in hac vita in alia in multis benè dispositi. Aliam possumus assignare rationem, quare Apostolus ioquens de prēmio bonorum: trium rerum tantum mentionem fecerit. In hoc namq; designauit bonorum prēmium in alia vita: esse beatissimam Trinitatem, quæ tribus tātum clauditur personis. Supplicium autē malorum per numerum binarīū expressit. Vnus namque binarius respōdet penę animæ, alter vero penis corporis. Ira enim & indignatio referri possunt ad animam. Tribulatio vero & angustia ad corpꝰ. Vnde nota Lector acute quod pęnæ recensitæ sunt sub numero pari & prēmia sub numero impari. Numerus autem par si ad imparem referatur & comparetur imperfectus est: Binarius enim ea ratione qua ab vnitate recedit imperfectus est. Porrò inter numeros impares ternarius primus omnium numerorum est. Cùm igitur prēmium beatorum sit ipsa gloria Dei & gloria consistat in visione beatissimæ Trinitatis: cōgruentissimè Apostolꝰ tradens & assignans bonorum mercedem ternario vsus est numero. Vel aliter de hac re Philosophari possumus dicētes Apostolum numero ternario esse vsum. Propterea quod nostra beatitudo in patria in tribus illis rebus consistit scilicet visione, fruitione & retentione. In visione essentialiter & principaliter, in alijs duabus secundum consequentiam & completionem. His tribus respondent alia tria scilicet gloria honor, & pax: quæ reportabunt boni tanquam prēmium & mercedem bonorum operum suorum. Non tamen ex æquo sed pro quantitate gratiæ, & luminis gloriæ. Nam illa gloria suos habet gradus non tamen quo ad obiectum quod semper vnicum est. Sed secundum operationem. Quò enim intellectus beati plus gloriæ lumine repletus erit: tanto clarius videbit obiectum & dulcius iocūdiusque perfruetur illo. Denique potest alia dari huius rei ratio nec incongrua videlicet si dicatur tria tantum rectēsia esse bona vt respondentia esset inter illa & tres hominis potentias & facultates scilicet intellectum, voluntatem & memoriam: Nam anima secundū has tres potentias mediantibus tribus virtutibꝰ theologicis scilicet Fide, Spe & Charitate meruit sibi tale prēmium

Et

Psal. 31.

Ad Hebr. 12.

Et idcirco in præmio reddendo bonum operanti trium bonorum mentionem fecit Apostol⁹. Sed dicis nunquid etiam corp⁹ animæ adiutorium præstitit vt mereretur talem coronã gloriæ? Maximê. Sic quę hęc tria participabunt corpora, suũ honorem habebunt & suas dotes possidebũt, clara erunt plusquam sol. Corruptionis omnino expertia; Multa bona habebunt & cum plena pace omni fugato bello. Iam non opus erit illis cum vicijs pugnare. Iam confidenter dicent Psalm. 123. Laqueus contritus est & nos liberati sumus. Iam non dicet Apostolus. Iu- Ad Rom. 7. fœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius, Nec conquere- Ad Roma. 7. tur dicens, video aliam legem in mẽbris meis captiuãtem me &c. Omnia erũt paccata & secura. Nullũ erit aut Ad Gala. 5. internum aut externum bellum. Omnia erunt in pace. Iam caro non concupiscet aduersus spiritum. Neq; spiritus aduersus carnem. Quare corpora erunt participia horum bonorum. Et denique singulari gloria & honore honorabuntur, & omnium suorum laborum finis erit plena & completa Psalm. 147. pax. Iuxta illud, qui posuit fines tuos pacem.

Omni operãti bonum.

QVemadmodũ Apostolus dixit paratam esse pœnam & vindictam omni operanti malum: sic ex aduerso & è regione vni alicuiq; operanti bonum præmium describit & promittit. Hoc loco videtur Apostolus approbare illud proloquium, quod passim in multorum ore profertur scilicet. Sicut nullum est malum impunitum, ita nec vllum bonum irremuneratũ. Quod idẽ valet cum hoc quod Paulus dicit hic. Nempe operanti malum reddetur vindicta a Deo. Benè autem operanti dabitur & reddetur præmium. Cũm audis *Omni*. intellige sine distinctione. In vindicta enim & præmio nulla est distinctio. Quando vero legis *operanti*. Addetu operanti sine defectione. Nam qui incepit & postea deficit benè operari: non est dignus præmio & gloriæ corona. Vnde in Apocalypsi dicitur tene quod Apoca. 3. habes ne alius accipiat coronam tuã. Accipiet autem si tu defeceris. Vnde etiam nota quod Apostol⁹ non dixit. Gloria & honor non operanti malũ, sed dicit operanti bonum. Nam non satis est ad habendum prẽmium non operari malum hoc est cessare & declinare à malo sed oportet facere bonum. Ad fugiendam pœnam aliquando satis est declinare à malo. Sed qui declinat a malo pœnam licet vitet: tamen non semper coronam meretur. Quare benè Esayas in auribus pec catorum clamabat dicens. Quiescite Esaie. 1. agere peruerse. Ecce declinatio & cessatio a malo, & discite benè facere. Non dicit bona facere sed bene facere. Arbor enim quæ non facit fructũ Matth. 3. bonum, excidetur & in ignem mittetur. Non enim dicit arbor quæ non facit fructum sed quę non facit fructũ bonum. Vnde ad habẽdam gloriam, & honorem & pacem cõpletam, quæ exuperat omnem sensum, non satis est facere bona, sed opus est benè facere illa. Fieri enim potest vt quis peccator existẽs faciat opera bona. Sicut est honorare parentes, deferre maioribus, eleemosinas elargiri pauperib⁹, subuenire viduis, eripere que oppressos. Et alia huius farinę. Nam hęc opera non sunt condigna prẽmio vitæ æternæ. Sunt namque hęc opera mortua. Quæ & si in hac vita aliquantula mercede digna sint. In alia vero reputantur ac si non essent facta. Non enim ea agnoscit illic De⁹ quibus dicturus est. Amẽ dico vobis nescio vos. Matth. 25. Neque obstat quod eorum factores dicturi sunt Deo. Domine in nomine Matth. 7. tuo Prophetauimus, morbos curauimus, & miracula multa fecimus. Vnde liquido constat quod quando

Christus

Christus dixit Venite benedicti patris mei. Possidete regnum: quia sitiui & dedistis mihi bibere. Nudus eram, & cooperuistis me. Esurini & dedistis mihi manducare &c. Non de quibuscunque misericordiæ operibus loquitur sed de illis quæ facta fuerunt ab eis qui ea fecerunt existentes in gratia. Isti namq; tales digni sunt vt illorum opera præmio & mercede donentur. Vnde tu collige Lector acute sola illa dici absolutè bona quæ fiunt ab ijs qui sunt in gratia Dei. Alia vero bona cùm additione. Quare Apostol⁹ promittens gloriam hominibus absolutè protulit bonum nihil adijciendo. Et hoc bonum est quod solum ex iustitia meretur gloriam. Non tamen nos fugit aliquos esse interpretes q̃ istud referant ad bonum Euangelij. Sed in idem venit. Nam bonum in gratia factum. Et bonum Euangelicum idē pollere videntur. Et secundum istud debent alia bona regulari.

Iudeó primū & græcò.

PErsonas quibus reddenda est gloria hic explicat Apostolus. Et easdem nominat quas in recipienda vindicta & pœna recensuerat videlicet Iudeum & Græcum. Vnde mox colligę erudite Lector quomodo in his duabus rebus Gentilis non est impar Iudeo tametsi in alijs sit. In prerogatiuis enim prelatus est Iudeus. Sed in recipienda pœna & gloria per omnia pares sunt. Insurgis dicens. Quare ergo Apostol⁹ apposuit particulam primum ſi pares sunt Per omnia in præmio & pœna? De hac re iam in superioribus rationem habuimus. Et illis contenti esse potetamus. Iam enim illic dictum est particulā primum non designare ordinem temporis. Sed id ipsum valere quod in particula præcipuum. Quod in hoc loco ī manifesto est ita esse. Nam in cōsecutione vitæ æternæ Iudeus non fuit prior Gentili. Neque multum refert in consequenda vita æterna fuisse priorem vel posteriorem. Nō enim datur maior gloria alicui eò quòd primum eam attingat. Nam sic si esset: omnes Angeli beati gloria maiores essent omnibus alijs. Nam ipsi priores receperunt illā. Et inde etiam efficeretur ex hominibus multos maiorem habere gloriam quam habeat virgo beatissima eo, q̃ multò ante illam adepti fuerūt. Cùm igitur tēporis prioritas non adaugeat gloriā: non intēdebat Apostolus per particulam primùm istud insinuare. Dicis. Quare igitur dixit primum Iudeo? Respondemus eò factum esse vt ostenderet magis debitam esse Iudeo quam Gentili. Primò quidem propter legis obseruantiā simul cum fide. Secundò ob promissiones patribus eorum factas. Obseruantia enim vna cum fide meritum augebat sicut transgressio legis Iudeo maiorem pœnam & damnationē cumulauit. Vnde cùm supra loqueretur de pœna ei⁹ apposita fuit particula illa primum. Sic hic agens de præmio ponēda quoque erat. Neque propter hoc insolescere arrogans Iudeus neque aspernari debebat vllum gentilem. Ex his nobis documentum salubre satis relinquitur & magna auiditas datur boni operandi, maliquè fugiendi. Nam quicunque bonum operatur, pœnam interitumque sempiternum effugiet. Hinc non minus doctè quam prudenter. Sapiens rem diligenter expendens. Sic loquutus est dicens. Cognoui quod non sit melius nisi lætari & facere benè in vitā sua. Nam benè facienti benè erit ei in extremis. Eccle. 3.

Paritas & impartitas inter Iudæos & gētiles.

Non enim est acceptio personarum apud Deum.

MIrabitur fortassis aliquis quotsū Paulus hoc loco immisceat negotium de acceptione personarum, cùm hacten⁹ nec vnum fecerit de ea verbum

verbum, cùm est æqualitas & paritas non est acceptio: Coęquantur tunc personæ, si Apostolus tam in pœna quam in præmio coequauit Iudeos cum gentilibus: in aperto est inter eos non interuenisse acceptionẽ personarum: secus si inequales illos fecisset. Nõ igitur opus erat instituere sermonem de acceptione personarum. Ad hoc facile occurrimus dicentes apositissimè id factum esse: nam per hæc verba rationẽ & causam dat eius quod proximè dixerat scilicet Deum reddere vnicuique secundum opera sua, siue bona, siue mala. Et hoc posito omni personæ respectu. Per hoc enim suum dictum probauit Apostolus quasi diceret si Deus nõ redderet vnicuique secundum opera sua esset in eo acceptio personarũ: sed hoc non est in Deo. Igitur illud verũ est Particula namq. *Enim.* causam dicit & rationem eius quod antea dictum fuit. Non igitur Apostolus abs re miscuit de personarũ acceptione. Addetu quoque quod cùm esset locutus & multa dixisset de rectitudine & æquitate iudicij in quo non raro solet interuenire personarũ acceptio. Sępe enim sæpius humani iudices causam iudicãt potius respicientes ad personas quam ad merita causæ. Præferũt namque personas ipsi iustitiæ. Habetur enim potius respectus nobilitatis, amicitiæ, diuitiarum, siue affinitatis. Quod iniustum & non rectum constituit iudiciũ Sed interim rogas nos quid sibi velit acceptio personarum & quale vitium est. Primum quidem dicemus, & subinde alterum. Hoc tamen prius præmisso: quod de vocabulo nemo offendatur cùm audit nos eo vocabulo passim vtentes: Nã licet quidam (fortè plus iusto) se torqueant num sit ex officina Ciceronis, qui caput & fons est totius eloquẽtiæ nec ne. Nos hunc laborem alijs remittimus, qui noctes totos que dies consumunt in expiscandis vocabulis: nobis satis est scire, quod hoc vocabulũ a multis & de latinitate benè meritis est satis receptum & approbatum. Quare cùm non sit nostri muneris a rixa ista & contentione nostra sponte nos subducimus & tractent si volũt fabrilia fabri. Nos autem personarũ acceptionem tunc fieri (vt eleganter vterque Thomas adnotarunt) dicimꝰ quando meritorum nulla habetur ratio & consideratio tantum personarũ & earundem qualitatum & conditionum. Vnde quando in recompensatione pœnarum & distributione præmiorum ad personas oculus habetur & non ad merita vel demerita: tunc interuenit personarum acceptio, quę cùm aduersetur iustitiæ iniqua & mala est. Peccatum enim istud ex suo genere mortiferum est. Aequalitatem iustitiæ è medio tollens & auctorem eius multoties ad restitutionem constringens nisi in re modici momenti & valoris committeretur.

Tunc quemadmodum talis acceptio a peccato libera esset: sic & a satisfactione. Hoc crimẽ licet in alijs multis inueniri possit: tamen frequentius committitur in iudicijs. Solent namque iudices non recti in istud vitij impingere non raro. Vnde vnum damnant & alium seruant: id que moti solo personæ respectu. Qui respectus ex multis potest prouenire causis & motiuis interdum enim ex eo quod qui cõdemnandus venie bat erat amicus, qui vero liberandus inimicus. Tale iudicium exercuit & tulit Pilatꝰ: qui dimisso Barraba latrone insigni: Iesum innocentissimum condemnauit morti. Quod totum factum est ob id quod Iesus benedictꝰ: iudeis valde exosus erat. Quare spreta eius innocentia inuidiam & malitiam pre oculis habentes insontem damnarunt & facinorosum latronem liberarunt iniustissima & nephãdissima commissa fuit personæ acceptio. Magis enim dignum venia & condonatione (cum

vnus

Vnus pro illorum more liberandus esset) Barrabam, quam Iesum existimarunt. Quæ existimatio ex inueterato odio pullulabat contra Christum: quoniam contrarius erat illorum prauis moribus. Dicim⁹ igitur quod quãdo neglecto merito vel demerito personæ præcipua habetur ratio: tunc acceptio personarum innenitur: verbi gratia si dicamus rex alicui hoc solo titulo si magistratum largiretur eo q̃ eius famulus vel seruitor fuit. Vel si Episcopus alicui sacerdotium vel aliũ titulum conferat, cõ quod consanguineus ei esset: profecto ambo isti acceptores personarum dici & esse mererentur tantum ad personarum qualitates respexerunt & non personarũ merita. Quæ respicere debent qui volunt effugere personarum acceptionem: hoc tamen cum moderatione intelligendum venit scilicet quando tantum persona respicitur non etiam causa & merita. Vnde elegãter (vt solet) doctissimus Cayetanus hic ponderauit è regione oppositã esse meritoriam causam & personam sic quod iudex, qui in iudicando tantum intueretur personam nihil curans de causa notam acceptionis incurreret & a tali crimine non esset immunis. Debet namque syncerus & rectus iudex maximè ad merita causæ oculum habere & non respicere personam. Sic enim Leuitico cautum erat per Dominum dicentem non consideres personam pauperis, neque honores vultum potentis. Et hoc intellige tu in iudicio. In quo Deus personas ex meritis proprijs iudicabit, neq; in illius conspectu erit seruus aut liber, prelat⁹ aut subditus Iudeus vel Gentilis, nec diues nec pauper, nobilis aut ignobilis iuuenis aut senex, masculus aut fœmina, Rex aut vassallus, Pontifex aut abiectus pauperculus clericus, sed bonus vel malus. Quare non est quod quisquam supercilium extollat alterum contemnat vel quod sibi ipsi placeat. quod non sit sicut cæteri homines, si gloriari vult in Domino faciat, si super alios anteponi cupiat illud virtutibus & operibus illustrib⁹ sibi comparet. Heroicis facinoribus alios vincere curam habeat. Nam De⁹ opera & facta disquirit secũdum quæ vnum quemque iudicaturus est. Reddet inquit Apostolus vnicuique secũdum opera eorum. Vnde procul illum fecit Ab acceptione personarum vt sic apertissimè ostenderetur rectissimum esse Dei iudicium. Porrò ex hoc Pauli loco occasione nacta interpretum quidam latissimè ac fusissimè Deipsa personarum acceptione loquũtur & maiorem huic textui commẽtarium addũt quàm fortè locus ipse pro sui explanatione requirat, Paul⁹ siquidẽ hic non est obscurus nec eius oratio perplexa. Satis enim perspicuè & clarè docet Deum iudicem iustum & rectum quando fungitur iudicis officio non esse acceptorem personarũ. Quorsum igitur facit velle hic enodare & discutere num in prædestinando reprobando ve Deus sit acceptor personarum? Agit ne fortassis Deus in illo actu & actione negotium iudicis? Prædestinare est ne iudicare? & reprobare est ne punire? Erit ne Deus priuitor quã homo peccator? Si in hac functione Deus iudicis vicem non gerit & Paulus de iudicio Dei loquitur non ne hic Pauli locus quando trahitur ad negotium prædestinationis exterminatur & extra scopũ & proprios limites diffunditur? Si verba Aristotelis, Platonis & cuiusuis alterius egregij doctoris intelligenda ac interpretanda sunt (vt vulgo dicũt) iuxta materiam subiectam; nonne in tãto doctore Paulo idipsum facere opere precium iudicabimus? Dicis tu occasionem dedit Paulus istis interpretibus. Nos (bona pace illorum dixerimus) ita esse haud credimus sed qui hoc fecere ipsi excepere. Quò vel ingenium vel doctrinæ copiam ostentarent, vel

Leuitici, 19.

Paulo supra.

vt

vt scripturam suam magis adaugerēt. Quod inde magna coniectura ducimur: quia nedum de prædestinatione disseruerūt. Verum etiam de multis alijs in quibus tam apertè patet nō esse acceptionem personarum vt nullum appareat vel modicum vestigiū. Longum sane esset & tædiosum ad limam ponere omnia Dei opera & ea velle rimari & scrutari an libera sint ab hac nota exceptionis personarum Apostolus eam hic tantum inficiatur in eo opere quo ipse Deus iudicabit omnes homines tam viuos quā mortuos. Neque mirum: nam in hoc opere iustitiæ debitum seruat Deꝰ. Et proinde exceptio personarum explodi-tur. Vnde vniuersam hanc regulam tibi candido lectori exhibemus, qua tu hanc notam vituperatione dignā agnoscas, quæ sub istis paucis verbis traditur. Vbicunque iustitiæ debitum inuenerisibi exceptionem personarum cauebis. Cæterū in habitione donorum & eorum, quæ ex voluntate & liberalitate donantis emanant nullum timeas ibi acceptionis personarum vitium. Vnde fit vt Monarchis & Principibus fas sit anteponere quē maluerint & cū voluerint honores etiam grandes tribuere, imò & benè meritos de Repub. vltra condignum præmiare. Nulli enim alteri etiam benè merito iniuria fit dummodo huic quod suum est tribuatur. Dicere namque ei posset amice tolle quod tuum est & vade. De meo mihi licet facere ꝙ volo. Et hinc erigāt aures & intelligant iudices terræ iustitiam non esse suam. Ac proinde non posse de ea facere quod volunt, nec quod pro sua libidine eis videtur. Deum æmulentur qui licet dicat mea est vltio non eam tamen sumit ꝓ sua voluntate sed pro exigentia meritorum vel demeritorū vt sæpe à Paulo & a nobis dictum fuit. Alioqui acceptio personarum inexcusabilis esset. Dicamus ergo Pauli mentem in hoc esse positam vt stabiliat & firmet duo per hæc verba, alterum est vt doceat tam Iudæo, quam Gentili Deum reddere & rependere iuxta exigentiam Meritorum & non pro qualitate personarum. Siquidem si in Deo non est ponenda acceptio personarum & Iudæo non datur venia delictorum quia Iudæus est, nec Gentilis fraudatur & priuat boni operis præmio, quia Gentilis est, sed vtri que redditur pro meritis operū: perspicuum & manifestissimū remanet quod Paulus dixit scilicet iudiciū Dei reddere tam Iudæo quam Græco ꝙ suum est. Hæc autem assertio stabiliēda erat primo ab ipso Apostolo. Ex quo alterum sequitur scilicet iudiciū Dei esse æquum & iustum. Nam si in iudice non reperitur acceptio personarum in suo iudicio opera bona vel mala tantum ponderans & pensans: sine dubio talis iudex vnicuique retribuet quod suum est. Alioqui destrueret iustitiam: esset quippe hic acceptio personarum, quæ aduersatur tam iustitiæ distributiuæ, quam commutatiuæ. Illa quidē est quæ bonum commune personis bene meritis distribuere & impartiri debet. Quod si talis distributor distribuens bona communitatis: ea largiatur non benè meritis post habitis benè meritis acceptor talis est personarum. Bona namq; communitatis debita sunt ipsis benè meritis. Discernere vero qui sint benè meriti qui ve magis, & si magis meriti sint magis præponendi nec ne: Non est præsentis loci & temporis dijudicare. Ab scholasticis theologis sunt ista rimanda. Porrò locum etiam habet acceptio personarum in iustitia commutatiua, quæ docet reddere cuique secundum opera eius. Vnde si iudex non iudicat secundum veritatem & operis naturā sed iudicat causam respiciens ad personam est acceptor personarum: Et de hac iustitia venit hic Pauli locus intelligēdus, qua Deus vnicuique reddit secundū opera

Matth 20.

ra

ra eius, bonis tribuēs bona, mala autem malis. Hoc autem peculiare munus est iustitiæ cōmutatiuæ, quæ tam circa bonos, quàm malos versatur.

Quæ verò est distributiua præcipuè & primò respicit bonos & probos, qui sunt benè meriti de bonis communibus reipublicę. Quæ bona non sunt communicanda malis & prauis; imo si quid iuris habebant merito priuandi sunt. Et ex his in manifesto est nō satisaptè à quibusdam tractari hic nescio quas quæstiones de electione cur & Iacob fuerit electus eum esset natu minor, & cur Petrus præfectus fuerit Ecclesiæ pastor & caput & nō Ioannes qui erat à Christo magis dilectus, ipsomet confitēte & dicente: Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus. Et rursus cur Deus malis plura largitur bona, quam bonis, & multa alia huius generis. Hæc enim tam naturæ dona, quam gratuita, Quæ à liberali Dei manu dantur, extra acceptionem personarū sunt. Nam adista, qui ea recipiunt, nullum ius habebāt. Neque etiam si rem exactè pensem, iustitia distributiua est hic. Nā ista priùs versatur circa illa, quorū quis habet ius, sicut videre est in illis qui benè meriti sunt de republica. Hi enim sicut mox dicebamus, ius habent ad bona communitatis. Et ideo in his cadere potest acceptio personarū, non autem in illis beneficijs, quæ Deus nobis liberè & voluntariè confert. Quare parùm prudenter interrogant qui quærunt, quamobrem Deus vni dedit aliquot singulare donū, & non alteri: Quinimo Dei misericordię adscribendum est & acceptum ferre debemus quod statutum sit hoc ab eo scilicet quod vnicuiq; reddatur iuxta opera eius. Denique vt finiamus notabit eruditus lector inter hūc locum Pauli & illum Prophetę Isaiæ cap. 66. nullam esse dissonantiam. Nam licet illic dicatur Deum respicere ad pauperculum & contritum spiritu, ibi respicere non significat respectū personarum, qui non est vbi non reperitur iustitiæ debitū. Sed respicere perinde valet in illo loco quod fouere & æstimare. Vnde respicere aliquem, est illum habere charum & gratum. Et sic Genesis quarto dicitur: Deum respexisse ad Abel & ad munera eius, & ad non admunera Cain, qui non erat Deo gratus. Vel alio modo respexit Deus ad personam & ad opera eius. Acceptio autem personarū est quando solum est respectus ad personam: Et de ijs hactenus.

Ioā. 13 & 21.

Isaiæ. 66.

Cōciliario Iocorum.

Genes. 4.

Allusio ad componendos mores: Prior est.

Allusio 1.

AVdito Dei recto iudicio, cogitet Christianus qui illud effugere cupit quæ superuentura sunt malis in illo die & semper in memoria habeat pœnas illas quæ manēt illis qui in hac vita veritati contentionem fecerunt & aures Euangelicæ doctrine prebere noluerunt. Proponat sibi iram & indignationem, tribulationem & angustiam paratam in omnem animam operantē malum. Non confidat euadere posse neq; spem collocet suam in eo quod dum hic viueret multis fuerit donatus beneficijs. Nec sibi oferat diuitias bonitatis, patientiæ & lōganimitatis Dei, quæ iam non erunt tantum sibi representet magnam iudicis vindictā, in quam incidere horrendum valde est. Depingat sibi iudicem immisericordē, summè iustū, terribilem, implacabilem, inexorabilem, & absque acceptione omnem hominem iudicantem. Pensetque reputet quod etiam de minimo verbo redditurus est rationem, in qua nulla ei admittetur excusatio. Nullū dabitur respiscendi tempus, clausa erit ianua, absque vllo remanebit remedio tunc. Ne dicat illud quod callidissimus ille serpens in multorum cordibus

Matth. 25.

cordibus insusurrat dicens. An Deus damnaturus est tantam hominum multitudinem qui pro omnibus mori dignat⁹ est? Non inquã hæc cogitatio fallat eum sed pro certo & explorato habeat Deum tam in complendis præteritis veracem esse quam in adimplendis futuris. Vnde qui complecuit omnia quę promisit non decipiet nos in his quæ dixit de futuro iudicio. Cælum & terra transibunt nõ autem verba eius. qui redditurus est vnicuique secundum opera illorum. Remedium ergo hoc vnum & præcipuum habet Christian⁹ vt dum hic viuit ad pœnas quæ peccato debentur ipse aspiciat. Carnalib⁹ desiderijs cruciatus & dolores qui secuturi in illa die sunt contra ponat, voluptates his doloribus comptimat, effrenam concupiscẽtiam illis cruciatib⁹ compangat, timore illius dici carnem suam configet sic eum caro ad peccandum non inclinabit neque inuitabit. Et denique sit memor suorum nouissimorum & in æternum non peccabit.

Matthæ, 14.

Secunda Allusio.

Super illud, testimonium reddente illis conscientia ipsorum: & inter se inuicem cogitationum accusantium. &c.

Allusio 2.

IVdicij metum diuini à se Christianus si cupit excutere: diligẽtem nauct operam vt de virtute in virtutẽ semper gradiatur. Hac enim via ad gloriam & honorem bonis patatum itur. Hæc sunt bonorũ operum prę-mia & merces, quæ nec oculus vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Hæc est illa merces de qua Deus ad Abraham dixit. Ego merces tua magna nimis. De hac Paulus ad Hebreos sic inquit, nolite amittere cõfidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Animetur igitur Christianus tanta mercedis retributione ad opera bona peragenda. Non pigrescat, non terreat eum operis labor, si mollis & delicatus miles est excitet cum præmij magnitudo, calcar addat excellentia doni. Quod si nunc non videtur nisi perspeculum quãdo dabitur videbit facie ad faciem erigat mentem suam & cogitet quantum quale que sit illud bonum quod bonis paratum est. Si enim singula bona delectationem habent expendat quantum delectabile sit illud summum bonũ. Delectationes in dextera eius. Non qualesin bonis creatis experimur sed tanto diuersas quanto creatura à creatore differt. At pro tanto bono consequẽdo si opus est aliquid molestiæ pati patienter sufferre debet Christian⁹. Nam si Christum oportuit pati (vt ipsemet testis est) & sic intrare in glotiam suam Cum eo compati nos oportet si conregnare volumus. Ad grandia præmia non itur sine magnis laboribus. O Christiane non sit tibi grauis & molesta siue onerosa bona operis operatio. Bonorum enim operum gloriosus est fructus. Ipse enim met Deus tuorum operum præmium & merces erit. Quod nobis concedat Iesus Christus Mariæ filius.

Genesis, 15.

Ad Hebr. 10.

1. Corin. 2.

Psal. 15.

Lucæ 24.

Allusio tertia.

AD fiduciam habendam in die illo iudicij in quo Deus iustus iudex iudicabit occulta cordiũ per Iesum Christum cui pater dedit omne iudicium nihil tam efficax excogitari potest quã serena & bona conscientia: in qua post suffragium & iuuamẽ gratiæ Dei Christianus homo confidere potest. Sicut enim qui reus est criminis tremebundus accedit ad recti iudicis consistorũ etiam si de illo non sit accusatus: sic è diuerso gaudens & intrepidus accedit, qui verè nihil sibi conscius est.

3. Allusio.

Simile.

Dicit

1. Ioan. 3. Dicit namque dilectus ille discipulus: Si cor nostrũ non reprehenderit nos fiduciam habemus ad Deum. Sed vnde dilecte mi? Audi quod sequitur. Quoniam mandata, inquit, eius custodimus, & ea quæ sunt placita corã eo facimus. En confidentię radix quę securitatem magnam secum affert, si ignara & nescia sit peccati: Sed eam Christianus homo debet habere diligentissimè excussam & exploratam. Talis namque conscientia in die illa tremẽda neminem exeusabit. Vnde audacter & confidenter loquebatur, In lib. contra Secundinum. Diuus Augustinus dicens. De Augusti no senti quidquid vis & libet: sola mi in oculis Dei conscientia non accuset. Expende tanti viri fiduciam & quietem, si conscientia eius non posset illum accusare. Quomodo hanc habuisset, nisi sana conscientia suppeditasset? De huius testimonio ne dum diuinæ literæ doctissimique doctores verum etiam ipsi Ethnici miranda ac præclara dixerunt. Sed nobis satis est pro nostra assueta breuitate nunc dicere Christiani hominis mentis pacationem, tranquillitatem, animi fortitudinem, & gloriam, hæc & multa alia in conscientia bona esse posita. Quare quoad fieri poterit sedulã adhibeat diligentiam vt talem sibi comparet Christianus conscientiã: in qua si perseuerauerit, bene erit ei in illo die. Nec quempiam moueat quod apud Paulum alibi legimus dicentem: 1. Corin. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: sic enim debemus de bona conscientia gloriari vt non de hoc nos extollamus, vel modis omnibus, nos secutos existimemus. Nam qui stat, videre deber ne cadat: Et in fide stans, nolit altum sa- 1. Corin. 10. infra cap. 14. pere, sed timeat. Gloria enim sua sit conscientia sua coram Domino cum sobrietate & humilitate. Non enim per eam se iustificet: Ab ea enim vita hæc gloriatio nostræ conscientiæ non est omnino perfecta qualem speramus in patria. Hic autem quandiu homo, declinare potest & mentem mutare non illam certitudinem & firmitatem pollicemur illi sed quam viatores in hac lachrymarum valle assequi possunt. Istam procurare nos oportet cùm spe obtinendi aliam. Sit enim in hac vita, perfecta conscientia & à mala caueamus. Est quippe durissimus ac crudelissimus carnifex sæuissimè crucians impios.

Foelix qui cum Iob dicere potest: Non reprehendit me cor meum in omni vita mea. Foelix quoque admodum plebit illud Ecclesiastici 13. Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia: foelicior qui cum nostro Apostolo dicere potetit: in hoc & ipse studeo sine offendiculo, conscientiam habere ad Deũ & ad homines. semper. O quam fœlices sunt istius modi homines. Vnusquisque igitur nostrum in suam ipse conscientiam oculos ponat & malis diligenter expẽsis exactæ ante vitæ examen & rationem à seipso exposcat cogitetque animos suos elapsos in amaritudine animę suę ne dãnetur quando vniuersi mundi terrificũ iudiciũfiet. Iob 17. Eccles. 13. Act. 24.

Allusio 4ª.

Allusio ad excitandos principes, prępositos ac maximè Ecclesiæ gubernatores.

Discant ex hoc loco Pauli isti prænominati homines; quos Deus in terra suos reliquit Iudices & Rectores, discant in quam, eis commissas ones pascere, & à rapacibus lupis vigilanter seruare. Et vos Iudices recte iudicate Pauperibus, orphanis, viduis ac iniuste oppressis, prompiam operam nauare & iustitiam integram ministrare

nistrare debetis. Siquidem à vobis & à manibus vestris quoq; pastorū Pastor rigide, & dure requiret oues vestras & suas. Et vos etiam erudimini qui *Normam iudicū & præpositorum.* iudicatis terram, vestros aperite oculos, iustitiæ rectam tenete lancem, neminem ab ea causa lædi permittatis, quod cuiusq; est præbete, politiam humanam intranquilla pace tenete, perturbatores Reipublicæ compescite maleficos ne patiamini viuere, malos male perdite, & tandem vt omni ex parte vestro muneri rite facere possitis satis in vestrorum semper oculorum conspectu Dei iudicium conspicite & pro speculo habete. Nolite, quæso existimare (vt quidam mali faciunt) existimantes & miserrimè credentes de iudicibus nullū futurum esse iudicium O cæcam dementiam. Cur non? An fortè quia decrit Iudicibus potentibus alius potētior? An potentiores fugam capiēt aduenientē terribili illo iudicio? Non ne præsens erit ibidem potentissimus ille iudex, qui aufert spiritum Principum? Nullus erit fugiendi sane locus, nullus patebit ad fugiēdum campus. Quo fugietis à facie Dei infelices iudices? Recte iudicate & sincerè, vestra munera complete, sicque & in morte & in finali iudicio durissimum euadetis iudicium quod malis iudicibus certò paratum manet, complebi tur tūc temporis illud quod in sacro reseratum est Eloquio nimirum, iudi *Sapien. 6.* cium durissimum fiet his qui presunt. Quare quò à tanto malo se ipsos seruent & animas suas liberent oculos aperiant suos & in eorum conspectu quæ eis prædiximus continuò habeāt.

Sequitur in text.

Quicūque .n. sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

TAcitam diluit hic geminā obiectionem, quā ideo format, vt magis ac magis confirmet in Deo nō esse personarū respectum. Obiectio autē Obiectio. gentilis in hūc modū formari potest. Peccatū est dictum, vel factū, aut concupitum contra legē. Qui .n. peccant oēs contra legē faciūt. At græcis siue gentib⁹ nō est data lex, sed Iudæis. Nō ergo pari lance currūt Iudei & gentes. Et per consequēs habēdus est aliquis respect⁹ gentiliū, qui non sunt legum factores. Respōdēs autē Apost. huic Respon. rationi dicit. Quicunque .n. sine lege peccauerūt &c. Sine lege peribunt in diuino scilicet iudicio, quasi dicat nō excusantur propterea à Dei iudicio ex hoc quod sint sine lege & eis non fuerit data: quoniam ipsi peccatores erant, & vt tales peribūt & cōdemnabuntur. Sed tu dices, hoc videtur iniquum: quippe si peccatum est contra legē, & isti nō sunt transgressi legem. Non igitur æquū videt eos æquandos esse Iudæis transgressoribꝰ. Respondemus licet gentiles non essent violatores legis scriptæ, quæ tantū data est populo Iudæorum: tamen alterius legis nempe naturæ trāsgressores inueniebant. Quā legē multis & fædis modis sicut demōstrauit Apost. claplo capite, ipsi cōtaminauerunt. Et hoc satis fuit Paulo vt diceret illos perituros: lex .n. naturę ab omnib⁹ venit obseruāda vt pote nota & impressa, insculptaque in omniū mentib⁹. Et ideo inexcusabiles antea dixit Apostol⁹ gentes. Nam non egerūt gratias Deo nec eum glorificauerunt. Quod est adimplere legē naturę. Ac proinde hoc nomine etiā diuino iudicio subiecti sunt sicut & Iudæi, mitius tamē agetur cū ijs, quam cū Iudæis, eò quod isti in vtramq; legē peccauerint: illi autē naturali tantū fuerint abusi. Et ideo non dixit Apost. supra redder Deꝰ Iudæo & græco æqualiter sed vnicuiq; secūdū operaciꝰ. Vnde sicut in retributione bonorum

Alia obiectio

Respon.

bonorum gradus erunt; sic in retributione malorũ etiam, ira vt maiori culpę maiua respondeat supplicium. Dicimus igitur Apostolum hic loqui non de quacunque lege, sed descripta Mosayca olim data Iudęis per manum Moysi à Deo. Est igitur horum verborum clarus sensus. Quicunque peccauerũt sine lege .i. sine transgressione legis scriptæ, sine lege peribunt & condemnabuntur.

Quod autem Paulus non loquatur de omni lege, inde patet: quia sine
D. Ambro. omni lege non est peccatum Diuus enim Ambrosius inquit ipsum peccatum diffiniẽs. Peccatum inquit est præuaricatio legis diuinæ & cælestiũ inobedientia mandatorum. Non igitur condemnandas dicit Apostolus gentes propter legis scriptæ violationem, sed aliunde, vt pote quia mala sunt operati. A quib' si voluissent abstinere quidem, potuissent, edoctiab illa lege quam secum quisque
Psalm. 4. fert. Signarum quippe est lumen super nos. Nec opus est dicere: quis ostendit nobis bona? Satis enim habemus in cordibus nostris quis ostendet nobis bona. *Et quicunque in lege peccauerunt. &c.* Alteram aggreditur Apostolus obiectionem quæ est ex parte Iudæorum quæ talis est. Nos Iudæi peculariter scriptam legẽ recepimus veluti Dei familiares. Nõ ergo Deus debet nos puntre sicuti gentes, sed nostri respectus habendus est. Hæc est reclamatio Iudæorum, quæ iniusta est sicuti illa quæ erat Gentilium. Sicut enim gentes non excusantur à iudicio, tametsi illis non fuerit data lex scripta, sic nec Iudæos excusat eò quòd eam receperint; immo hocipso minus excusabiles sunt. Quare nihilominus puniendi erant & supplicijs afficiendi quam Gẽtiles. Nam isti vnam legem transgressi sunt tantum: Iudæi vnam & alteram naturalẽ nimirum & scriptam. Sicque minorem excusationem habent de peccato. Vide ergo Lector acute quomodo Iudæus eo met gladio se ferit quo maximè gloriabatur & se tueri volebat. Notitia enim legis plus iusto se tactabat & in de etiam dedignabatur Gentileni cõsortem sibi esse. Sed miseri homines Iudæi non considerabant quam caducæ & fragili rei fidebant, & sua gloriola versa est in maiorem iram & indignationem. Nam seruantes Moseos legem, effecti sunt ipsi deterioris conditionis, & grauioris supplicij magis rei. Istis quidem vsu ve- Simile.
nit quod solet accidere pueris ensem euaginatum portantibus, quorum tanta est lætitia & puerilis gloriola in agitatione gladij, vt statim illam summam lętitiam luctus occupet. In considerate quippe eo vtens, confestim se ferit. Vnde protinus sequitur fletus: sic enim lex Iudæis ranquã pueris data est. Lex enim inquit Paulus nobis pędagogus fuit, qui pueris dari solet. Qua propter ipsi vt tales legebene vti nescierũt. Vnde in eos Ad Gal. 3.
benè quadrat illud quod vulgo fertur prouerbium, reuo iugulas gladio. Proinde probè dixit Apostolus, qui legem acceperunt, per legem iudicabuntur. Dicet fortassis quispiam si res sic habet, melius multo nobis esset lege carere & eã ignorare: tunc enim aliquam rationem legitimæ excusationis haberemus: ignorantia namque excusatos nos facit. Nos Respon.
quidẽ planè nõ inficiabimur esse pleroſque quibus melius fuisset si lex nunquam extitisset: quoniam sic non tanta esset illorum culpa: tamen absolutè loquentes melius est mortalibus ipsis impositas esse leges, quam viuere absq; illis. Multę namque nobis contingunt vtilitates per leges ipsas, quarũ illud est primum & præcipuum institutum, homines scilicet facere bonos, Perquam

bonitatē liceat peruenire & adipisci eum finem, qui est nostra fœlicitas. Hæc autem fœlicitas dnplex est, altera quæ naturalis dicitur. Ipsa est quietus ac paccatus viuendi modus, qui tunc habetur quoties partes recto ordine diriguntur ad totum, altera autem fœlicitas super naturalis est, quæ hic nisi per inchoationem non habetur, sed seruatur habenda & possidenda in altero seculo. Hic vterque finis noster per legis obseruationem habetur. De naturali quidem certum est, de alio autem magis exploratum est, per illud quod scriptum est. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, quæ lex iubet seruare. Si igitur leges conditæ sunt ad pacificum reipublicæ statum, ad quietam quoque omnium vitam & beatam, ad attingendamque illam, quę nos manet fœlicitatem. Simpliciter ergo melius multò est homines viuere secundum leges quàm eas ignorare. Ad id autem quod dicebatur quod ignorantia nos facit excusatos: responsio sit, verum esse si sit ignorantia facti, sed non si sit iuris & legis. Et licet magis imputetur peccatum scienti, quam ignoranti. Eò quòd grauius est scientem quam ignorantem peccare. tamen non est bonum ex industria vel le ignorare. Sunt enim aliqui (& vtinam pauci) qui ideo ignorantes sunt quia volunt. Et non sinunt per alios qui doctiores sunt ignorantiæ tenebras ab eis remoueri sed eam fouent non secus quam Gallina oua sua. Talium ignorantia à culpa minimè est aliena: voluntaria quippe est. Vnde doctissimè docent theologi & inter eos princeps Diuus Thomas tunc ignorantiam culpam excusare, quando ipsa non causatur à culpa. Sed culpa causat eam. Exempli gratia, Si aliquis sagittarius prius omni adhibita diligentia & circumspectione putans feram persecutere, in hominem mittat sagittam: hæc ignorantia excusatum habet. Verum si ignorantia oriatur à culpa tantum abest à excusatione, vt magis culpabilem reddat. Verbi causa si quis vinum ad ebrietatem vsque potaret si post ebrius effectus, homicidium patrauerit, hæc ignorantia duplam meretur mulctam. Siquidem ipse procurauit per ebriationem talem ignorantiam. Et quia rei illicitæ operam dabat imputetur illi. Dicit ergo Paulus, quicunque in lege peccauerunt: peccare in lege est eam transgredi, per legem autem iudicabuntur hoc est propter talem transgressionem iudicabuntur. Lex enim Moysi licet non iustificaret factores: tamen condemnabat transgressores. Vnde vehementer mirandum est quomodo nonnulli ex hoc loco Pauli in tantum errorem fuerint prolapsi vt dicant Israëlitas tantum esse iudicandos non autem condemnandos. Gētes autem asserunt esse perituras. Et erroris istius occasio fuit verbum illud iudicabūtur. Sed iste error reprobatur & meritò à Beato Augustino & à catholicis Doctoribus. Siquidem licet in vniuersum iudicari & condemnari non recurrant: tamen iudicati tanquam transgressorem legis & condemnari, & perire idem pollent & valent. Nemo enim in *Dei* iudicio iudicatur tanquam transgressor qui nō pereat & condemnetur. Vnde Paulus non dixit absolutè iudicabuntur, sed addidit per legem iudicabuntur. Iudicari enim per legem est iudicari per transgressionem & demeritum legis. Et quia hoc isti non penetrarunt, in talem inciderunt errorem. Vnde notare poterit diligens Lector tam hic quam alibi (quod semper esset præ oculis habendum) videlicet vix esse locum in sacra pagina vllum quidē Ex cuius diligenti excussione non possit elici aliquid mysterij. Et è diuerso ex leui & parum attēta cōsideratione: non

Matt. 19.

Aliqui suam ignorantiam fouent veluti Gallinæ oua sua.

Simile.

D. Aug.

Non incurratur aliquis error. Quod ita esse vel mille exemplis si immorari vellem, demonstrare possemus. Arqui prolixitatem fugientes id tanquam notum relinquimus & ad nostrum institutum reuertentes, Iudæos dicimus, qui legis transgressores fuerunt, iudicandos & condemnandos esse. Aliter mirius ageretur cũ Iudæis, quam cum Græcis. Quod si dones, iam Paulus nõ sibi ipsi videretur constare, qui vtrobique tam in præmijs, quàm in supplicijs semper primum locum dedit Iudæis: Iudæo inquit primùm & Græco. Et ipsa quoque ratio militat pro hoc, si quidem si Iudæi nõ condemnantur pro legis trãsgressione, Sed tantum vt isti dicunt iudicantur in præsenti, nonne tunc manifesta esset acceptio personarum apud Deũ? Ita certè. Quomodo Paulus probat Deum non respicere personam Iudæi vel Græci, nisi per hoc quod iudicium Dei erit secundum merita operum absque respectu personarum? Vsque adeo vt Gentiles alieni à lege Mosayca peccantes non puniãtur ob transgressionem talis legis. Iudæi autem quia erant subditi legi Moysi, illos dixit Paulus puniendos propter transgressionem talis legis. Nisi enim sic dicamus, totus ordo litteræ rueret, & suum institutum non haberet Apostolus. Non igitur recipienda venit illa differentia inter iudicari & perire. Quæ voluntaria potius adinuenta est, quàm pro ratione aliqua. At fortè dices, quamobrem Apostolus vsus est loquẽs de Gentibus, vno verbo, & alio cùm loqueretur de Iudæis? Huic interrogationi respondet. Beatus Thomas dicens ideo esse factum istud, vt Paulus differentiam poneret inter illos impios, qui vixerunt sine fide & lege Dei, & alios, qui licet acceperint legem Dei, eam tamẽ non seruauerunt, sed impietati & malitiæ operam dederunt. Sed quæris, quænam est differentia inter istos? Respondemus talem esse. Quod illi primi peribunt sine iudicio. Non enim est opus iudicio contra illos. Siquidem qui non credit, iam iudicatus est. Aliorum autem opera iudicio examinabuntur. Et ideo isti qui fideles fuerunt, ita peribunt quod etiam iudicabuntur. Hæc D. Thomas. Non ex se sed ex B. Gregorij officina mutauit, quod tanto est receptione dignius, quanto etiam duorum egregiorum Doctorum calculo est comprobatum. Et si post istos aliquid nobis dicere licet, non incongruam esse causam dicemus, ob quam Paulus verbum illud perire mutauit in verbum iudicari. Ne male sentire scilicet videretur de lege. Si enim dixisset per legem peribunt, visus fuisset innuere legem fore malam & causam ob quam illi perirent. Lex quidem bona est & iusta, mandatum sanctum & bonum. Et idcirco quia lex nullius est causa vt pereat, volens Apostolus hanc suspicionem fugere, declinauit in verbum iudicabuntur. Iudicari autem quemquam per legem non malè sonat. Sic enim Pilatus Iudæis dixit, secundum legem vestram iudicate eum. Rogabit nos fortassis acutus Pauli auditor vt dicamus quam seriem habeat & ordinem hæc clausula cum superiori. Probauerat namque Apostolus in Deo non esse acceptionem personarum respectu Iudæorũ & Gentium, At per hæc verba non videtur Apostol⁹ ritè probare talem acceptionem non esse apud Deum. Respondemus optimè probare Paulum suum institutum. Per hanc autem clausulam probat Iudæo manere iudicium sicut & Gentili, imò potissimè Iudæo. Quasi dicat, Deus iudicabit Iudæum & Gentilem, sed potissimè Iudæum, ergo non est acceptio personarum quantum attinet ad iudicium. Antecedens probatum fuit

Ioan. 18.

Postulatio.

Resp. d. Tho.

Respon.

ab Apóstolo, quãdo dixit reddet vni cuique &c. Nunc autem vult probare quod potissimè Iudæum, eo quod Iudæus præuaricatus sit vnam & alteram legem: ideo iudicium potissimè manet Iudæo. Quasi dicat Paulus, si in Deo esset acceptio personarum, maximè ex parte Iudæi qui multis priuilegijs superabat Gentilem. Sed hoc non: nam qui in lege peccauerunt: per legem iudicabuntur. Iudæus peccauit in legem. Igitur iudicabitur per eam. Non igitur ex parte Iudæi est acceptio personarum. Vnde hic textus adductus est ab Apostolo vt probaret particulam illam Iudæo primùm, hoc est potissimùm paratum esse iudicium Iudæo, Iudicium scilicet damnationis si mala operatus fuerit. Et ratio quidem in manifesto est: quoniam si Gentilis & Iudæus perpetrent idem peccatum, Gentili non imputatur transgressio legis Moysi, quæ imputatur Iudæo: tanquam transgressori illius legis. Igitur potissimè Iudæo manet iudicium Dei. Ex hac Pauli doctrina recto consequio colligitur illos qui sunt in perfectiori statu grauius peccare; tanto enim grauius quis peccat quanto plures leges præuaricatur. Et hinc etiam est quod Christianus semper in simili peccato grauius peccet. Et per hanc quoque causam qui Religiosus est, eo qui talis non est. Pluribus namque legibus innodatus est: non tamẽ sic grauius vt quod in seculari crimẽ veniale esset, in Religioso sit lethale. Dicamus igitur si Deus punit Iudæum sicut violatorem vtriusque legis, naturalis scilicet & scriptæ: & Gentilem tamquam transgressorem solum modo legis naturæ; manifestè patet Deũ non esse respectu Iudæi acceptorem personarum: non enim, ex eò quod Iudæus est, minùs punit, imò magis (Exigẽte istud peccato eius) propter maiorem grauitatem peccati. Vnde si Gentilis est puniendus propter homicidium & Iudæus quoque: grauiùs punietur Iudæus quàm Gentilis. Dicis modò, erit ne par ratio in redditione & præmiatione bonorum operum? Maximè. Nam ex contraria ratione istud rectè colligitur. Vnde Gentilis qui operatus fuerit bonum opus non ex obseruantia legis scriptæ in iudicio Dei præmiabitur, sed tantummodo pro bono opere. Non tamen præmium habebit pro obseruantia legis. Iudæus verò qui obseruãs legem bonum opus operatus fuerit, iudicium Dei reddet illi præmium iuxta meritum operis facti in obseruantia legis. Et sic patet quomodo circa Dei iudicium dixerit Apostolus. Iudæos & Gẽtes esse pares. Quam paritatem & æqualitatẽ Iudæi patienter audire nõ poterant eò quòd ipsi multis prærogatiuis superarent gentes ipsas verum fallebantur ex arrogantia. Nam in ordine ad iudicium Dei illæ prærogatiuæ non præferebant illos. Vnde perinde erat ac si eas non habuissent. Restat nunc autem dicendũ de Christianis qui sunt professores Euangelij, & de barbaris in quibus abolita erat naturæ lex, quomodo sint iudicandi. De primis quidem nullum est dubium nisi quod perituri sunt ob legis transgressionem, vt palam nos docet Euangelium. De reliquis autem nempe barbaris, in quibus est oblitterata naturæ lex, hos dicimus sine lege perituros quemadmodum etiam asseremus de ijs qui non receperunt Euangelicã legem,

Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum sed factores legis iustificabuntur.

PRæoccupat hic Apost. q Iudæus dicere poterat vt euaderet. Dicet Iudæus

Iudæus, quo pacto æquum est vt ego per legem iudicer qui legem accepi, & eam ligaram in meis brachijs mecum fero? quinimo hæc est Iudæorum gloria, legem audire, & pro ea zelare. Præueniens hoc Apostolus dicit: *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum*. Quasi dicat, non satis est audientia legis, sed & factis opus est: & ideo vana est vestra præsumptio & arrogantia quæ vos de lege tenet. Si enim quemadmodum estis auditores, essetis quoque factores, bene esset, à iudicio excusareminini: nunc autem non est cur gloriemini, nec vos efferatis super Gentes, ob datam vobis à Deo legem. Vos ipsos agnoscite, & nisi iudicari cupitis, vosmetipsos iudicate.

Vide Lector acute, quomodo Apostolus volens ostendere Gentes esse pares & æquales ipsis Iudæis, per locum à sufficienti partitione istud facere conatur. Discurrit namque per encomia & priuilegia Iudæorum, & illa deprimit, vt simul deprimat arrogantiam illorum quæ ex illis pullulabat. Oportet namq. radices euellere prius Erat autem vna ex radicib⁹ elationis illorum ipsa audientia legis. Propter enim istam putabat Iudæorum natio, se præcellere Gentes, quibus legis auditus non fuerat concessus sed denegatus. Hunc autē auditum legis ostendit nunc Apostolus inutilem fuisse Iudæis, & proinde de eo gloriari nō debere. Sed intelligamus quid est auditus legis? Audire legem non est aliud quam recipere legem. Audiētia legis & receptio legis idem valent. Vnde cùm Paulus dicit, auditores legis non sunt iusti apud Deum, dicere voluit, receptores legis non esse iustos apud Deum. Sed insurgis statim dicens. Audire, vel recipere legem diuinam opus studiosum & bonū est, ad quod admonent & incitant Prophetæ Dauid namq; ait; Audiam quid loquatur in me Dñs De⁹; & Christus; Beati qui audiūt verbū Dei; & in Apocalip. Beat⁹ qui audit verba prophetiæ huius; & in lege veteri in mandatis habebāt Sacerdotes & Leuitæ, vt legem Dñi audiente populo legerent: quomodo igitur Apost. hic pro nihilo ducit & floccifacit hanc audientiam legis, existimans nullius esse meriti apud Deum? an Paul⁹ Christo aduersatur? nunquid Prophetæ cōtrarius est? Nequaquam, sed considerandum est, quòd quādo Christus dixit, Beati qui audiunt verbum Dei, non pausauit ibi, sed mox addidit, & custodiunt illud. Vnde docuit non satis esse audire, sed obseruare & custodire. Custodire est, opere adimplere. Neq; Prophetæ quando de auditu loquuntur, intendūt excludere legis cōplemētū: Iudæi autē de solo auditu se iactabant & gloriabantur, & ideo dixit Paulus auditores (intelligetu, tantū) nō esse iustos apud Deū. Eandē sententiā habet B. Iacob⁹ dicens; Estote factores verbi, nō auditores tantū. Et Apost. Paul⁹ mox adiungit: sed factores. Si igitur audire legem tantūmodo nulli⁹ est meriti apud iudicium diuinum, Iudæus in hoc nō superat Gentilē: quia auditio legis non iustificat.

Cæterum non tantum propter Iudæos hæc fore scripta putandum est verba, sed etiam ad nostram doctrinam, Qui etiā hic admonemur quanti debeamus facere bona opera. Neque tantummodo contenti esse debent Christiani (qui nomine & re tales esse volūt quòd passim Christum audiant in Euangelio, sed obedire oportet vt Euangelium sit virtus in salutem omni credenti.

Audire quippe Christi legem & nō facere eam, non est satis. Beati, inquit Christus, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Nam vt idem apud Matthæum est locupletissimus doctor, qui audit verba mea, & ea nō

Quid sit auditus legis.

Psalm. 84.

Luce. 11.

Apocalip. 1.

Deutero. 31.

Responsio.

Luce. 11.

Concordia Pauli & Iacobi. Iacobi. 1.

Apud Deum factum pensatur nō auditio sola.

Luce. 11.

Matth. 7.

facit, similis est viro stulto. Sed proh dolor, quot, & quantos habet hoc præsens & infelix sæculum, stultos? qui spernentes opera, & de legis obseruantia parum curantes, felicitatem fallaciter sibi promittunt ex hoc quod legem Christianam audiũt, concionibus perpetuò adsunt, sacrum quotidie audiunt, precos non modicas emittunt, sed legem nõ faciũt. Sed reuera huiusmodi homines nihil faciunt. Quod si mihi non credunt, audiant Paulum dicẽtem. *Nõ enim auditores legis iusti sunt apud Deum sed factores legis iustificabuntur.* Et dicit ne Christiani si illa Moysi lex (quæ nostra est inferior, & perfectione minor) ad salutẽ (testimonio tanti Apostoli) seruanda erat, non ne multo magis gratiæ lex, quæ Dei speciali beneficio & dono nobis donata est opere complẽda venit? Ita sanè. Nemo se seducat, neq; auditu legis sit contentus si vult iustus apud Deum in die iudicij haberi. Et non vacat mysterio quod dicit *apud Deũ*, si quidem sunt aliqui magnam sanctimoniæ speciẽ præsefetentes, quos vulgus, quia videt semper de lege Dei loqui, & eam libentissimè audire, putat tales iustos esse: qui nisi aliud habeant, licet mundus tales reputet, tamen apud Deum non sunt iusti, quia auditores tantum sunt, & non factores. Non enim omnis qui dicit mihi, Domine, domine, ait ipsemet Dominꝰ, intrabit in regnum cælorum: sed qui fecerit volũtatem patris mei, qui in cælis est. Fallitur passim mundus, sicut etiã ipse fallit. *Sed factores legis iustificabuntur.* Postquam Apost. in priore clausula huius orationis magnam præsumptionem Iudæorum quam conceperant de sua lege, fregit dicens, receptores legis non esse iustos apud Deum nam solam legem audire & recipere, neminem iustificat, sed iustificãtur factores legis: nunc per secundã partem huius sententiæ, hæreticos reprobat, illos quidem, qui spernũt bona opera, & solam fidem aiunt sufficere ad salutem. Miramur profectò qua fronte audientes hæc Pauli verba, audent legem & opera reijcere, ac contemnere. Quid ad Paulum respondere valent? Profectò qui hæc negant, ipsam iustificationem de medio tollũt. Respondent ipsi, se non exibilare iustificationem de qua Paulus intelligit. Quando rogas: & de qua intelligit? Dicunt, de apparenti. Sed rogas, quæ est ista apparens iustificatio? Respondent, quę non est vera, sed in conspectu hominum apparet vera. O responsio risu dignissima! Hæc responsio Pauli mentem destruit. Corruptio potius huius textus, quam explanatio dicenda est, si non est vera sed apparens: Dicite est apparens in oculis Dei vel hominum? nõ primum: nam vt Paulus dicit, hæc iustitia apud Deum est; si apud homines, frustra igitur apposuit Apostolus hanc particulam, apud Deum Dicere debebat, apud homines. Quod si dicas in prima parte tantum dixisse Apostolum & apposuisse particulam apud Deum, & non in secunda, istud friuolum est: quoniam vt optimè grammatici (etiam nouicij) sciunt, quando in aliqua clausula ponitur particula aduersatiua, quæ præcedenti aduersatur & opponitur, opus est vt comprehendat totũ illud quod in alia dictum fuerat. alioquin nõ suo bene fungeretur officio. Vt verbi gratia, si quis diceret, Opera Cain non fuerunt grata apud Deum, sed opera Abelis: certum est quòd etiam si non dicatur in secunda & repetatur apud Deum, quod ex vi illius dictionis sed semper debet subintelligi particula apud Deum. Sic cum Paulus in prima parte dixisset auditores legis non esse iustos apud Deum, plusquam per se, notum est, quòd quãdo adiungit, sed factores iustificabuntur, quod intelligit etiam apud Deum. Vnde si in prima

ma clausula intelligit de iustificatione apud Deum, & in secunda de iustificatione apud homines, in æquiuocationem incidisset Apostolus: & tunc particula, sed, non esset aduersatiua. Nam si de alia iustificatione intelligere oporter quod dicitur in secundo loco, iam non aduersatur priori dicto contra quod posita est dictio aduersatiua. Hæc licet sint ex Grammaticorū officina, tamen necessario sic explicanda veniebant, vt huius loci sensus genuinus & germanus haberetur: & ille Lutheranorum extortus foras mitteretur.

Accedit huc, quòd omnis qui apud Deum iustificatur, verè & non apparēter dicit esse iustificatus: non est enim apparēs iustitia in conspectu Dei, qui semper iudicat secūdum veritatem & non secundum apparentiam. Vera iustitia est cui Deus semper reddit suum debitum premium nempe vitam æternam. Vnde quando Apost. dixit factores legis iustificabuntur, allusit ad illud quòd Christus docuit quendam scribam qui rogauit eum dicēs, Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo? cui Christus, in lege quid scriptum est quomodo legis? Cui respondens Scriba dixit: Diliges dominum Deum tuum, & proximum tuū tanquam teipsum. Tunc Christus dixit ei, hoc fac, & vives. Nota verbum, fac, & verbum vives: vbi palam vides facienti legem vitam esse promissam æternam. Neque hic auscultandi sunt illi operūm hostes, qui dicunt impossibile nobis esse seruare & opere adimplere legē & eius præcepta: alioquin illusi & decepti essent homines ab ipso Christo, qui dixit, imò iussit, facere ea quę scripta sunt in lege. Si ipsi de præceptore nostro Christo istud vel cogitare audent (quod ingēs blasphemia est) cogitent, nos quod certissimum & verissimum credimus, ore, & opere confiteri volumus, dicentes legis factores iustificandos verè apud Deum, & ad æternam vitam capescēdam. Quam iustificationē veram expressit hic Apostolus per hæc verba, scilicet, *Factores legis, iustificabuntur*. Neque aliqua homonymia erit in verbo factores legis: quilicet aliquando dicantur illi qui condunt leges, hoc tamen in loco ex adiunctis liquido constat, nō de ijs, qui faciunt in repub. leges, esse intelligendum, sed de illis qui iam cōditas leges obseruāt & opere complēt. Isti dicuntur legis factores: nam alij conditores legis dicunt. Quare poti⁹ dicuntur legum fundatores, quam factores. Illos non dicit Apost. iustificādos, sed istos.

Matth. 19.

Sed rogabit aliquis nos vt dicamus de qua iustificatione loquitur hic Apostolus an de illa quæ fit in præsenti vita, aut de illa quam boni sperant in alia. Quod enim de ista intelligat Apostolus ex eo videtur, quoniam verbo futuri temporis vsus est, non præsentis. Non enim dixit, factores legis iustificantur, sed iustificabuntur. Hanc namque iustitiam Apostolus factoribus legis promittere videtur in alio seculo dandam, non in isto. Quod si admittamus (vt quidā admittere non recusant) hinc fit, vt hæc iustitia danda sit iam iustificatis. Nam vita æterna non conceditur nisi illis, qui fuerunt iam per fidem & gratiam iustificati. Vnde quando veniunt ad possidendam vitam æternam, augmentum iustitiæ accipiunt, & completur in illis quod scriptura dicit, Iustus, iustificetur adhuc: hoc est, ex iusto, fiat magis iustus. Sed nescimus an hæc explanatio sit tam intēta à Paulo quam est vera. Si verò dicamus Paulum loqui de illa iustificatione quæ fit hic, cùm hæc sit gemina, scilicet vna qua quis ex iusto fit iustus, quæ duobus modis vsu venit, altero quando datur prima gratia tam adulto quam paruulo, & hæ nō fit per opera legis. In paruulo quidem clarè liquet, quoniam ille nulla opera propria habet. In adulto etiam

Apocal. 22.

nam

perficit. Qui perseuerauerit vsq. in finem, inquit Christus, hic saluus erit. Vel alio modo de hac re philosophari possumus si dicamus dupliceem esse iustitiam, aliam legalem (quam alio nomine solemus appellare iustitiam operum) aliam infusam & supernaturalem (quam vocant iustitiam fidei) vnde stat quòd aliquis homo sit iustus secundum primam iustitiam, & non secũdam. Qui obseruant legem quoad opera moralia, isti, siue sint Iudei, siue Gentiles, iusti sunt, tam apud Deum, quam apud homines secundũ iustitiam operum: non autem iustitia fidei, nam qui sic iusti sunt, fieri potest vt peccato obnoxij sint. Nam hæc iustitia simul stare potest cum peccato non autem alia quæ est iustitia fidei, quæ secum affert gratiam. Porro inter has duas iustitias aliquid est conuenientiæ & discrepantiæ: conueniũt in hoc quod per vtramuis homines iusti dicuntur, & qui eas habent denominari possunt iusti. Secunda conuenientia sicut opera meritoria emanant à iustitia quæ est virtus supernaturalis & infusa (imperata tamen à charitate, quæ non est sine gratia) ita opera moralia bona in genere moris procedunt à iustitia legali, quæ est virtus ad alterum. Et in hac iustitia Ethnici homines possunt superare Christianos amò si historiæ fides datur, multi fideles superati sunt à Philosophis. Tertia conuenientia est quòd vtraq. versatur circa opus rectum. Sant tamen variæ differẽtiæ. Prima est, quòd quæ est iustitia operis, opus tantum iustificat, non autem reddit personã gratam Deo: iustitia autẽ fidei & personã gratam facit Deo, & opera quæ ab ea eliciuntur facit Deo grata & accepta, dignaq. vita æterna. Vnde qui tantum habent iustitiam operum & non fidei, gloriam tantum habent apud homines, non autem apud Deũ. Inferius cap. 4. dicet Apostolus. Si Abraham iustificatus est ex operibus legis, habet gloriam, sed non inquit, apud Deum: quia tantum vnam iustitiam haberet, nempe operum, qui vero ambas habet, hic habet gloriam & apud Deũ, & apud homines. Dicis, ad quid deseruit hæc iustitia operum? Respõdemus, est tamquam dispositio (etsi remota) ad perfectam aliam iustitiã nempe fidei. Dicimus remotam, quoniam etsi opera moralia præcedere possint, non tamen in esse meriti: quia cùm sint sine gratia (quæ est præcipua radix meriti, quam consequitur per iustitiam fidei, qua iustitia habita, per eam charitate informatã operamur opera meritoria vitæ æternæ, quid-quid obganniãt noui hæretici: quinec etiam audiendi sunt, quando stultissimè dicunt opera quacunque ratione facta, quæ ante iustificationem fiunt, verè esse peccata, vel mereri odium Dei, qui error damnatus est in concilio Triden. sess. 6. can. 7. ad nostram igitur rem reuerramur & dicamus quòd per hanc distinctionem de iustitia conciliari possunt illa duo loca 2. & 3. cap. Quando enim Apost. in 2. cap. dicit factores legis iustificabũtur loquitur de iustitia operum: quando vero in 3. ait iustificari hominem sine operibus legis, intelligit de iustitia fidei. Et sic Paulus sibi ipsi constans est. Si quidem non eodem modo vsurpauit nomen iustitiæ in vtroque loco sed diuersimode. Et ex his infertur ꝙ iustificari apud Deum per iustitiam operum, non est habere gloriam apud Deum: ad hoc autem quòd habeat quis gloriam apud Deum, oportet quod habeat vtramque iustitiam, & tunc habebit & apud Deum & apud homines. Neque obid obstat aliquid quò minus dicantur factores legis iustificari apud Deum: quoniam Apost. non loquitur d̃ iustificatione & meritis absolutè, sed de illa iustificatione quæ est ex meritis operum. Vnde quãdo Apost. dicit quod factores legis iustificabuntur apud Deum, supplendũ est quæ:

Matt. 10.

In concilio Triden. sess. 6. cano. 7.

est quatenus est ex tatione operum, & meritis operum, secundum quæ merita iudicabit Deus, non autem secundum auditionem.

Hæc dicta sint de iustificatione quasi per trans sennam & ex occasione: inferius autem latior & copiosior erit de ea disputatio. Vnum tantum monemus lectorem vt obseruet hunc locum Pauli, ex quo ex diametro confunditur noua & insana hæresis Lutherana, qua mordicus defenditur non esse necessaria bona opera ad nostram iustificationem, sed sufficere solam fidem: in qua roram suam collocant gloriam subterfugientes operum labores. Quare sicut Apostolus feriuit Iudæos (quibus similes sunt nostri nouatores Lutherani) ita per hæc met verba redargui possunt qui nunc apud nos sunt hæretici: quibus secundum veritatem dicimus quòd sicut legem tantum audire & recipere non iustificat quemquam, ita nec solum credere. Vtrobique enim necessariũ est facere: quia factores iusti sunt apud Deum, quod eleganti exemplo probat Apostolus dicens.

Sequitur in tex.

Cum enim gentes quæ

legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientiai ipsorum, & inter se inuicem cogitationũ accusantium, aut etiam defendentium, in die cum iudicabit Deꝰ occulta hominum, secundũ Euangeliũ meum per Iesum Christum &c.

PRobat hic Apostolꝰ quod assumpserat, scilicet, factores legis iustificari apud Deum: idque in Gentilibꝰ. Sed prima fronte mirabitur hoc in loco quis nostrum doctorem, & non absq. aliqua apparenti ratione: quorsum relictis Israelitis siue Iudæis, declinaueritad Gentes. Nam res cum Iudæis agebatur, & non cum Gentibus. Consonum autem videbatur rationi, vt probaret suum intentum in Iudæis & non in Gentibus: potissimè quidẽ quia in lege Moysi multi erant præclari viri qui ex operibus iustificati sunt, qui in testimonium huius rei adduci poterant, & non erat necessarium ad Gentes confugere. Potuisset certè Apostolus sic probare quemadmodũ & Iacobus fecit in sua Epistola probans argumẽtum quod assumpserat probandum, scilicet solam fidem nõ saluare hominem: quod sic probat, Vis scire, inquit, ó homo, quod fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster nonne ex operibus est iustificatus, offerens Isaac super altare? Similiter, inquit, & Raab meretrix (quæ licet genere esset Gentilis, tamẽ cum populo Iudæorum adnumerata est, vt habetur Iosue 6.) nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuncios, & alia via eijciens? Et si ab Abraham noluisset exemplum petere, eo quod multo tẽporis spacio à lege Moysi distaret (Moyse enim & lege ei data, Abrahamus quingẽtis annis prior fuit) tamen non deerant multi patres veteris testamenti qui adduci poterãt in confirmationem suæ sententiæ: & sic non erat opus confugere ad Gẽtes. Verum deponet is qui hanc de Paulo admirationem concepit, & admirari cessabit, si ad memoriam reuocauerit id quod sæpe numero in exponendo Paulo necessum est habere præ oculis: scilicet, mirabilem quandam esse energiam, emphasim & artem in doctrina Paulina. Nec enim vnum iota, vel apex vnꝰ est, qui ex industria non sit positus. Nihil casu, vel fortuito ponitur, sed omnia ex alto pendẽt mysterio. Quod ita esse planè cognoscet

Iacobi cap. 2.

Iosue 6.

Responsio.

fecet, confitebitur prudens lector cũ explicatam viderit huius rei causam. Non igitur præteruit Apostolus tam multos ægregios viros testamenti vet. quod ei essent ignoti, sed iam data opera suum propositum voluit verificare in Gentibus, vt duorum nos redderet certiores mysteriorũ. Prius quidem est vt Gentiles extolleret, quos ante deprælerat. Insurrexerat enim antea in sapiẽtes, & Iudices, & quasi omnes visus est condemnare: nunc suo vtens officio, laudat eos & erigit, docetq, non omnes deprauatos fuisse, eoquòd aliqui eorum iustificati sunt apud Deum faciẽtes opera legis. Alterum vero mysterium illo sublimius & altius est, propter quod de industria Apostolus sic fecit, vt scilicet deprimeret legem Moysi, vel saltim Gentes æquaret Iudæis. Sed dices, in quo deprimit hic Paulus legẽ Moysi? Responsio in hoc quòd docet iustitias legis Moysi esse tantum iustitias operum, non etiam fidei, & gratiæ & spiritus. Nam si tales essent, non possent fieri à Gentibus, modo Mosayce bene possunt fieri à Gentibus quæ nõ habent legem scriptam nec circuncisionem. Et vide quomodo Apostol' incipit æquare Gẽtes ipsis Iudæis ĩ hoc.

Adde tu quod Pauli sermo cùm dixit, quicunque sine lege &c. & alius. Non enim auditores legis &c. conuenire poterant & verificari in vtrisque, tam in Iudæis, quam in Gẽtibus. Voluit tamen specialiter Aposto. eos esse veros magis in Gentib' propter dictas duas rationes. Raab enim genere Gentilis erat, & cùm talis esset per opera iustificata est.

Fugata & expulsa admiratione quę de Apostolo hoc loco haberi poterat reliquum est vt examinemus quę cõnexio & quæ series sit huius textus, & cum quo ex illis duobus præcedentibus sit consuendus. Nam hæc clausula aptè cum qualibet illarũ duarum præcedentium ordinem & seriem habere potest. Coniũgi potest cum illa scilicet Quicunque sine lege peccauerunt &c. & texi etiam potest cum ista quæ proximè præcedit, scilicet, Non enim auditores legis iusti sunt &c. Si hic textus cõiungatur cum illo qui dicit, quicunque sine lege peccauerũt, nunc docet Apostolus quòd sicut illi qui lege peccauerunt, per eandem iudicabuntur, ita qui sine lege audita faciunt legem, iustificabuntur, & iustã habebunt mercedem: quales erant Gentes, nam aliter in hoc superatę essent à Iudæis. Si autem hunc textum coniungamus cum proximo (quod conuenientius credimus esse factum) tunc sic textus est probatio alterius; probat namque quòd factores legis iustificabũtur apud Deũ, ex eo quod Gentes facientes opera legis iustificabuntur apud Deum. Quod factum esse ab Apostolo supra dixim' (ex aliorum potius quam nostra sententia) vt cristam & supercilium Iudæorum deprimeret. Nostra enim sententia (sine melioris præiudicio) est, istud factũ esse ad maiorem corroborationem & probationem præcedentis clausulæ. Vnde quasi à minori ad maius agit Apostolus. Acsi diceret. Si Gentes absque lege audita & in chartis relerata, facientes opera legis scriptæ iustificabuntur, quanto magis Iudæi faciẽtes eadem opera legis sibi datæ etiam iusti erunt apud Deum? Et in hanc sententiam adducimur ex eo quòd adiũgit particula illam enim quæ causam & rationem assignat. Apostolus namque pro more suo habet quando clausula subequens est probatiua precedentis, hoc insinuare per particulam, enim quæ causam & probationem dicit. In his namque quatuor clausulis quater apposita fuit particula enim vt videre licet intuenti Pauli textum. Quod duplici de causa doctissimus Caiet. asserit esse factum; altera scilicet vt cognosceremus Apostolũ semper progredi reddẽdo causam causæ, & ratio

Obserua Lector Pauli progressum.

& rationem rationis: altera vero causa est, vt perspiciam⁹ & agnoscamus non esse Apostolum digressum ab vna materia in aliam, sed semper perseuerare in eadem. Si namque in aliā materiam Apostolus digressus fuisset non aptè vsus fuisset dictione enim. Erat autē materia in qua oratio Pauli versabatur, docere, Deum esse redditurum vnicuique secundum opera absque acceptione Iudæi, vel Græci. Et quoniam dixerat quòd illi qui nō habebant legem scriptam perituri erant absq. lege, ne quis diceret quòd Gentiles tantum perire poterāt si essent legis naturæ transgressores, non autem saluari si legem facerent, ideo dicit Apostolus Gentes non esse omnino exleges, quam si facerent, mereri poterāt salutem apud Deum. Et in hoc extollit Apostolus Gentiles, parcsq; facit illos Iudæis, ne ipsi glorientur de iustitia legis, & ne existiment se solos esse qui faciētes legem iustificantur: nam & hoc commune est etiam ipsis Gentibus per suam naturalem legem si eam obseruēt, posse iustificari. Dicit ergo Apostolus. *Cum n. Gentes quæ leg. non hab.* Nō est sensus Apost. ille; Gētes quæ nullā legem habent. Particula, non, non remouet à gentibus penitus omnes leges. Sunt namque leges multiplices. Nec credibile est Gentes vixisse vltra legem naturæ absque vlla alia lege humana: multis namque legibus humanis iustis ac optimis gubernabatur respub. earum. Vix enim ex sola naturali lege (cuius canones multum vniuersales sunt, quos in Ethicis dixit Atisto. parum esse vtiles) bene potest gubernari respub. Est ergo sensus, Gentes quæ legem non habent. scriptam scilicet, Vide quòd non dicit leges, sed legem, cuius nomine tantùm intelligit legem scriptam & Moysayeam. Eo tempore quando sermo erat de lege absolutè loquēdo lex ipsa scripta intelligebatur non naturalis, vel alia humana: & ideo quando Apostolus dicit, Gentes quæ legem non habēt, intelligit de scripta lege quam Gentes dicebantur non habere eo quod illis nō fuerit data, sed tantū populo Iudaico. iuxta illud; Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Psalm. 147.

Sed dicis, si non habebant legem, quomodo faciebāt ea quæ legis scriptæ erant? Respondetur, Non habere legem, dupliciter intelligi posse; vnomodo pro eò quod est non esse subditum legi: & sic Gentes non habebant legē Moysi. Et hoc est (vt verbis scholæ vtamur) habere legem formaliter. Alio modo dicitur aliquis habere legem, quia seruat aliqua quæ sunt in lege: & hoc est habere legem secundum materiam legis: & sic non habens legem vt legem; potest facere ea quæ legis sunt. Et sic vtroq; modo potest aliquis dici legis factor: sicque subiunxit Apostolus dicens; *Cum enim Gentes quæ legem non habent.* Intellige, vt legem, naturaliter ea quæ sunt legis faciunt. Sed mox insurgis dicens, Si natura ad hoc sufficit, nempe ad complenda mandata, ergo gratia superflua, vana, & non necessaria est. Auertat hoc Deus. Non enim Apostol⁹ per naturæ vim negare voluit gratiam, quæ reparatrix est naturæ. Responsio.

Sicut enim gratia non destruit naturā quæ infirmior est, ita nec vice versa natura ipsam gratiā pellit & destruit. Quanta efficacia & vi gratia superet naturam, si id cupit scire Lector, Ecclesiæ lumen Beatum Augustinū consulat in lib. de natura & gratia, & post illum, egregium & omni laude dignū opus à doctissimo Patre Soto compositum. nos à multis nos continemus, ne nimia nos inuolnat prolixitas, nec nos dicere omnia debemus Non igitur hic Apostolus gratiam de primere intendebat, qui eam in tot locis magnificauit: neque ipse loquebatur de operibus mentorijs, quæ ne cessatio

cessario exigũt gratiam, sed de merè moralibus operibus, & non de omnibus istis, sed de quibusdam. Nam operari opera meritoria, superat vires, tam naturalis luminis, quam humanæ facultatis. Opera autem mere moralia non excedunt vires naturæ, maximè si natura esset sana: posit autem corruptam naturam, homo ex viribus naturæ licet non habeat vires ad omnia moralia, habet tamen ad aliqua. Et hinc factum est, quòd Apostolus non dixit Gentes naturaliter facere omnia quæ legis erant, sed indefinitè, ea, quæ legis sunt; tam pertinctia ad Deum, quã ad proximum.

D. Thom.

Hæc in summa dicta sunt à nobis secundum sententiam aliquorũ theologorum peritissimorum qui sequuti sunt suum ducem. D. Thomam theologorum facilè principem: cæterum multis aliis hæc non placent, & ideo in aliam opinionẽ declinant. Nunc autem velle nos de vtraq; opinione fieri censuram, haud posset fieri absque prolixitate quæ tediosa

D. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 2.

esset lectori: quẽremittim' ad theologos scholasticos, qui hoc negotiũ ad nauseam vsque pertractant. Nos contenti sumus si de hac re paucis, hoc vnum, pro nunc eum admonemus: scilicet quod circa nostram salutem duos habemus hic extremos errores, alterum illorum qui hostes sunt excellentissimi doni gratiæ Dei, plurisfaciẽtes liberi arbitrij vires quã gratiæ, plus iustò nostris operibus tribuentes. Contra quem errorem acerrimè Apostol' in multis locis suarum Epistolarũ dimicauit, maximè in hac ad Romanos in qua luce meridiana clariùs ostẽdit omnes esse peccatores egentes gratia Dei. Et vide Lector pie horum hominum demẽtiam: hunc namque fouentes errorem, tacitè & clanculo Deo dicunt,

Hic error à Pelagio sua scitatus fuit

A te Domine tacti sumus homines, sed per nos ipsos efficimur boni, & iusti. Porrò alter error eorum qui circa salutem nostram in Ecclesia, est, dicitur illorum, qui in aliam partem peccant. qui videlicet declinantes vnum errorem, incidunt in alterum, auferentes, vel omnino liberum arbitrium, vel asserentes ipsum non esse Dominum suorum actuum, neq; quicquam agere, sed tantum pati: Quod dictũ palam est auferre libertatem arbitrij. De his erroribus hic nihil scribere volumus: scimus enim iam à doctissimo Hieronymo, & acutissimo Augustino satis esse exterminatos. Nos, qui catholici sumus per Dei gratiam, satis habemus intelligere quòd liberum arbitrium nõ tollit gratiam, nec ipsum tollitur ab ea. Non sunt se impedientia, sed potius iuuantia: & ad implenda Dei manda

In hoc errore fuit Lutherus quẽ modo etiam tenent eius sequaces.

D. Thom. 1. 2. quæst. 109. ar. 3. & 4.

ta & liberum arbitrium & gratiam fore necessaria dicimus. Quæ enim bona possit homo impler per v-res naturæ, & quę non, schola theologorum abunde satis docet. Nos ad alia uerba huius textus nos conuertimus Prius tamen quam istud faciamus, admonere operæ pretium duximus lectorem, quòd hoc Pauli loco quidam pestilentissimè abusi sunt: ex eo putantes rectè colligi quod lex scripta sit frustranea. Sic enim colligunt Homines suapte natura possũt & cognoscere & facere ea quę sunt tradita in lege, igitur frustra data est scriptura: quibus respondemus friuolam & inualidam esse hanc rationem. Siquidem licet signatum sit super nos lumen naturæ in nostra creatione, quã do effecti fuimus rationis participes, & ad Dei similitudinẽ & imaginem procreati, non proinde cõsequitur legem scriptam esse supervacaneam & ociosam. Dicis, in quo nobis deseruit? Respondemus, Ad multa, & inter alia præcipue scripta lex reformat naturam nostram, per peccatũ, non quidem omnino sublatam, sed læsam & obscuratam. Vnde lucis lõco deseruit. Adde tu quoque etiam

Responsio.

multas

multas alias rationes, nō solum illas quas nos adduximus quando sermonem habebam' de vtilitate sacrarum scripturarū sed alias. Ad aliqua alia valēt scripturæ diuinæ, ad quæ, nec ratio naturalis, nec ipsa natura perducere nos valet, nèc potest docere. Idcirco non sunt diuinæ litteræ inanes, friuolæ, & vanæ.

Pelagius quoque ille famosus hæresiarcha perperam abutitur hoc Pauli loco, asserens quod homines possunt seruare Dei mandata per solam legem naturæ, absque scripta, etiam iuxta præcipientis intentionem. Vnde colligebat principium boni operis & meritorum esse à nobis ipsis, ipsa gratia solum facilitatem præstante. qui errorā catholicis iure adnumeratus est inter multos alios condemnatos & reprobatos. Licet namque illa naturæ lux quæ signata est super nos, sufficiens esset admonstrandum nobis quid bonum, quidue malum: quid agendum, & quid fugiendum: sola hæc non potest præbere remedium contra impetus concupiscentiæ, quæ nos acriter molestat: nec sufficienter nostrum potest mouere affectū. Proinde necessaria est ipsa gratia: quam nunquā Deus negat illis hominibus qui suo pro posse faciunt quod in ipsis est. Infundit in illis aliam lucem nempe fidei, sicque eos recipit in suam amicitiam & gratiam. Non igitur hic locus fauorabilis est errori Pelagianorum.

Sequitur in tex.

Eiusmodi legem non habentes. ip. si. su. lex. &.

Eiusmodi, perinde valet ac si dixisset Apostolus isti Gētiles, non habentes Mosaycam legē. ipsi sibi sunt lex. Hoc est, mens sua eis lex quædā est. Postquam Apostolus declarauit vim & efficatiam legis naturalis docet quomodo habeant legē ipsi Gentes. Nullus namque vnquam hominis status fuit in quo genus humanū non viueret sub aliqua lege. Sicut homo (teste Philosopho) arte & ratione viuit: ita & lege viuere debet. Quid enim esset respub. absque lege? diu constare minimè posset. Vbi non est lex, libertas cuique pro suo arbitratu viuendi: & vbi huiusmodi arbitratus est impunis, impunia quoq; sunt adulteria, furta, & alia scelera huius generis. Vnde patet stultam satis esse opinionem illorum, qui putant melius fuisse actum cum hominibus, si eis nulla foret data lex: nam sic, inquiunt, sublata esset peccandi occasio. vbi nō est lex, nec transgressio. Inefficax sane hęc est ratio. Nam licet data lege fieri possit transgressio, tamen pro hoc incommodo, multo plura habet ipsa lex commoda & vtilitates: de quibus, vt vnam, & alterā tantummodo dicamus (prętermissis multis alijs) legem agnoscere debemus tamquam directricem naturæ in Deū. Altera vero vtilitas est, quod est disciplina virtutis & pedagoga. Si enim Deo non fuit bene visum in paradiso vt homo viueret sine lege (existente tunc natura integra) quanto iustius fuit vt in natura corrupta homo non viueret sine lege? Sed in hac re tam nota ex se, multis agere opus non est. Res quippe exploratissima est & satis expedita, rempub. constare non posse si legem separes. Et inter leges importantissima & necessaria erat illa, quæ naturalis dicitur quę proximè sequitur illam diuinam, cuius participatio est ipsa naturæ lex, quam appellamus & esse dicimus lumen rationis humanæ, quæ à Deo conditore inserta est hominum mēnibus, ad bonum faciendum, & malum fugiendum: & de hac dicit Paulus hoc loco. Cùm enim Gētes quæ legē non habent, naturaliter ea quæ legis

Legis vtilitates.

1. 2. quæ. 91. ar. 2.

Quid sit lex naturæ.

D.Tho.1.2. q.94 legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex quę sit habitus an sit vna in omnibus, mutabilis, anim mutabilis: delebilis, vel indelebilis. Hęc explicationi indagine indigēt quā ferat præsens nostrum institutū. Prohuius loci explanatione nobis satis esse debet eius nomē elatura, reliqua ex alijs petat si vult curiosus lector.

Sequitur in text.

Qui ostendunt opus legis, scriptum in cor. suis.

PRobat quomodo isti sint sibi ipsis lex. Id, inquit, faciunt manifestum, non quidem tam quam scriptum attramento aliquo, sed tamquam firmatum & scriptum in cordibus suis. Vnde magis poterāt esse memores legis: quam si esset in tabulis lapideis scripta. Vt autem statim non decidat à memoria hominum, solet lex scribi attramēto. Sed quid magis hęret ac firmū habetur, quam quod impressum est in cordibus hominum? Certè nihil. Et cùm dicit, opus legis, non intelligit opus fidei: fides enim opus est Dei, & non legis naturalis.

Ioan.9.1 Ad Ephe.2. Vnde sic asserit Christus, Hoc est opus Dei, vt credatis. Et alibi Apostolus Dei enim donum est, non ex operibus. Sed per opus legis hic intelligit Apostolus opera moralia legis naturę tam affirmatiua, quā negatiua, tāquæ pertinent ad Deum, quā quæ spectāt ad proximum. Et vide ingenium Pauli, qui cùm potuisset dicere sic. Qui ostendunt legem in cordibus suis expressam & scriptam, noluit sic loqui sed dixit. Qui ostendunt opus legis scriptum in cord. suis vt insinuaret illos nō tantum verbo ostendere legem: vt puta, interdocendum alios, sed etiam facto: Opus enim legis est lex in opere, & non tantū in ore. Et hoc opus voluit denotare, quoniam dixerat ante factores legis iustificandos apud Deū & nō auditores & doctores. In idem siquidem venit, audire tārum legem & non facere, atque profiteri & docere legem, & eam non facere. Quo verbo simul Apostolus tunc notauit Iudæos qui tantum audire contenti erant, & nunc Lutheranos negligentes opera tam quam desides & segnes bonorum operum, nolentes esse in laboribus hominum. Tantum fidem conantur (quoad possunt) ostendere sed non opera. Nec mirum, quoniam cùm sint lapsi in eum errorē vt putēt iustos esse sola fide, sic illis curæ est, vt opera pronihilo habeant: & ex illis tā tū studeant, sicut dicit. B Iacobus, ostēdere fidē, & non ex fide bona opera.

Iacobi. cap. 2.

Ex hoc loco Pauli colligere tentant quidam, inter nos qui legem Euangelicam à Christo edocti sumus, & illos qui sub legis naturæ statu viuebant, hanc esse paritatem & æqualitatem, quòd illi habebant legem scriptam non in tabulis sed in cordibus (vt hic Paulus clarè attestatur) & nos qui Euangelici sumus legem quoque nostram habemus scriptam in cordibus: nam Christus legem suam nouam nō mandauit scripturæ, nec ipse scripsit, nec scribere iussit. Scripserat eam in cordibus hominū, vt cōpleret quod per Prophetā Hieremiam dixerat, Dabo legē meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribā eam. Istud non poterat intelligi de lege Moysi, nec de lege naturali quæ iam erat data: restabat igitur vt intelligeretur de lege gratię. Vnde quod tūc dixit Deus de lege Euāgelica, nūc dicit Apost⁹. de lege naturæ: igitur istæ duę leges in hoc simi les sunt. Hic scrupulus quasi coegit beatū August. vt hunc Pauli locū constringeret ad Gētes ad nostrā fidē cōuersas: de quibus si lo quatur hic Apostolus tūc quantū ad hoc nō esset discrimē: si vero Apost⁹. loquatur de Gēt ibus ante susceptā legem Euangelicā (ꝙ fortassis probabilius est) tūc scrupul⁹ locū nō habet. Dicim⁹ antē proba

H.ere 31.

Lib. de Spirit. & lit.

Cæterum cùm conscientia non sit testimonium exterius & alijs manifestum, sed tantum habẽtibus eam ideo dixit illis. Non dixit, alijs, sed illis: quonia mea conscientia mihi ipsi dicta mẽ rationis & veritis est, non alteri. Habet enim quisq; hominũ propriã cõscientiam à natura & ab eius authore Deo potissimè impressam. Sicut. n. naturaliter datur nobis lex naturæ sic simul connata est propria conscientia per quã cognoscimus quodcunque facimus, siue bonum siue malũ: & sicut lex naturalis à nobis discitur absque alio magistro præter quam per naturã ipsam, sic conscientiam nemo nos docuit sed mediante indito lumine naturali ea vtimur. Est quippe aliud nil conscientia (teste D. Thoma) quã applicatio scientiæ ad actum.

Sed dicis, Apostolus per hoc non probat opus legis esse scriptũ in cordibus. Quid enim habet consequẽtiæ dicere, conscientia testificatur de opere bono vel malo, ergo opus legis est impressum in cordibus eorum? Certè hæc ratio non videtur cõcludere. Respondem⁹, nimiũ efficax est ratio beati Pau. si quis bene penetret eam. Si quidem cùm nemo bene possit iudicare & testificari dere nisi habeat fciẽtiam & cognitionem legis, si isti reddunt testimonium de bono atque malo opere, igitur euidens signũ est eos habere legẽ siue opus legis impressum in cordibus suis: nam aliter quomodo testimoniũ redderet conscientia? Et ideo bene concluſit Apostolus quod intendebat. Aliam enim legem Gentes non habebant præter naturalem, per quam possent reddere testimoniũ de factis propris approbãdo aut reprobando.

Respon.

Hic Apostoli locus magnum nobis aperit campum disserendi de ipsa conscientia quæ ad salutem hominũ res importantissima est, cuius nomen passim in ore tam hominum, quam mulierũ reperitur. Cõmunis namq; est loquendi modus cùm quis alium carpere vult & obiurgare dicere illi, Non est tibi cõscientia faciendi istud? & alius dicit, ego in hac re ego iuxta cõscientiã meã: & fortassis isti quid sibi velit conscietia ignorãt. Multa nãque sunt quorũ nomina nulli non nota sunt & tamẽ res significatæ per illa ignotæ habentur. Vulgus nãque in multis contentũ esse solet solis nominib⁹ nullã habens curam de rebus significatis. Sic nõ pauci sunt qui de cõscientia passim loquuntur quid tamẽ ipsa sit nescij sunt. Nos iam paulo supra ex mente D. Thomæ præceptoris nostri dignissimi, per trãseũ diximus quid præseferret ipsum conscietiæ nomen. Quod si protyronib⁹ & minus doctis illa descriptio alicui videatur obscura nunc clarius eam sic delineamus, dicẽtes, eam esse quendã actũ dictatem ali quid esse faciendũ, vel non faciendũ vel fugiendũ. Vt si quis anceps sit an debeat se vindicare de illata sibi iniuria & consulat suam conscientiã ipsa recta cõscietia dictabit & dicet illi, minime, quoniam hoc Christianis inhibitũ & cautum est. Vel si quis morbo vel infirmitate aliqua laboret & dies veneris sit in quo vetitũ iure Christianis est vesci carnibus talis ægrotans & infirmus consulta sua conscientia prius, facit sibi parari carnes & secundũ dictamen suę conscientię eis vescitur quoniam intelligit infirmis illo die non esse prohibitas carnes, sed tantũ sanis. Isti actus sunt conscietiæ quoniã sunt dictamina rationis applicatę ad opera. Quod si roges nos, an conscietijs nostris interuenire possit erroris quippiam. Respondemus, non debere nos tantũ fidere conscietijs nostris quin dubitare possimus, an conscietia sit recta vel erronea. Iã in schola theologorũ cõmuni consensu recepta est illa conscietiæ partitio scilicet in rectã & erroneã: de qua multa solent scholastici theologi effutire, quæ cùm parum aut nihil faciant ad nostrum

Nemina conscientia recta & erronea.

duo nō sint idem, tamen vnum, est vt iuuamen alterius. Sed dices, quo pacto infert Apostolus ex hoc legem insitam esse in cordibus nostris? Respondemus. Tacite hoc concludit sicut antea ex eo quia accusationes & defensiones non sunt sine notitia legis. Si enim aliquis excusat factum aliquod ex aliqua circunstantia secundum rectam rationem necessarium est eum agnoscere, secus non posset excusare: & similiter si accusat conuincens per rectam rationem illud opus esse malefactū necessarium est hoc fieri per legis cognitionem.

Alia expoſi Cæterum non esset fortasse peregrina huic loco expositio si dicerem per cogitationes accusantes & defendentes ab Apostolo hoc loco duo officia conscientiæ venire intelligenda quorū alterū est accusare alterum vero defendere. Nā licet interdū qui passionib' est subiect' quod bonū est malū dicat & è cōtra iuxta illud: *Isa. 5* Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem. &c. tametsi voce sic proferat aliud tamē intus conscientia clamat, siquidem velimus, nolimus semper conscientia intus & si non foris, accusat malum & defendit bonum. Vnde expresse posuit Paulus, inter se inuicem, vt denotaret intus fieri huiusmodi accusationes & defensiones. Vnde in multis contingit vt nemine foris accusante aut corripiente ipsimet suorum criminum sint accusatores. Quis accusauit Iudam illum traditorem, vt diceret, Peccaui, tradens sanguinem iusti? Conscientia. Quis corripuit fratres Ioseph, eo quod vendidissent fratrem suum, adeo vt ipsi dicerent? *Mat. 27.* *Gene. 42.* Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum? Conscientia certè eos reprehendit & accusauit Quid fecit clamare filium. Prodigum; Pater peccaui in cælum & coram te? *Luce. 15.* Certè conscientia. Et, vt semel finiamus, quis incussit timorem in Caim *Genes. 4.* fratricidium quando dixit, Ecce ejcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra? quis fecit vt timeret mortem nullo inferente? Certè ipsa conscientia quæ intus in eo non minus clamabat contra eum quā foris sanguis fratris sui. Quare nouus cōgruè doctor subtilis vocauit dixitque conscientiam esse displicentiam peccatorum: quod non tantum verum habet in damnatis (sicut dicit Scotus) verum etiam in viatoribus. Displicentiā enim habent mali intus de suis sceleratis operibus etiamsi foris absq; verecundia & multo cūrsu in suis voluptatib' vertentur. *Psal. 4.* Synderesis enim est semper ad eorū aures clamans dicensque: Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Magnum certè & perquam proficuum est officium hoc conscientiæ: cui si auscultaremus nec more aspidis surdæ occluderemus aures, procul dubio bene esset nobis. Verum hoc sūt nobis exploratū quoū si nunc eam nolumus audire audiemus absque dubio in die illa, quando Dominus reddet vnicuiq; secundum opera eorum.

Sed vnum restat hic tantum dubiolum quod tale est. Quamobrem Apostolus non adduxit tertium testimonium quod petitur à reputatione & æstimatione humana. Respondemus hoc duplici de causa fuisse factū: primò quoniā humanū testimoniū nō raro est fallax (sæpè n. fallit humanum testimonium) conscientiæ autem testimonium non decipit quemquam, sed talē indicat hominē qualis intus est. Secundò ideo hoc factum est vt significaret Apostolus parū esse curandum de illo testimonio, quantum attinet ad Dei iudicium: dummodo habeamus testimonium conscientiæ. Hæc est, inquit idem Paulus gloria nostra, testimonium conscientiæ nostræ, Mihi autem pro minimo

quid verursus malũ sic etiam ea quę legis erant opere complere vt sic tacitè responderet illis qui de prouidẽtia Dei erga mundum illo in tempore dubitare possent. Propter hanc igitur necessitatem non solum semel & bis & sæpè vnũ & idem repetit absq; vitio Apostolus Paulus, Quod enim valde necessarium est semel & iterũ astrui & repeti potest.

Porrò alterum quod considerati accuratè potest rale est circa illa verba videlicet cogitationibus accusãti bus aut etiam defendẽtibus quomodo hæc verba quadrare possunt ipsis Iudæis. Si quidem ipsi non solum habebant cogitationes sed legem naturalem etiam & scriptam & conscientiam: quomodo dicit ergo Apostol' cogitationes tantum esse accusaturas Iudæos? non ne trãsgressio legis? nunquid & conscientia? Vel si intelligamus Paulum loqui de Iudeis qui legem habebant & eam opere complebant, tunc quid poterat istos Iudæos accusare ipsa cogitatio? Transgressores non factores legis veniunt accusandi. Ad hoc respõdet B. Chrisost. Paulũ non solũ loqui de istis Iudæis sed de vniuersa natura. Tunc.n. nostræ cogitationes erectę sunt; aliæ ac cusãtes, aliæ vero excusantes: nec indiget homo accusatore alio illo quidem in iudicio. Hæcille. Cui sententiæ ob tanti Doctoris authoritatẽ nos non audemus refragari tamesi & alio modo dicere possem' quòd illa particula accusantibus posita est contra legis violatores, alia vero excusantibus in gratiam & fauorẽ illorum qui legem seruant. Si autem dicamus Apostolum loqui de Iudæis tãtum qui factis legem non exprimunt tunc dicimus quòd cogitatio illos accusabit nõ solum ea sed & lex. Iam enim antea dixerat Apostolus quod quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

In die cũ iudic. Domi. occul. hominum.

OCcurrit hic Apostolus cuidam obiectioni siue dubitationi quam quis posset formare in hunc modum dicens. Si conscientia & accusationes defensionesq; sunt res occultę in cordibus nostris quis cognoscet sic ea vt possit ponderare? Quis posset hæc hominum occulta scire? Huic dubitationi occurrit Paulus dicens: *In die cum iudic. Dom. occul. hominum.* Hæc occulta hominum iudicabit Dominus, cui proprium est scire occulta nostra. Sed non nunc, hoc est in præsenti seculo sed in die iudicij. In illo enim die ponderabuntur merita omnium conscientiarum & cogitationum accusantium, ac defendẽtium: & sic qui bene operati fuerint defendentur à propriis conscientijs, porrò qui malè, ab eisdem accusabuntur. Testis siquidem erit conscientia cuique siue de bono siue de malo. Vnde Hugo lib. 2. de Arca animæ loquens de conscientia sic ait, Conscientia est liber signatus qui in die iudicij est aperiendus. Et beatus Augustinus Sit mues, inquit, iudicij corrige conscientiam.

Obserua hic ab Apostolo exactissimè totum negotiũ iudicij finalis esse descriptum: primo iudicij autorem qui est Deus, materiam autem iudicij, dicit occulta hominũ. Et hæc quidem potissimè experiunt Dei iudicium eo quod ab hominibus non possint iudicari: nihilominus tamen non solum occulta sed etiam manifesta facta iudicabit Dominus. Et vt oẽs hoc pro certo habeant nec putent somnia esse fidem facit maiorem perid quod apponitur, scilicet: *Secundum Euangelium meum.*

Sed dices, Nonne maiorem fidem fecisset Apostolus si dixisset, secundũ Euangeliũ Dei quam cùm dicit, meũ?

non sunt meliotis conditionis ipsis Gentibus atq; Iudæis. Igitur licet lex humiliter sit audienda oportet quoque vt opere compleatur: & si est opere complēda mente etiam passim
Psalm. 118. meditanda. Vnde Dauid: Tota die
Psalm. 1. meditatio mea est. Et alibi, In lege eius meditabitur die, ac nocte. Si meditanda non tamen abijciēda sed am
Psalm. 118. plectēda & diligēda. Propheta: Pax multa diligentibus legem tuam & nō est illis scandalum. Igitur dare debēt operam Christiani ne de eis dicatur:
Ibidem. Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem tuam. Et denique Chri-
Psalm. 18. stiana lex, quæ immaculata est & cō uertens animas manibus ac pedibus
2. Machabe. defendenda venit. Si enim Machabei illi pro tuenda lege sua mori parati erant quanto magis pro Christiana & Euangelica decet christicolas ad mille etiā mortes paratos esse? Hæc eteni lex est illa Iustitia de qua dicitur
Eccles. 4. vsque ad mortem certa pro iustitia. Neque quemquam Christianum moueat aut decipiat quod Christiani nomē benè audit apud homines, Gētilis autem vel Iudæi malè: nam licet nomina apud homines & mundum valoris & æstimationis aliquid habeāt at apud Deum pro nihilo ducuntur. Quid prodest apud hoīnes reputari & haberi ceu homines graues & probi si in die quando libtabuntur homi
Matth. 25. num merita audituri sunt, Amen dico vobis, non noui vos

Sequitur in tex.

Si autem tu Iudæus cognominaris & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora instructus per legem: confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. &c.

AD Iudeorum nationem pertinere hunc Pauli contextum, notius est, quam quod aliqua ratione possit ostendi. Manifestissimè siquidem ad Iudæos nunc suum sermonem dirigit: & ideo facit: vt magis humiliet deprimatque eos; eaque recensens, ob quæ ipsi se se efferebāt. & hoc nō in illorum laudem, sed potius in confusionem. Et, vt egregiè notat Beatus Chrisostom⁹ hoc facit Apostolus ad discooperiendum fucatum cultum & detegendam hypocrisim eorum. Merito quidem hypocrisi notat Iudæos: siquidem hoc illis Christus in faciem obiecit: Hypocritæ bene pro
Mar. 7. pheravit de vobis Isaias dicens, Popu
Isa. 29. lus hic, labijs me honorat: cor autē eorum longe est à me. Et alibi, Quid
Matt. 22. me tentatis hypocritæ? Persequerat igitur Apostol⁹ in eo propositio quo dixerat, auditores legis nō esse apud Deū iustos: idque demonstrat recensendo illorū prærogatiuas quo potētius illos euincat. Dicit itaque. *Si autem tu Iud cognominaris.* Hæc est prima prærogatiua ex quinque quas hic numerat Apostol⁹ quę de nomine & non re est. Primam autem forte Paulus fecit eo quod ipsi Iudæi de ea maximè se iactabant. Respondebat enim Iudæi nomen confitentem & colentem Deum. Congenitum namq; est illis qui superbire volunt de pomposis & ventosis titulis & nominibus se iactare sicut insitum est humilibus humilia & deiecta appetere nomina. Vel alia de ratione à nomine auspicatus est Apostolus vt obseruaret quod recta docendi methodus præcipit videlicet prius de nomine esse disserendum & subinde de re. Vtcunque sit hoc certum est vnum quod Iudæus de hoc nomine gloriabat & nō quomodocunque sed mirificè. De nouo acceperunt hoc nomen celebrius antiquiore. Sicut enim Christiani prius discipuli nominati fuerūt postea christiani à Christo sic Iudęis vsuenit primo

mo Israelitæ dicti sunt & postea Iudæi; & sic apud illos hoc nomen ita honorificum erat, quæmadmodum apud nos Christiani nomen, licet nõ sit tam magnificum & glorioſum illud quam noſtrum. Siquidẽ noſtrũ ab ipſomet Chriſto deriuatũ eſt qui Deꝰ & homo eſt: illud autem à quodam puro homine originem traxit; quis autem is fuerit ſtatim dicemus, ſi prius tamẽ enucleatum fuerit quid ſibi velit particula, ſi, in hoc loco. Hanc quidam interpretum ꝓparticula ecce exponunt: alij dicunt per inde valere ꝙ particula, quia. Leuis momenti eſt iſtud. non eſt cur vulgata tam debeamus deſerere lectionem. Exemplaria græca quædam habent ecce, alia; quia: latina legunt, ſi, & ſemper vnus & idem ſenſus eſt: tametſi aliqua emphaſis fortaſſis denotari videatur in particula ecce (quæ in ſcriptura vt plurimum ſolet eſſe myſterioſa) quod non haber dictio, ſi. Si. enim legamus ecce (vt græci codices legunt videtur Apoſtolus aduocare iudæum, eumque quaſi præſentem alloqui. Dictio enim ecce, eſt vocantis & oſtendentis rem præſentem, vt cùm Pilatus dixit de Chriſto, Ecce homo: & Ioannes Baptiſta, Ecce agnus Dei, ecce quitollit peccata mũdi. Paulus licet corpore abſens eſſet Iudæis Romanis tamen volens illos facere præſentes, & vt præſentes alloqui illos vtitur voce & dictione ecce q.d. Auſcultа tu Iudee, qui exiſtimas auditores legis iuſtificari. Tu Iudæus quidẽ cognominaris, & requieſcis in lege: hæc tua eſt prærogatiua, video, ſed quid tibi prodeſt hoc tuum cognomentum? Cognominaris Iudæus, plane fateor: ſed non es, nomen habes, ſed non rem: tuus Iudaiſmus res de nomine tantũ eſt; aliquid eſſet ſi nomen cum re haberes. Noluit Paulus dicere, Ecce tu Iudæus es, & cognominaris: vt inciperet fauſtum & ſupercilium Iudæorum deſtruere. Magnã enim arrogantiam Iudæi ex hoc nomine habebant, & genus ſuum magnificabant: & quod deterius multo erat propter genus ſuum gentes contemptui habebant. Hæc gloriatio Iudæorum carnem potiꝰ quam ſpititum ſapiebat. Vnde tametſi à bona & honorifica radice habere originẽ ex ſe malum non ſit: attamen gloriari de ea & abipſa degenerare vitioſum eſt. Vnde Chriſtus non reprehendit Iudæos in Euangelio quòd patrem Abraam haberent, ſed ideo obiurgauit illos quòd degenereꝰ eſſent, & patrẽ ſuum Abraham minimè imitarentur. Vnde dixit: Si filij Abrahæ eſſis, opera Abrahæ facite.

Ioan. 19. *Ioan. 1.* *Ioan. 8.*

Cęterum vnde contigerit Iudæorum populo tam celebre nomẽ non eſt iuxta doctorꝰ concors ſententia. Sunt qui dicunt à Iuda Machabeo ſicut ſenſit Ioſephus: ſed hæc opinio non habet vnde poſſit probari, imò ex ſacris literis colligi poteſt eius improbatio. Nam multò ante quam Iudas Machabeus foret, populus hębreꝰ iam tali cognomento gaudebat ſicut patet in multis locis ſacræ ſcripturæ 4. Reg. cap. 25. & Heſter 3. 8. & 9. nec non 16. Et ideo reiecta iſta opinione, aliã amplecti debemus, quæ probabilior habetur: eſt autẽ illa quę docet & aſſerit obueniſſe tale cognomẽ Iudæis, à Iuda illo Patriarcha, qui tanti ęſtimatus eſt vt de eo iure dictũ ſit: Iuda te laudabunt fratres tui. Et quia tribus iſta in tanto prætio habita fuit vt conceſſum fuerit ei redire in Hieruſalem & ibi reedificare templũ, &c. hinc factum quod cùm redirent aliæ tribus Hębreorũ ad terram promiſſionis omnes illi Iſraelitæ de quacunque tribu eſſent vocati ſunt ab ipſis Gentibus Iudæi: & ſic hoc nomen remanſit eis vſque ad tempus Apoſtoli Pauli, imò, in præſentem vſque diem. Et ideo licet Apoſtolus potuiſſet appellare eos Hebreos, vel Iſraelitas noluit tamen niſi alio vti nomine

Gen. 49.

ne quod communius erat. Vel fortasis (quod nos magis crediderimus eo quod ex illis tribus nominibus quæ ipsi habebant Iudæi nomen erat de quo ipsi magis se magnificabant. Audierãt à Christo dictum esse salutem ex Iudæis: & ideo dicit Paulus, Si tu Iudæus cognominaris. Et tam cõmune & vsitatum erat hoc nomen vt mulier illa Samaritana eodem nomine Christũ nominauerit, dicens: Iudæus cum sis, poscis à me bibere quę sum mulier Samaritana? Non enim aliás viderat sed ex habitu cognouit eum esse Iudæum sic eum appellauit. Et multo melius appellasset eum Iudam quam Iudæũ: quoniam etsi Christus secundum carnem ex Iuda descenderit iuxta illud: Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est Spiritualiter tamen Christus Iudas erat, laudatus à fratribus suis nempe Apostolis: quos non est sic appellare dedignatus cum Magdalenæ dixit: Vade ad fratres meos dicens, ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum: sed tantum mysterium adhuc illa non cognoscebat. *Et requiescis in lege.* Hæc est secũda prætogatiua, requiescere In lege: scripta scilicet. Sed rogabis. Quid sibi vult requiescere in lege? In ea resolemus requiescere inqua existimamus situm esse nostrum bonum. In pace, in idipsum, dormiam & requiescam, dicebat regius Prophera. Iudæus spẽ & salutem suam in lege collocauerat. Et (vt melius dicamus) in cortice legis, in litera, nõ in spiritu: in litera (quę occidit) non in spiritu (qui viuificat requiescebat: arbitrans sibi ad salutẽ satis esse recepisse legẽ etiam si opere non compleret. Sed quam requiẽ ei lex illa quæ onus importabile erat promittere poterat? Habebat ne Moses quod Christus suis famulis promitebat dicens, suaue iugum, quod posset dare requiem animabus? Poterat ne dicere Iudæus quod scriptum est; Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem? An tibi places, & in eo quiescis quia lex promittit bona terræ? Dicis forsam, non, sed quia mihi data est lex. Sed falleris. Non attendis quod receptores & auditores legis & non factores, apud Deum deteriores & peiores sunt? Expẽde in quẽ finem data sit lex. Non tantum vt audiatur, sed vt compleatur. Parum valet te frequentem esse in eius lectione & auditu, si eam operibus non exprimas *Et gloriaris in Deo.* Hæc est tertia prærogatiua ex illis quinque quibꝰ Iudæorum natio se præcellere omnẽ asiam nationem existimabat. Sed vide lector statim Apostoli assurrectionem. A claritate nominis & generis gradum fecit ad legis requiem nunc autem assurgit a lege ad Deum. Sed quæ nam est connexio? qnæ gradatio est hęc? Pulchra sane, mirifica, & artificiosa. A lege ascendit ad legislatorẽ Deum. Gloriabatur quidem Iudæus in Deo: sed quę nam erat hæc gloriatio? Responsio. Gloriabatur Iudæus quod ipse esset electus & peculiaris populus Dei: dictum quippe fuerat ei à Mose; Te elegit Dominus Deus tuꝰ vt sis ei populus peculiaris, de cunctis populis qui sunt super terram. De hac gloriola quæ non erat vera sed caduca gloriabantur Iudæi: si quidem hæc illos insolentes reddebat & secundũ hanc se præferebant ipsis Gentibus existimãtes se prælaturam super illos habere. Hæc gloriatio vana erat & inanis: quare forte Apostolus his verbis voluit illos de hac futili gloria notare & sic sentit D. Augustinus. Vnde diligenter aduota lector eruditè quod hęc encomia & prærogatiuæ, & partim obsuturgatoriç: Cõmendatoriç secundum hominem & illorũ propriam çstimationem. Nam commendat hic Apostolus Iudæos á vera gloria de quatale ipse alibi scriptum eli quit testimoniũ. Qui gloriatur, in quitun Domino glorietur. Dicis prolliis;

Ioan. 4

Ecclesi. 51.

Ianuis. 4.

Genesis. 49

Ioan. 20.

Respon.

Psalm. 4.

2. Cor. 3

Respon.

Deutero. 71

Lib. de Spiritu, & lit.

illis Iam dicitur hic quòd Iudæus glo riabatur in Deo. Verum est: sed hanc gloriam sibi ipsi Iudęus ascribebat & nō referebat acceptā Deo qui in eum tot tantaque contulerat beneficia. Nam pro illis quas debebat non agebat gratias sed sibi arrogabat. Qui gloriari vult in Domino, se ipsum nō debet cōmēdare. Qui enim se ipsum cōmēdat illi probatus non est, sed quem Deus commendat. Ibidem.

Sequitur. 4ª.

Et nosti voluntatem eius, nempe Dei.

FOrtassis hæc gloriatio erat eo quòd Iudæus conscius & sciens esset diuinæ voluntatis non etiam Gentilis. Non enim leuis prærogatiua est nosce voluntatem Dei. Doce me facere voluntatem tuam, rogabat Propheta, quia Deus meus es tu. Hæc autem voluntas Dei per legē agnoscitur: & cùm Iudæus gloriaretur se solum recepisse legem etiam gloriaba tur quoque de notitia quam habebat diuinæ voluntans. Sed vę tibi Iudee qui cognoscis voluntatem Dei & nō facis. Intemerito quadrat quod dictū est nimirum. Seruus sciens voluntatem Dominisui & non faciens, plagis vapulabit multis. Psalm. 142. Luce. 12.

Cæterum voluntas Dei per legem tam circa credenda, quam facienda nota erat Iudæo: & inter credēda singulariter voluntas de Messia mitēdo in mundum & redemptione faciendā per ipsum in lege notificata est. Hæc, & multa alia edocuerat lex ipsa Iudæum: qui sic edoctus gloriabatur quod ipse esset eruditor insipientum, & magister infantium. Per infantes & insipientes Gentiles intelliguntur Gē tilis idolorum cultui deditus, insipiens fuit: vera sapiētia orbatus quæ Deus est. Hanc sapientiam nouerat Iudęus Sed rogas. Quomodo erudit Gentilē Iudæus? Respondetur. Reuocando ipsum ab idolatria ad cognitionem veri Dei in qua edoctus erat Iudæus per legem. Edocebat autem Iudæus Gentes infantium more quibus tradenda sunt prima rudimenta, & sicut alibi Apostolus dicit, dandum est lac & non cibus solidus qui dentibus terē dus esset. Infantes cùm sint edentuli lacte magis opus habent. Erat Iudæus respectu Gētilium quasi nutrix & nos cens voluntatem Dei, instructus per legē probabat vtiliora. Alludit Paulus ad illud. Ego Dominus docens te vtilia. Per vtiliora intelligit quæ sensus & vires excedebant humanas quæ non sic scire poterant quitantum lumine naturæ prædīti erant. Neq; hūc locum volumus intelligendum esse de credendis tātnm, verumetiam de faciendis. Nam circa mores inter eos nōbene conueniebat. Vnde etiam ab ipsis eximiis & primis Philosophis turpiter in quibusdam erratum fuit vt videre est præcipuè in illa opinione qua Plato & Socrates volebant, vxores quoque esse cōmunes, & vsurasimpunitas relinquebāt: & alia quæ ad corruptos mores spectabant, vt erant diuortia, quę quasi licita permittebantur. Nec obstat quòd hęc etiam in lege Moseos fuerint permissa quo niam istud factum est propter duri tiam cordis illorum. Et denique si cultum Dei inter hæc adnumerare volumus profecto in hacre apud Gentes superstitiones multę indignę erant. Et ideo cùm Dei haberent agnitam voluntatē per legem scriptam Iudæi quę vtiliora erant tam admores quā ad cultum Dei spectantia docere poterant ipsas Gentes. Sed attende acute lector quid dicat Paulus: Nosti voluntatem eius, inquit, & probas vtiliora. Non dicit, facis voluntatem, & facis vtiliora. Vnde in his verbis magis Apostolus replet Iudęos pudore & confusione quam laude & commendatione. Per ista namque magis ac ma- Gētilis idolatra erat doctrina non sitare. P. Coriolis.

Quinecerti-bus ac pluri-bus benefes-sō respōdet. cumulationi obiurgationē dignus est.

sic magis aperitur illorum in gratitudo qui non responderint istis beneficijs de quibus tantopere ipsi se extollunt, Quo enim quis plura recensēt ab alio recepta munera & plurib' donatus est beneficijs si eis non respōderit saltem gratias agens eò est maiori ingratitudinis nota dignus & reprehensione benemeritus. Si enim istis beneficijs & prerogatiuis bene (vt parerat) vsi fuissent meritò deeis se eommendare potuissent: sed cùm viceuersa factum sit cōuenientius multò erat illis, hęc subsilentio inuoluere, quam in lucem propalare. Cùm effutiunt & buccis plenis eructant, aliud nihil faciunt quam facies suas confusione & pudore cooperire. Erubescę Sydō ait mare.

Isa. 23.

Sequitur:

Cōfidis teip. esse du. cæ.

HIc nobis videtur Apostolus declarare quo consilio & qua intētione explicauerit Iudęorum prærogatiuas: ostendit que se id non fecisse vt laudaret sed potius vt accusaret eos, Vnde nunc dicit. Confidis teipsum &c. Ex his scilicet recensitis prærogatiuis cōfidis teipsum esse ducem cęcorum. Hanc enim Iudęi arrogabant sibi confidentiam ex illis priuilegijs. Vocat autem hic cęcos Gentiles quibus Iudęi putabant se posse præstare quidem certe ducatum & demōstrare viam eo quòd ipsi nouissent legem & non Gentes. Sed si cęcus cęco ducatum prębeat, quò ire potetūt ambo nisi infouea? Et nescimus quis magis cęcus an is qui visu caret, vel is qui, cùm habeat, videre non vult. Certe in prouerbio est non esse deteriorē cęcum quam qui non vult videre. Iudæorum namque populus noluit intelligere vt bene ageret: confidentiā tamen arrogabat sibi amplam satis

Matthei 15.

Prouerbium

Psalm. 35.

Lumen eorum qui in tenebris sunt. Tametsi & quicęcus est & qui in tenebris versatur vterque sit non videns tamen differētia est inter cęcū & eū qui est in tenebris nā hic nō dicitur cęcus. Cęcus enim est & dicitur propter defectum corporalis visus & non propter defectum medij ad videndū alioqui noctu, quando abest lucis claritas omnes essemus cęci; quod alienum est à ratione: Et ideo aliud est cęco præstare ducatum aliud vero esse lumen eorum qui in tenebris sunt. Id circo obserua quòd cùm hęc nō sint intelligenda de corporali lumine vel ducatu (quoniam hęc secundum metaphoram sunt dicta) sed de visu & ducatu spirituali per hęc duo veniunt intelligendā duo hominum genera quorum alterum est illorum qui ideo cæci dicuntur quòd defectum ingenij naturalis habent quales essent qui omnino sunt constituti in ignorantia legis. Istis hominibus nemo potest scientiæ lumen præbere vt ipsi videre possint per seipsos quid sit agendum sed id beneficij tantum ab alijs præstari potest vt dirigantur & ducantur sicuti cæco nemo potest concedere visum quo per se ipsum possit ambulare: Habet enim defectum interius in potēna visiua: Concedi tamen ei potest dux qui dirigat eius gressus ne cadat: sic qui ignorantiam habent omnino legis, propter defectum naturalis ingenij, isti nō sunt capaces luminis scientiæ vt per seipsos postea videre possint quid sit agendum sed ab alijs diriguntur tanquam cæci. Fit autem hæc directio per mandata. Præcipere enim oportet illis vt hæc, & hęc faciāt & hoc vel illo modo, tametsi ipsi mādatorum rationes ignorent. Atest aliud genus hominum qui non indigent duce & directore sed lumine ad videndum huiusmodi sunt qui dicuntur ignorantes propter carentiam doctrinæ & disciplinæ & istis vir sapiens præstare potest lumen illud quo ipsi

carent

dicat. Ego alias bene possum informare de vero sensu & notitia legis postquam sic sum edoctus & instructus in lege. Hoc certè egregiè militat cõtra quosdam sciolos homines qui prius volunt docere quã sint ipsi ab alijs edocti: Iudæus igitur cùm prius esset ipse edoctus confidebat se recte posse exercere hãc prouinciam. Ista sunt igitur inquibus confidentiam nõ mocam habebant Iudæi, quod non putamus esse intelligendum de omnibus Iudæis sed de quibusdam quierãt rabbini & legis professores: Hierant qui ad ista omnia præsumebant esse potẽtes. Alij autem qui erant è vulgo vel non curabant: & fortassis etiamsi scirent in omnium gratiam esse datam legẽ non propter ea erãt arrogãtes sicut primates rabbini que Iudæorum. Matthæus. Nãisti erant qui amabant primas cathedras in synagogis & vocari ab omnibus rabbi.

Sequitur.

Qui ergo alium doces teipsum non doces? Qui prædicas nõ furandum, furaris? Qui dicis non mœchandum, mœcharis? Qui abominaris idola, sacrilegium facis? qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est &c.

PRiusquam dicamus Apostoli intentionem in hoc textu non abre existimamus admonere statim lectorem vt intelligat hunc variè ab ipsis interprætibus esse prolatum. Sunt nãque qui putant proterendum esse nõ interrogatiuè sed indefinitè siue asserriue: & sanc hic textus est concludẽs illa quinque quæ proximè recitauerat dixeratque de Iudæis. Sunt qui cõtendunt legendum esse hunc textum cum nota interrogationis: & hanc lectionem maximè fouet beatus Chrysostomus, cui nos subscribimus tamquam veriori lectioni, quod sic suademus. Apostolus hic intendit carpere & reprehendere Iudæorum defectus nam postquam prius abundè & affatim recẽsuit encomia & prærogatiuas illorum nunc insurgit contra illorum crimina (quę etiam carpserunt in illis Prophetæ à Deo missi) at obiurgandi modus & forma multo maiores vires habet si fiat per interrogationes quam si dicatur indefinitè & assertiuè Quando Deus Adamum obiurgare voluit vsus est interrogatione, & Paulus volens increpare Galatas vt eius increpatio maiorem energiam & vehementiam haberet sic est loquutus. O insensati Galatæ, quis vos fascinauit, non obedire veritati? Sic hoc loco postquam mirifico ordine enumerãdo Iudæorũ excellentias & illas quinque prærogatiuas visus est commendare Iudæorum nationem supra Gẽtes (tametsi istud potius fecerit animo suggillandi illos) nunc per mirabilem & artificiosam contrapositionem & antithesim improperat illis peccata illorum & præcipue tria diducta ex quatuor vltimis prærogatiuis enumeratis prius. Sic igitur cùm intentio Apostoli esset reprehendere Iudæos & reprehensio maiorem vim habeat per interrogationem conuenientius credendum est Apostolum loquutum fuisse interrogatiuè & nõ indefinitè. Genesis. 3. Ad Gala. 3.

Sed rogas, Quæ est ista contrapositio & antithesis? Respond. Est quædã respondentia vitiorum in qua cuilibet prærogatiuæ respondet vnum opprobium quo illa prærogatiua vituperatur & vilis fit. Vnde tacitè Apostolus insultãs & improperans Iudæis, extollit & laudat ipsas Gentes. Tacitè. n. dicit Iudæis. Vos gloriamini & dicitis instructores esse aliorum per legem quam habetis & eruditores & pereã vosipsos nõ docetis neque instruitis & erudi-

& erudimini. Quæ maior impudentia quam instruere & docere alios & seipsum negligere? Qui sibi nequam, cui esse potest bonus? Si tu gloriaris ò Iudæe de lege tua qua alium doces, & tua vita secundum legem tuam non est instituta, quid tibi proderit? Hoc ipsum causa erit quod ante Dei tribunal deterior & culpabilior habearis. Non enim quia tu doces legem hoc solo nomine præferendus venis ipsis Gentibus. Imò in hoc tibi prælatus erit Gētilis quia ea quę legis sunt facit etiam non habens legem quam tu habes. Si confidis te esse magistrum infantium ducem cæcorum & eruditorē insipientium vana & friuola est tua confidentia.

Ecc. 34.

Existis Pauli verbis manifestè constant tot & tanta quæ dixit Apostolus de Iudæis non forè dicta adulatoriè aut blanditoriè. Nam per hæc verba incipit nunc reprehēdere Iudæam in eumque indignari. Reprehensionē siquidem sonant hæc verba, & cùm sthomaco & despectione sunt legenda, q.d. Inexcusabilis es tu Iudæe qui alium doces, si teipsum non doces.

Maior ne tibi cura est de alijs quam de teipso? alijs vtilis es. & non tibi? Instruere teipsum, teque curato, Tam tibi ipsi es peruersus, inimicus, & iniqu' vt quod in alios præstas, tibi ipsi neges Doce prius teipsum, tua corripe errata antequā alium iudices. Pudeat te vnum docere & prædicare, & aliud facere. Omittis quod tibi magis incūbit. Ac si dicat. Qui alium docet, prius seipsum docere debet. Audiant istud verbi Dei concionatores qui in docē do alios nullum non mouent lapidē quò illos reddant, præsent & efficiāt doctos non doctos modo sed aliquā do aliorum doctores, & heu dolor, seipsos non docent. Qui similes sunt Iu

Simile

cæ ne ardenti, quę vt alios illuminet seipsam consumit. Non debet Euangelicus præco esse seipsum consumēs alios docens: alios instruens, seipsum instruat; quod prædicat, operè compleat: curet sua primò, deinde aliena. Nostra enim facilius curantur quam aliena. *Qui præd non fur furaris.* Agnere descendit ad speciem. In genere tantum arguebat illos Apostolus nūc in specie illos taxat & arguit. Illa animaduersio per omissionem erat, ista per commissionem. Sed expende lector acurè quam vili nota notet Iudæos Apostolus. Furti arguit eos, Fures appellat, quando dicit furaris. Furtū tametti inter peccata non sit omniū grauissimum est tamē de decorosum & crimen ignominiosum: crimen q̄nisi à personis vilibus cōmiti nō solet. Est tamen homicidium lōge grauius sed non apud homines cum tanto dedecore reputatum. Fures igitur appellat Apostol⁹, Iudęos. Magnū opprobium illis improperat: quod animaduertentes forsan Origenes & Chrysostomus quasi volentes saluare Pauli modestiam retulerunt verbum furaris ad mysticum sensum & significationem: in qua non solum hoc, sed & sacrilegium mysticè interprætantur. Dicis, Sed quæ est hæc mystica significatio. Quidam dicunt quòd cùm Iudæus abscondere conabatur Christum fuisse verum Messiam dicebatur ideo furari. Sed si intelligere volūmus verbum furari & sacrilegium propriè nihil mirum alicui videri debet: nam sicut Propheta appellauit illos socios furum (qui latrones iure appellari possunt) & Christus improperauit illis quod fecissent domum suam speluncam latronum quid mirū si Apostolus dixit, qui prædicas non furandū, furaris? Fortassis quia Apostolus volebat ostendere quod Iudęi non obseruassent legem sibi datam quantum ad illud quod spectabat ad proximum & quia furari erat contra proximum hoc exemplo ostendit illos transgressores esse legis. Verum quæ nobis magis grata est huius loci expositio talis est vt dicamus Iudæos

Respondeo.

Isaiæ 1. Matt. 21.

esse

esse fures appellatos eo quod essent defensores & fautores furum. Qui, n. fauet & patronus est furis, fur est. Et ideo licet Iudæi docētes legem suam dicebant non esse furandum tamen hoc dicto modo ipsi furabantur. Erant igitur opere fures & si non verbo vocem quidem Iacob habebant sed manus erant Esau pilosæ & rapaces. Obseruet postremo hic lector quod nomine furtiomnem fraudem quæ in bonis proximo fit intelligit Apostolus hic. Vnde cùm ipsi vsuris vt palam erat dediti essent hic quoq. intelligi possunt de hoc vitio fuisse notatos tametsi Apostolus usuræ non meminerit. *Qui dicis non mœch. mœ.* Hec est alia iniuria & offensa qua noster proximus solet offendi: & tanto magis quanto persona rebus ipsis tēporalibus præstantior est. Mœchia enim grauior culpa est furto: vnde non minus iustè quam furtum, capitis pœna plecti posset. Maioris quippè æstimatur iniuria quæ fit in adulterio, quam quæ fit in furto: & maiora mala non raro sequuntur ex adulterio, quam ex furto, & non numquam ex adulterio non leue furtum committitur. Sæpe enim sæpius vsu venit vt propter adulterium verus hæres legitima sua hereditate priuetur. Solent quippè vxores quæ ex alienis viris habent prolem suis maritis eam supponere quo fit vt sæpenumero hæreditas obueniat ei qui spurius erat filius relicto & expoliato vero & legitimo herede. Et quod magis agrauat rem hanc est multò difficiliorem esse in hoc negotio restitutionem quam in alio furto. Vnde in schola doctores torquēt se vtrum se prodere teneatur adultera vxor ne legitima hereditate defraudet legitimum heredem. Et habet hęc tristissima quæstio pro vtraque parte suos fautores. Vtra autem pars verisimilior sit scholasticorū examini relinquamus. Hoc autē in loco nobis satis esse putamus eius tantum meminisse. Nec nostra interest omnes quæstiones ad certam limam diducere. Interpretē siquidem agimus, non quęstionarium. Proinde quantum ad Pauli sententiam attinet, quæ dicta sunt satis esse existimamus. Notet hic acutus lector quod Apost. hæc duo crimina inter multa alia voluit expressim nominare quib' ostenderet prauitatē Iudæorum non absque causa. Nā hæc duo erant maxime in lege prohibita, & maiori pœna animadu ertēda. Lex. n. sic sanciebat vt pro vno furato boue quinque solueret fur & pro vna oue quatuor soluere tenebatur. Sed & mœch. & adulter ę non minor pœna dabatur quam vitæ priuatio. Et ideo cùm hęc crimina essent de maioribus Apost'. hec tecitauit & nominauit. Cùm verò ait, dicis, intellige tu, non quomodocumque, sed dicis, scilicet docēdo alios. Non dicis vt priuatus homo sed dicis vt doctor legis & magister infantiū: quo nomine si facis, maiori vituperio ac supplicio dignus es: vt qui de lege, deq. eius supplicio maiorē & pleniarē habeas notitiā ac cognitionem. Vnde culpabilior effectus es Gentili qui licet per legem suam horum criminum non esset omnino ignarus tamen non tam claram habebat de eis notitiam & cognitionem.

Obserua præterea Apostolum hic mœchię nomine non tantum damnare illam quę reipsa & opere patratur, sed etiam illam quæ corde & voluntate comittitur. Lex. n. Moseos vtramuis cohibebat ac vetabat. Scriptum quippe erat in lege exod. 20. hoc modo: Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis vxorem eius. Quam legem interpretatus est Christus legislator nouæ legis dicens. Qui viderit mulierem ad concupiscendū eam iā mœchatus est eā in corde suo.

Rursus obseruare in hoc expedit sicut in præcedenti fecimus vocabulum mœchari late & non stricte esse

urti intelligimus omnem fraudem per quam quis fit ditior cum iactura proximi sui vel vendendo, vel emendo, vel negotia tractando cuius cũq: sint sortis vel conditionis dummodo interueniat iniustitia. hæc omnia furti nomine intelliguntur siue fiat rapina, vi, vel absque illa: sic etiã per moechiã hoc in loco intelligere nos oportet omnem fornicationem (etiam illõ quæ fit inter solutos) Nam Christus quando dixit. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendum eam iam moechatus est eam in corde suo, non dixit, mulierem vxoratam, cui si quis ad eius contubernium accedat adulterium cõmittit, etiã si accedens inuxoratus sit. sed absolutè dixit Christus, si quis viderit mulierem. Sicut enim quando Christus dixit Nõ fornicaberis, fornicationis nomine nõ solam simplicem prohibuit (vt rectissimè multi ad notarũt) sed in coetum, strupum, raptum & adulterium vetauit: sic quoque quando dixit, iam mœchatus est, non tantum intellexit de moechia quę fit per adulterium, sed de omni genere fornicationis. Et similiter Apostolus Paulus hoc loco ita latè vsurpauit vocabulum moechia. *Qui abominidolo. sacrilegium facis.* Acrimoniibus hominum ad crimina contra Deum descendit Apostolus quo Iudæorum vitam & de praua tos mores illis magis improperet & agrauet. Sic namque etiam fecit quando supra cap. 1. insimulauit Gentilib' sua fascinora & scelera tamettsi de Gẽtibus grauiora & plura recitauerit crimina.

Ibidem.

Acrius enim illos obiurgauit: nunc paulo mit' agitur cũ Iud. Et licet non tã foeda & nephãda accuset peccata, tamẽ quæ hic recitat cõtra Iud. quam sufficientissima sunt vt mõstret quod prædixit: nẽpè vanam ac inutilẽ fore legis tantũ notitiam, absq. bonis operibus: & quoad hoc Paulus Iudęos Gẽtibus parificat, ex hoc. n. infert Iudęos peccatores esse quæmadmodũ & Gẽtes. Et huius rei gratia recensẽt Apostolus hic Iudæorũ peccata. Auspicãs à peccato impietatis in Deũ: hoc autẽ est idolatriæ crimẽ. Inter omnia legis peccata ꝙ magis infandũ & abominabile dicitur est ipsa idolatria, quę in lege veteri, in multis locis vetita erat, & non quomodo cunque, sed tanquã aliquid detestabile. Et ideo Iudæus quando docebat illam esse fugiendã valde eam abominabatur tamquam rem fœdam. Et ideo non dixit Apostolus, Qui despicis, vel contemnis idola: sed vsus est verbo abominaris, quod maiorem emphasim habet.

Leuit 18. & Deut. 7.

Sed dices, quomodo abominabatur Iudæus cum idolat. operã dederit? Nõne dixit ipse? Audi Israel, ij sunt Dij tui igitur &c. Respõd. Dupliciter potest hoc intelligi primo quantũ ad cognitionẽ: Cognoscebat. n. ex lege Iudęus abominanda esse idola. lex. n. clamabat: Non adorabis Deum alienum: & Nõ facies sculptile, vt adores illud: & ideo quia Iudæi iactabant se de legis cognitione, ideo Apostolus id quod competebat legi attribuit Iudæo dicens: Qui abominaris idola. Hoc est, Qui per legem datam tibi, destruis idola sacrilegium facis. Vel aliter dicemus, Quod Iudæus publicè abominabatur idola, sed secretè sacrilegium faciebat. Sed multò melius videtur esse dicendum quod Iudæus verbo abominabatur idolatriam, & facto non cessabat à sacrilegio, quod cùm ista quandam affinitatem habet. Vtrobique enim est contemptus Dei, & auaritia perquam Iudæus in sacrilegium incidebat quædã erat idolorum seruitus.

Sed dicis Apost' hic non vocat Iudæum idolatram sed sacrilegum: sacrilegium, inquit, facis. Ad hoc preter illa quæ diximus respondere possumus dicentes (vt quidam dicunt) quòd Paulus hoc loco idolatriam quidem ipsam nefandissimam appellat sacrilegium: quod si propriè accipia

Exodi 32. accipiatur, est (sicut dicit hic B. Hieronymus) sacrosancti violatio, siue contaminatio. Vnde idem subdit. Inquo comitis sacrilegium, idolatra esse monstraris. Et sic Apostolus appellauit Iudæum idolatram. Noluit tamen illum (honoris fortè gratia) norare de tam fœdo crimine per nomen idolatræ, sed modestiore vtens vocabulo dixit illum sacrilegum. Verissimè tamen poterat illum nominare idolatram quoniam sæpissimè idolatra Iudaicus populus fuit sicut facile intueri licet statim postquam legem & decalogũ à Domino receperunt quando ex auro conflarunt vitulũ: sed hac vrbanitate & modestia vsus est Apostolus in illum populum tametsi tacitè & secreto taxatus fuerit de idolatria ab ipso Apostolo sicut & Gentilis. Porrò sacrilegium quid sit, quotque modis dicatur & fiat in personam, in rem, & in locum sacrum, hæc, vel a theologis, vel a Canonistis veniunt petenda. *Qui in leg. glor per præuari. leg. Deum inhono.* Hæc est secunda offensa in Deũ legis violatio. Qui enim legem transgreditur, legis autorem in honorat: eius quippe iussum contemnit. Sed dices: Hoc commune est omnib' criminibus (qui enim furatur Deum inhonorat & qui mœchatur & denique quicunque mandatum Dei quoduis peccatum Deum super benedictum dehonestat) igitur nihil noui dicit hic Apostolus de Iudæis. Respondetur ad hoc, quod verum est Deum inhonorari per transgressionem cuiuslibet mãdati & per quoduis peccatum etiam offenditur communiter sed Apostolus aliud videtur velle denotare hic præter cõmunem illã offensionẽ quæ fit in quouis peccato mortali: videlicet aliquã determinatã præuaricationem legis, quæ distinguatur à supra dictis criminibus. Sed dices: quale est hoc crimen, & quod est ei nomẽ? Resp. Paulus sub nomine generali & non speciali retulit, vocans illud præuaricationem legis: dicunt tamen alii qui, hoc esse transgressionem quæ fit ex contemptu, vel scandalosam & notabilẽ transgressionẽ propter quã fiebat vt Gentiles inhonorarent Deũ Videntes. n. Gentes Iudæos gloriãtes in lege & factis eam pessundãtes & cõtemnẽtes, ipsę despiciebant Deum & falsa putabant esse quæ de Deo dicebantur ab his qui in lege gloriabantur Aliter. n. intelligi potest & hic locus de transgressione generali legis per quã etiam aptè dicitur, Deum inhonorari, non tantum à Iudæis sed ab ipsis Gentibus. Si quidem ipsi videntes Iudæos transgressores legis occasionem acceperunt in honorãdi & blasphemãdi Deum. Sicut. n. legis obseruatio occasionẽ prestat laudandi & benedicendi Deum (Christus. n. dixit, Vt videant opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est) sic ex malis operibus occasio datur inhonorandi Deum. Vnde obserua tu Christiane lector quam sit grande malum doctoribus legis & predicatoribus vnum dicere, & aliud facere: sic ptius malùm docent, quam bonum. Plus equidem valent opera, quam verba. Quare necessario admonuit Apostolorum caput Petrus dicẽs. Vt ex bonis operibus uos considerantes glorificent Deum *Nomen Dei per vos blas. int. Gẽt. sic scrip. est.* Probat quod dixit testimonio sacræ paginę quod ex Propheta Isa. 52. cap. & ex Ezechi. 36. est desumptũ. Porró, quid hic veniat intelligendũ appellatione nominis Dei satis putam' notũesse. Nomẽ n. Dei hic accipitur nõ aliomodo quã in secundo præcepto Decalogi: Traditur nempe nõ pro voce prolata qua Deũ indicamus (hæc. n. res creata est) sed significat in scripturis nomen Dei Deum ipsum, seu potentiam Dei, virtutem maiestatem, gloriam, bonitatem Dei, & vt vno verbo dicamus accipitur nomẽ Dei pro eo quod De' vel quod rectè Deo attribui potest

Matthei 5.

1. Petri 2.

Hinc est, vt qui de bonitate, virtute, potẽtia, gloria vel maiestate Dei male sentiũt, hi nomẽ Dei blasphemãt. Vnde nomẽ Dei nõ vno tantũ modo sed multifariam afficitur blasphemia. Principio quidẽ, ab ijs, qui venerãtur & colũt contẽptissimas creaturas, ido la muta, & statuas (contẽpto omniũ rerũ creatore) de quibus cap. 1. noster doctor sic dixit. Quia cũ cognouissẽt Deũ, nõ sicut Deũ glorificauerũt, sed muta. gloriũ incorrupt. Dei insimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & serpẽtum: & seruierũt potius creaturæ quã creatori qui est benedictus in secula. Deinde nec ab hocvitio aliẽ isunt qui in Christũ blasphemiã dixerunt. Nam isti licet externa idola abominarẽtur, tamen nomẽ Dei blasphemijs affecerunt. Nõne blasphemia est vox illa, In Beel sebub principe Demoniorum ejcit Dæmonia, Et illa? Tu Dæmoniũ habes? Ita certe. Cũm igitur Christus, qui est Patris vnicũ verbũ magis proprie sit nomẽ Dei quã quæuis alia res (ipse quippe est per quẽ Deum cognoscimus) quare iure & iudẽ dic ipsi sunt nominis Dei blasphematores. Et, vt vno verbõ concludamus, vtinã istis non possent adnumerari multi mali christiani qui nomẽ Dei benedictum ignominiosissimẽ tractãt temerẽ iurantes & peierantes: cuius nominis tantus abusus apud Gẽtes etiam exteras magnũ scandalum parit & magna tribuitur illis ocasio vt per illos quoque nomen Dei de honestetur. Vndẽ si iuste Apostolus de Iudæis cõqueritur quòd darent ansam Gẽtibus blasfemandi nomẽ Dei iustius multo quærimoniam posset habere de Christianis cùm multa scelera hoc tẽpore abundent & potissimẽ vitium blasphemiæ apud illos.

Luce. 11

Ioan. 8.

Porrò, quòd dicit, per vos, perinde est ac si dicat: propter vos. Causam. n. dicit dictio per. Si quidem Gentiles videntes Iudæorũ malos mores & depraua tam conuersationem reputabãt hoc prouenire ex mala institutione legis datæ à Deo: & sic legem Dei cõrenebant, nec quæ dicebantur de Deo in lege, vera esse credebãt. Et licet per peram ipsi agerẽt in hoc attribuentes errata hominũ, vitio legis (non. n. propter malos mores Iudæorum in Deum, legem suam blasphemare debebant, non sunt enim peccata hominum in leges imputanda) nihilominꝰ tamen grauis satis erat culpa eorum qui præbebant occasionẽ & suo malo exemplo Gentes ad malum inducebant. Quare rectè Apostolus hic eos obiurgauit. Has Gẽtes imitati sunt ad viuũ Lutherani qui vidẽtes monachos, & sacerdotes fortè pauciſſimos qui spurcatã vitã ducunt, propter praua istorũ vitã monachatũ & cœlibatũ inuerecũde dãnarũt: quod quã iniquè & iniuste sit factũ nullos alios præter ipsosmet faciam' iudices. Qui nisi suæ cęcitatis caligo obstet facilè agnoscẽt suũ in hac re errorũ. Nã dicãt? Si propter viginti, vel centũ vel mille monachos qui sanctũ monachatũ suis scelerib' maculãt, monacatus est extinguẽdus & mox de medio tollendus igitur consimiliter propter mille, vel bis mille malos Christianos (quos in toto orbe facile est reperire) etiam Christianissimus foret damnandus? hoc concedere nullus sanæ mentis auderet. Non igitur ob malos sacerdotes & monachos, sanctæ & religiosæ institutiones viuendique modi exibilandi veniunt, sed amplectendi & in magno prætio habẽdi, potissimè cùm in ipsis iam sit nõ negligens cura de castigandis malis monachis & puniendis sacerdotib' vitiosis. Quod vel euidẽs signum est institutiones & viuendi normas non in fauorẽ sed in pœnã vitiorũ esse constitutas. Quare citra cãdoris monasticẽ institutũ detrimentũ est quosdã esse religiosos vel sacerdotes non bonæ vitæ & nominis. Id circo, nec vnò pilo, laude minor

Simile

nor est status religiosorum quam si omnes statui responderent. Non. n. de Apostolatus laude & excellentia aliquid deperijt eo quod Iudas pseudo Apostolus fuit. Monachatus igitur bonus est & si non habeat semper bonos monachos omnes. Non tamen inficiamur per quam bonum est se vt nihil foret (vel in vno solo monacho aut sacerdote) quod secularium oculos offenderet: sed omnes haberent intus & foris conuersationē bonam: tunc saltim hæc occasio abolirētur, & plures ad virtutis brauium animarentur.

Sequitur.

Circuncisio quidē prodest, si legem obserues: si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur? &c.

Rogatio.

Rogabit nos quis (& quidem non temere) quorsum Apostolus ad circuncisionem, transitū fecerit, cùm hactenus de ea, vel minimum, non fecerit verbum. Quare, hic nullus videtur esse nexus, nullaque series ad præcedētia verba. Ad hāc rogationē non erit dificile respondere si dicamus nō abre Apost. à lege ad circuncisionem transisse. Fecit nāque istud vna & altera ratione. Priore quidē, quoniā post longū decursum legis (de qua Iudæus amplè gloriabatur) de circūcisione proximè habēdus erat sermo cùm ipsa circūcisio secūda res esset de qua Iudaismus maximè se extollebat gentesque despectui habebat tanquā præputiatas. Cùm igitur Iudæi tā de lege quā de circuncisione se iactarent vbi dixit Apostol. de lege, dicendū quoq. erat & de circuncisione. Addere possumus huic primę rationi istud, nimirum, q. si Apostolus recensendo encomia & prærogatiuas Iudæorū silentio inuoluisset circuncisionē eis datā ipsi quidē Iudæi quærimoniā de nostro Apostolo facere potuissent: Putare quidē Iudæi poterant quod Paulus pronihilo duceret ipsam circuncisionē. Quare volens Apost. ab hac quærela se preseruare præueniens eam nō solū circuncisionē nominauit sed etiam cōmendauit dicēs: circuncisio quidē prodest: Ac si diceret; Nolim existimetis me cùm tot, tantaque de vobis dixi, flocci facere circūcisionē: tantū abest, vt palam dicam vobis eā validam esse, nempe addelēdam originis labē & noxam: sed simul cū hoc volo vos admonitos (ne decipiamini) circūcisionē tantū valere illis qui legis factores sunt, non tantū auditores. Et hæc est altera causa & ratio ob quā Apostolus de circūcisione hic loquut. est. Vnde si has duas rationes nostras diligēter prospiciat lector planè intelliget quantū hic Pauli sermo de circūcisione cōmodus sit ad superiora. Cōfirmatio quippè est hic textus illius instituti & propositi quo Paulus nō min. doctè quā acutè, cōtēdebat, auditores tantū legis nō esse iustificādos, sed factores. Nunc cōfirmat & corroborat illud argumēto petito à simili, Ac si dicat. Lex & circūcisio in hoc pares sunt quòd sicut lex non facit iustū nisi illu qui facit legē, ita pari passu circūcisio nō valet nisi illi qui legem exprimit & opere complet. Et idcirco sicut vos gloriari non potestis de lege, nec etiā de circūcisione. Vt igitur nullū locū nullāque occasionē haberet Iudæus gloriādi se, Apost. hanc quoq. ensam. de circuncisione, remouet hoc loco docēs quòd circūcisam habere carnē sine legis obseruātia nulla erat gloria apud Deū. At quid nomine circūcisionis intelligere debeam? haud bene conuenit inter omnes interpretes. B. Ambrosius, nomine circuncisionis circuncisum populum, cui data fuit circuncisio, intelligendum esse existimat

Responsio.

timat. Dicit namque, quòd sicut præputij nomine intelligitur Gētilismus, sic per circ. Iudaismū. porrò Origines cōfugiens ad sensum mysticum sermonē hic putat fieri de spirituali circuncisione. Cæterum tota fermè caterua aliorum interpretum Apostolum hic loqui credit de circūcisione prout erat sacramentum legis veteris in quo cō donabatur peccatum: de quo effectu plenius differet Apost. cap. 4. & nos cum illo. Hic autē quasi per occasionē & transennā de circuncisione sermonem efformauit: vt Iudæum scilicet omni occasione gloriandi expoliaret. Quo ad presens spectat satis est nosse circuncisionem illis datā esse protestationis loco sicut nunc datur nobis baptismꝰ in protestationē, sic illis. Sicut.n. nos nomina damus in baptismo & profitemur fidem & sata nę renunciamus pompisque eius, candidaq. veste induimur quæ in signum nos induere iustitiæ donum quod seruare promittimꝰ nos vel alius pro nobis: sic quicunque suscipiebat circūcisionem protestabatur legē obstringebatque se ad seruandum legē. Istud enim palā attestatur Paulus ad Gal. 5. dicens: Testificor omni circuncidēti se quoniam debitor est vniuersæ legis. Debitor: pondera verbum vigilās lector vniuersæ legis, idest: totiꝰ legis, totā legē tenebantur seruare qui circuncidebantur. Vnde colligi valet cæciras Iudæorum volentium se gloriari de circūcisione absque legis obseruatione. Quanto.n. istud prætēdebāt vt se præferrēt Gentibus tanto se deiciebāt. Contra semetipsos allegabant circuncisionē. Nam tunc deterior fiebat Iudæi cōditio. Ostēdebat.n. se abnegasse & violasse illā fidē & promissionē quā pollicitus fuerat in receptione circūcisionis. Vnde præstaret ei de circuncisione silentiū habere. Sicquoque christianus qui violator est fidei quam dedit in baptismo & nouæ legis transgressor est si alleget se christianum esse ex ore suo se iudicat atq. condemnat. Peior namque est ista conditio. Cōuenientius ei esset si christianus non esset: non tam graue esset illius peccatum, nec tam dura sumenda vltio. O miseranda, & multis lachrimis deplorāda nostra conditio. Sed o maior nostrę matris pijssimæ Ecclesię infęlicitas & sinistra fors ab ijs qui ei nomina dedere? Magis afligitur, molestatur, cōcutitur ac expugnatur. Ipsa dicere valet non sine ingenti dolore: Filij matris meæ pugnauerunt contrame. Qui quęso sunt qui pessundant leges Ecclesiæ nisi christiani? qui Ecclesiæ authoritatem infringiantur nisi christiani? qui thesauros Ecclesiæ (sacramenta dicimus) radicitus euellūt? christiani, non re, sed nomine: & qui ritus & ceremonias ac traditiones patrum nostrorum Apostolorū nihili pendunt, nisi illi, qui Christo nomina dederunt? Et denique tot tantasque hæreses qui à mortuis eas suscitarūt nisi qui christianitatis nomine gaudent? Arrius, Sabellius, & alij prisci hæretici & neoterici: Lutherus, Melanthon, Buserus, Caluinus, Ecolampadius & cæteri nonne ex nobis prodierunt? ita plane, sed vt Ioannes dicit, Non erant ex nobis. Ex quibus ergo? Respond. Ex Antichristo & ex patre diabolo.

Ad Gal. 5.

Cha.

1. Ioan. 2.

Ioan. 8.

Sed statim sese offert hic scrupulꝰ quomodo Apostꝰ, probet hic accommēdet circuncisionē: & eo potissimē vrgere magis videtur scrupulus quod ipsemet alibi apertissimè dixerit: Si circuncidamini Christus nihil vobis proderit. Si Christus non prodest circuncisio, quomodo dicit hunc, Circuncisio quidem prodest? Imò ad Gal. 5. inquit: In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet. Ad hoc respondemus dicētes duplex fore tempus circuncisionis, aliud in quo ipsa viuebat, aliud vero in quo mortua erat: Paulus autem hic loquitur de circuncisione viua, ad Gal. autem de ea prout erat

Ad Gal. 5.

Idem.

erat mortua. Vixit autem circuncisio ab eo tempore quo data est Patribus ad Christi vsque mortem: in quo statu valebat aliquid circuncisio, imò quibusdam necessaria erat. In lege quippe dicebatur, Masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Non enim aliter deleri poterat illa macula (quã originalem vocamus) Quare necessaria erat ad salutem circũcisio. At postquã Euangelij Dei susceptionem, tã rũ abest vt sit vtilis quod etiã est nociua. Quare quod tunc pro Iudæorum salute institutum erat, nunc̃ christianis noxium est. Nec mirum, quoniã isto longe salubrius remedium à Christo Seruatore est subrogatum loco illius quod est tam abrogatum.

Græcus, ly

Vel alio modo intelligere possum' hunc Pauli locum de circuncisione non carnali sed spirituali. Nam vera circuncisio in promissione spirituali posita erat carnalis autem, in ablatione carnalis pellicullæ à parte genitaliũ: de ista dicit Paulus ad Gal. nihil valere, de alia vero hic loquens, nempe de spirituali, quæ fidem exigebat dicit non esse frustra Iudæo datam à Deo si tamen Iudæus legem obseruet Nam qui legem non seruat, carnalẽ tantum habet circũcisionem.

Tertio concilliari possunt hæc duo loca ad inuicem: scilicet, Si circuncidamini, Christus nihil vobis prodest: & circuncisio quidem prodest, si dicam' Apostolum in hoc loco habere sermonẽ de circuncisione absolutè pro ut erat signum professionis. Et sic proficua erat quando factis comprobabatur: siquè excellebat & superabat præputium: si autem circuncisio esset non comprobata operibus & factis nihil magis valebat quam præputium. Et sic pares erãt Iude', & præputiatus hoc est Gẽtilis. Inter hos duos facit Apost' comparationem vt ex hac parte ostẽdat Iudæum nullam habere occasionem gloriandi super Gentilem quando ipse Iudæus est circũcisus non seruans legem? Quoniam illa circuncisio nihil differt á præputio. Nam circuncisio quæ præfert Iudæum Gentili est illa quę habet facta. Vndè Apost' hic nõ comparat nec loquitur de Iudæis & Gentilibus iam conuersis ad Euangelium sed comparationem facit inter Iudæos in sua pura lege manentes, & Gentiles in naturali tantum lege perseuerantes, & sic loquendo de circuncisione benedicit hic Apostolus quod aliquid valebat supra præputium, quia simul cum factis valebat ad salutem. Quando verò ad Gala. dixit nihil valere loquebatur cum conuersis ad fidem & Euãgelium qui volebant circuncidi: & illis nedum proficua non erat, verum etiam nocens cùm iam esset prohibita.

Sed forte dices, Si circũcisio vt prosit obseruãti legis indiget, quid faciet infans qui in octaua die per legem iubebatur circuncidi? Nihil illi valebit vt qui impotens sit ad legem seruandam. Nec satis illi erit vt parentes pro eo seruent. Respond. Apostolus hic sermonem habet cũ adultis & non cũ infantibus quibus vt salubris esset circuncisio nõ opus habebant nisi in voto custodia legis, quod verũ parentes poterãt habere propueris donec ad ætatem venirent maiorẽ. Nam nõ est verũ dissimile in circuncisione credere aliquid exigi à circũcisis sicut modo fit à baptizatis à quibus requiritur vt renũciẽt sathanę & pompis eius & quia hoc pactũ pueri per se ipsos præstare nequeũt per patrinos fit. Sic cõ similiter credi potest & rationabiliter aliquos obligari pro infantibus ad legẽ seruandã. Siquidẽ circuncisio nihil erat aliud quam legis seruandæ quædam solemnis protestatio. Et apertè satis Apostolus ad Gal. 5, (vt supra diximus) asserit omnem qui circuncisionem recipit sedebitorem, facere ad legem seruandam non

pro eo tempore quo per infantilem etatem haud potest. Sic enim lex obligaret ad id quod nequit fieri, quod dictu absurdum est: sed debitū causabat circuncisio proeo tempore quo lex à circuncisis seruari poterat. *Si autem præuari.leg sis, circū. tua præpu. facta. est.* Docet modo, quomodo sit circuncisio inutilis & meritorum expers, dicitque quod circuncisio illa patribus data de qua Iudæus se iactabat nihil amplius valet non seruantibus legē quā si esset præputium. Et iustè quidem: quoniam nō seruatur quod in circuncisione est pollicitum: fractor promissi est, & pacti initi in circuncisione. Quare licet signum habeat pelliculæ scisse, tamen hoc apud Deum, non reputatur nisi præputiū, ideo dicit: Circūcisio tua præputium facta est. Idest expers ses meriti, sicut & præputium. Nihil enim tua cinteresse inter Iudæū & gentilem. Nam si pereat Gentilis si nelege, & Iudæus per trāsgressionem legis, anter hos nihil interest: imò mitius agetur cum illis qui peccauerunt absq. lege. Et ideo benedicit Apost? quod circuncisio illa vertitur in præputium.

Sed dices: Præputium, & circūcisio duæ sunt res pugnantes: qui igitur fieri potest, vt vna alia fiat: quo enim pacto fieri potest, vt qui pellicula illā præcissam habet, non dicatur circuncisus: & si est circuncisus, simul non potest dici præputium, quod sonat oppositum circuncisionis, Respond. Non vult Apostolus hoc loco asserere mutationes generis, sed potius morum & meritorum. Hoc enim est in manu nostra immutare mores, non autem genus. Vnde licet is cuius pellicula semel est detracta per circuncisionem semper sit circūcisus (hoc est secundum carnem) sed si non seruet legem, & meritis careat factorum, nō est circuncisus secundum circuncisionem spiritualem cuius veritas in promissione spirituali posita erat: quæ præter fidem, exigebat etiam bonos mores: Et proinde non erat satis dicere, nos sumus ex circuncisione carnali. Spiritus quidem est qui viuificat, caro autem non prodest quicquā. Vnde licet Iudæus transgressor legis secūdum carnem haberet circuncisionē, tamen secundum merita Gētilis erat & præputium. Et sic nihil repugnat vnum conuerti & transire in alium. Tales enim sumus & dicimur etiam quales mores habemus. Obserua hic lector docte & acute quod Apostolus non dixit, Si autem non obseruator legis sis, sed dixit: Si autem præuaricator legis sis. Emphasim habet nomē præuaricator. Multo enim grauius est præuaricari legem quā eam non obseruare. Quod vt clarius penetres intelligere prius debes quid sit obseruare legem: quod nihil aliud est quam eam compiere, sequendo mentem & spiritum legis. Sicut enim corpus nostrū animam & spiritū habet sic etiā lex habet suum spiritum. Non seruat autem legem ille, qui mentem & spiritum legis negat: sed tantum tenaciter hærens externis ceremonijs, nihil curat de spiritu legis; quasi ad legem tantum spectent exteriores cæremoniæ. Huius generis erāt Iudæi, qui mordicus affixi erant carnalibus ceremonijs transgredientes Dei mandata si opus erat pro illis tuendis & obseruādis. Porrò præuaricator legis dicitur qui non seruato loco & tempore exterioribus ceremonijs se applicat, vt sunt Iudæi qui hoc nostro tempore se circuncidunt. Dici quoque possunt transgressores legis qui tempore statuto nec præceptiones legis neque externas ceremonias seruant ac custodiunt: de quibus paulò ante Apost. dixit. Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deū inhonoras. Illis enim circuncisio nullius fuit meriti eò quod essent præuaricatores legis à Deo datæ & in ipsum Deum cōmisę sunt impietatem, de qua arguit illos

Apostolus

Ioan. 6

Simil.

Argumẽtum sumitur abopposito.

Apostolus in preterito textu *Si igitur præpu. iust. leg. cust. nonne præp. illius in &c.* Antea deprælserat Iudæum eò quod esset prævaricator legis (quo nomine inaniter se iactabat de circũcisione) nunc autem idipsum videtur facere per comparationem ad Gentilem quem Iudæus nec cõgressu nec sermone dignum arbitrabatur. Paulus tamen egregius rerum censor nõ modo dignum cõgressu & sermone sed Gentes legis obseruatrices Iudæis circuncisis iustè æquat. Quare dicit quòd si præpucium, hoc est, Gentilis habens præputium. Est figura qua res vsurpatur pro persona. Sic Act. 11. dictũ est Petro: Introisti ad viros præputium habentes, hoc est, Gentiles.

Figura analage Actorum.

Populus enim diuisus erat in classes duas: quarum altera circuncisio, reliqua vero præpuium dicebatur. Vnde venerabilis ille Beda super Luc. cap. 5. scribens dicit per duas illas naues quas Christus vidit in litore maris significari duplicem populum, circuncisionẽ, inquit, & præputium. Dicit ergo Apostolus. Si præputiũ, i. Gentilis in circuncisus custodiat iustitias legis: iusta mãdata. Et obserua non dixisse Apostolũ cerimonias legis: nec iudicia legis, sed iustitias legis: quod ideo fecit, vt se cõtineret a iudicialibus, & ceremonijs in quibus maxime sẽ exercebant Iudæi non curantes obseruare moralia præcepta. Ideo dixit. Si præputium custodiat iusticias legis, nonne præpu. illius in circun. repu. Non in carnalem, sed in spiritualem. Si quidem fructum & meritum circuncisionis habebit. Vbi obserua duo potissimè ab Apostolo esse ostensa in laudẽ Gẽtilium: vnũ quod essent legis seruatores, reliquũ Circuncisionis fructũ. Et certè quosdam tales fuisse non est quòd dubio demus. Constat quippè centurionẽ Cornelium & plerosque alios qui vẽnerunt ab oriente vt recumberent cũ Abrahã, Isaac, & Iacob, in regno cælorum fuisse tales. Sed dices: Si meritum circuncisionis haberi potest sine circuncisione, quid opus est circũcidi: potissimè cũ carnalis circuncisio non fieret absque cruciatu & dolore? Respond. Seruanda erat eo quòd a Domino præcepto medio fuerat data, nec inutiliter, sed insignum fidei & generis, quam nec Christus recipere recusauit.

Actorum. 10. Matthæi 8.

Sequitur.

Et iudicabit id quod ex natura est præputium legem cõsumans te qui per literam & circũcisionem prævaricator legis es &c.

NVnc Apostolus docet præferẽdum esse Gentilem Iudæo propterea quod legis obseruator sit. Vnde dicit quòd natura præputium cõsumans legem, id est, adimplens, iudicabit Iudæum, qui prohibens legem scriptam & circuncisionem prævaricator est legis quantum ad opera & facta. Vocatur autem natura præputium qui non erat ex populo Iudaico. Si quidem qui tales erant natura Iudæi dicebantur. Sic ait Apostolus Nos natura Iudæi, & non ex Gentilibus peccatores. Vel aliter intelligi potest vt particula ex natura referatur & coniungatur cum verbo legem consumans: ita vt sit sensus: Præputium consumans legem ex natura, id est, naturaliter, & (sicut supra dictum est) per naturalem rationem. Cæterum quod dicit, iudicabit, de eo iudicij genere venit intelligendum de quo Christus in Euangelio dixit, Viri Niniuitæ surgẽt in iudicio, & condemnabunt generationem istam. De iudicio enim comparationis est hic sermo; quod iudicium tunc maxime habet locum quã do illi qui minus obligantur aliquid facere, diligentius obseruant, quam

Ad Gal. 2.

qui

qui tenebantur, & sic illi suo facto & opere iudicabunt illos qui magis tenebantur Iudæi quam Gentiles ex eo quod Moysi loquenti, dantique legē Iudæi ipsi sua sponte se astrinxerunt seruaturos omnia quæ lex mandabat ipsi enim proprio ore dixerunt: Omnia quecunque præcepit Dominus faciem⁹ & erimus obediētes quisi sicut bene sunt loquuti operati fuissent salus fuisset eorum sed ipsi verbis contēti manus remissas habuerunt propter quod digni habiti sunt audire, Auferetur a vobis regnum, & dabitur Genti facienti fructum propter quem vos abeis ibitis condemnati. Sed proh dolor quam maior & iustior erit eorum condemnatio qui sacrosanctum baptisma susceperunt & tamen prævaricatores inueniuntur legis Euangelicę? Sicut enim circuncisio sine operibus parum valet: sic & christianorū fides sine operibus mortua est.

Deut. 4.

Matthei. 21.

Iacobi. 2.

Sequitur:

Non enim qui in manifesto Iudæus est. *Supple, is est verus Iudæus.* Neque quę in manifesto in carne est circuncisio *Hæc est vera circuncisio* Sed qui in abscondito Iudęus est. *Hic est verus Iudæus.* & circūcisio cordis in spiritu, nō litera. *Hæc est vera circuncisio.*

QVoniam hic textus, siue hæc clausula eclipsim habet (trūcati enim sermones sunt isti) ideo sub hac formula visibili & glosemmatibus suis proponenda nobis visum est quó no uicij & in paulo minus exercitati nō detineantur nec terreantur sermonis obscuritate. Truncato namque sermone vtitur hic Apostolus: qui se cum solet obscuritatem afferre.

Cæterum per hæc nihil aliud prætēdit Apostolus nisi docere quis sit verus Iudæus, & quæ sit vera circuncisiō illud primum docet argumento, sumpto à nominis interpretatione. Interpretatur namque Iudæus ille, qui laudis confessione Deum confitetur, sicut Iudæa sonat cōfessionem. Sed hęc cōfessio Dei, cùm ipse sit spiritus in spiritu & veritate fieri debet: non tātū ore, sed & opere: nedicatur illud Hic populus labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Et illud: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Vnde, qui tantum per exteriorem professionem legis & carnalem circuncisionem Deum honorat & confitetur, hoc est agere Iudęū, & non esse. Isti similes sunt illis hominibus qui assumpta larua aliqua in ęo medijs personatum agunt. In circuncisione & lege maximē seruandus est finis cuius gratia datæ fuerunt illi populo. Circuncisio, etenim exhibita fuit vt præputium cordium abscinderetur & tolleretur, Sic namque alloquutus est Deus illos per Prophetam dicens: Circuncidite præputia cordis vestri, Hic est vnus finis circūcisionis, In his enim verbis iubet Deus circuncisionē, sed in corde. Nec mirum: nā inde pullulāt & manant cogitationes malæ: homicidia, adulteria, furta &c. Hāc ergo illa carnalis circūcisio profine habet. Porrò legis, finis spiritualis est, lex namque (vt testis est Apost⁹) spiritualis est. Hæc est quæ spiritum dirigit in Deum per bona. Quate si spiritus Gentilis dirigitur per opera bona hic erit verus Iudæus: nam ipse seruat legē, tamen qui violator & transgressor legis est non erit verus Iudæus. Et quod dicimus de vero & falso Iudæo, idipsum intelligere oportet de vera circuncisione quam Paulus hic non deshonestat sicut nec legē, inhonorat (valde. n. eam veneratur) sed tantū deshonestat illum, qui trāsgressor eius est, qualis erat Iudæus tantū nomine, qui de lite-

Deus.

Isa. 29. Matthei. 15. Ad Tit. 1.

Similis

Matthei. 15.

de litera & carnali circuncisione tam effrenèse iactabat. Credebat namque Iudæus ex sola circuncisione sicut ex solo auditu & sperabat se posse consequi salutem quam remouebat ab omni alio homine. qui sua circuncisione non esset circuncisus. Contra hoc falsum dogma agit hic Apostolus docens quòd Gentilis sine carnali circuncisione (etsi non absque spirituali) poterat consequi salutem. Nam tali circuncisione non esse circuncisum Gentilem nulla ei erat culpa: sed si legem adimplet coram Deo (licet non coram hominibus) pro Iudæo habebatur: Iudæus autem coram hominibus, non autem coram Deo.

Cæterum insurgit aliquis & dicit, Si Apostolus hic iocci facit circuncisionē quæ est in carne & in litera (quod, vt aliqui volunt, idem est) quare iussa & demandata fuit in lege (si erat infrugifera & inutilis (vt hic insinuare videtur Apostolus) in præcepto esse non debebat. Non bene audit, Deum iussisse quod infrugiferum erat. Respōd. circuncisionem carnalem partim fuisse frugiferam, & partim infrugiferā: si meritum spectemus, ipsa vt meré carnalis erat nullam frugem secum ferebat, & sic autus est Apostolus dicere eam nihil valere: Si autem spectetur in carnali circuncisione id cuius typus & figura erat non erat infrugifera, figurabat namque aliam circunci sionem spiritualem, & in signum foederis à Deo fuit data. Quæ enim signa & symbola sunt aliorum non dicuntur esse inutilia. Imo nostri gratia q spiritualia capere nequimus nisi ve lata rebus corporalibus quam vtilissima sunt. Sicut enim (attestante Apostolo) inuisibilia Dei intelliguntur per ea quæ facta sunt sic spiritualia pro nostra condicione suffragio rerum corporalium indigent vt à nobis capiantur. Et hinc factum est quod sacramenta etiam nouæ legis sint tradita sub elementis visibilibus. Vnde eleganter ille non satis laudatus (merito dictus Magister sententiarum) in. 4. definiens sacramentum dixit, esse formam visibilem, imaginem gerentem inuisibilis gratiæ. Sic sacramentum circuncisionis fiebat in carne visibili & sensibili. & sic circuncisio illa carnalis habebat & significabat circūcisionem cordis ad cuius similitudinem dixit Moyses (vt est in Deutero cap. 10.) Circuncidite duritiam cordis vestri. Et hanc circuncisionem vocauit Paulus, circuncisionem cordis in spiritu. Et ideò licet carnalis circuncisio quatenus talis est non valeat ad iustitiam sine operibus; valebat tamen ad significandam & designandam aliam spiritualem quæ frugifera erat: Adde tu etiam quod valebat ad expungendam maculam originalis criminis: & ideo non erat inanis & superflua, sicut nec baptismus in eo qui violator est legis Euangelicę.

Lege 38 alter. qui aliquid diferiminis ponit;

Deute. 10.

ad Roma 1.

Sequitur.

Cuius laus non ex hominibus est, sed ex Deo.

HOmines non intuentur cor, sed solum vident quæ aparent. Laudatur verò à Deo (quæ laus multo prestantior est) spiritualis circuncisio qui quidem Deus diligens inspector cordium est nostrorum. Cùm igitur laus & honor sint præmia virtutis circuncisio quæ laudatur á Deo studiosa est.

Sed si circuncisionis laus est à Deo quomodo Apostolus insultat, & ei detrahere videtur? Quod laudatur à Deo, non debet ab hominibus vituperio dari sed etiam commendari. Ipse enim Deus intimius rei valorem intelligit & penetrat. Et rursus quod Deus commēdat à nobis commendari-

mendandum est & non reprobandum. Si enim Beatus Hieronymus tantum authoritatis Pontifici maximo Damaso tribuebat vt scripserit ei dicens, Beatissime Pater quod probaueris & ego: & quod tu reprobaueris & ego quoque: quãto plus iustum est vt quod Deus probat, non reprobemus nos? Circuncisio quæ data est patribus nostris à quibus venit ad nos non fuit reprobata à Deo: igitur minus debuit reprobari ab Apostolo.

Hic nodus ex his quæ iam à nobis dicta sunt dissolui potest. Non enim reprobat Apostolus circuncisionem in spiritu, sed illam quæ in sola carne est: quæ cùm fit sine obseruantia legis infrugifera est sicut & ipsa legis solius audientia.

Ex ijs multis quæ Apostolus in hoc 2. cap. disseruit manifesto colligitur depræssio vtriusque populi, tam Gentilis, quam Iudaici, Illos depressit tã in eo quod erant sapientes, quam in eo quod iudicis officio fungebantur: Iudæos autem duobus etiam modis, altero quoad legem, altero vero quoad circuncisionem: in quibus duo declarauit, alterum ostendere Gentes pares esse Iudæis: alterum verò (quod erat precipuum) ostendere reuelatam fuisse in Euangelio iram Dei superomnem impietatẽ & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent.

(?)

Hactenus dict. cap.

Quoniam.

Quoniam Apostolus in hoc. 2. cap. agens cõtra Iudæos admirabili aatitheſi & contrapoſitione vſus eſt, operepræt̃ium nobis viſum eſt eam ante lectoris oculos ſub aliqua oculari figura deſcribere & apponere: quò clarius & diluciaius eam agnoſcat.

Prærogatiuæ Iud.5
1. Nominis celebritas, ſiue generis claritas.
2. Receptio Moſaicæ legis, ſiue requies in lege.
3. Peculiaris & dilectus populus Dei.
4. Notitia voluntatis Dei.
5. Bonorum & vtiliorum approbatio.

Præſumptiones & arrogantiæ Iudæ.5.
1. Confidentia ducatus cæcorum.
2. Lux eorum, qui ſunt in tenebris.
3. Eruditio inſipientium.
4. Magiſterium infantium.
5. Forma veritatis & ſcientiæ in lege.

Increpationes ſiue obiurgatio. Iud.5
1. Negligentia ſui ipſius.
2. Latrocinium.
3. Mœchia.
4. Idolatria, ſiue ſacrilegium.
5. Dei inhonoratus.

Duplex præputium
- Naturæ, in Gentibus. Omnes Gentes habent præputium Hiere. 9. 4. & 6.
- Cordis, In Iudæis. Omnis Iſraël in circũciſi ſunt corde. Hier. 9.

Circunciſio duplex
- Carnalis & literalis.
- Cordis & ſpiritus.

Duplex Iudæus
- In manifeſto, & ſecundum carnis notam
- In occulto, ſecundum ſpiritum.

Tranſmutatio:
- Circunciſio conuertitur in præputium
- Præputium tranſmutatur in circunciſionem.

Veri chriſtiani ſunt
- Veri Iudæi & ij ſunt fideles fide & pietate Deum confitentes.

mendandum est & non reprobandum. Si enim Beatus Hieronymus tantum authoritatis Pontifici maximo Damaso tribuebat vt scripserit ei dicens, Beatissime Pater quod probaueris & ego: & quod tu reprobaueris & ego quoque: quãto plusiustum est vt quod Deus probat non reprobemus nos? Circuncisio quæ data est patribus nostris à quibus venit ad nos non fuit reprobata à Deo: igitur minus debuit reprobari ab Apostolo.

Hic nodus ex his quæ iam à nobis dicta sunt dissolui potest. Non enim reprobat Apostolus circuncisionem in spiritu, sed illam quæ in sola carne est: quæ cùm fit sine obseruantia legis infrugifera est sicut & ipsa legis solius audientia.

Ex ijs multis quæ Apostolus in hoc 2. cap. disseruit manifesto colligitur depræssio vtriusque populi, tam Gentilis, quam Iudaici, Illos de pressit tãquam in eo quod erant sapientes, quam in eo quod iudicis officio fungebantur: Iudæos autem duobus etiam modis, altero quoad legem, altero vero quoad circuncisionem: in quibus duo declarauit, alterum ostendere Gentes pares esse Iudæis: alterum verò (quod erat precipuum) ostendere reuelatam fuisse in Euangelio iram Dei superomnem impietatẽ & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent.

(?)

Hactenus de 2. cap.

Quoniam.

Quoniam Apostolus in hoc. 2. cap. agens

cõtra Iudæos admirabili aatithesi & contrapositione vsus est, operæpretium nobis visum est eam ante lectoris oculos sub aliqua oculari figura describere & apponere: quo clarius & dilucidius eam agnoscat.

Prærogatiuæ Iud.5
1. Nominis celebritas, siue generis claritas.
2. Receptio Mosaicæ legis, siue requies in lege.
3. Peculiaris & dilectus populus Dei.
4. Notitia voluntatis Dei.
5. Bonorum & vtiliorum approbatio.

Præsumptiones & arrogantiæ Iudæ.5.
1. Confidentia ducatus cæcorum.
2. Lux eorum, qui sunt in tenebris.
3. Eruditio insipientium.
4. Magisterium infantium.
5. Forma veritatis & scientiæ in lege.

Increpationes siue obiurgatio. Iud.5
1. Negligentia sui ipsius.
2. Latrocinium.
3. Moechia.
4. Idolatria, siue sacrilegium.
5. Dei inhonoratus.

Duplex præputium
- Naturæ, in Gentibus. Omnes Gentes habent præputium Hiere. 9. 4. & 6.
- Cordis, In Iudæis. Omnis Israël in circũcisi sunt corde. Hier. 9.

Circuncisio duplex
- Carnalis & literalis.
- Cordis & spiritus.

Duplex Iudæus
- In manifesto, & secundum carnis notam
- In occulto, secundum spiritum.

Transmutatio
- Circuncisio conuertitur in præputium
- Præputium transmutatur in circuncisionem.

Veri christiani sunt
- Veri Iudæi & ij sunt fideles fidei & pietate Deum confitentes.

CAPVT III.

QVID ERGO AM-PLIVS IVDAEO, &c.

Consequutionem quandā apparentem explodit Paulus in hoc tercij capitis initio, quæ ex proxime dictis (perperam tamen intellectis) inferri posse videbatur. Est autem consecutio talis, si quæ dicta sunt de circuncisione vera sunt, sequitur nullā esse prærogatiuam, nullamque excellentiam Iudæo supra gentilem, & præterhoc rogo, quæ esset vtilitas circūcisionis? nulla tanē: si nil amplius habet Iudæus quam gentilis: pares esse videntur, & per consequens Iudæus nō est genti i præferendus. Respondet Paulus & docet inualidam esse huiusmodi consecutionem, Si quidem in multis Iudaismus excellit gentilitatem & circuncisio quę populo Iudaico concessa fuit inutilis minime remanet.

Respon.

Sequitur. Respōsio.

Multum inquit per omnem modum.

Anceps est verbum illud multum, alia lectio habet multa, sed parum interest: Vtraque lectio dissoluit eleganter illam obiectionem: nam cum sic formatur argumentum sequitur aut quod Iudæus non excellit gentilē: aut quod circuncisio est inutilis. Respondetur falsum esse vtrumque inconueniens, siquidem Iudaismus multū excellit gentilitatem & circuncisio multum vtilis est sic omnia quadrant si vero legis non multum, sed multa est vtilitas circuncisioni: si autem referatur ad Iudaismum sensus est eum habere multa supra gentilitatem & vterque sensus menti Paulinæ consonus est. Ex his non colligat diligens lector antiquam illam carnis circuncisionem inanem & superfluam fuisse, nam licet esset carnalis, homines tāmen carnales ea opus habebant vt per carnalia manu ducerentur ad spiritualia, carnalis quippe illa circuncisio adumbrabat figurabatque aliam animi spiritualem circuncisionē quæ apud Deum in magno habita est prætio semper.

Sequitur.

Primum quidem quia credita sunt eloquia Dei.

Incipit hic. P. recensere & enumerare sigillatim ea in quibus Iudæus gentilem superat. prima Iudaismi prerogatiua & excellentia est quia credita sunt ei eloquia Dei, eloquia illa de quib' psalites cecinit dicens, Eloquia Domini eloquia casta: Sed dices, quæ sunt ista eloquia? Respondeo, Oracula Dei & respōsa, magnifica beneficia de quibus Dauid non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis promissiones Abrahæ, Dauidi & alijs patribus factas promissiones quam de messia & Christo venturo vna cum suis donis & S. Sancti copiosissimis charismatibus, hæc sancta eloquia & plura alia cōmissa & concredita fuerunt Iudæis & non gentibus quo non ine haud dubie constat Iudæos multo esse melioris conditionis quam sint Gentiles, qui non tot tantisque muneribus a Deo donati sunt, sed relicti tantum in naturæ lumine etiam ofuscato tenebris, inuoluti in varia errorum genera se præcipites dederunt, & vt inferius Apostolus adnotauit existimātes esse sapientes stulti facti

Psalm.

Psalm. 147.

ti facti sunt. Exiſtis nemo est qui non videat quanta sit circunciſionis vtilitas, quamque charus & Deo dilectus Iudaiſmus. *Quidenim ſi quidam eorum*, &c Diluit Pau. quandam obiectionē quæ maximè videtur ferire Iudeos & eorum conditionem deprimere: fit autē iſta obiectio in perſona gentilis qui in hunc modum cōnatur peſundare primam iſtam Iudæorum prærogatiuā, ſicait gentilis in Iudæos tu Paule dixiſti Iudæos magis eſſe charos & dilectos à Deo quam nos gentiles eo quod illis tot & tanta ſint cōmiſſa eloquia, eedo quo modo ergo cōquæritur Deus de eis tanquā trāſgreſoribus infidelibus, hominibus duræ ceruicis, ingratis perfidis, terrenis rebus deditis malicioſis & hypocritis? & hæc querimonia nedum per Prophetas ſuos ſed per vnigenitum ſuum natum Ieſum in ſacris reſerata eſt libris Dauid ait, quadraginta annis proximus fui generationi huic & dixi ſemper hi errant corde &c. & ipſe Chriſtus, generatio praua & adultera &c. ſi ſic conqueritur Deus de iſtis vt pote incredulis quomodo ſunt eis credita eloquia Dei, & quo modo ſunt tam chari dilectique à Deo vt tu Paule prædicas? non eſt futilis obiectio iſta aut parui momenti, ſed profecto digna vt à doctiſſimo Pau. profligetur & repellatur, *Nunquid incredulitas illorum fidē Dei euacuauit, abſit.* Soluitur hic obiectio ratione ducente ad incommodum quaſi dicat Pau. quid ſibi vult ò gentilis iſt hæc tua obiectio, quæ friuóla & inaniſeſt? rogo, cùm hoc dicis putaſne tu fortaſis q̄ aliquorum Iudæorum impia infidelitas potuerit euacuare fidem Dei, hoc eſt an exiſtimas tam inconſtantem, tam varium, tamque mutabilem fore Deum tanreque efficaciæ eorum infidelitatem vt poſſet reddere Deum infidelem? fidelis eſt Deus ſeipſum negare non poteſt ſi iſtud putas inſanis deliras in toto quod aiunt aberras cœlo. Agnoſce Dei benignitatem atque fidelitatem qui ob aliquorum infidelitatem non vult ſuum facere irritum verbū nec reuocat quæ ſemel pollicitus eſt dona. Non enim eſt Deus vt homo quem penitet ſepe eorum quę ſemel voluit dixit ac promiſſit, eſt ſane Deus tam fidelis, in promiſſis quā largus in dādis: ſolet namque homo ira irritatus reuocare promiſſa & facti penitere, at de Deo noſtro id ſentire nephas eſſet, Deū vero veracem fidelem que tum in verbis tum in promiſſis habemus. Quis vnquam vidit Deum promittentem & non adimplentem? Cui vnquam verba dedit? Quē decepit? Quod promiſſum non adimpleuit? Quis in eū ſperās ſua fruſtratus abiuit ſpe? Nemo ſane. Vnde in nulla ſani hominis mēte tanta impietas cadere debet vt D. Opti. Maxi. in ſuis promiſſis exiſtimet infidelem. Nam hoc nephandiſſimum & auditu horrendum vnico verbo eleganter notauit Apoſt. Dicēs, Abſit, abſit quæ vox horrentis eſt: q.d auertat Deus à nobis tam horrendum de fideliſſimo Deo noſtro conceptum.

Pſalm 4. Matthei. 12.

a. adhimotia

Sequitur.

Eſt autem Deus verax omnis homo mendax:

PAulus ægregio epitheto ac attributo hoc loco Deum extollit cùm dicit eum veracem & alio titulo omnem hominem ad ima vſque deijcit cùm appellat mendacem. magnum ſane facinus ac dedecus mendatium eſt, cuius pater Demon & qui illud amant filij mendaces contra quos inuehitur Pſalmiſta dicens, filij hominū vt quid diligitis vanitatem & quæritis mēdacium, hoc ſcitote quia Dominus perdet omnes qui locuntur mendacium. Vndè quemadmodum Dauid Rex nos admonet vt de Deo ſentiamus in bonitate, ſic P. hic non de bonitate

Pſalm. 4

Pſalmy.

bonitate, sed fidelitate quomodo de ea sentire debeamus nos docet, dicēs intelligite (qui inscij estis) Deum veracē omnē autē hominē mēdacē. Vide bone lector quod neminē ab hac vniuersa propositione excludit Pau. à qua excludendus venit tantū is qui homo & Deus est qualis est Christus super benedictus: reliquos vero homines quocunque titulo præditos sub hac Pauli censura comprehendere nihil incommodi sequitur, siquidem Pauli sermo (vt Scolæ more loquar) formalis est: omnis homo qua talis est mendax est, vnde si aliquos videris veraces non tales sunt quatenus homines; ex Dei enim dono habent, non ex hominis cōditione, Deus aūt suapte natura verax est. *Sicut scriptū est Vt iustificeris in sermonibus tuis. &c.* Superioris clausulæ probatio est præsens versiculus à Dauide rege mutuatus: non quod Deum esse veracem hominū testimonio egeret, est quippè illud Luce pluſquam meridiana clarius. Sed ego puto factum esse vt inore duorū nempe sui & Dau. illa veritas clarior & veracio rappareret D. nāq. in se expertus palam confitetur non obstāte sua infidelitate atque peccato, Deum in suis promissis fuisse iustum atque fidelem; est enim Deus verax & iustus adimplendo semper (quantū in ipso est) sermones & promissa sua neque solet Deus manum retrahere abeo quod semel concessum fuit ab illo etiam si ille sit ei ingratus atque infidelis tamet si merito posset talis ingratus priuari, istud hominespro more habent: Deus vero perpetuo suis stat promissis. Porrō pro intelligentia horum verborum quæ Pau. adduxit in sententię cōfirmationem non pigebit lectorem ad notare & intelligere quid sit iustificari Deū in suis sermonibus: non enim est eum fieri per sermones suos iustum, vti. n. per se ipsum bonꝰ est sic per se ipsum verax & iustus est dicens, quid igitur est Deum iustificari in suis sermonibꝰ eleganter hoc explanat doctissimus Cayetanus dicens nihil aliud esse quā Deum fieri iustum in suis dictis, hoc est complere dicta sua, cæterum qui adimplet dicta sua profecto verax est talem asserit Propheta fore Deum igitur indubie Deus verax est. Porro non parua se se offert obiectio in verba Dauidis quæ si vt sonāt intelligantur Deum in omnibus suis dictis oportet nos intelligere veracem quod cū multis scripturæ sacræ locis pugnare videtur. Siquidem vt emultis (brevitatis gratia) vnum proferamus nempè verbum illud quod locutus est ad Niniuitas dicens per Prophetam ad huc Niniuem destruendam post dies quadraginta, quem sermonem manifestè constat Deum non compleuisse non igitur in suis omnibus sermonibus verax est, sed tātum modo inquibusdam. Obseruabit diligens lector pro isto soluendo nodo dicta Dei gemina esse quædam quæ dicuntur a Deo cōminatore & quædam à Deo prædestinatore: illa quæ dicuntur per cōminationem à Deo non oportet semper opere compleri & executioni mandari. Porro quæ secundum prædestinationem promissa sunt, hæc infallibiliter & inmutabiliter vt dicta sunt à Deo eueniunt cuius diuersitatis si quis cupit agnoscere causam ex eo esse intelligat quod quæ dicuntur comminatorie non ex se dicit Deus, sed ex eorum meritis quibus Deus minatur & ideo secundum illorum merita aut demerita quæ Deus dixit euenire vel non euenire, quę siue cōtingant siue non, semper illibata & integra perseuerat fidelitas & veracitas Dei. Verum enim vèro quæ Deus loquitur secundum prædestinationem cùm non prodeant ex meritis aut nostris demeritis in his perpetuo fides & promissio Dei perseuerat & nunquam est irrita & inanis. Vnde cùm promissio Dauidi facta de Christo mittendo

Ionæ 3.

Responsio.

Quid sit deū iustificari in suis sermonibus.

promissio Dauidi facta de Christo mittendo ex eiusque semine producendo, fuerit non comminatoria, sed secundum prædestinationem qua ab æterno prædestinatum fuit in mente diuina venturum Christum intemporis plenitudine ex semine Dauid secundum carnem non potuit Deus non fuisse in tali promissione complenda fidelissimus maxime cum fuerit iuramento firmata iuxta illud Dauidis. Psalm. 131. Iurauit dominus Dauid veritatem & non frustrabitur eum de fructu ventris tui ponam super sedem tuam,

Sequitur.

Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei cõmendat nũquid iniquus est Deus qui infert iram? secundum hominẽ dico.

EXtirpat hoc in loco Paulus calumniam quandam quam iniqui homines in eum formare poterant, nõ rite penetrantes illa verba Dauidis ab ipso Apost. adducta. Existimarunt homines carnales ex verbis Pau. colligendum esse istud videlicet peccatum nostrum commendare iustitiam Dei quod pias offendit aures, quod si gratis donemus mox consequitur Deum fore iniustum vt qui puniret in iustitiam & impietatem per quam iustitia Dei comendatur. Quis rogo sapiens iudex vnquam puniturus est illud factum quo sua iustitia maximè comendatur? Nullus sane, quod si illud faceret inique & in iuste ageret certissimum ergo & exploratissimum Paulo erat quod nostra impietas non cõmendat Dei iustitiam nec eum facit iniquum & in iustum: siquidem nostrorum vindex est peccatorum, neq; tale vnquam somniauit Apostolus. Sed dicet forsan homo aliquis, si Paulo tãm notum erat nostrum peccatum non cõmendare iustitiam Dei quorsum intulit talem illationem tamque impiam? Responsio, Paulus non de se, sed de alia persona loquitur, profert enim hæc verba in persona carnalis hominis qui non sapit quæ Dei sunt, & colligit ex verbis Dauidis quæ non erant colligenda. Ex illis namque verbis rectè colligitur nos debere Deo & suæ clementiæ quod ob nostra peccata non desinit ipse sua adimplere promissa & hoc instanter petebat Dauid in illis verbis dicens. Ego peccaui tibi soli, malum que coram te feci parce mihi, mei habeto misericordiã vt tu appareas iustificatus hoc est verax & fidelis in tuis promissis & vincas, superesque illos à quibus falso iudicaris infidelis, tuam fidem imploro suplex, quam mihi dedisti, neque mea iniquitas tibi impedimento esse debet quasi dicat ipse Dauid, mi Deus vide, expende, & considera quod ex his duobus inconuenientibus scilicet vel quod peccata mea nõ condones, vel quod tu reputeris infidelis in tuis dictis longè absurdius est posterius: nam ad prius tu non teneris, at ad alterum tuate cogit natura secundum quam non vales non esse verax & fidelis. Fidelis est Deus se ipsum negare non potest, quare si mihi non parcis impij homines tenfidelem dicent, quod si pepercris saper tis oculis videbunt te non ob mea peccata mutatum esse in infidelem, sicque tua fides in suo permanebit candore: *Secundum hominem dico.* Ecce quam palàm aperit Apostolus non ex suo capite esse verbailla proximè dicta, sed in persona eorum qui non bene sapiunt de Deo quales sunt homines imprudentes

2. Ad timoth. cap. 2. Deus tã bonis qnã malis fert uat suam fidẽ & suo stat verbo.

tes & carnales nam qui prudentia & sapientia præditi sunt non auderent talia effari verba quæ omnium aures offendunt. Quis rogo tam mentis inops est qui audeat incontroversiam ducere, num Deus optimus maximus sit iustus nec ne, absit à nobis tantus error tamque grandis in Deum impietas horrenda res est & omni punitione dignissima non dico dicere, sed vel cogitare Deum in iustum fore. *Alio quinquomodo iudicabit Deus hunc mundum?* Perseuerat Apostolus extirpare radicitus nephã dum illud dictum vt pote maximè horrendum & vrget contra illos fatuos homines qui putabant Deum fore in iustum, Sed ponderatu a cute lector vim argumenti Apostolici, quod huiusmodi est, (si licet nobis scholę more loqui) summus iudex nõ potest esse in iustus, Deus est talis, igitur. quasi dicat Diuus Paulus tametsi in iudice non supremo & non summo iniquitas & iniustitia possit reperiri, verum in summo nequit fieri: alioqui in iustitia illa impunita semper remanebit. Quis quæso puniret? an Iudex inferior? non sanè: nam talis non habet in supræmum iudicem imperium: ergo supremi iudicis errata nemo potest emendare, quare necessario fit vt iste Iudex non possit esse iniquus & iniustus: igitur Deus cũ sit supremus iudex mundi non potest intelligi iniustus. Vnde Dauid, Deus iudex iustus qui iudicabit orbem in iustitia & æquitate, de quo alibi idem Propheta iust⁹ es domine & rectum iudicium tuum, notet hic rogo lector Paulum nullam ex propositionibus assumptis ab eo probare. Non propositionem neque assumptionem eo quod neutra egebat probatione, maior propositio ex philosophia naturali, quinimo & ex Theologia speculatiua constat esse vera. Ex Philosophia quoniam omne quod est primu mouens oportet esse immobile, alias si ab alio moueretur non esset primum & omne quod primo alterat necessum est vt sit inalterabile: addetu quod cum summo calido non stat aliquid frigiditatis, sic cum summa iustitia & summè iusto nullus gradus in iustitiæ manere potest. Ex Theologia etiam sic verificatur maior. In summo bono nil mali inuenitur, in summo actu nihil potẽtiæ passiuæ, in summo vero non potest aliquid falsitatis esse aut erroris: igitur nec in summa iustitia aliqua inustitia. Assumptio etiam nota erat ex multis locis sacræ scripturæ quæ palam clamant Deum esse summum mundi iudicem. Quare recte intulit Pau. dicens. Quomodo iudicabit Deus mundum si est in iustus & iniquus?

Pſalm 7. Pſal. 97. Pſalm. 118.

Sequitur:

Si autem veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius.

QVemadmodum supra Paulus eleganter docuit nostram iniquitatem non commendare iustitiam Dei sic modo docet veritatem Dei qua ostendit se veracem stando suis promissis non abundare in nostro mendatio & in nostra infidelitate, quia nõ sumus Deo fideles, & sicut illud Paulus asseruit falsissimum & nephandum ita & hoc abominatur tanquam blasphemum. Vtrum autem motus ex se aut in dutus alterius hominis personam, non est omni ex parte clarum nec multum refert, vt cunque sit siue de proprio siue de alieno loquatur Paulus vnum enim certo sinus videlicet hoc loco reffeli & extirpatier rorẽ illum qui male audit apud pios scilicet iustitiã Dei & eius gloriã illustriorem

triorem effici per nostra mēdacia & peccata ex quo alius pullulabat error videlicet esse facienda mala vt ex illis venirent bona. Cæterum hæc argumentatio à quocumque sit facta ex ignoratia philosophię & dialectices dimanat, quæ docet separandum esse id quod euenit per se ab eo quod sequitur per accidēs: quod enim gloria Dei illustretur ex nostro malo & peccato istud per accidens est nō per se. Per se, n. ex bono bonum sequitur & ex malo malū. Quod si aliquando ex malo euenier bonum istud per accidens est. Porrò Paul. hoc loco ad duo ducit inconuenientia siue absurda eum hominem qui huius vellet esse sententiæ scili. quod per nostra demerita & peccata gloria Dei efficiatur gloriosior. Primum est quod qui peccat non esset iudicādus atque puniendus tanquam peccator sed sicut causator glorię maioris Dei esset nāq. iure laudādus & mercede aliqua præmiandus: at istud absurdum est & ab omni ratione alienissimum, 2. inconueniens ad quod ducit Apost. tale est scilicet si illud esset verum sequitur licere omnibus peccata & mala facere vt inde ueniant bona, at istud falsissimum est & dictu horendum, igitur illud ex quo sequitur: docemur namque in schola Dialecticorum (& verè ita est) quod si consequens est falsum ita & antecedens debet esse falsum, alioqui ex vero sequeretur falsum, *Sicut blasphemamur &c.* Exclusso illo inconuenienti. 2. ad se ipsum excusandum se conuertit Paul. idque merito facit quando quidem aliqui iniqui hoc imponebant ei scilicet q ipse esset prædicator & assertor talis doctrinæ, istud mendacium impingebant Paulo & fortassis alijs Apostolis vnde ipse pro se & pro alijs repellit istam calumniam dicens, quorum dānatio iusta est particula (quorum) referri potest tam ad emulos P. qui imponebant ei quam ad illos qui autores erant, P. vero nec auctor nec prædicator huius pestiferæ doctrinæ erat.

Quomodo poterat ille prædicare tā pestilentem doctrinam, qui creatus est vas electionis ad portandum nomen Christi coram gentibus & regibus & qui dixerat an experimentum eius quæritis qui in me loquitur Christus? incredibile sanè est istud. Dicet modo aliquis vnde igitur occasionem acceperunt qui Paulo imposuerunt hanc notam? fortassis ex eo quod audiebant eum dicentem superabundasse gratiam Dei vbi abundauit delictum neque ex comendatione gratiæ Dei intendebat Paulus datam esse licentiam ad peccandum, vt gratia magis ac magis abundaret, talem namque doctrinam abhominatus est Apostolus dicens, Absit.

Actorum. 9.

2. Corin. 13 Infra capit.

Existimabit forsitan eruditus lector nos nostri instituti esse oblitos cùm ad hunc in hoc tercio capitulo nullam videat esse possitam allusionem ad componendos mores aptam quemadmodum fecimus in præteritis, quod sane non fecimus ex obliuione sed data opera vt totum institutum quo docebat Dei promissa non fore irrita ob nostra peccata, prius absolueremus & explicatum daremus.

Adde túid esse a nobis etiam factū quo magis esset continuata oratio, nec permixta cum aliquo quod non spectaret ad litteræ explanationem, quam magni facere intendimus & etiam primo præ oculis habere volumus. Siquidem non quomodo cunque eruendi sunt loci ad formandos mores, sed educendi ex literali sensu, in quo: vt luculentissimus. D. Tho. testis est, fundatur sensus spiritualis. Vnde si diligenter hactenus animaduertit lector diligens vel clausis oculis videre potuit: quomodo pro nostra ingenij tenuitate operam naui animus quo clarior & illustrior germanus litteræ sensus

anteomnia perspiciatur, intelligatur ac cognoscarur, deinde si qua mihi videntur apta & consentanea ad mores efformandos mox in medium ad duco, Hanc nanque methodum tractandi sacram scripturam maiores patres me docuerunt precipue Augustinus, origenes & ille os aureum Chrisostomus & plerique alij, quorum vestigia sequi pertutissimam est ambulare viam, ab eis autem deuiare periculosissimum: eruamus igitur aliquot allusiones illas præcipue, quæ magis videbuntur facere adbonos mores componendos.

Allusio Prima.

REcogitet & sepe sæpius ¦ reuoluat qui Christianus est, quod si Iudæ⁹ tãto discrimine superat gentilẽ ex eo, quod illi & non isti factæ sunt promissiones de Christo & messia vẽturo: & idcirco excellentiam habet supra gentilẽ. Cúm Christianus nõ promissiones tantũ sed exhibitiones sit consequut⁹ nõne multo amplius habet quã Iudę. & gentilis? Quisibit inficias? quis nõ videt, Quodsi Christi sanguine tinctus alta in mente reponat. tanto ardẽtius Deũ colere, venerari, atq. diligere debeat, quãto maiora & præstãtiora Dei donarecepit? Vnde ellegan ter Leo Papa hominẽ excitat dicens agnosce o Christiane dignitatẽ tuã & diuinę cõsors factus naturę noliin veterem vilitatem de generi conuersatione redire.

In sermone de natiuitate Domini.

2. Allusio

AD memoriã reuocent Christiani quã perperã Iud. respõderũt Deo op. max. tanquã benefico, quoque pacto se reddiderunt indignos: siquidẽ Iudeorum multi diuinis eloquis increduli fuerunt. Quadere illis beneficijs iure optimo priuari digni erant nisi enim Deus clementissimus ad suam potius clementiam, quam ad illorum ¦ incredulitatem respexisset eos expoliatos omnibus donis, quib⁹ eos ornauerat profecto reliquisset. Respiciat ergo qui se verum profitetur Christianum nisi velit in illotum pœnam prolabi, nostri Dei summã benignitatem, qui propter incredulos aliquos non ¦ dignatur alijs bonis plurima elargiri dona, quodq. facit quasi oblitus impietatis & malitiæ nostræ & ad idipsum faciẽdum alliciens nos hoc igitur præstemus si volumus esse filij illius patris, qui pluit super iustos & iniustos, sicq. quemadmodũ Deus largiens, cõmunicansqne diuitias bonitatis suę suos euincit inimicos: sic & nos largiẽtes nostris aduersarijs bonorum nostrorum aliquid eorum victo reserimus & Pauli consilium dicẽtis vince in bono malũ adimplebimus.

3. Allusio.

ALiam opinionem de Deo, aliã dẽ nobis teneamus opus est nos omnes mẽdaces, solum Deũ cõfiteamur oportet veracẽ. Iã inter dispẽsatores quæritur fidelis qui inueniatur. Hoc epitheto nostram superbiam confundit Paulus quò magis humiliemur & inaniter haud gloriemur, In lege mundi vituperio datur homo mendax sicut e contra laudatur verax. Homines mendaces alij in verbis, alijin factis, alij ad vtrumuis: Deus autem in verbis, factis, & in omnibus semper verax est, Non enim est Deus vt plerique homines qui si quibusdã seruãt promissam fidem: alijs vero frangere nihil recusant. Repetes quosdam homines, qui erga illustres, magnificas, potentes, nobilesque personas semper veraces perseuerant & fideles. Porro si promissio facta sit hominibus infimæ sortis & abiectis pro nihilo ducunt eam non complere solummodo huiusmodi homines verbo suo stant & fideles sunt cum magnatibus & principibus

infra cap. 11. est Deus omnibus mendax

11. Corint. 9

fortassis

(fortassis magis timore moti, quam veracitatis virtute excitati) at noster Deus alterius est cõdicionis, qui siue sint abiecti, siue præpotentes, siue rustici, siue nobiles, siue pauperes siue diuites omnibus ex æquo promissam fidem seruat. Vtinam & nos in hoc Dei essemus imitatores atque sequaces, sicque non erimus tam proni & procliues ad promittendum & tam tardi & pigri ad complendum. Omne namq. promissum, vt in prouerbio dicitur) debitũ est. Esto tamẽ tu hic cautus ne putes omnẽ promissionem fore opere complẽdam, sed eam tantum, quæ honesta & iusta est siquidem vulgo etiam dicitur in rebus male promissis rescindendam esse fidem.

4. Allusio.

Blasphemamur

COnsolationem habent hic non modicam doctores, & conciona tores verbi Dei, & quicumque pij sunt si calũniatores & obtrectatores contra eos insurgunt eorum doctrinam mordentes falso que eos acusantes. Sit eis solatium in hac re Paulum habere socium, cui non defuerunt detractores attribuentes ei tam impiam tamque abominandam doctrinam qualis erat, mala facienda esse vt inde ueniant bona. Hoc ita à Deo permissum fuit vt nos disceremus patienter ferre nostras calumnias, infamationes & falsa contra nos testimonia. Siquidem iniustares esse videtur vel le nos delicatiores & fœliciores esse quam Paulus & alij sancti, quorum Doctrina, vita & fama ab iniquorum hominum calumnia minimè liberæ fuerunt. Vnde non abstre regius Propheta consolatur verbi diuini præcones vr sint bene patientes vt annuncient. Patientia namque perfectum opus habet vt ait Diuus Iacobus.

5. Allusio.

AVdiant & à suis buccis prorsus exhibilent viri Christiani hanc pestiferam doctrinam, quæ iam inter homines carnales & mundanos tantas suscepit iam vires vt mordicus teneant licere nobis minora mala ad maiora fugienda, atque vitanda, neque recusent tueri mendacium aliquando fore licitum propter aliquid bonum consequendum, quæ reuera doctrina vel potius error procul pellendus venit à Christiano homine. Nam sicut nõ licet facere malum vt inde veniat bonum, ita neque facere mala minora adeuitanda mala maiora, vnde si nemo debet facere mala vt veniant bona, nec licitum profecto erit facere minora vt fugiamus maiora. Quare caueant sibi qui talia asserũt iustam a.d.P. comminatam damnationem, timeantque qui protuenda seruandaque vita sua quinimo & aliena nõ recusant dicere licitum esse mentiri & quod multo deterius est iurare falso quod nulli nocet, quale plane ego non agnosco. Nam si alteri nẽpe proximo nõ nocet, mẽtienti tamẽ certissimè nocet. Quale igitur est mẽdacium quod nemini nocet? Mentiri namque semper malum est vt pote repugnans rationi rectæ. Etiam quod ipsi Theologi appellãt officiosum & iocosum, peccatum est non lethale, sed veniale. At peccare venialiter etiã ad proptiam tuendam vitam nulli fas est.

Psalm. 93. Iacobi. Nostunt facienda mala.

Sequitur. textus.

Quid ergo præcellimus eos? nequaquam.

ALiam hic Apostolus mouet quæstiũculã quæ orta est ex eo quod dixit Paulus multo plura fuisse collata Iudæo quam gentili dona. Est autem quæstio an Iudæi præcellant

gentes nec neĉui satisfacit Paulus absolute dicens nequaquam vnico verbo verum mox adiungit rationem ex eo potissime quod vtrique sunt sub iugo peccati cõprehensi. Quare paritas ostenditur inter illos: Sed hæc ratio non videtur esse sufficiens nam etsi sit paritas in peccato disparitas & diff. potest esse in alijs. & auget magis difficultatem quod ipsemet Paulus in principio huius capitis confessus est videlicet gentes ipsas superari à Iudæis in multis prærogatiuis,& modo facit illos pares ? pugnantia sane hic esse videtur?

Responsio.

responsio,non est credendum tam cito Apostolum sui met esse oblitum vt mox contrarium dicat & sibi ipsi non constet. Nulla sane hic est pugnantia cũ si hi faciat illos pares & æquales, illich autem dicat aliquid habere Iudæos supra gentiles: siquidem ad alia refertur ille locus,quam iste. ille enim agit de donis ,beneficijs ,, promissionibus factis populo Iudaico hic vero loquitur Paulus demeritis, inquibus neuter alterum superabat & excedebat, sed pares erant. Quo fit vt nulla sit pugnãtia inter hos duos locos, & Paulus remaneat sibi ipsi constans. Alio pacto possunt conciliari isti duo loci si dicamus Primo in priori loco intelligere Iudæos præcellere gentes in lege moysi, & incircũcisione, quæ tantum datæ fuerunt populo Iudaico & non gentili. In lege autem gratiæ in Iesu Christo in quo non est Iudæus neque gentilis sed noua creatura vt ipse met Paulus alibi testatur in hoc Iudæi non præcellunt gentes, Siquidem ex æquo indigent omnes saluari perfidem Iesu Christi, quia non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo possint saluari, nisi in nomine Iesu Christi. i. in fide Iesu Christi, & in hoc pares sumus omnes. Doctissimus Caietanus doctrinæ scholasticæ peritissimus pro suo more sic conciliat præfata duo loca dicens quod Paulus non loquitur hic de præstantia & differencia secundum prærogatiuam aliquam sed sermonem facit de istis duobus populis simpliciter & absolute (vt eius verbis vtamur) in alio autem loco Paulus loquebatur de præstantia perogatiuarum secundum quam ante dixerat multum per omnem modum superatum iri gentiles à Iudæis & sic tollitur apparẽtia contradictionis & repugnantia. *Causati enim sumus omnes sub peccato esse.* Negatiuam particulam videlicet nequaquã probat primo ex eo quod iam antea in duobus præcedentibus capitulis causam ostenderat, nimirum Iudæos in nullare gentibus esse meliores cùm omnes inuolui essent peccatis.

Alia explanatio.

Caietanus.

Ceterum iam hic locus iusto à nobis requirit vt dicamus de quo peccato cùm non explicet Paulus intelligẽdum sit istud si de veniali, originali aut mortali: responsio, quidam hoc ad illam effrenẽ cõcupiscentiam referunt, quæquidem vagatur per omnes homines, sed dubito an ad mentem Pauli dictum sit: quoniam Paulus de hac concupiscentia hactenus nec vllum fecerat verbum. Proinde fortassis multo melius est aut de originali vel mortali actuali, & reuera ita esse ex antecedentibus & consequentibus coniectare facili negotio possumus. Ex consequentibus quidem constat: quoniam omnia peccata quę hic annumerat vel sunt peccata omissionis vel oris, vel operis, uel cogitationis. Quæ omnia ad peccata actualia referenda sunt.

Cæterum difficilis captu se se offert quæstio si dicamus Paulum loqui de peccato operis. Quomodo sunt omnes peccatores & vnde constat omnes peccasse, respõdetur nõ esse idem peccatorem esse & sub peccato, esse sub peccato; est esse in statu peccati, esse peccatorẽ non dicit statũ: nam etiam in statu gratiæ potest

esse

tiæ aliquis peccator, sed nō diceretur ille esse sub peccato: & ideo Paulus hic ostendit Iudeum nō excedere gētilē eo quod vterque est sub peccato id est subſtatu peccati: nam Iudæus licet sub Moſens lege esset, & gentilis sub naturali: nihilominus ambo erant sub peccato quia neutra harum legū poterat tollere peccatum, & sic omnes illi erant sub statu peccati, donec venit ille agnus qui sustulit peccata mundi: respondere possumus huic obiectioni dicētes nihil incommodi sequi si dicamus ante statum naturæ reparatæ omnes peccatores fuisse, hoc est nullum inuentum fuisse iustū. Primo quidem: quia gentes agnitam veritatem in iniustitia detinebāt: Iudei (adhuc suscepta lege) transgrediē do legem Deum in honorabant. Obiectio: Quod si mihi dicas, Paulum in præteritis sermonibus tantum condemnasse vtriusque populi maiores, & non in vniuersum omnes in nominibus potuit inueniri aliquis iustus Respondeo. Respondeo ubi quod Paulus argumentum accepit a maiori ad minus: quod si maiores qui erant tam in lege naturæ, quam illi qui tenebant legem Moysi peccatores fuerunt, & in maguam transgressionem legis inciderunt quid rogo facturi erant minores? nihil sane, nisi illos imitari & sequi talis namque mos minorum est, vt ea, quæ a maioribus fieri vident ipsi putent licita & honesta esse etiam ipsis. Proinde licet illo loco Paulus aculet maiores eadem opera inculat & minores & sic in vniuersum omnem hominem condemnat a planta pedis vsque ad verticē. Sed forsan respondebit aliquis illorum tam maiorum quam minorum partes agens dicens, illi per eas leges in quibus versabantur non poterant resistere peccato & abeo liberari: cur Paulus illos acculat? num requirit ab illis quæ ipsi nequaquam præstare poterant? sunt ne homines obligandi ad impossibile? nequaquam.

Ioan cap. 1. Alia. 2.

Similes

Quis vnquā ausus est asserere legē Dei obligare adea, quæ sunt impossibilia? Ad hoc responsum tale damus dicentes blaſphemiam esse (vt diuus Hieronymus doctè docet) si quis dicat obligare nos Deum ad impossibile. Hoctamen non obstante meritò Paulus obiurgat, & increpat illos: non quia peccauerunt sub illis duabus legibus existentes: quoniam illæ leges non erant sufficientes ad peccatum tollendum, sed ideo quia verum remedium ad tollenda peccata neglexerunt nec habere curarunt. dices & quale erat illud remedium? respōsio, Iesus Christus qui interpretatur salus & saluatio omnū hominum & proinde inexcusabiles facti sunt, & imputare potuit Paulus illis peccata ab eis patrata: sicut enim si quis in morbum quidem incidisset & eo cognito nollet refugere ad remedium vt posset ab eo perenne præsidium & remedium is sane non esset accusandus, quod incurrerit in morbū, sed quod neglexerit medicum & medicinam, multo minus excusasset cū, si existimasset se per ipsum fore potētem ad sum pellendum morbum, nullo adhibito medicamine, si sine vsu venit Iudæis & gentilibus, qui cum essent infirmi, quisque ob rupti ob peccatum & in natura corrupti positi & ex massa corrupta nonnati & nasi in eam demeniam, eo quod illi in sua Mosayca lege minime confidentes, illi nempe gentiles de sua stulta sapientia plus iusto confidentes, medicum verum & vnicum ne quæ medicinam saluatorem curarunt requirere per quam peccati morbo liberandi erant, neque hac ex parte excusari valent, quod non agnouerint talem medicum, nam Iudæi per legem & prophetas eum agnoscere poterant: Omnia nā quæ illis in figura primū Christi salutaris cōtingebāt, & hoc cuā noīe ex

excusationem non habent a peccato suo. Porrò gentes absque excusatione quoque sunt: nam licet eis non fuerit destinata Moysilex neque prophetiæ: tamen ipsi de D. notitiam habebant, qua intelligebant Deum esse colendum, laudandum & timendum & ei interuiendum: ipsi tamen potius creaturæ seruierunt, quam creatori, & ea quæ cognouerunt opere non præstiterunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & gratias non egerunt de tam multis ab eo receptis donis, neque spem suam in Iesum Christum medium collocarunt: ideo ideo quoq; inexcusabiles sunt. Sed dices tu quomodo poterant gentes sperare in Christum medium si lex neque Prophetæ talem spem neque fidem docuerũt non ne fides ex auditu est? quando audierunt Gentes: quod si non audierunt immerito requiritur ab eis. Respondeo, audierunt quidem & si non tam clara voce vt Iudæi: nam Iudæis multifariam, multisq; locutus olim Deus modis. At Gentibus interiori voce per inspirationem naturæ docente & angelorum ministerio eo operante, vnde fit quod D. maiorem fidem requirit a Iudæis quam ab ipsis gentibus. Illis tamen fuit fides implicita Iudæis minime sed explicita. Quod si peritus auditor nos rogat ex qua cognitione Dei poterant habere hanc fidem implicitam, dicimus quod ex cognitione diuinæ prouidentiæ, cui incumbit positis mala de eorum remediis prouidere. Si n. Deus inquirentibus sum remunerator est iuxta hanc fidem & credulitate sperare poterant pro suo peccato obtinere etiam aliquod singulare ac salubre remedium, quale cunque esset illud non ita expresse & clare cognoscentes vt Iudæi cognoscebant, qui scripturas habebant. Gentis spem qua Iudæi de peccato suo ex tussione habet & minori quoq; pœna eligi tuni. *Sicut scriptum est non est iustus quisquam &c.* Probatio est illius propositionis qua dixerat Paulus tã Iudæos quam Græcos esse sub peccato, quæ idcirco à Paulo adducitur quo agnoscerent Iudæi, P. non finxisse aut ex se dixisse. & ideo ostendit ex datis scripturis & a Iudæis acceptis extractã fore illam doctrinam & non commentitiam aut fictitiam. In more habet Apostolus præsertim in negotio ingentis importantiæ recurrere ad sacras literas vt verior & credibilior reddatur sua doctrina. Adde tu etiam vt non videatur ijs quos reprehendit tam exosus. Reprehensores n. solet apud eos quos reprehendunt male audire: proclniores enim multo sumus ad proprias auscultandas laudes quam ad audiendos defectus & malumus audire mille adulatores quam vnum duntaxat correctorem.

Cum igitur intentio diui Pauli hoc loco sit corrigere Iudæos atque gentiles & eorum compescere arrogantiam & præsumptionẽ, quam præferebant de propria laude & armare autoritate sacræ paginæ in qua manifestissimè ac clarissimè constat, q ipse docet: ideo dicit sicut scriptũ est quasi dicat non de meo sed de scripturæ testimonio loquor, quæ hunc in modum habet nimirum non est iustus quisquam &c. Hoc est neque vn homo iust' reperitur alludes ad illud sapientis non esse hominem qui non peccet. O Sancte D. quam latissimè patet peccatum non est qui se abscondat a calore eius. Memor sit hic pius lector ab hac tam ampla sententia sub ducere vnum atque alterum nomine Christum super benedictum, qui nũquam peccatum fecit nec facere potuit, & alteram nempe virginem Deiparam quæ licet potuerit tamen dono & gratia confirmata nec fecit nec decuit. *Non est intelligens aut requirens Deum &c.* Intelligentis nomine Paulus prudentem hominem significat: prudentia namque intelligentia dicitur & prudens intelligens iure appellatur vnde

Rom. 10. Hebræ. 11.

Heb. 11.

probatio ad ipsa scripturæ.

ecclesiast.

vnde sicut dixit nec vnum inueniri iu
stum, sic asserit neque vnum pruden-
tem, aut intelligentem reperiri, sed q̃
sequitur longe petius videtur nõ esse
qui requirat D. Mirum negotium, ne-
mo est requirens D. qui summum
bonum est summa fœlicitas, summum
gaudium, summa veritas summa enti
tas, summum Intelligibile, summum
fruibile, summũ admirabile, summũ
visibile summum delectabile, summũ
denique requiribile, Quid igitur re-
quirunt ipsi mortales? tenebras crea
turarũ & sordes earũ? aquas ex cister-
nis putridis ex haustas ollas ex Aegy
pto carnium putridarum? Alia aut
cœpis? Requiramus nos Deum qui
manna dulcissimum est super mel &
fauum, Sed ad litteram reuertamur
dicentes. P. & Dauid em loqui nõ de
quocunque requirente sed de eo qui
modis omnibus requirit qualis est
ille qui totum studium, totum que in
tellectũ adhibet ad diligendum D. ex
toto corde, ex tota anima & ex omni
bus viribus suis per bona opera, huc
Matthei. 22. tales requirentem Deum Prophetæ
Psalm. 13. & Paulus non esse asserunt & reuera
ita res habet. Iuxta quod in illo statu sub
peccato scilicet erunt homines ipsi
ipsos amantes rebus caducis & frivolis
inhiantes cæremoniis toti dediti & a
Deo alienati quomodo illi Deum re
quirere poterant? Recte igitur colligit
P. dicens non est requirens Deum.
Omnes declinauerunt. Clarius adidem
institutum præstandum pertenerat
Apostolus dicens ab omnibus decli-
natum esse a via recta a mandatis diui
esa. 56. Psalm. 6. nis ea parui faciendo, De qua declina
tione Esa. 56. loquitur dicens omnes
in viam suam declinauerunt vnus
quisque ad auaritiam suam. Summo
usque ad nouissimum. Sed quomo
do auerterunt sic oculos a Deo? R.
quia eos statuerunt declinate in ter-
ram hoc est ad terrena. Obseruet hic
lector quomodo peccare vo
luit

cari possunt declinationes, Sicut. n.
in Grãmatica qui declinant semper
descendunt a nominandi casu do-
nec veniant ad eum casum quem gra
matici vocant ablatiuum, quo tota de
clinatio tollitur, sic qui peccant cadũt
a nominatiuo, quia non merentur no
minari & agentiuo, quia peccatores
non sunt geniti a Deo, & rursus a dati-
uo quia nihil eis dat Deus, a datiuo ca
dunt in acusatiuum quia acusantur a
Deo iudice vt castigentur sicut
factum est in Adamo & tandem in
ablatiuum casum cadunt, quia ablatis
omnibus bonis ad infelos cadunt. *Simul inutiles facti sunt.* Nullam inquit
reportarunt vtilitatem ex illa declina-
tione ne ad terrena, sed remanserunt in-
viles, quia non sunt assequuti finem
suum, quasi dicat in vanum laborauc
runt in nocte laborantes & Deum
non requirentes nihil cœperunt, sicut
enim rete quod non capit pisces inuti
le est, sic qui piscantur terrena hamo
timoris terreni inutiles remanent &
vacui verum dura nimis & rigida vide
tur Pauli sententia qui non recusauit
tam generalem proferre in omnes
homines sententiam. Quid sibi vult
hoc? non est credibile & vero simile
in populo Iudæorum nõ inueniri aliquos
qui non declinauerit, viam mandato
rum tuorum cucurri cum dilatasti cor Psa. 118.
meum R. in populo toto Iudæorum
non puto esse inconuenientis admitte
re aliquos fideles & bonos, sed quia
tam pauci erant comparati ad malos
non sunt in numerum positi. Dices
quare ergo dixit Paulus omnes R. so
cutus est more scripturæ sacræ, quæ
quando loquitur de multis (paucissi-
mis exceptis) solet eos comprehende
re sub aliqua vniuersalitatis nota? *Nõ est qui faciat bonum &c.* Quomodo fa-
cere poterant bona opera cum sint
inutiles? nam si facerent bona opera
iam non essent inutiles. & ideo optime
P. collegit non esse qui faciat bo-
num præter vnum nimirum Iesum

Christum

Christum qui vt bonus est per essentiam sic solus facit opera bona & perfecta, sub Iesu Christo Mariæ filio matrem intelligere nō incptè possumus tametsi non æqua lance illa quidem ex priuilegio, hic autem ex iure suo
Esai. 64. cnius opera habent valorem nostra sunt veluti pannus menstruatæ & parum valoris habent vt à nobis sunt.
Matthei 21. Neque istis contrafacit quod Christ' dixit quod bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona quoniā intelligit Christus non quod proferat ex se ipso sed ex Dei benignitate habet. Vnde si profert bona hoc est studiosas actiones & opera bona ista nō potest sibi ipsi acepta referre, sed Deo qui ex se ipso bonus est, non nobis Domine non nobis sed nomini
Psalm. 113. tuo detur gloria, tua sunt non nostra de manu tua, mutuo accepimus: nam nos planè confitemur haud esse sufficientes, vel ad tantillum boni cogitare ex nobis quasi ex nobis sed nostra
2 Corin. 3. sufficientia ex te venit, sic q; omne bonum tuum est. *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Docuit Apost. quo pacto recesserint à recta virtutis via & bonitate nunc gradum facit ad peccatia ria peccata & particularia & primo exordium sumit à peccato locutionis nimirum à turpiloquio, & cum ex gutture omnis sermo oriatur, & per illud transeat: comparat illorum gutpsal. 5. tur sepulchro non clauso & operto, sed patenti & manifesto omniū oculis. Quod cum patens & discoopertū sit fieri nequit quin suum eructet fœtorem: sic illorum sermo & loquela spirabat fœtorem & tantum vt ad nares vsque Dei attingerent (ipsis nihil sentientibus) solet namque sepulchrū in quo corpora mortuorum reponuntur exhalare secundum odorem, quem qui non sentiunt Olfactu priuati sunt & aliud habet sepulchrum quod scilicet in discrimina tim recipit corpora putrida & mortuorum. Hisce duabus de rationibus merissime guttur loquentium turpia verba sepulchro patenti comparatur. Nec audiendi sunt illi hoc loco qui ioco dicūt verba nō facīt nō facīt illa verba! con: edam? & bibamus cras moriemur. & illa nullum sit pratum quod non pertran
Sap. 2. seat luxuria nostra & illa? date nobis
Genesis. 19 virosvt abutamur illis, & illa? stultorū
Eccles. 4. vox, vnus est interitus hominum & iumentorum & æqua vtriusque conditio & nihil habet homo iumento amplius & illa denique verba, omnis caro corruperat viam suam nunquid fœtebant? & violatio quam Amnon
Genes. 6. 2 Reg. 13. fecerat sorori suæ nonne spirabat fœtorem? & adulterium Dauid quem re
2. Reg. 11. Ezech. 16. dolebat odorem? & vno vt semel finamus verbo sodomorum nefandū crimen nonne emittebat fœtorem? nunquid clamor sodomorum adnas res vsque Dei ascendit sicut in sacris biblijs scriptum est? fœrent ergo verba. Cæterum horum verborum Pauli alius potest esse sensus videlicet si dicamus quidem illos esse maledicos & detractores qui appositè comparari possunt sepulchro fœtido: Sepulchra enim foris occlusa esse solent & candida. Immo polita elaborata quæ & quorum sunt proprijs figuris & signis insignita. Quare extrinsecus visu pulchra sunt licet intrinsecus ossibus & carnibus putridis repleta sint: sane hæc sepulchra adumbrare & typum gerere nobis possunt eorum hominū qui sub specie sanctitatis & bonæ vitæ fœtida peccata extrinsecus coopriunt quos graphicè depingens Christus vt qui intus & incute cognoscebat eos hypocrysis nota notauit eos Matthei 23. dicens, veh vobis hypocritæ qui similes estis sepulchris de albatis, quæ foris apparent hominibus pulchra intus autem sunt plena ossibus mortuorū sic sunt aliqui homines aliorum vitā & mores eatenus mordicantes, famq; que detrahentes adsimiles sepulchris mortuorum haberi possunt & dici quinimo illis pernitiosiores. Nā sepulchra

chra mortuorum non deglutiunt & absorbent nisi homines mortuos quos afrigore, pluuia & acanum dentibus preteruant. At de tractor & maledicus) quorum dentes crudeliores canum dentibus sunt) non solum homines mortuos sed etiam viuentes absorbere procurant, nam homo detractor nec viuis nec mortuis parcit sed hos & illos momordit maiore rabie quam rabidi canes. Hunc sensum si placet accipito prudens lector, sin minus alterum sequi tuo reliquo beneplacito, mihi vterq; videtur; prior tamen magis genuinus: tu tuo abundato sensu. *Linguis suis dolose agebant.*

Quoniam lingua gutturi proxima est de lingua dolosa sermonē facit proximè, si quidem factor ille qui sepulchro hoc est in corde latebat foras emittitur per linguam dolosam, aqua simplex orabat Dauid vt liberaretur a casas Domine libera animam meā à labijs iniquis & à lingua dolosa. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta & reliqua id genus. Hinc Hyeremiæ 9. dicitur, sagita vulnerans lingua eorum dolum locuta est, & Dauid illū habi taturum dicit in tabernaculo Dei, qui nō egit dolum in lingua sua. Porro iste dolus multifariam in proximum fieri potest primo cum temerè eum iudicamus; deinde cum falsò accusamus. Tertio cum fraudulenti animo quid quam promittimus. Præterea cum in promissis infideles sumꝰ Et denique quando in cōmercijs, & negotiationibus decipere conamur & quoties proximis nostris nocere intendimus toties lingua dolosa vtimur, *Venenū aspidum sub labys eorum.*

Sicut in præcedentibus comparauerat eos sepulchro fœtido ita modo comparat serpētibus venenosis, quorum officium aliud non est nisi toxicare homines, quos si te tigerint semel de illis actum est tam enim pestiferum est aspidum venenum vt incurabile sit vnde scriptura Deuteronomij. 32. venenum aspidum insanabile est, Sed cum hæc secundum metaphoram sint intelligenda ad mores meritò accommodanda veniunt. Deutero. 32

Quare per venenum hoc loco doctrinam malam & pernicio sam intelligere possumus. Nonne aspidis venenum est illa Doctrina quæ iciunia tollit de medio? & illa quæ cœlibatum abominatur? & illa quę auricularem confessionem reijcit? nonne venenosa illa est, quæ ciborum delectum reprobat? & illa nonne veneni per multum habet, quæ ecclesiam sanctam missis, officijs & eorum ministris spoliare totis viribus conatur & molitur? Tandem quid dicam de illa quæ neglectis bonis operibus totam nostrā salutem fidei mortuæ attribuit eam que nobis esse satis mordicus affirmat? Hæc non ne aspidis veneno plena est? maxime. Verum enim vero diligenter animaduertant hic qui cunque hanc venenosam fugere cupiunt doctrinam: quod hæc in quibusdam hominibus est sub labijs, in alijs vero est supra. Prioris ordinis sunt illi pseudo Christiani, qui venenum hoc est falsam doctrinam absconditam habent quam aliquando tacendo sub suis labijs contegunt tantum clanculo & in angulis propalantes, quales hae nostra infœlici tempestate clanculārij hereticī sunt, alij vero habent venenum supra, illi nimirum, qui in omni plococoram imperitis & minus doctis buccis plenis venenosam doctrinam effutiunt vtrique sanè cauendi & fugiendi illi magis, qui clanculo docent. *Quorum os maledictione plenum est.* Ex interno ingēti odio, quo qui alterum prosequitur facili negotio os prorumpit in varias & multas maledictiones ex abundātia namque cordis os loquitur. Qui fieri potest vt is, qui amarissimo est corde erga proximum de eo haud paucas non ejiciat maledictiones? Ex fonte salso dul

Psalm. 119.

Matthei 15

Psalm.

Lingua dolo facit pericu losa,

Matth. 12.

cis

eis poterit ne emanare aqua? ex spinis colliguntur ne ficus? ex felle quis sperabit mel? ex ore doloso & venefico quæ verba scaturire possunt nisi male dicta, & lingua dolosa quid loquitur nisi dolos? lingua maledica quas dabit benedictiones? nonne qualis quisque est talia loquetur? *Veloces Pedes eorum ad effundendum sanguinem* Hactenus enumerauit Apostol' multa oris crimina, nunc illis omissis recenset quæ opere fiunt peccata quorum pessimum est effusio sanguinis alieni inter peccata contra proximū. Exordiur autem ab ipso homicidio quia principem locū teneat. Graphice depingit hic P. homicidas eūdicit illos veloces habere pedes ad effundendum humanum sanguinem. Emphasim habent illa verba veloces pedes, quasi dicat non quomodocunq. sunt homicidę sed sicut sitibūdus currit ad aquam cum eam à longè videt quam citissimè potest ad eam properat, Sic isti inquit P. sitibundi sunt sanguinis alieni: & ideo velociter currūt ad illum effundēdū, quo fit vt eorum manus sanguine plenæ sint, qui nec nocenti: nec innocenti parcunt, nec vllus est magnorum, aut paruulorum respectus, sed sanguis sanguinem tangit, de quibus illud Dauidis congtue scriptum est, viri sanguinum nō dimidiabunt dies suos quod iustissimo Dei iudicio fit omnes enim qui gladium aeceperint (vt summa veritas Christus dixit) gladio peribunt, sanguis enim semper clamat vindica domine sanguinem nostrum, qui in iuste fusus est. *Contritio & infœlicitas in viis eorum.* Varius potest esse huius loci sensus. P. forte hic reddiuț ratio quare illi habebant veloces pedes, ad effundendum sanguinem, quia in vijs eorum erat contritio & infœlicitas quasi dicat non est mirandum si erāt tam immanes & feroces ad effundēdum sanguinem feris crudeliores. Quare vt eorum feritas magis ostenderetur spoliati omni humanita tē omnes vastabant & in perniciem ducebant, nemini parcebant nec humano sanguine satiabantur, alius sensus potest esse si hæc verba referantur ad vitam istorum perditorum hominum quæ contritione & dolore & infœlicitate plena erat, ob sua namque peccata, delicta tam nefanda, infelicissimè opprimebantur atque vexabantur nō solum in presenti vita sed etiā in futura, in qua experientur contritionem non illam (que pars potissima est hominis verè pœnitentis) sed illam quā patiuntur damnati in inferno detenti qui cōminuūtur & conteruntur patiēdo cruciat' illos, quos docti Theologi penas sensus vocant. sed proh dolor non erit hic finis, sequetur enim illas conritiones longe grauior infœlicitas: si quidem isti tam immanes homines & impij tollentur ne videant gloriam Dei: sicque luentes hanc pœnam omnium infœliciissimi remanebunt & iure optimo retorquebitur ꝙ scriptum est in illos sapientiæ 13. Infœlices sunt & spes illorum inter mortuos. Tertius quoque potest esse sensus referendo hæc verba ad eas vias, quas istidum viuerent amplexati sunt in quibus præter contritionem & infœlicitatem aliud nihil inuenerunt. Et merito quidem: nam vias difficiles ambulauerunt, vias non bonas vias laboribus oppletas relicta via virtutis & pacis, quam non cognouerunt per paeem enim itur ad fœlicitatem in qua nullus est labor sed perfecta quies. In pace inquit regius Propheta dormiam & requiescam, ab ista via procul multo erant illi sedentes in tenebris & in vmbra mortis non valentes per se ipsos suos dirigere pedes in viam pacis, nec mirum plane; quoniā habebant veloces pedes & vt gigantes currebant ad effundendum sanguinē. Rogo quomodo tuos direxissent pedes in viam pacis? vię meæ inquit. D. non sunt sicut viæ vestræ qtā

tum

mile

Isa. 1.

Sap. 5.

Osee 4.

Psalm. 54

Matthei. 26. Apoca. 6.

Sapi.

Psalm. 4.

Luce. 1.

Isa. 59. tum distat cœlum à terra, tantũ imo magis viæ Dei à vijs peccatorum in quibus qui non stat, beatus teste Dauide in, 1. Psalmo, viæ Dei viæ pacificæ Psalm. 1. sunt nullus est labor in eis, faciles, & ambulandum haud difficiles. At in vijs peccatorum vastitas & contricio Isa. 59. inuenitur. Vt testis est Isaias. cap. 59.

Non est timor Dei ante oculos eorum. His verbis concludit P. quales fuerint illi homines de quibus antea locutus est quasi dicat nõ est quod mirentur si tot tanta que mala de eis in medium adduxi: quoniam hæc omnia ex eo venerunt & illis contigerunt: quoniam nõ erat timor Dei ante oculos eorum, absque Dei timore viuebant timor enim Domini expellit peccatũ Eccles. 1. vt dicit sapiens. O grande malum o ruina omnium virtutum, o iactura omnium vitiorum carentia timoris Domini. sicut enim timor dei omnis boni initium est ita præcipitium omnis mali est carere timore Dei in quo quo peccati genus non se præcipitẽ dabit homo ille qui à se timorem Dei Eccles. 2. excussit? quem timebit qui Deum nõ timet? si qui timet Deum facit bona ab eo qui non timet quid sperabimus nisi mala? Cæterum cum timor Dei vatius sit vt sacra docet pagina non absreerit scrutari de quo timore in Psalm. 18. præsentia sermo sit. Ande seruili vel filiali? ego de illo sancto timore qui permanet in seculum seculi (saluo meliori iudicio) loqui Apostolum hic opinor. Nam non tam ingens malũ est carere timore seruili sicut non habere filialem: siquidem filialis præstat timori seruili quanto filius seruum superat: & si obiecta horum duorum timorum contemplemur illum scilicet seruilem abisto filiali superari facilè reperimus, siquidem obiectum timoris seruilis pœna est: Alterius vero licet filialis præcipuum obiectum offensa Dei est: ille enim timor vt Thodocet & sui sequaces non respicit pœnam sed Dei offensam. Si quis tamen vellet extendere Pauli verba hoc loco ad virum que timorem cum eo ipse non contenderem, neque talis longe esset amente Pauli: quoniam mali cum D. potius timeant quã ament & ille sanctus timor ex amore oriatur potius reperitur timor seruilis in malis secus est in bonis, malus enim homo magis mouetur timore pæne quam amore. Sed dices modo iste timor cum sit seruilis quomodo non erat in illis cum reperiatur in malis si P. loquitur de isto timore falsus videtur sermo eius cũ dicit non est timor Dei ante oculos eorum. Respõdetur quod iste timor erat in eis: quoniam iam venerant in profundum malorũ quo in statu cum peccator est nec ipsas pœnas timet sed pro nihilo eas ducit malens post suas concupiscentias ire, quam ob illas pœnas à peccatis se continere. Prou. 18.

Obseruet interim hic studiosus lector quod tametsi homo peccator ide spoliatus & nude consideratus minime inferni cruciatus & pœnas timere possit eo quod eas ignorat: tamen nullus est tam ignarus & rudis qui ex lumine naturę non agnoscat omne malum dignum fore sua pœna quidẽ Vnde quam qnã homo qua homo tantũ est, nescius sit infernalium pœnarum quæ aut ex sacra scriptura aut ex aliqua reuelatione cognoscuntur verum non ignarus est: quod omne patratum malum sua poena dignum sit, & ideirco sicut natura duce nemo non cognoscit omne bonum aliqua remuneratione dignũ: ita omne malum aliqua poena & multa fore condignũ sicut omnis qui malè agit odit lucem ita malè operans pœnam timet aliqui plus multo meiuũt eas poenas quas luere debent in corpore quam illas quas passura est anima: nã istas dum viuunt nõ sentiunt, alias vero quę corpori & carni aplicantur vel ante quam infligantur iam sentiunt. Nihilominus potest esse homo adeo Ioan. 3. 2. Timoth. 3.

in malis

In malis obstinatus & tantis tenebris inuolutus vt absque vllo timore cui' vis penæ perpetret mala & huiusmodi homo quo magis castigatur eo magis induratur vt videre est in Pharaone & alijs huius farinę viris: tales enim homines sine vllo prorsus timore viuunt de quibus verè dicit noster Apostolus quod non est timor Dei &c. & istis addesi fas est quod quidam eorum in tantam prolapsi sunt dementiam vt Deum vindicem & Iustum Iudicem non esse serena fronte & ausu temerario prædicent & affirment dicunt nanque si peccauerimus non requiret nec intelliget Deus Iacob, dicit qui peccat non puniet nec vindicabit supra astra cœli ambulat nec nostra considerat, o insipientissimi & insensati qui plantauit aurem non audiet? &c.

Exodi. 7 & sequētib. ca

Psalm. 9. Psalm. 93. Iob. 22

Psalm. 93.

1. Allusio.

OMnes sub peccato esse cōsiteatur homo ille qui in via agit & se peccatorē esse, non cum illo Pharisęo dicat non sum sicut ceteri hominum raptores &c. nam quo se negat peccatorem eo ipso mendax est & talem se facit Ioanne attestante qui ait, si dixerimus quia peccatum non habemus &c. agnoscat ergo quicūque de hominum albo est suam miseriam & peccati captiuitatem donec ab hoc carnis ergastulo & ab illa peccati lege liber inueniatur, & tunc cum Prophęta lætabundus cantabit dicens, laqueus contritus est & nos liberati sumus, lætantes euntes in domum domini. At vero interra dum hanc mortalē agit vitam non vereatur, cum Petro dicere exi à me domine quia ego homo peccator sum.

Luc 18.

1. Ioann. 1.

Psalm. 123. Psalm. 121

Luc. 5. Non est intelligens &c

2. Allusio.

EX hoc loco cognoscat homo suæ naturæ impotentiam & imbecillitatem secundum quam nec Deum intelligere nec eundem requirere potest, dicat que cum illo, domine da nobis fidem per quā intelligimus Deum eumque requirimus: nam requirere eum qui nos latet facere nemo potest. Det igitur operam is qui requirere Deum incipit vt eum agnoscat quo agnito ipsa anima pedes veloces dabit ad eum requirendum: anima nam que nostra suos habet pedes, qui diligendi sunt, ac præparandi ad currendam viam pacis. At dices & quomodo inuenietur ista pacis via? Respondetur si bellum habuerimus cum vitijs & nostris concupiscentijs, qui nam que secum pacem habent, hoc est cū suis concupiscētijs, cum ipsa pace quę est Christus bellum gerunt. Ipse namque dixit qui non est mecum contra me est.

Luc 11.

3. Allusio.

REcordetur homo Christian' omnia à Deo in sui utilitatem condita fuisse Solem, Lunam, Stellas, arbores, Plantas, Oues, Boues, Pisces Maris Aues Aeris, & denique cœlum, & terram, quæ omnia ipsum iure astringūt ne sit ipse solus inutilis, memor quæ so sit quod ad imaginem Dei expressus, ac eformatus à Deo fuit, quo nomine pro sua virili eniti debet vt suū in quē destinat' est assequatur finē: id enim omne inutile dicidebet q̄ in suū non peruenit finem. Vanum enim atque inutile ad paria iudicantur. Cūret ergo Christianus quo ad fieri poterit vt suæ in primis animæ sit vtilis & non eam in vanum accipiat & subinde proximis suis semper aliquid vtilitatis procuret: Non enim tantum nobis nati sumus sed confratribus nostris vtiles esse par est alter alterius onera portantes.

Iacob. 1

Venenum

Venenum aspidum sub labijs eorum.

Allusio 4.

CAueat ac modis omnibus se custodiat homo catholicus & in sana doctrina imbutus a veneno aspidũ quod latet & absconsum est sub labijs eorũ qui hereseos peste infecti sunt a qua peste qui tutus & securus esse cupit remedium presentaneum erit ei repentina fuga: qui cum eis moram trahunt & conuersationem habent il lesi & incolumes ab eis haud quaquã euadunt. Attendant ergo diligenter homines catholici vt cõsortium cum hisce hominibus minime habeãt qui tetigerit picem non poterit nõ inquinari ab ea. *Linguis suis dolose agebant.*

Eccles. 13.

Allusio. 5.

GRande malum promptum & prõ cliue viciũ est lingua dolosa, que alios mordet & seipsam nõ mordet: plaga magna expers remedij lingua quidem vt Iacobus ait modicum mẽ brum est & modicus ignis: at quantas siluas incendit? lingua dolosa vnũ tantum remedium habet. Inciso videlicet eius, à tali lingua custodiat se omnis qui Christiano nomine gaudet, & Deum assidue roget vt ponat custodiam ori suo, linguam magnilo quam protinus euellat assuescat homo Deum passim benedicere, proximo non male dicere sanctorum auxilium implorare sæpe tacere & sic sanctam bonam ac Christianam linguã poterit habere qui enim linguam nõ bonam habet bonus esse non potest. Qui ergo bonus esse cupit principio prohibeat linguam suam à malo & labia sua non loquãtur dolum. *Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur his qui sub lege sunt loquitur vt omne os obstruatur & subditus fiat omnis mundus Deo. &c.*

Iacobi 3.

Psalm. 140. Psalm. 11.

Psalm. 33.

Postquam Apostolus ostendit id quod sibi statuerat probando videlicet omnes tam Græcos, quam Iudæos deliquisse & sub peccato fuisse: quod scripturæ sacræ testimonijs confirma mauit: nunc autem præocupat quandam euasionem, qua Iudæi poterant se protegere & munire dicentes scripturas adductas a Paulo, non esse in eos sed contra gentiles retorquendas & ad hos tantum pertinere. P. vero volens excludere hanc exceptionem assumit hæc quæ sequuntur verba dicens: Scimus autem quoniam quæcũque lex loquitur ijs, qui in lege sunt loquitur, quasi dicat sic quæcunque scriptura loquitur præcipue illis loquitur quib⁹ traditur & datur: At qui vobis Iudæis data est lex & scripturæ. Igitur certũ est ad vos pertinere: assumptionem huius argumenti non euntiu dæi inficias quinimo descripturis receptis à Deo se extollunt: contra ipsas gentes. Igitur non possunt Iudæi de Paulo conquæri: quòd contortis scripturis contra eos egerit. Veruntamen opponet se hic aliquis dicens. Paulum hoc in loco nullam de scriptura fecisse mentionem sed tantum, modo de lege: At quæ Paulus assumpsit: ex Psalmis fere omnia vsurpata sunt non ex lege. Quomodo à scriptura transitum fecit? Respondetur nullo transitu vsus est Apostolus sed vsurpauit legis nomen latè & non præsè, qui passim versantur in sacris Biblijs exploratum habent legis nomen amplissimæ esse significationis: aliquãdo enim accipitur: pro ea præcisse parte scripturæ in qua lex docetur, interdum vero pro toto testamento veteriin hac significatione legis nomine vsus est Apostolus. P. non pro illa tum parte veteris testamenti: quę de legibus tractat, quæ leges comprehẽduntur omnes sub duobus illis mandatis diliges Dominum Deum tuum & proximum tuum sicut teipsum: vt ex Christi ore declaratum est Mathei 22. Ceterum occurrit hîc digna consideratione quædam dubitatio videlicet si lex loquitur tantum his qui in lege

Matthei. 22.

consequens fuit vt os eorum obstrusum fieret & tandem suo silentio non haberent, quod Deo respondere possent.

Et omnis mundus fiat Deo.

ALia ratio assignatur hic quare scriptura illa superius recitata dixit de ipsis Iudeis vt omnis mundus subditus fiat hoc est ostendatur esse subiectus reus & obnoxius Deo tanquam iudici & iustificatori: reus namque ob sua crimina obnoxius & subiectus dicitur esse iudici, qui potest & debet eum punire. Ceterum P. mundi nomine hominem intelligit. Quare perinde est dicere omnis mundus atque omnis homo: vnde peregrina videtur hoc loco quæstio ꝺ mũdi pluralitate ex eo quod P. dicit omnis mundus: quia a sensus est omnis mundus 1. omnis homo mundi nomine in scriptura sacra non raro homo intelligitur vt est videre in illo loco vbi Christus dixit sic *D.* dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret &c, & alibi, mundus eum non cognouit Ioannis 1. Dicet modo aliquis, nonne mundus Deo est subiectus velit nolit ipse? nonne scriptum est in ditione tua cuncta sunt posita & non est qui possit resistere voluntati tuæ? & P. alibi, voluntari eius qui resistet? Igitur non valet ratio ista a P. adducta. R. verum est mundum esse subiectum Deo titulo & ratione creationis sed non ratione iustificationis, quæ præsupponit peccatum, a quo homo per seipsum aut per legem liberari nõ poterat sed indigebat ad hoc gratia Dei, & secundum istud nascitur ista subiectio hominis peccatoris ad ipsum Deum quam subiectionem debet homo recognoscere velit nolit & cum ex se sit insufficiens ope Dei indiget. Alio modo respondere possumus dicẽtes quod subiectio est gemina altera coacta, altera vero libera & voluntaria: homo enim cum sit creatura libera & suorum actuum domina in sui iustificatione libere se Deo subijcit & sponte, siquidem Deus non eogit nostrum liberum arbitrium quando de iniustis reddit iustos. Alioqui nostra iustificatio non esset digna laude, neque esset meritoria & per consequens nec digna præmio & de ista subiectione spontanea loquitur P. quando dicit vt omnis mundus ideſt omnis homo tam græcus quam Iudæus fiat subditus & subjectus Deo. Neque ex his dictis colligat minus eruditus aliquis hanc iustificationem non esse gratuitam: propterea quod fiat per hominis peccatoris subiectionem. Nam quantumcunque homo peccator fiat coram Deo humilis & abjectus: hæc humilitas & abiectio nõ est condigna vt homo a Deo iustificetur: non inquit regius propheta intres domine in iudicium cum seruo tuo: quia in conspectu tuo non iustificatur homo. Omnes namque nostræ iustitiæ (Isaia clamante) vt pannus menstruatæ mulieris sunt: & ideo iustitia, qua homo iustificatur a Deo suo, misericordiç Dei attribuitur eodem Paulo dicente, non ex operibus iustitiæ quę fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et proinde homo cum sit miser & peccatis adstrictus semper recognoscere debet se indigere (si liberari vult) misericordia & gratia Dei per quam saluamur & liberi a peccatis sumus.

Ioan. 1

Ioan. 1

Hebr. 13.

Romano. 9.

Isa. 64.

Ad Tit. 3

Quia ex operibus legis &c.

RAtionem assignat Paulus quare omne os sit obstruendum omnemque mundum subden-

cto Sancta Theologia. Non igitur per fidem & per nostra opera iustificamur nos. At mox insurget scioius forsan aliquis dicens, adquid igitur nostra valet fides? aut quæ nostrorum operum necessitas si gratis iustificamur nos? Siste paulisper si edoceri cupis, quod ad opera attinet, scito duo fore operum genera, altera quę fidem istam antecedunt, & istis iustus nullus fit: alia quę fidem consequuntur iustificant magis iam semel iustificatum. Iustificant, qui iustus est iustificetur ad
Ia. Apo. 22. hunc, & hæc opera sunt accepta Deo & meritoria vitæ æternæ. Quod si dicas, cur opera, quæ præcedũt nõ sunt Deo grata & quæ sequuntur sunt ei accepta? Responsio, quoniam illa sunt opera carnis & Deus non delectatur operibus carnis, nec homine carnali: quoniam Deus spiritus est. ideo carnalis homo Deo placere non potest at opera quæ fidem sequuntur sunt opera quæ fidẽ sequuntur quidẽ opera hominis spiritualis ideo sunt grata: Ceterum an Paulus hoc in loco sub legis nomine omnes leges complexus sit nec ne non bene conuenit inter omnes. Alij namque volunt sermonem hic tantum fieri de lege scripta, reliqui vero de omni lege. Sicque asserunt nullum hic fieri à Paulo discrimen inter legem naturæ, scriptam, euangelicam, sed eum loqui de omnibus indiscriminatim habita tamẽ cõsideratione cuius vis legis per se ipsam & sui gratia tantum. Nam opera cuius vis legis non valent nos reconciliare Deo ex seipsis siue sint opera moralia siue cerimonialia, alioquin ex lege esset iustitia & Christus gratis mortuus esset & sacramenta quidem veteris legis quæ gratiam non conferebant egena elementa erant id est non conferentia gratiam & ideo non iustificabant. Quod si dicas in lege scripta non erant aliqui iusti? Responsio, maxime, sed non ex operibus legis sed per fidem Iesu Christi qui propositus fuit à patre tamquam propiciatio pro peccatis nostris, & hanc fidem protestantia erant. Colligamus ergo ex his neminem fieri iustum nisi à Deo & per gratiam Iesu Christi. Vnde merito Paulus omnes leges excludit à virtute iustificandi, etenim istud munus Dei gratiæ putat fore seruandum. Porro si cohibere ac restringere volumus Pauli sermonem tamen ad legem scriptam per Moysen populo Iudaico exhibitam: de cuius operibus Iudæi tantum confidebant & gloriabãtur neglecta fide Iesu Christi sermo Pauli quoque verus erit, sed non tam copiosè & diffusè ostendatur, necessitas gratię Christi quam si comparatio fieret inter gratiam Christi & vnam tantum legem nempe scriptam & sic dubitari poterat vtrum si nemo Iustificatur per opera legis scriptæ si iustificari poterit ex operibus legis naturæ ex eo quod Paulus tãtum opera legis scriptæ vilificat & reprobat non autem opera legis naturæ. Non desunt qui hunc intellectum existimant magis fore ad Pauli mentem quam illum ptiorem sed fortassis falluntur, quod faciliter mihi persuadeo vel ex eo si sermo limitetur tantum ad legem datam Iudæis & ad opera illius legis: istud non videtur esse probatio illorum verborum præcedentium. S. vt omne os obstruatur & omnis mundus subditus sit Deo, Eodẽ ca? sed tantum probaret Paulus per ista verba quod Iudæus tantum est subditus Deo & non probatur quod omnis siue Iudæus siue Gentilis est subditus Deo ex eo quod indiget iustificari à Deo sed solus Iudęus: propterea quod opera suæ legis non possunt iustificare eum. Cum igitur Paulus per ista verba intendat probare illa præcedentia verba, quæ non tantum de Iudeo sed etiam de gentili & tandem de omni homine intel-

nō quod formaliter (vt more scholæ loquar) sit peccatum, sed quia e peccato emanauit, & efecta est, & etiam quia ad peccatum impellit, incitatque nos de qua alibi conquerebatur vehementer Paulus dicens video aliam legem &c. Hoc enim peccatum connaturale homini est, non quod à principijs naturæ oriatur, sed ideo dico naturale: quia simul cum natura recipitur. Sicut enim si natura hominis vterat in statu innocentiæ (integra & sana perstitisset simul cū natura communicata fuisset originalis illa iustitia. Sic corrupta & viciata per Adæ peccatum nos vna cum natura recipimus illam effrenem concupiscentiam, quę vt sicut insita à natura & nobis naturalis dici potest. Dices fortsitan si est peccatum quomodo naturale, sinaturale quomodo peccatū. In naturali nec laus, nec vituperium est: at secundū hoc vicium homo vituperatur, & quod longe deterius & absurdius est, Videtur ex hoc Deum causam fore huiusmodi vicij, quod delicatas & catholicas aures offendit. Responsio, si Deus quando condidit hominem ei clargitus, esset talem naturam puta corruptam & viciatam conquæri potuisset homo de Deo effabricatore. Verum Deus hominem rectum condidit & integram naturam dedit ei. Quod si ipse infinitis implicauit se quę stionibus, de Deo non est cur conquæratur. Deus namque ab initio quando condidit eum, naturam sanam, rectam & incorruptam est clargitus, naturam quidem ab huiusmodi concupiscentia liberam, & immunem.

Ab huiusmodi inquā cōcupiscētia liberam & immunem. Quod si per vnū peccatum hominis mutatus est color optimus & excandida & immaculata natura facta & conuersa est in naturā corruptam: non est sanè cur de Deo datore aut parente naturæ quærimoniam habeamus, sed de nobis ipsis cōqueramur & cum Iob vnus quisque dicat, factus sum mihi ipsi grauis. Istud peccatum hoc est istam concupiscentiam lex tollere non valebat. Sed benè homini patefacere & manifestare: Sed dices quo pacto poterat? Respondeo per prohibitionem. Non enim solent nisi mala prohiberi. Prohibebat namque lex, concupiscentiam quando vetabat homines concupiscere dicebat namque, vxorem proximi & rem eius non concupisces. Deuteronō. 5. Sed dices, si hæc concupiscentia siue hoc peccatum naturaliter consequebatur naturam, quomodo poterat lex proluberet? Homo enim sentiens in semsitiam hanc concupiscentiam non potest non concupiscere ad Roma 7. Paulus dicebat: non enim quod volo bonum hoc facio. Quomodo igitur lex prohibere poterit? Respōsio, hoc malum siue ista concupiscentia vno modo est naturalis alio vero modo non est naturalis. Si spectemus naturam a Deo constitutam non est naturalis, sed dicitur naturalis secundum nostram à primo parente & à nobis viciatam naturam quam, cùm secum ferat homo cum suis miserijs & molestijs non paucis palam agnoscere valet talem concupiscentiam à sua esse natura viciata & non a Deo: qui author talis peccati esse nequit. Igitur per legem cognoscebatur talis vitium sibi inesse per naturam corruptam. Corruptio autem per peccatum euenit homini. Quo nomine non iniustè vocatur peccatum, & hinc est illa Ad Ephes. 2 Pauli confessio dicens omnes nascimur natura filij iræ. Hāc iram lex minimè tollere poterat & cum Deo nos amicos reddere, quæ amicitia apud Deum iustificatio dicitur & acceptatio ad vitam æternam. Istud autem præstare, ac efficere nulla creata vis ex proprijs potest Nihil namque agit vltra suas vires. Quare cum hoc negotium legis vires superet vt pote super naturale & diuini ordinis munus: luce meridiana clarius est id à

lege haud quaquam prestari posse. Solus enim Deus nobis tantum donum largiri potest, qui de immundis nos mundos facere valet, & de inimicis & exosis amicos, & acceptos, gratosque facere. Colligamus ergo & pro explorato linquamus quod lex vim vllam non habet remittendi peccata nec præstandi vitam æternã, sed tantum se exrendit ad peccati manifestationem & hæc depriori explanatione vocabuli scilicet peccari. Colligat ex istis acutus auditor quod Iudæus, vnde & quo magis se extollebat inde ex eo magis se præferebat peccatorem, ille ex lege se iactabat, per quam magis cognoscebatur peccatum. Et sic grauius delinquebat vt pote sciens & agnoscens peccatum, quo nomine paulo excusabiliores erãt gentes quę minus lucis habebant. Mandatum lucerna est & lex lux vt dicitur prouerbiorum sexto. Sed insurget aliquis dicens, Si lex Iudeo lucerna & lux erat & per legem cognoscebat peccatum tamquam malum & prohibitum: quare non vitabat? facilis est ad hoc responsio, non satis erat Iudeo agnitio peccati sed amplius opus erat videlicet reprimere concupiscentiam, quæ iudicio rationis maximè aduersatur. Caro enim concupiscit aduersus spiritum. non enim mox vt quis cognoscit quid priam fore malum: statim vitat illud vt in nobis quotidie experimur. Et ideo licet Iudeus per legem peccati cognitionem haberet: non sequitur, quod per eam tollere posset & vitare, sed ope diuina & gratia Iesu Christi indigebat. Quemadmodum fieri potest vt æger aliquis suum agnoscat, quo laborat morbum: & nihilominus medico, & medela indiget: sic Iudæus tametsi suum morbum agnoscet per legem per eam tamen mederi non poterat, medico Christo videlicet indigebat & gratia eius vt medela opus habebat. Sed quid dicemus de gentili homine in natura corrupta posito cui non est data lex per quã posset habere notitiam huiuscemodi vitij? Nunquid ille sentiebat concupiscentiæ molestias sicuti Iudeus? Non ne carnis stimulos patiebatur? Non ne fomitem habebat? Nunquid pugnam crudelem, & tyrannicam secum portabat inter carnem & spiritum? maxime. At per quid eam agnoscebat si sine lege erat, a qua cognitio peccati petitur? Num per experientiam? Igitur eam volens nolens in se experiebatur luctam. Quod si istud illi satis erat extra legem & Iudeo non erat tribuenda lex, quo eam posset agnoscere. Nam eam quoque (vt gentilis) experiebatur, se habere. Sicut enim Iudeus & gentilis in illis duobus pares erant videlicet in eo quod erat vtrumque comprehensum fore sub peccato. Et secundo in indigentia gratiæ Christi vterque ex equo egens erat sic pares esse debebant in morbi cognitione. Cognitio namque morbi nõ est infimus gradus ad comparandam sanitatem. Nulli mirum hoc videri debet: nam istud ex maiori Dei beneuolentia in Iudeos, quam ingentes factum est. Voluit enim Deus sic honorare populum, quem præ alio dilexit, Non fecit inquit regius propheta Dauid, taliter omni nationi & iudicia sua nõ manifestauit eis. In hac namque re vt supra dictum est, Iudeus gentes præcellit: quia credita sunt ei eloquia Dei. Neque hic est quod obijcias acceptionis personarum aliquã notam: siquidem ad ista dona nec gẽtilis nec Iudeus, vel tantillum Iuris habebant. Ex suo licuit Deo facere quod voluit. Sed amplius vrgebis dicens. Vnde igitur gentilis potuit agnoscere suum malum? An forsitan incusauit vel Deum, vel ipsam suam met naturam? Vel excusandus erat propter eam ignorantiam, qua huius rei Iure laborabat? Si lex est lux & lucerna.

Prou 6

Solutio.

Psalm. 147.

Simile

cerna peccati: qui lege caret lucerna caret: At qui ista caret ignorans est & non videns, qui cæcus est si offendat passim, quin potius si cadat venia est dignus eo quod ductorem non habet, lex iudæo pedagogus fuit. At gentilis absque magistro & pedagogo relictus est. Sane haud possumus inficiari, ac negare. quod gentilis non sit infectus ac contaminatus eadem labe & maeula, qua iudæus. Omnes enim homines vno dempto cõcepros fuisse in originis peccato fides catholica est; qui interea dum sunt in natura lapsa velint nolint carnis molestias pati habent: Nam esse in carne & nõ viuere in carnẽ angelicum potius est, quam humanum. Cum igitur ita res se habeat: quærẽdum nobis nunc est per quid gentilis agnoscere poterat suum morbũ, per legẽ non poterat: quia expers eius erat. Videtur enim prima fronte Dei prouidentiam illi defuisse vt qui non dedit ei lumẽ ad cognoscendum suum morbũ. Quod si dicas iam datum fuisse lumen naturale: iam modo ingrediemur difficile negotium, arduam difficultatem, videlicet si beneficio luminis naturalis homo potest venire in notitiam originalis peccati. Nam si per hoc lumen, cognitio talis morbi haberi potest. bene actum esset eum gentili. Si non, Scrupulus præiens semper vrget. Ad exactam huius scrupuli dissolutionem: principio duo sunt à nobis præmittenda alterum est discutere, de qua lege loquatur Paulus hoc in loco, quando dicit per legem. Absolutè namque protulit legis vocabulum, nullum ponens discrimen inter legem videlicet naturalẽ, scriptam, & euangelicam. Modo eius sermo videtur posse verificari non tantum in vna, sed in omni: siquidem per quam libet haberi potest peccati agnitio. Alterum discutiendum videtur an Paulus loquatur de omni peccato tam originali, quàm actuali: propterea quod sicut absolutè loquutus est de lege: ita sine addito aliquo de peccato. Absoluta namque locutio de peccato intelligi solet actuali: quoniam originale secundum quid videtur esse peccatum: actuale autem simpliciter. Quod ad primum attinet ex iunioribus, & recentioribus interpretibus Pauli: magna pars legis nomine scriptam intelligit, & tunc sensus est. Per legem scriptam agnoscit peccatum quasi dicat ad hoc destinata est lex vetus scripta, vt pandat & mõstret hominibus peccatum: nam de ista dixerat Paulus quod non iustificabat. Et contentio inter iudæum & paganum non erat de lege naturæ, sed de lege scripta. De qua gloriabatur iudæus supra gentilem: nam de naturali nulla erat ei gloriatio cum communis esset vtrique, sed de illa, quæ peculiaris erat iudæo vt pote sibi soli tradita. Doctissimus tamẽ Origenes eam latius patere facit & vocabulum legis ad naturalẽ vsq; extendit. Vndẽ tã latè videt intelligere vocabulũ legis in hoc loco sicut ĩ præcedẽti clausula cũ dixit neminẽ iustificari ex operib⁹ legis. Vbi lex non vnam tantũ sed omnes comprehendit: quoniam de omnibus legis operibus verificari potest illa Pauli doctrina: quia nulla est lex, quæ ex sola sua & propria virtute nos valeat iustificare coram Deo. Et quia hæc sententia tanti est doctoris aliqui eam insequi non recusarunt. Veruntamen (saluo tanti doctoris honore) nos non recusaremus hoc loco restringere legis nomen & cohibere Ad legem tantum scriptã, quę in istud officiũ est ordinata a Deo ea intentione & animo vt Iudæus in ijs quę Dei sunt instructus magis esset quam gentilis, & vt commodius viã veritatis ingredi posset relictis gentilibus suis in tenebris & erroribus donec veniret illa vera lux, quæ illuminatura erat omnem hominem (Christus Iesus scilicet benedictus)

rum parctum cueniſſe. Hoc ipſa lex ſcripta hominem edocuit, cuius rei in naturæ lege nullus fuit doctor vel pedagogus, qui eum doceret, diceretque homini non cõcupiſces & ſic ignorantiam habebat homo. Ceterum quomodo homo poſſit peccatum actuale cognoſcere lumine naturæ & quæ peccata, inferius aptior erit dicendi locus, nunc iam tempus eſt vt ex dictis pro moribus componẽdis alluſiones aliquot colligamus.

Quecunque lex loquitur, &c,

1. Alluſio.

NOn modicꝰ error ſane eſt & magna dementia eſſe videtur cum nos tangit ſacra ſcriptura velle eam ad alios retorquere: qui hæc faciunt ſimiles ſunt parentibus noſtris, qui ad inuicem ſe protegere volentes, vnuſquiſque in alium culpam reijciebat. Adam in Euam, Eua in ſerpentem: neutrius tamen excuſatio à Deo admiſſa fuit, nec ſic euadere potuere ad excuſandas excuſationes in peccatis, melior multo cuique eſt ſui ipſius accuſatio, quam excuſatio ad iuſtitiã comparandam: ſcriptum quippe eſt iuſtus in principio ſui ſermonis ſuimet accuſator eſt; At arrogans ac ſuperbus propriam culpam diſſimulãs in alios quoad poteſt traducere conatur. Ingẽs error & periculoſiſſimus morbꝰ eſt qui cum in vno ſit, in alio curari vult. Detigitur operam & nõ qualemcunque is qui vel ſcripturam ſacram audit vel concionibus aſſiſtit ſacris vt quæ ibi dicuntur potius pro ſe, quam alijs dici exiſtimet, memor illius, quod Apoſtolus dixit quæcunque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.

Gene 3.

Prou. 18

Iofra cap. 15.

Vt omne os obſtruatur,

2. Alluſio.

DVo habet Chriſtianus homo ex iſtis Pauli verbis documenta, alterum reum culpæ ſe agnoſcit nec quicunque pro ſe defendendo ægre ferat ſed humilis ſuam agnoſcat culpã, quo venia dignus ſit, obſtructum habeat os hoc eſt obmuteſcat, digito labia compeſcat, ſilẽtio ſuum erratum agnoſcat. Si loqui cupit, dicat, & cõfiteatur aduerſum ſe iniuſtitiã ſuam dicat ſuas prius iniquitates. Et humilis ac ſupplex proſternat ſe ante Deũ propriamque confeſſus fragilitatem ac miſeriam cum Dauide dicat, vide domine humilitatem meam & dolorem meum & dimitte vniuerſa delicta mea. Alterum accipe lector documentum ex his Pauli verbis videlicet vt non (ſi iuſtus fueris) iactes te de tua iuſtitia vti ille Phariſeus. Muta fiãt labia tua coram Deo, non te commendes, fac vt à Deo commendari mœrearis. Memor ſis quod non qui ſeipſum cõmendat ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat.

Pſalm. 33,

Pſalm. 24.

Luc 18.

2. Corinth. 10.

Alluſio. 3.

CAue quoad poteris ne iuſtitia tua corã hominibus ſit ſed corã Deo patre tuo, qui videt in abſcondito alioqui abſq; mercede abibis, ſcribarum, ac phariſeorum iuſtitia & opera coram hominibus fiebant vt in eorũ proſpectu iuſti apparerẽt, tu qui vni Chriſto apparere cupis & non placere hominibus. Occultus intra in cubiculum tuum & clauſo oſtio, ora patrem tuum. Scriptum quippe eſt attendite ne iuſtitiam faciatis coram hominibus.

Coram Deo.

Matthei. 6.

Alluſio 4.

SI nanciſci Dei iuſtitiam volumus & ab eo iuſtificationem ſperamus danda nobis opera eſt vt à carnis operibus longè ſiamus. Deus namq; nec placatur nec mouetur carnis operibus, Caro enim non iuſtificat, ſed ſpiritus

Non iuſtificabitur omnis caro.

spiritus. Quare Christianus qui iustificari optat: duo sibi maximè curæ esse debent vnum quod mortificet carnem suam, eamq, cruci affigat cū suis concupiscentijs, alterum vt si fuit caro jam vlterius non sit caro, sed Deo ad hęreat donec coram eo vnus Spiritus sit cum eo sicut scriptum est, qui adhæret Deo vnus Spiritus est cū eo.

p. corin. 6.

5. Allusio.

per legē cognitio peccati.

AGnoscat homo Christianus (licet non sit omni ex parte persacrum Christi baptisma liberatus a peccati concupiscentia) agnoscat inquā Dei gratiam pro qua aliam reddat & retri buat. Iam enim ei non fomes non cō cupiscentia imputatur ad peccatum: si cut non renatis ex baptismo imputatur: eo quodisti non renati caro sunt tale inquam renatus Spiritus est, ex carne caro est. Nec se conturbet Christianus si aliquādo a carne stimuletur: nam istud ei concessum est in meriti exercitium vt pugnans exeat vincēs vt vincereț:

Ioan. 3.

Apoc. cap. 6.

Nunc autem sine lege &c.

HAEc est tertia huius cap. pars in qua Paulus docet quemadmodum vera iustitia Dei se habeat cum lege ipsa: ordo in primis rectissimus est: si quidem postquam ipse repulit legem a iustificādi virtute: consequēs erat vt proximè veram causam iustificationis nos doceret: ideo post exhibitam legem nunc ostendit, quomodo se habeant ad inuicem lex & iustitia, & sic auspicatur dicens. Nunc autem &c. Sed forsan statim acutus auditor nos rogabit. Quorsum Paulus moram facit in conferenda lege cum iustitia, cū iam satis copiosè & exactè monstrauerit per legem non haberi iustitiam, Sed tantum peccati cognitionem, satis illi esse debebat illud. 1. Resp. non facit hoc Paulus temerè & sine causa sed magno cū artificio: quia per hāc collationem apertissimè ostenditur, quia nostra iustitia & salus tantum ab est vt sit causata a lege & ab ea pēdeat vt sit sine suffragio, sine adminiculo, sine auxilio legis manifestata. Et videtur argumentari a minori ad maius si manifestationē, quę minor est iustificatione nō potuit lex facere, quomodo potuit iustitiam præstare? Ecce inquem finem confert Paulus legem cum iustitia ut magis legis infirmitas & impotentia appareat. Sed iam exordiamur huius clausule nonnullas enodare voces, quę non omnibus modis perspicuę sunt. Pri. omnium sit illa debet iustitia, per iustitiam Dei Christus benedictus ab aliquibus intelligitur nec temerè: Nam Paulus alibi palam Christum vocauit iustitiam nostram dicens, qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redemptio. Alij nomine iustitiæ ipsum donū iustitię suffragio & beneficio Christi nobis donatum. Nonnulli per iustitiam volunt intelligi illam rēqua Deus nos iustificat nempe suam gratiam. Alij fidem Iesu Christi Beatus Ambrosius iustitiæ nomine intelligit reddi-tionem vel exhibitionem diuini promissi: nam quando Deus complet suā promissionem nobis factam iustus dicitur vt iustificeris in sermonibus tuis dicebat Dauid idest vt appareas fidelis, verax & iustus in eis promissis. Cęterum cū Pauli sermo verus esse possit in qualibet harum significationum & recte verificari, non est quod moremur, facilè erit vel mediocriter docto interpreti hanc facere si vult verificationem, nos eam consulto prætermittimus. Porro alia vocula est, manifestata, de qua vt paucis dicam in hoc loco manifestari nihil amplius sonat, quam explicari. Vnde cum Paulus dicit iustitiam Dei sine lege manifestatam perinde est ac si dixisset explica-

p. corin. pri.

Psalm. 50

tam

tam. Tertia vox est testificata, testificari est testibus comprobari vnde docte pater a Soto adnotat testificari minus esse quam manifestari vnde hæc iustitia non lege testificata fuit a lege & prophetis sed manifestata i. elucidata & declarata alibi puta in Euangelio. Vbi iam non in figuris & enigmatibus inuoluta sicut erat in lege sed clare in re figurata ostensa. Iam enim velamē e medio sublatum erat. Vnde si diligenter hanc differentiam inter hasce duas voces obseruaueris facili negotio te excusabis ab illa apparenti huius loci contradicentia videlicet quo pacto cohereant duo ista esse testificatam cum lege & sine ea fore manifestatam. Si enim manifestari & testificari idem prorsus valerent sanè vix excusari posset inter has voces pugnātia. Ceterum nos iam diximus non cō similis esse significationis. Hisi actis ceu fundamentis iam accingamur ad explanandum istum Pauli locum etante omnia requiramus cur Paulus perpetuo appellet donum illud quo nos iustificamur iustitiam Dei & non iustitiam Iesu Christi, nonne ipse vt antea diximus est iustitia nostra? Nunquid per sanguinem suum iustificamur omnes quotquot sumus? Igitur Resp. fortassis iam Paulus a longe præuolebat & sentiebat hereticorum errorem qui per Dei iustitiam volunt vt intelligamus eam iustitiam qua Christus fuit iustus & non aliam quam idcirco dicunt vocari iustitiam Dei, quod sola illa Deo grata & bene placens Deo est quam iustitiam aiunt Deū largiri credentibus in Iesum Christum, sed reuera isti cæci sunt & toto aberrant cœlo nec Paulus de ista loquitur, alias eam appellasset iustitiam Christi, quo quæso modo nos denominaremur justi per justitiam alterius & non nobis inhærentem? Res sanè ab omni ratione alienissima est. Præoccupauit igitur Paulus hanc occasionem ab ipsis hereticis.

Sequitur.

Manifestata.

NOn dicit quibus fuit manifestata, sed intellige tu gentibus & Iudeis vel si mauis omni populo & in omni statu. Non tamen eodemmodo de gētibus perspicimus esse quod sine lege: quia illis minime data fuit lex. De Iudeis quoque verus est Pauli sermo: Nam licet eis data sit lex: tamē quando facta est ista manifestatio in Euangelio: iam lex obierat: Dictum erat consumatum est: nihil namque cooperata est lex ad manifestatam iustitiam Dei in Euangelio: nam veniente quod perfectum erat cessare debuit quod imperfectum erat. Iam lex tuum soluerat pensum & suo functa erat officio, quod in tribus potissimè consistebat. Primò in ostensione morbi. Secundo medici, Tertio medicinæ. Morbus concupiscentia & peccatum erat, Medicus Iesus Christus, medela iustitia Dei, de qua si requiris quomodo fuit manifestata: en tibi ista datur responsio per aduentum medici, per eius prædicationem per miracula & prodigia ab eo facta & per multa alia id genus nempe per totam vitam Christi. Obseruet de inceps auditor Pauli rursum vocabulum manifestata, emphasim habet vocabulum istud nō dixit sine lege effecta aut instituta, sed sine lege manifestata, vt omnem suspitionem tolleret quod iustitia ortum habuerit tantum a Christi ipso ore in eodemque esse inceperit, quod sanè non itares haberi, sed Iam erat a primæuo mundi ortu: vna namque fuit hominum omnium salus non tamen ex æquo cognita, & agnita: sicut enim ab orbe condito ad finem vsque mūdi vna est fides: sic vna est salus, & sicut ab initio mundi fides suboscuriori quā tunc erat: ita & salus manifestata

Ioan. 19.

est

nonne moxillum remisit ad legem di
Luc 10 censin lege quid scriptum est & quo-
modo legis? & alibi dixit, nonne Moy
Ioan.7. ses dedit vobis legem? Et rursus alibi
Matthei.5. audistis quia dictum est antiquis dili-
ges amicum tuum &c. Et denique quā
ycæ.a 4. do redarguit duos illos discipulos ad
Emaus euntes, nunquid ibi dicitur
quod incepit a Moyse &c, quoties lex
ad Christi aliquod institutum vtilis es-
se poterat, toties ea ipse vtebatur. Mul-
ta namque lex de Christo dabat testi-
Ioan.5. monia & si non ita clarè & apertè si-
cut Ioannes, qui digito suo ipsum de-
monstrans dixit ecce agnus Dei ecce
qui tollit peccata mundi: lex enim sub
figuris & typis adūbrabat Iesum Chri-
stum super benedictum. Ceterum de
prophetis expedita res est. Quare nō
est trahenda mora: nā vel ex eo quod
Actuum.10. actuum vndecimo dicitur manifestis-
simè patet; Sic enim dicitur ibi, huic
omnes prophetæ testimonium perhi-
bent, remissionem peccatorum acci-
pere per nomen eius: non enim est da
tum aliud nomē in quo oporteat nos
saluari. Veruntamen nunc comproba
re & examinare; quomodo omnes
prophetæ de Christo perhibent testi-
monia, operosum & infinibile negotium
esset: poterit tamen citra tædium
& molestiam tam latum pronunciatū
in aliquibus prophetis lector suis dis-
cipulis inter legendum verificare, & os
tendere esse verum: nos interpretibus
breuitati studentes relinquimus.

Iustitia autem Dei per Fidem Iesu Christi &c.

DIxerat Paulus in elapsa & proxi-
ma clausula Iustitiam Dei esse ma
nifestatam sine lege, nunc docere vult
qualis fuerit manifestatio, dicitque
quod huiusmodi manifestatio fit per
fidem Iesu Christi quasi dicat nostra
iustificatio non ex operibus legis, sed
per fidem est Iesu Christi id est applica
tur nobis per fidem & non per opera
legis. Notemus rogo te lector ferme
omnia verba quæ non vacant myste
rio. Primo intuiuare videtur nobis
Paulus, quod non est satis Christiano
si vult consequi istam iustitiam vt fidē
habeat de Deo sed opus est vt etiam
de Christo habeat. Credendū est Deo
& filio suo Christo. Sub ista fide om-
nium nostrum salus posita est qui præ
cedebant & qui sequebantur qui-
dē dicebant vnam eandēque cantile Matthei.6.
nā nēpe Benedictus qui venit in no
mine domini. Admonet nos hic lo-
cus ne decipiamur circa verba Pauli,
quæ sensum prauum & nō sanum ha-
bere possunt intellectum sic quod in-
telligamus per ipsam fidem nos mæ-
reri iustitiam Dei, sicut error fuit pela-
gianorū: non enim fides quę de Chri
sto habetur causa est vel effectiua vel
mœritoria iustitię Dei, quinimo vice
versa est, fides est primus effectus grā
tiæ Dei eo quod omnes alias virtutes
ipsa fides dirigit, quæ fluunt a gratia. Et
licet secundum tempus fides formata
non sit prior aliis virtutibus puta cha-
ritate & spe: tamen naturæ ordine illis
prior est, & in ipsa iustificatione pri-
mus motus est mentis in Deum: opor
tet namque accedentem ad Deū cre-
dere ipsum videlicet esse redemptorē
mediatorem, & saluatorem. Memor
tamen sis ne decipiaris geminā esse de
Iesu Christo fidem alteram informē,
& alteram, quam dicunt formatam, illa
sine opere est, altera formata cum o
perib⁹ est: Pau. hic d formata loquitur
qsi animaduertissent nō dixissent no
stras iustificationes ex sola fide Iesu
Christi fieri, & ab eis non reiecissent o
pera nostra dicentes tantum fidem iu
stificare nos non autem nostra opera.
sed miseri, cęci non vident quod hæc
fides Iesu Christi non excludit opera
nostra sed tantum illa legis, quinimo
ea includit cum fides hęc for-
mata & viua sit non
mortua,

Sequi

Sequitur.

In omnes & super omnes qui credunt in eum.

Quam latè pateat, quantumque se extēdat Dei iustitia: docet hic Paulus dicitque ad omnes & erga omnes, qui credunt in Iesum Christum siue sint gentiles, siue Iudæi, non est hic personarum acceptio, siue respectus sicut in legis donatione, quę tātum Iudęis data fuit: at Iustitia Dei & salus omnibus exhibita est. Omnes enim homines Deus saluos fieri vult Quod si nō applicatur omnibus, nec omnes saluā tur non ex Dei nolitione prouenit istud, sed vsu venit quia non omnes obediunt euangelio, nec credunt in Iesum, ex fidei defectu obuenit. Salus in promptu fuit, medicina parata, & omni tempore manifestata, sed non omnes sanari cupiunt: inde fit vt non ad omnes in uniuersum fidei hęc iustitia cum efficacia veniat ipsa tamen sua ex parte & ex Dei voluntate sufficiens & parata est. Omnis enim qui cumq; inuocauerit nomen domini saluus erit, sed quomodo inuocabunt in quē non crediderunt? Igitur incredētibus tantum modo hęc iustitia, salus & vita invenitur, qui crediderit ac baptizatus fuerit saluus erit, atqui non: peribit & condemnabitur. Crede & fides tua saluum te faciet, crede & fidem habeto & videbis mirabilia, crede & fidem euāgelio prębeto, sicque aptus eris vt mœritum passionis Christi in te suscipere possis. Alioqui frustra salutem sperabis: facigitur vt sis de numero credentium, si vis esse de albo saluandorum. Obserues hic qui in Paulina lectione proficere cupit quod nō dixit in omnes qui credunt ei, sed in eum, quo insinuaret non satis esse credere reuelatis a Christo sed oportet credere in eum. Consulto taceo eam differentiam, quam tradunt theologi scholastici inter credere Deo & in Deum, quam intelligere poterit audi tor apud D. Tho. in illo opere, quod inscribitur secunda secundæ: Nunc quantum nobis opus est per transennam dicimus ad iustificationem nostram non satis esse credere Deo sed necesse est credere in Deum, sicut nos docet pia & vera mater nostra ecclesia in frontispicio symboli dicens credo in vnum Deum. Per hanc namque fidei confessionem nostram palam facimus fidem charitate informatam. Quomodo autē istud dicat quotidie qui in charitate Dei non est, sed in peccatis totus implicatus, Non est presentis loci & temporis, alias fortassis se offeret nobis aptior occasio. Hic tantum nobis incumbit vniuersitatem & amplitudinem & præstantiam iustitiæ, fidei q; Dei, expendere vt agnoscamus quam largus & magnificētissimus fuerit noster Deus erga homines. Quæ duo duobus verbis mirificè aperuit Paulus dicens in omnes & super omnes. Per particulam in omnes fidei amplitudo demonstrata est, per aliam videlicet super omnes eminētia & dignitas reserata est. Et simul & eadem opera compares feceris in hoc Iudeos & gentiles, quibus sicut vnus & idem est Deus, Sic vna communis est ratio iustitiæ, quam sicut non habet Iudeus virtute suæ legis sic nec gētilis a sua naturæ lege, sed vterque mutuo accipit ab altiore & nobiliore virtute videlicet a gratia Iesu Christi, quæ præminet magno interuallo super illas duas leges Mosaycam videlicet & naturalem. Vnde tanto excellentior ex hoc appareat ista iustitia Dei, quanto a nobiliori & eminentori emanat causa. Effectus enim qui a nobiliori causa exoritur (ex consensu omnium) nobilior est & habetur. Volens igitur Paulus in lucem pādere nobilitatem iustitiæ Dei & præstātiam, quoad potuit & pro sua virilico natu

D. Tho. 2.2.q.1.art.2.

Iosue cap. 13.

Mar. 16.

natus est manifestare non esse causatā vel a lege naturę, vel a lege Mosayca sed causatam esse a fide Iesu Christi, quæ longè præstantior est.

Non enim est distinctio.

HOc est in hac re nulla est distinctio licet in multis alijs iudaismus distractus sit a paganismo & Iudeus a gentili. In hoc tamen nullum voluit Deus ponere interstitium & distinctionem, at vbi non est distinctio, ibi paritas est. In hoc ergo pares estis, pares autem, vt est in prouerbio, cum paribus facilime congregantur & vniūtur. Quare & vos Iudei non debetis tā tum à gentibus segregare & eorum societatē catequs abhorrere & abhominari, omnes sub peccato estis, omnes iustitia Dei indigetis, nullus super a lū præferre & extollere se debet, sed mutuis officijs ad inuicē se iuuare, mē mores suis quod Deus in hoc non vos distinxit quin imo cōjunxit, quos Deus vnuit, homo non separet, non sint scismata, non sectæ, nō factiones. Omnes vos in Christo fratres estis. hęc omnia mihi vita sunt tacite a Paulo insinuata in verbis illis paucis, scilicet non est distinctio.

Omnes enim peccauerunt & egent.

CAusam exhibet Paulus non eius quod dixit non esse distinctionem sed eius quod est omnes egere iustificari a Deo, in quare non potest dicere Iudæus gentili, tu eges iustitia Dei non ego: quia habeo legem, tu non habes: non enim potest arrogare sibi Iudeus hanc gloriolam: quoniam lex sua nec auxilium nec virtutem præstare potuit ad remittenda peccata, nec vice versa gentilis: quia omnes peccauerūt & egent gratia Dei, vel si mauis gloria Dei: vtraque lectio reperitur in exemplaribus latinis. Et non multum refert siue vnum siue aliud dicas, qui enim gratia caret & gloria caret: vitiatior attamen est in latinis vox gloria, quā gratia, & si sermo sit de peccatoribus. actu carentia gloriæ est carentia gratiæ & vice versa. Peccator vtroq; caret. Hic interpretes quærere tolent quid sit nomine gloriæ intelligendum, aliqui per gloriam fœliciratem cælestis patriæ, alij gloriam apud Deum, de qua Paulus, qui gloriatur in domino gloriatur. At peccator nō potest gloriā habere apud Deū licet possit consequi apud homines quæ non est verā gloria: nam plerique gloriantur cum malè sentiant, quæ gloria non raro in ignominiam conuertitur. Paulus in cruce Iesu Christi quæ instrumentū nostræ iustificationis fuit gloriabatur, in qua vita, & salus posita erat. Glorietur igitur gentilis ac Iudeus in gloria Dei. i. quæ à Deo est, si tantum appetūr, glorietur Iudæus non in operibus legis, nec gentilis, nec sapiens in sua sapientia, sed si glorioſus esse cupit gloriam venetur & quærat in fide Iesu Christi, qui est hominum gloria, tu es inquit Dauid gloria mea.

4. Corin. 10.

Psalm. 3.

Vel aliter omnes egent gloria Dei idest iustitia Dei, quæ cum nobis datur licet in nostrum commodum detur: tamen in gloriā Dei conceditur. Cæcus a natiuitate in suam vtilitatem visum recepit, sed ei dictum est, da gloriam Deo, Iustificatio hominis non in Dei, sed hominis redundat bonum, sed huius rei gloria non est iustificati, sed iustificantis: idcirco eam non debet homo sibi ipsi acceptā ferre, sed Deo. est adscribenda Dauide acclamante ac dicente, non nobis domine non nobis. sed huius operis gloriam date, quia tua est, nomini tuo. Satis est nobis commodum, tua sit gloria, tibi soli debetur honor & gloria.

Ioan. 9.

Psal. 113.

Iu

erit hoc in loco obseruare, quod in sanctis scripturis bifariam solet vsurpari iustificationis nomen: altero modo iustificari dicitur, quãdo quis ex impio efficitur pius, ex iniusto iustus. Ad istam quę requirantur & quomodo fiat, alio loco dicemus, & alia iustificatio est nõ ex qua non iustus, sed iustus fit iustior, & sanctus sanctior; de qua dicitur qui iustus est iustificetur adhuc 1. amplius. Inter has duas iustificationes hoc capitur discriminis; quia secũda oritur aprima nõ cadit sub puro mẽrito nostro; quia omne mẽritum excedit, atq; precedit, sed tota est ex gratia Dei & fide Iesu Christi, sicut nunc docet Paulus, & nõ nostris mœritis 2, autẽ iustificatio nõ abhorret a nomine mẽriti & si hęretici mœriti nomẽ & exosum & inuisum habeãt: nostra tamẽ qui veritatẽ attingim⁹ nihil interest, quod illi hallucinẽtur & à doctrina verą, & catholica cẽsura ecclesiæ approbata recedãt. Valeãt & eis det Deus meliorẽ mentẽ, vt resipiscãt a suis erratis. Nostra iam ad Pau. textũ reuertatur oratio & cõsyderatio. Dicit igitur Paulus iustificati. Obseruat magister me⁹ doctissim⁹ Cayetanus circa voculam, iustificati, quod est participiũ passiuũ, quo caret nostra latina lingua: cuius loco dicendum nobis esset iustificãtur. 2. iustifiũt, illi in quã de quibus diximus quod omnes peccaueruntita quod verbũ, iustificãtur, pro suppositio (vt more grammaticorũ loquamur) habet omnes qui peccauerũt, sed cũ de nomine sit quęstio, nõ est nobis cũ aliquo rixandũ, dũmodo sensus & intellectus haud varietur. Nõ enim intendit Paulus loqui de ijs qui iam sunt iusti effecti, sed de ijs, qui sunt iustificandi & ad iustitiũ Pauli parui referebat verbum prętęriti, presentis, vel futuri: quia ipse tantum intendebat ostendere modum nostræ iustificationis, qui erat per gratiam Dei & non ex mẽritis hominum.

Gratis

INcipit aperire modũ, quo facta est iustificatio ista. dicit esse factã gratis hoc est absq; mœrito operũ præcedentium, idest non per mærita præcedentia sed gratuito Dei beneficio. Sicut enim homo gratis venũdatus fuit: ita sine pecunia & argento redẽptus. Sed si media satisfactione, quomodo gratis? Nonne Iesus, qui satisfecit, pretium soluit? quæ non rapui tunc exsoluebam. Quomodo igitur gratuita dicitur hæc iustificatio? Egregia est dubitatio. Cui hunc in modum datur egregior responsio. Aduertendum est quod si Deus homini condonasset sua peccata absque solutione & satisfactione, nulli esset dubium hanc remissionem merè fore gratuitam: quia tunc temporis tantum interueniret gratia Dei. At Deus hoc tametsi potuisset 1. nunquam tamen fecit nec solitus est facere, sed perpetuo cum gratia & misericordia permiscet etiã iustitiam, quæ consistit in soluendo pretio. Sicut enim qui tenet captiuum hominem absolutè sine pretio soluere potest, tamen non facit nisi pro illa solutione pretij aliquid habeat: sic homo captiuus ductus est ob peccatum: qui enim facit peccatum seruus est peccati, a qua seruitute vt liberetur aliquid solui oportet si liberari debet ab illa captiuitate. Quod si soluitur iam non gratis dicitur esse redemptus. Vnde obseruare debet vel diligentissimè, qui Paulum ad viuum intelligere vult: quod licet gratia & nostra iustitia ex diametro pugnent: tamen gratia Dei & iustitia Dei non repugnant sic quod non possint adinuicem coire & simul stare in aliquo opere. & sic gratia Dei potuit stare in redemptione cum summa iustitia Christi. & sic sicut quando dicit Paulus factam esse per gratiam, non excludit iustitiã, sic nec quãdo dicit gratis reijcitur pretium solutionis a Christo datum, sed nostra ex parte dicitur: quod hæc iustificatio fa

cta est gratis, quia nos nihil dedimꝰ, sed Christus ꝺ̄ suo pro omnibus nobis patri cœlesti solutꝰ in ara crucis. Vnde si quātū ad nos, gratuita est hæc iustificatio, nō tamē quoad Christum. De quo 1. Corin. 6. Pau. dicit empti estis pretio magno. Ad nos autē illud spectat scilicet sine argento redimimi, quia non auro aut argento, vt Petrus dicit, redempti sumus sed pretioso Iesu Christi sanguine.

Per gratiam ipsius.

COngeminationē hui⁹ aduerbij (gratis) & nominis (gratiā) grāmatici, videlicet aliqui ad idē referūt putātes idē omnino importari & vnā vocē alterius esse declarationē. Nec; putant hāc geminationē vitiosā esse, quia potius emphasim habere, sicut in sancta scriptura fieri aliquādo solet. Ego (salua ista sētētia cuiuscūq, sit) aliter hac in re sētio. Pro cui⁹ rei clariori sensu oportet obseruare; quod illa particula gratis ad duo potest referri. ad opera nostra ita vt sit negatio nostrorū operū. Alio modo potest negare nō opera legis, sed satisfactionē vt sit negatio satisfactionis omnis. Siquidē si Deus cōdonasset nostra peccata absq. vlla satisfactione (vti poterat) tunc tēporis ꝺ̄ⁱ gratis diceretur cōdonare hoc esset sine satisfactione nihil conferēdo homini, gratiosa esset hęc remissio, sed ibi nulla esset ratio iustitię, neq, respectu operū pręcedētiū, nec ratione satisfactionis, sed propriè nō diceretur iustificatio, quoniam In iustificatione reperitur ratio iustitię si nō ex parte nostra, saltim ex parte Christi. Modo in præsenti clausula, cū loquatur de iustificatione per particulā gratis, tātū intendit repellere & excludere opera nō satisfactionē, & redēptionē Christi vt statim dicturus est; & ideo particula gratis tātū ad opera respicit, ad alia scilicet per gratiā iam nō est rursus ad opera quæ exciuia sunt per particulā gratis, sed tenet se ex parte Dei, qui omnia sua grauitate, bonitate præstat. Vnde perinde est, acsi dixisset iustificationē fieri gratis per misericordiā Dei. Gratia enim hoc loco fauorē, beneficētiā & misericordiā significat. Vnde iā nō oportet nos inuestigare cui debeamꝰ beneficiū iustificationis nostrę. Nulli alteri nisi misericordiæ Dei, per misericordiā Dei eā habemus, per viscera misericordiæ Dei nostri in qua visitauit nos oriēs ex altō. Patet igitur quomodo duę illæ particulæ idē pollēt, sed ob diuersas rationes positæ sunt & ad diuersa referūtur. Nūc vt expeditā & absolutā omnino relinquamus hāc clausulā ab aliquibus dubitationibꝰ nos extricare oportet. Primo quidem dubio nō vacat, quod cū cōstet multos non iustificari, quomodo dicit Pau. omnes qui peccauere & egent gloria Dei iustificatos esse. Si omnes illi; igitur omnes fuerūt de facto iustificati: hoc non esse verū vel ex eo patet; quia nō omnes credunt euangelio, neq; in Christū fidē habēt, quæ prima basis & fūdamētū nostræ salutis & iustificationis est. Nō igitur omnes iustificati sunt. R. Pau. nō docet hic quot sint iustificati, si sunt omnes quotquot peccauere, sed modū & formā ostendit, qua fit iustificatio & peccatorū remissio; vel aliter dici potest, quod si omnes qui peccauerūt nō sunt iustificati, per eosmet stetit, nō per defectū remedij, quod latius patebat, quā delicta & delinquētes vbi abūdauit delictū superabūdauit & gratia, & rursus non sicut delictū ita & donum. Vel alio modo si vis dicas iustificationem contingere in re & in spe (sicut de beatitudine dicitur) in re non qui peccauerant sunt de facto iā iustificati, sed eam habent in spe: & cum non sint actu assecuti, sed eam sperant, dicuntur ea carere, sicut nos qui in spe tantum beati sumus, beatitudine carere dicimur. Secundum Dubium paucioribus expediemus, quod tale est, Cum omnes gratis iustificemur, & non pro

nostris mœritis, sed per misericordiã Dei, quæ vna est. Quærere potest aliquis an omnium nostrũ vna, & æqualis sit iustificatio. Et loquimur hic de prima: nam de secunda non est quod dubitemus non esse omnium æquam iustificationem. De prima in primis dubitationẽ facit ex eo, quod omnes sumus iusti vna & eadem iustitia Dei, & fides vna & eadem est. Accedit huc quod Paulus loquens de iustificatione omnium, qui peccauerunt & egẽt gloria Dei, vnicum modum & formam tradit. Ex quo conjectari licet vnam & æqualem esse omnium. Abiit tãtus a nobis error & blasphemia, quæ nõ solum hæresim sapit, verum etiam hæreticã est; & vt ab vltimo argumento respondere incipiamus: dico quod ex parte Dei & Iesu Christi vnus sit modus & vna forma: tamen pro varietate & conditione recipientium variatur. Et si diuina per humana discere volumus nobis hac in re accommodatissimum potest esse exemplum ipse sol qui vno eodemque modo claritatem & splendorem omnibus stellis & astris impãrtitur, quod uis tamẽ eorum pro sua cõditione & dispositione magis & minus recipit. Sic fieri potest ab vna Dei & Christi iustitia, vt quando iustificamur vnus magis, aliusve minus gratiæ recipiat: fiet autem ista major vel minor receptio secundum majorem vel minorem recipientis dispositionem & per hæc ad alia argumenta patet solutio. Nihil refert quod nostra iustificatio nõ fiat pro nostris mœritis.

Per redẽptionem quæ est in Christo Iesu.

NOn fuit contentus Paulus, quod dixerat fieri & gratis & per gratiã. sed voluit declarare illa, quę interueniunt cum gratia Dei: nun quam enim aliquis iustificatus est ex sola gratia Dei. Duo autem recitat hic concomitantia, suos namque habet gratia Dei comites, non quod ipsa sola non esset sufficiens, sed quod Deo ita placitum fuit. Primus comes siue primum concomitans est redẽptio facta per Christum. Secundum prænotissimus & efficacissim' Christi sanguis pro nostris, non suis peccatis effusus. Ad primum accedamus per redemptionẽ, inquit. Hic iure prima fronte se offert scrupulus vnus. Pugnantia apparet antea dixit iustificari nos gratis, modo ait factam esse per redemptionem. Redẽptio iustitiam præfert. Si per redemptionẽ. Ergo non gratis, neq, per gratiam. Argumentum & scrupulus iste faciliter dissolui potest si dicamus, Paulum non dixisse quod iustificatio fieret per solam gratiam, non fuit sermo eius exclusiuus. Et ideo sicut redemptio non excludit gratiam Dei: ita nec e contrario gratia redemptionem: & ideo vtraq, oratio vera est, videlicet fieri per gratiã & fieri per redemptionẽ, quinimo etiãsi locutus esset Paulus ex clusiuè, nõ erat sermo eius falsus. Si quidẽ dictio exclusiua (vt doctꝰ docẽt) nõ excludit a concomitãtibus: Ar cũ redẽptio hominis sit vnum de concurrẽtib' & cõcomitantibus, exclusa ex vi sermonis non esset. Alio pacto respõdere possumus dicẽtes quod propriè si loquamur, redẽptio a seruitute peccati iustitia Dei est, & non nostra licet sit communicata nobis, quãdo iustificamur, reuerã tamen Dei iustitia & nõ solius hominis est. Christꝰ enim Deus est. Quod si talis nõ esset eius redẽptio nõ tanti esset momẽti nec eius satisfactio de rigore iustitiæ: nulla nãque pura creatura satisfacere poterat. Et sic hæc iustitia cum non sit nostra non pugnat cum iustitia Dei & gratia Dei, sed cum nostra tantum iustitia. Sed dices quænam est hæc iustitia redemptionis? Resp. nihil aliud est quam solutio eius rei, quam Christus pro nostris delictis patri suo soluit, & in hac solutione consistit nostra redẽptio & liberatio. Sed vbinã est hęc re

demptio: mox dicit in Christo Iesu in eo qui fecit. Emphasim habet propositio (in) & mysterium, existentiã in persona Christi dicit, quasi dicat per redemptionem, quæ est in Christo Iesu id est, quæ existit in eo, quasi dicat in propria persona videlicet in carne, anima & sanguine. Fortassis Paulus voluit nobis insinuare differentiam inter redemptionem Iesu Christi & aliorũ hominum; quando redimunt alium a culpa, quę interdũ fit per solutionẽ pecuniæ, aut alterius rei extra redimentem. Ista redẽptio, redempto homine, nõ videtur esse in redimente: licet verum sit quod ipse aliũ redemit: At Christi redẽptio in eo permansit. Sed dices redemptio iã non transiuit? actu fateor, sed nõ mœrito & virtute. Et fortassis vna ex rationib⁹, ob quas Christus suas voluit seruare cicatrices etiam gloriosus resurgens a mortuis fuit, vt denotaret quod in eo remanebat semper sua, quã fecerat per passionem hominis gratia, redẽptionem: tũ etiam in confusionẽ hominum, qui suam redemptionem parui fecerunt, quę redemptio cũ duratura sit admundi vsq, finem per quã Christus nobiscum quoq, erit vsque ad cõsummationẽ seculi: ideo redẽptio semper erit in Christo Iesu Responderi & aliter potest dicẽdo, quod vna res duobus modis dicitur esse in altero vno modo vt in causa, altero vero modo, sicut in effectu. Quemadmodũ, baptizato homine, peccatũ originale non est in eo tanquam in causa, ue rum dicitur esse sicut in effectu, quia remanet secũdũ aliquos effectus: ita pari modo redẽptio erit in Christo vsq, ad finẽ mundi secundum effectus: quia nunquam cessabit redimere homines a peccatis. Agnus vt ab origine mundi Apo. ca. 5. fuit occisus: sic ab origine mundi redemit, redimetque ad finem vsq, Redẽptio & iustificatio vnam habent durationem.

Sequitur.

Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine.

MIrificum artificium præsefert Paulus in hisce tribus clausulis: quæ cõnexionẽ adinuicẽ magnam habent adeo, vt totæ tres vna sint catena aurea: sequens nam q, præcedentis dilucidatio est. Experiamur istud, quod dixim⁹. Dixerat Paulus quod nostra iustificatio per Iesu Christi redemptionẽ facta fuerat: nunc huius rei rationem adiungit dicens ideo hoc factum esse: quia Deus Christum præposuit, hoc est ordinauit, & disposuit hoc pater cœlestis vt Iesus Christus nos propitios redderet Deo. Sed quando hoc disposuit pater misericordiarũ? Haud dubiè ab æterno in illo sanctissimæ triadis cõsistorio hoc fuit definitũ vt filius Dei Iesꝰ Christus noster esset mediator, & propitiator, cuius munꝰ esset placare nos Deo ſiãdo coraꝫ patre suo pro nobis ſẽper loquẽdo bona & auertendo indignationem suam a nobis. Sed quomodo propositus est nobis Christus propitiator occurrit dicẽs. Per fidẽ in sanguine eius, quasi dicat si habuerimus fidem in sanguine Iesu Christi, puta effuso. Clarius dixisset Paulus si voluisset, in morte Iesu Christi, fides de morte eius in qua copiosè satis effusus est pro nostra redemptione tametsi vna guttula satis fuisset. Poterit iam diligens auditor colligere & quæ sunt necessaria ad nostram iustificationem quæ sub ternario numero à Paulo sunt comprehẽsa. Primum gratia quæ inter alia primas tenet. Ista se tenet ex parte Dei vtpote eius auctoris & datoris, Gratiam dabit Dominus, Psalm. 83. & est iustitia redemptionis, quæ se tenet ex parte Christi. Et denique tertiũ ex parte nostra, fides in sanguine Christi. Et meritò quidem: quoniam Christus propitios nos reddidit Deo per sanguinem suum & per eundem satisfecit pro peccatis nostris: magna siquidem est san

est sanguinis Christi efficacia. Hoc deniq; pretio nobis Christus comparauit vitam æternam. Non igitur mirum est quod sit ipse sanguis (sicut & Christus, materia fidei nostræ.

Ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentiũ delictorum.

OCurrit hic Paulus tacitæ petitioni quam poterat aliquis formare dicens, per imus a te Paule Quorsum facta est ista redemptio in sanguine Christi? R. espondet nunc Paulus ad ostendẽdam fecit Deus & ordinauit hanc redẽptionẽ in sanguine Christi, suam iustitiã in istum finem factum est vt manifestaretur Dei iustitia non qua nos iusti sumus sed quia ipse ostenditur iustus nã licet reparatio ruinæ hominis fieri posset per solam misericordiam gratis condonatis peccatis: tamẽ ratio iustitiæ requirebat posito peccato, vt esset aliquis qui satisfaceret pro peccato ipsi Deo volẽti facere misericordiã, vt in omni opere Dei vltra quã videlicet iustitia & misericordia inueniretur. Et sic nõ tantũ potentia homo liberatus est a potestate Demonis, a captiuitate peccati & a tyrannide mortis sed etiã iustitia, quod homini multo cõmodius fuit, quã per potentiã reparari. Licet nãq. multi essent Deo modi alij liberãdi hominis lapsam naturã: tamẽ Augustino auctore: nullus alius fuit commodior: nã licet potuit Deus merè gratis absq; vlla satisfactione vel redẽptione cõdonare hominis peccata: tamen talis condonatio non esset aut redemptio aut satisfactio, non redẽptio, quia in redẽptione aliquid datur pro redimẽdo, nec satisfactio: quia in ea sẽper est aliqua debiti solutio & tunc tantũ esset gratiosa remissio. Quare cõueniẽtius facta est iustificatio hominis per misericordiã, & Dei beneficientiam & per satisfactionẽ in qua ratio iustitiæ inuenitur. Sicque verè factum est quod dixit psalmistes apud dominũ misericordia & copiosa apud eum redemptio. Sed fortassis vnũ a nobis requiret auditor curiosꝰ quid videlicet causæ sit quod nostra iustificatio attribuatur potius passioni & sanguinis effusioni quã alteri ex ijs, quæ Christus gessit cui breuiter rale damus responsum dicentes ideo esse quod passio Christi & sui sanguinis effusio specialiter facta sunt ad nostram causandam iustificationẽ: tradita est Christus propter nostram salutem & iustificatio peculiaris effectus est passionis Iesu Christi. Psal. 129

Propter remissionẽ delictorum præcedentium.

ALiã causã demostrat obquã necessaria fuit redemptio per sanguinem Christi propter admissionem præcedẽtiũ delictorũ. Vbi tu nõ animaduerte quã palã ostendat defectũ & insufficiẽtiã operũ, quæ erant in lege: lex namq; nec præterita nec presentia, nec futura delicta delere valebat. Iustitia autẽ Dei presentia, præterita, & futura remittebat. Sed dices & quo pacto? quod non est nõ operatur: passio nõ erat in esse reali & actuali. Igitur R. in antiquis patribus secundũ esse apprehensũ erat passio Christi: Sicq; operabatur in illis non in genere causæ efficiẽtis sed finalis. Nõdũ enim uenerat tẽpus in quo debebat agnus immolari actu & reipsa. At vbi venit plenitudo tẽporis executioni est demandata & tunc perfectiori modo omnia peccata fuere remissa, Christo in cruce clamante & dicente, pater ignosce illis. Cuius oratio exaudita est pro sua reuerentia. Notet tamen hic prudẽs auditor (ne in nouatorum errorẽ prolabatur) differentiã inter remissionem peccatorum quæ præcedunt Dei iustitiam & primam iustificationem & reconciliationem & remissionem: aliorum peccatorum Luc. 23

quæ fiunt post eam Illa priora purgã
tur & remittuntur nõ sine nobis. Nãsi
des nostra (vt dixim⁹) exigitur, sed fiunt
sine aliquo nostro supplicio. At pecca
ta, quę fiũt post primã iustificationem
non sic remittũtur, sed in sudore vultus
nostri manus adiutrices hæc requirit
adiutores Dei sumus, qui fecit te sine te
non iustificabit te sine te. Verũ primã
satisfactionem, quam pro nobis fecit,
sine nostra ope fecit. Alias non dixisset
torcular calcaui solus, Nec mirũ quia
ipse solus tantum poterat & non alius.
Angariatus fuit Simon ille ad cõpor-
tandam Christi crucẽ, sed Christus so
lus in ea mortuus est. A dextris vnũ la-
tronẽ habebat, a sinistris alterũ, sed illo
rũ quisq, sua cruce dign⁹ erat. At Chri
stus in sua nõ pro se, sed pro nobis pec
catoribus affixus stabat. Illi suas condig
nas dabant pænas. At Christus nostras
luebat, & quę nõ rapuerat, absoluebat.
Quare requisitus vtrũ ea descenderet,
quando dicebatur ei, si filius Dei es des
cende de cruce, noluit descendere vt
de notaret se nõ ibi stare pro se, sed pro
nobis, poterat eis congrue respondere
dicens si ego descendam vos huc ascẽ
dere tenemini: Nã ego pro vobis, hoc
est pro peccatis vestris hic manco. Si
vultis vt descendã. Quare me cruci cla
uis affigitis? Tollite, amouete clauos?
Quod si feceritis nec sic ego hinc disce
dã. Opus quod dedit mihi patet meus
hic adimpleo, vt cognoscat mundus,
quia diligo patrẽ & mandatũ, quod de
dit mihi patet sic facio: Nunquã me au
distis dicentẽ in ijs, quæ patris mei sunt
oportet me esse? si pater iusserit lubens
descẽdã, sin minus hic animã exhalabo
quam iam in eius manus cõmendaui.
Si quid vos ante quã spiritum emittam
ex me vultis, matrem discipulo charis
simo dedi, & discipulum matri versa vi
ce, Petro ecclesiã, ludę crumenã, vos
non relinquã orphanos. Vnũ mihi tã
tũ superest cor pus meũ videlicet acci
pite, & comedite. hoc est corp⁹ meũ &
ne comestio absq; potu iniocunda sit,
bibite. hic est enim sanguis meus, qui
pro vobis & pro multis hodie effusus
est in remissionẽ peccatorũ. Me nãq;
Deus proposuit propitiatorẽ in sangui
ne meo. Boni quæso consulat lector
quę dicta sunt. quæ quod attinet ad lit
teræ explanationẽ etsi omitti poterant
veruntamẽ ad spiritus consolationem
nõ me pœnitet dixisse. Iã sine mora pro
peramus ad textum Pauli referendũ.

Isa. 63.
Mat. 17
Ioan. 19.
Luc. 23.
Matthei. 27.
Ioan. 4.
Luc. 2.
Ioan. 19.
Ioan. 14.
Matthei. 26.

In sustentatione Dei vt ostenderet iustitiam suam in hoc tempore.

DE medio tollit Paulus quandam du
bitatiũculã, quã opponere quis po
terat. Est autẽ dubitatiũcula talis, quo-
modo potuit Christus esse propitiator
respectu eorũ qui ante Christũ fuerũt?
Illi iã erant mortui in peccatis, quo no
mine nõ poterãt per sanguinẽ Christi
iustificari, cũ nondũ esset effusus. Huic
dubitatiũculæ satisfacit Apost. dicẽs in
sustentatione. Hoc est Deus patienter
tulit vsq; modo non tãquam nesciens
ea, aut approbans, aut impotens ea pu
nire sed ideo sustinuit & sustentauit de
licta priora & præcedentia, vt aduentu
Christi vt pote præfinito tẽpore (quod
alibi à Pau. dictũ est tẽpus plenitudinis
nẽpe tẽpus gratiæ) ea deleret & mũda
ret per sanguinis filij sui effusionẽ. Et
si dicas & quorsũ hoc? Respõ. ad mani
festandã suã iustitiã, quæ magis manife
stata est in morte Christi, quem pater
nõ citra, sed vltra condignũ castigauit
& puniuit vltra condignũ, eo quod cũ
paruula gutula sui sanguinis, quinimo
quoduis eius opus esset sufficiens ad ho
minis reparationem & satisfactionẽ,
non gutatim, sed magna cũ effusione
sanguinis effusus est. Disciplina pacis
super eum venit & tantus dolor vt (ip-
somet Christo teste) illo nec æqualis
nec major alius sit inuentus. Videre in
quit si est dolor sicut dolor meus. Non
igitur remanserũt impunita peccata &
si non fuerint in proprijs eorum au-
thoribus punita sustinuit & sustentauit
occa-

ad Gala. 4

Isa. 53.
Thre. cap. 1.

peccatores quod ad nihilum vsq. ducere poterat, sed sero tẽpore punivit eorũ peccata. Nullũ vnquã Deus peccatũ reliquit impunitũ sicut nullũ bonum dimittit irremuneratum Neq. cui quam mitum videri debet si tãto temporis spacio Deus permiserit peccata manere impunita quoniã hæc punitio non destruendo, sed reparando peccatores fieri misericors Deus in suo tertio tabili consilio decreuerat. Tempus cõgruum & conueniens ad Istam reparationem spectandum erat & is per quem reparatio & satisfactio facienda erat. Nondum aduenerat qui postquã in mundum venit & homo factus (nõ trãsacto magno temporis curriculo) accinxit se ad opus redẽptionis nostrę non secus, quã gigas ad currendã viã impiger commissum sibi a patre negocium est aggressus. Sed dices ad huc nõ videtur esse responsũ ad propositã initio quæstiunculã Rel sanguis Christi nõ dũ effusus deriuatus erat ad delicta præcedentia, hactenus tamen dictũ est. quod Deus sustentauit, & non punivit, & quod istud factum est, vt suo tempore destinato manifestaret suam iustitiam, sed non dictum est. Quomodo postquam manifestauit eam deriuata est ista satisfactio ad peccata anteriora. En clara nunc & aperta responsio patebit si prius modo ad memoriam reuocata fuerit illa distinctio a nobis assignata inter Iustitiam Dei & operum, quod illa tantæ erat efficatiæ & virtutis vt se extenderet ad præcedentia delicta, quod non faciebat iustitia legis & operis. Et licet hoc satis cuiq. etiam curioso esse deberet ad illius quæstionis responsionẽ cũ sit beati Pauli doctrina mirifica amplius addemus ex nostra pœnuria, quo clarius & copiosiꝰ dubitatiuncula euacuetur tota. Primo notãdũ est quod dicit Ioan. aquila illa in sua epistola p. Ioan. cap. 2, loquens de Christo dicit Ipse puta Christus est propitiatio pro peccatis nostris non tantum pro nostris sed etiã pro delictis totius mũdi. Ergo propter præcedentibus peccatis: quia illa peccata sunt mundi, Et alibi Ioannes digito ostendens Christũ dixit, ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mũdi, aliter Christus non esset vniuersalis redẽptor & fructus sanguinis eius limitatus esset & coartatus, & nõ vniuersalis & idẽ dicendũ esset de morte eius. Sed quomodo mors eius nõ dũ exhibita deriuata est ad illa peccata? R. sãguinis & mortis Christi virtus in illis per fidei virtutẽ operabatur. Vna erat fides mortis Christi in illis & nobis etsi diuerso modo cõsiderata Antiqui mortẽ futurã expectãtes, nos vero iã exhibitã tenentes: ad circo bene scriptũ est quod agnus ab origine mundi erat occisus illis in spe nobis in re. Et quãto exhibito rei præstat eius spe. Excellẽrius multo est rem habere in re, quam in spe Et hinc fit q passio Christi in nobis iã in re exhibita præter illã amicitiã & reconciliationem quam causauit inter Deũ & nos, præter istud aperuerit statim nobis paradisi ianuam. At non sic in illis patribus tã legis naturæ, quam scriptæ vsu venit: si quidem licet haberent gratiam, & Deo amici essent: tamen illa gratia & amicitia non tanta erat, quanta nostra, Quare detẽti fuerũt & ab ingressu cæli donec actu Christus mortuus esset. Perquã mortẽ ianua nobis & illis aperta fuit. Vnde elegãter Chryso. dixit crux Christi claruis est paradisi. Nec hoc immeritò factũ est: æquũ nãq. erat tũ quia nondũ preciũ solutũ erat, tũ etiã quia paradisi dominus Christus Iesus prior ingredi debebat. Sicque sancti patres seruabantur & detinebantur in lymbo cũ magna confidentia & spe (nullis molestati penis) expectãtes aduẽtũ eius per suã præsentiã adliberandos & educẽdos illos ab illo loco sicut scriptũ erat, Tu eduxisti vinctos &c. Ne q. ex hoc colligas in lĩbo fœliees fuisse, & si nullã paterẽtur pœnæ molestiã siquidem licet ab omni pœna sensus essent liberi, nõ tamẽ a pœna damni,

rem vim & efficaciã suis verbis suppe
dicet & vt magis confundat Iudeum,
solet namque vis interrogationis pri
ma fronte turbare & terrere audien
tem. Territus fuit Adamus audiens in
paradiso vocem domini, non quod
Dei vox erat, iam alias enim eam au
dierat. Sed eo quod interrogatiuè pro
lata fuit. Et Herodes nonne turbatus
est audiens magorum vocem dicentiũ
vbi est qui natus est rex Iudeorum? tur
batus est inquit Herodes & omnis Hie
rosolyma cum illo. Aliquam ergo effi
caciam habet interrogatiua oratio. V;
bi est igitur Iudæe tua gloriatio? Tu
qui gloriaberis in lege, cedo vbi est
modo tua gloria? ostende mihi, profer
mihi in lucem, exeat foras, dic no
bis, libenter te auscultabimus, patien
ter te audiẽ. Expecta paulisper mox
ad te reuertemur. Interim tamen tecũ
excogitabi vbi sit. Nos ad textus explana
tionem accedimus. Duo de hac inter
rogatione nos perquirere opus est. Al
terum quorum sit cõprehẽsiua, quos
comprehendat, si tantum Iudeum at
tingit. Et quoniam ad primum non ni
hil facere videtur quomodo sit facta
a Paulo. Magister meus Cayetanus pu
tat sic esse factam, vbi gloriatio? Ita que
dicit super abundare. Duas voces alte
ram verbum est, alteram tua. Infinitẽ
dicit esse prolatam a Paulo & si alia
vox puta tua, quæ relata est expunga
tur, Iam non videbitur magis per eam
interrogari Iudeus, quam gentilis. Et
certum est hanc interrogationem de
stinatam ad Iudeum: nam is erat, qui
de lege sibi data gloriabatur. Verum
cum a tanto doctore dictum sit & res
non sit magni momenti licet ipse ali
quando plus satis sit studiosus in expũ
gendis vocibus, passim dicit illa vacat,
alia supereest: tamen vt dico ob hono
rem tanti doctoris & in recompensa
tionem tam copiosæ & egregiæ doctri
næ, qua nos non raro, sed frequenter
solet reficere & instruere, si hoc illi
gratis donemus, nullum erit piaculũ,

Matthæi c. 2

Ceterum de interrogatione, si mentẽ
Pauli spectemus, certè nõ dubito quin
peculiaris sit Iudeo & ad eum directa,
qui ceremonijs legalibus gloriabatur,
quasi per eas esset ante Deum Iustus
& ipse solus vt pote habens legem &
ceremonias: nam ista erat occasio &
materia gloriandi. Vnde verè credide
rim, nisi fallor de solo Iudeo hic ser
monem habere Paulum Apostolum
& non cum gentibus loqui, nam quã
quam gentes ex se nihil habeãt quo
glorientur & sint peccatores vti Iudei
& vtrique gloria Dei indigeant: tamẽ
hoc loco non disputat cum gẽtili sed
cum Iudeo, quem Paulus ridet dicens
vbi est tua gloriatio? Et hunc sensum
esse Paulo genuinum tam ex antece
dentibus, quam consequentibus liqui
do patet. Ethæc de primo. Secundum
autem quod hic considerandum est
videtur esse de qua gloriatione loqua
tur Paul: nã gemina hæc est, altera lau
de digna, altera vitiosa, illa laudabilis
in duob est, si de prima gloria loqua
mur ista exclusa est per iustitiam Chri
sti, idest ostensa vt antea dicebamus.
Sed reuera hic sensus non videtur esse
Paulinus, sed aliquantulum extortus;
nam Pauli animus nõ erat laudare Iu
deum, sed inuehi in eum quod de va
na, & futili se iactaret gloriola reprehẽ
siua potius est hæc rogatio, quam cõ
mendatoria vel laudatoria. Non com
mendatur hic Iudeus a Paulo, sed ma
gis reprehenditur quod gloria vana &
non vera se vellet tantum extollere &
superbire, quæ exclusa est hoc est ejec
ta prorsus & abolita, quasi ad nihilũ
redacta per ostensionem iustitiæ fidei
Non est tamen hoc intelligendum rigi
dè, hoc est quantum ad omnia, quæ
erant in lege: nam moralia quæ conti
nebantur in lege Moysi non sunt ex
clusa, & abiecta, sed exclusa, & abiecta
lex quidẽ dicitur, quo ad ceremonia
lia illa, quæ lex vetus siue lex operum
habebat peculiaria. Dicet forsan ali
quis, si est exclusa quo ad ceremonia
lia, nõ

lia, non tamen quo ad alia, & sic remanet in Iudeo occasio gloriandi. Respondeo fariam altero modo dicimus quod ex ijs, quæ remanebat in lege operum non poterat se Iudæus extollere supra gentilem: nam tantumdem habebat gentilis in sua naturali lege: In lege enim naturali eadem præcepta moralia erant sicut in lege scripta & præceptum de fide commune est & Iudeo & gentili & omnes homines, qui saluari volunt, imbibit. Quod si requiras quod sit illud tam late patens præceptū, quod omnes sine discrimine comprehendit Resp. est, Illud videlicet accedentem ad Deum necessarium esse ei credere & fidem habere. Et in hoc præcepto nulla est discretio inter Iudeum & gentilem: pari enim passu currunt. Vnde colligitur quod licet lex factorum. i. operum tantum pertineret ad Iudeos vt pote illis solis data: Lex autem fidei communis erat Iudeo & gentili & ad ambos spectans. Quo modo ergo ista lex fidei excludebat aliam? Resp. ex differentijs quas nunc proponemus, palam & manifesto quiuis vel mediocri rer doctus intelliget. In multis discriminantur hæ duæ leges, & sit istud primum discrimen, inter legem Moseos quam appellat hoc loco legem factorum. i. operum, & legem fidei, quod illa lex proponebat opera & mandabat sed non adiuuabat operantem, quisi non adimplebat nihilominus constituebatur sub maledicto, reus erat, obnoxius erat, culpa haud vacabat. At lex fidei ea est, quæ licet etiam opera requirat & exigat: tamen adiuuat operantem. Cananea veniens ad Christi legē clamabat domine adiuua me. Iuuamē autem istud est per dilectionem, per quam facit illa opera, quę alioqui non posset facere. Omnia inquit Paulus possum in eo, qui me confortat. Et de hac fidei lege dicit alibi Paulus in Christo Iesu, neque circuncisio, neq. præputiū aliquid valet, sed fides, quæ per dilectionem operatur. Locus iste dignus est ponderamento. Ad vium nostrum concludit certe institutum. Dicit ergo Paulus in Christo Iesu, in lege Christi, quæ est lex fidei, non valet aliquid circūcisio, carnalis videlicet: quia iam exclusa est. Euanuit quoniam. Quādo non erat Christus & lex sua noua valebat aliquid sed non ex se, sed ex fide Christi venturi. Sed vbi ipse venit iam non valet & preputium, non valere in Christo clarum erat. Quid igitur illud est quod valorem habet in Christo? Respondet Paulus dicens fides valet sed quænam fides? quæcunque? minimé, sed illa quę per dilectionē operatur. Ociosa scilicet fides, nec Deo placet nec ad salutem valet. Arrigite nunc Lutheri discipuli. Arrigite vna cum vestro magistro aures, & Paulum audite dicentem quantum valeat in Christo fides operans per charitatē quæ ius forma est. Iam istum locum tam opertum vos vestra versutia & callidutate nō poteritis inficiari vel tergiuersari. Quid clarius a Paulo dici potuit. Secundum discrimē, vtraque lex iubet opera sed multo diuersa: lex operū iubebat opera iustitiæ humanæ, quę fiebant vel propter timorem penæ infligendæ vel lobamorē tēporalis præmij dicebat, & Dona terræ comeditis vel ad captandam humanam gloriā. Hanc Lex fidei procul repellit Christo docente & dicente. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis & gloriam capietis. Iam me audistis dicētem Ego nō quæro gloriam meam. Rursus lex fidei non timore sed amore Dei docet nos operari. Tertio & vltimo totā suam spem refert lex fidei ad cœlestia bona, quæ verè talia sunt, non thesaurizat in terra vbi est tinea, & erugo, sed thesauros suos totos reponit in cœlo vbi furium. & latronum nullū est periculum. Tertium discrimen est, illa lex factorum spiritum non dabat nec in cordib⁹, sed in tabulis lapideis posita erat. At lex fidei lex spiritus erat, qui vi-

ui-

tificat. Talis est differentia inter has duas leges, qualis inter spiritum viuificantem, & litteram occidentem. Vnde non incongruè dicta est à Paulo alio in loco littera occidēs. Ex istis differentijs legum consurgit quoque & differentia inter iustitiam operum & iustitiam fidei. Hæc iustitia est peccatorū condonatio & sanctitas non apud homines, sed apud Deum: At iustitia operum est opus rectum comparatum viribus naturæ ad normam legis factū. Ex hisce operibus vt statim dicet Paulus non fit iustificatio, sed benè ex operibus legis fidei. Ex illis operibus legis factorum Iudeus aliquid gloriæ habere poterat, sed hoc erat apud homines. Verum nihil apud Deum: Nam quæ coram eo sicut pānus mulieris menstruatæ maculata erant opera illa nec propter Dei amorem erant facta: ideo non erant Deo grata. Fiebant autem, vt dictum est, spe temporalium bonorum aut ob pœnas minatas aut gloriā propriā non Dei amore, ex dictione propria omnia procedebant intentione placendi non Deo sed sibi ipsis. Recte ergo concludit, & ostendit Paulus gloriationem non esse exclusam per legem factorum, sed per legem fidei, quæ duæ leges ē regione opponuntur. Sed quomodo fecit hoc Paulus? An ignorabat quod lex fidei est etiam fide comprehensa sub lege operum? Credere namque opus nostrum est. Igitur nō sunt oppositā. Cayetanus magister meus agitauit hanc dubitationem & pro more suo acutissimè eam dissoluit dicens, quod in lege fidei est quod innititur alienæ iustitiæ, & quod innititur nostræ. Hoc ꝙ est credere in eum, qui iustificat impios, hoc est in Iesum iustificatorem & placato rem omnium impiorum. Istud non innititur nostrę Iustitiæ, sed alterius iustitiæ nempe Dei non præcise tantum, sed per Iesum Christum. Reliqua vero opera innituntur iustitijs proprijs quatenus scilicet opera bona sunt & bonos reddunt eos, qui habent & id circo inquit iure iustitia fidei distinguitur contra iustitiam operum. Et vt in hoc negocio nihil dissideretur. Obtēruare lector poterit quod nomine legis factorum siue operum non tātum legem Moysi intelligit Paulus, sed etiam legem naturæ & omnem aliam, quæcunque sit illa scripta lex. Omnes enim istæ nomine legis factorum comprehendi possunt. Et ideo gloriatio Iudeorum neque per legem Mosaicam, neque per naturalem excluſa est. Sed per legem fidei, quæ sola iustificabat & dabat spiritum viuificantem, aliæ vero leges nec dabant spiritum nec homines faciebant gratos, dignosque vita æterna sicuti lex fidei: videat lector Cayetanum.

Seqūitur.

Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis.

Iam paulo dilucidius & clarius loquitur hic Paulus de iustificationis negotio non omni ex parte clarum erat & perspicuum. Dicit arbitramur. Quis rogo hic loquitur præter Paulum vt dicat arbitramur? Hactenus cum loquoretur vnius tantum personam indutus erat: modo iam personam multarum agere videtur. Arbitramur inquit, Notate diligenter lectores si luber, Paulus hactenus personam Iudei & gentilis agebat, vuiuscuiusque pretentiones adducens. modo pro Iudeo, modo pro gentili. Illis absolutis quia inter illos (quo eos componeret) arbitri & iudicis munus accepit nunc ferens sententiā more iudicum locutus est. Solent namque illi quando ferenda est sententia a liquid maioris auctoritatis & grauitatis assumere: ideo dicit arbitramur id est nos tanquam arbiter & Iudex ex vestro consensu & Dei auctoritate, per

quam

quam factus sum Apostolus gentium: nam qui operatus est Petro inter iudeos & mihi quoque inter gentes, nos inquam vestras lites volentes componere, & ad pacem mutuam reducere. Auditis vtriusq. partibus in hunc modum sententiam ferimus dicendo, arbitramur, idest definimus omnem hominem siue Iudeum siue gentilem, iustum fieri, ac iustificari per fidem sine operibus legis, certe ex iam dictis non poterat alia sperari sententia. Sententia quidem omnibus numeris iustissima, recta & veritati cõsonantissima quæ sententia neque est in fauorem Iudei contra gentilem nec versa vice, sed sententia, quæ æquat illos, nec mihi nec tibi dicebat illa mulier quæ non erat vera mater. Paulus rectissimus iudex, qui cum esset natura Iudeus in fauorem illorum noluit se declinare, sed supremum illum iudicem imitatus apud quem nec est iudeus, nec gentiles sed noua creatura sine personarũ acceptione. De proposita causa sentẽtiam tulit dicens arbitramur quasi diceret pacem habete inter vos: pares enim estis in iustificationis negotio. Omnes vos iustificamini per gratiam Dei & fidem Iesu Christi. In hoc nullus gloriari præsumat. Tu iudæe non præcellis gentilem nec ille te in hoc vincit & superat, vtrique hanc vestram iustificationem Deo & Christo referatis acceptam. Nemo vestrum se extollat, & de suis operibus etiamsi sint legis opera glorietur. Vestra namque gloriatio iam est exclusa per legem fidei, & huic vestram salutem debetis, Sed ponderemus & recognoscam' verba Pauli. Primo illud verbũ iustificari, in præteritis nostris adnotatis dictum fuit geminam esse iustificationem, vnam primam, alteram secundam sicut loquimur de gratia. Non parum hoc refert ad extirpandam quandam vesaniam nouatorum hæreticorum qui toto conatu pessundare conantur opera nostra. Ego, nisi ex mea ignorantia fallor, existimo, Paulum hoc loco loqui de illa prima iustificatione, perquam homo peccator ad Christum ingreditur, qui ante quam ingrediatur cum Dauide clamat & postulat aperiri sibi portas iustitiæ dicens aperite mihi portas iustitiæ & ingressus in eas, confitebor domino. Portę iustitiæ mihi duæ esse videntur altera Iesus Christus qui de se ipso loquens dixit ego sum ostium & alia est fides vel si mauis gratia prima Dei. Per istam enim reconciliamur & renascimur Deo. At ista siue sit fides, siue gratia Dei nobis neque ex operibus legis scriptæ neque naturę dari potest, Donum enim est eximium vtrũque, scilicet fides & gratia naturæ & legis excedunt vires. Psalm. 117.

Animaduertat pius lector secundo, Paulum non dicere iustificari hominẽ per legem fidei, sed per fidẽ, quod nõ fecit vt vellet nobis insinuare aliquid differentiæ inter legem fidei & fidem. Idem enim pollent.

Sine operibus legis, &c.

PRima fronte nobis se se offert quædam apparens contradictio. dixerat nãque antea quod factores legis iustificantur apud Deum. Igitur ex operibus legis iustificatio fit Resp. hæ duæ propositiones non sunt ad inuicẽ pugnãtes, sed vtraque vera est: Nã qui dicit factores legis iustificari non dicit ex operibus legis. Vnde non sine causa apposuit ex operibus legis vt insinuaret, quod iustificatio in lege non fiebat per opera legis ita quod ipsa essent iustificãtia, sed quod licet ille, qui cupiebat iustificari, factor debebat esse legis non tantum auditor, non tamen intelligebat Paulus, quod iustificaretur per opera legis idest virtute illorũ operum. Vnde præceptor meus Cayetanus doctẽ (vt solet) nos admonet q Paulus hic non intendit excludere opera legis ab executione, sed tantum a iu-

iustificatione, hoc est vt planius dicamus non repudiat opera itavt non mandentur executioni, sed repellit a iustificatione, ideſt à virtute iustificandi & remittendi peccata, quam illa opera nō habebant. Sed dices quid per opera legis hoc loco intelligere debemus? an tantum opera ceremonialia, aut iudicialia & moralia quoque? Non bene conuenit de hac re inter interpretes Pauli, an sermo Pauli omnia tria illa opera comprehendat: Nam aliqui volunt de ceremonialibus tantum loqui Apoſtolum, alij vero nulla posita limitatione, Pauli orationem extendunt ad omnia opera etiam vſque ad moralia. Itaque dicunt quod quando dicit sine operibus legis omnia opera excludit. Vter autem horum sēnſuum ſit magis Paulinus relinquo peritorū iudicio. Ego (pro me dico) magis puto rem accedere ad mentem Pauli priorem ſenſum, quam poſteriorem, non quod vterque non ſit verus. Sed quia ipſe cum Iudęo loquebatur. Antequā hanc intuliſſet concluſionem, per quā præcipuè intendebat ſemper (idem in tentum habens) frangere illam Iudęorum præſumptionem quam de ſua lege habebant. Hęc autem præſumptio & arrogantia non oriebatur ex operibus legis moralibus, quæ communia erant Iudęo & gentili, ſed ex ceremonialibus & iudiciarijs, quæ dicebāt propria & peculiaria ſibi eſſe. Et hic ſenſus ex proximis concluditur manifeſtē: nā ſtatim ducit ad inconueniens, dicens ſi opera iſta duo ſunt neceſſaria ad iuſtificationem, Ergo Deus tantum eſſet Deus Iudęorum & non gentium. Ineptа ſane eſſet hæc ratio ſi Paulus loqueretur de operibus moralibus, quia illa erant communia gentibus & Iudæis At Paulus argumētum ſumpſit ex propriis & non excommunibus. Quod ſi dicas etiam ex operibus moralibus nō fit iuſtificatio: quia ex nullis. Plane damus tibi: ſed non ideo ſequitur quod hic Paulus loquatur de eis, ſed tantum de proprijs operib⁹. Et fortaſſis ad hoc innuendum adiecit illam particulam legis) alias ſatis erat ei dicere arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus, & nō addere (legis) Legis enim nomen anthonomaticè pro lege Moſeos ſolebat vſurpari: & iſtius legis moralia non erant opera ſed alia duo. Et antequam finiamus non grauabor, bone lector, te admonere vt hic cautus ſis. Nam hic vnus eſt locus ex quo colligere volunt Lutherani (diaboli membra) Paulum reprobare opera noſtra quę nos tanti facimus, quod alieniſſimum eſt a Pauli intentione. Quomodo hoc rogo cogitare potuiſſet tantus, tam doctus, tam ſapiens, tamque pius doctor, in quo non ipſe ſed Chriſtus loquebatur, vt ipſemet confeſſus eſt dicens, an experimentū quęritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Sanè nec per ſomnium cogitauit ſed ſemper pro ſua virili opera commendauit, & ad operum labores nos viriliter animauit. Rogo. Si Pau. intēdiſſet opera noſtrā vili facere & omnino deſtruere. diciſſet ne quod factores operum iuſti ſunt apud Deum? Non ſane. Nonne legerat in euangelio omnium doctorem Chriſtum dicentem, ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata? Latebat ne eum quod de operibus faciendis ſacræ litteræ habent? Erat ne fortaſſis ille oblitus eorum verborum quæ dixerat ad ſuum chariſſimū Thimotheū videlicet bonum certamen certaui, curſum conſummaui? Nonne certare operari eſt? vadant ergo iſti neſcij homines (neſcio fidicam bonis auibus: Et ſi Paulum non penetrant, aut potius intelligere nolunt, verecundentur iſtam notam tanto doctori impingere. Ipſe vero cum hoc loco & vbicū que facit operum excluſionem, nulla intendit damnare opera, ſed tantū dicere quod noſtra iuſtificatio ſit ſine operibus noſtris ideſt ſine virtute & vi operum, ſed per gratiam Dei & ſanguinem agni immaculati Ieſu Chriſti

2. ad Co. 5.13

Doctē.

Dolè igitur,& vere Paulus ex premissis propositam colligit conclusionē, per quam de iustificationis quęstione iustissima ab eo lata est sententia.

An tantum Iudæorum Deus? nonne & gentium?

Perseuerat Paulus in suo proposito quo assumpserat demonstraudū, videlicet non esse iustificationem ex operibus legis quoniam opera legis ad solos Iudęos pertinebāt, sicq, Deus videretur oblitus gentilium & tantum habuisse curam de salute iudeorum quod si ita esset iam sequebatur Deū non esse Deum gentilium, & sic non vnus esset, sed plures dij essent ponē di. Istud si ad formam syllogisticā quis habere optaret hunc in modum accipere posset. Propriū Deo est eos iustificare quorum ipse Deus est, atqui nō tantum est Iudęorum deus quod non tantum iustificat Iudæos sed etiam gentes. Aha ratione potest intentum Pauli istud persuaderi sic. Eiusdem est cōdere & rem conditam (si passa est ruinam) reparare, atqui Deus omniū hominum conditor est, igitur & reparator, reparatio fit per iustificationē ergo est omnium Deus iustificator. Vnde si iustificatio non esset sine obseruatione ceremoniarum legis, gentes quæ legem non habuerūt excluſæ essent a iustificatione legis. & Dei prouidētia & salus coarctatæ essent ad vnū tantum populum. Neque obijcias nobis quod lex coangustata & restricta fuit tantum ad vnam gentem (puta Iudęorum) quoniam non est par ratio de lege & de iustificatione, quia lex nō est data ad saluandos Iudęos sicut iustificatio, quæ omnibus modis erat necessaria pro omnibus, Ex eoquod omnes erant sub peccato, & indigebant gloria Dei. Sed non est silentio inuoluendum quorsum Paulus ex abrupto secōuertit ad hanc interrogationem. Quid opus erat hac interrogatione? Non est credendum istud sine ratione a Paulo fore factum, Et quę modo nobis se se offert huiusmodi est, dabūt alij plures & meliores. Nos (nisi hallucinamur) ideo putamus Paulum talimodo interrogatiuo videlicet, vsum fuisse, quia credo eum dixisse ex stomacho cōtra pręsumptionem Iudęorū. Quoniam etsi non forte expresse dicerent Deum tantum esse sui gratia Deum & non gentilium ad edomandam tantam arrogantiam repente irruit in hæc verba, videlicet an tantum Deus Iudęorum, quasi dicat eo venit vestra superbia & præsumptio vt putetis vos solos habere Deum, quasi dicat non verimini ista dicere? Hæc verba obiurgatoria videntur. Dixi tacite vel expressè, quoniam licet non tam effrontes essent Iudæi vt palam loqui auderent se solos habere Deum: tamen tacite, dicēres, quod iustificatio ad eos solos spectat. Id ipsum dicebant ad illud quod optimo consequio cōsequebatur, sicut elegantissime & acute inuilit Paulus dicens. Huic vnum simile legimus in scriptura sacra de fratribus Ioseph, qui cum eis narrasset visiones suas maximam incitauit inuidiā, Qui cum stomacho & indignatione non porentes illa audire ex ore fratris dixerunt. Nunquid nos & pater tuus adorabimus re super terram? Sic forsitan Apostolus irritatus & stomachatus ob tām Iudęorum arrogantiam & insaniā inuasit & aggressus est illos dicens. An tantum Iudeorum Deus? Hoc est nunquid soli vos Deum habebitis nonne & gentes? An non sunt illi homines veluti vos? Num solos vos Deus fecit, si dicatis illos esse peccatores nunquid & vos? si filij & semen Abrahæ estis cur nō opera Abrahæ facitis? Si Moses nō illis sed vobis legem dedit. nemo tamē ex vobis facit illam. Si gentibus traditus est Christus morti. nonne per vos aut patres vestros? Quid dicam? malo tacer,

Sequi

Sequitur.

Quoniã vnus est Deus qui iustificat circuncisionem ex fide & præputium per fidem.

PAulus ex duplici capite conatus est ostendere iustificationem communem esse, & non peculiarem Iudeo. Alterum erat, quia omnes tam Iudæi quam gentes peccauerunt, & gloria Dei egebant. Hoc fuit vnum medium quod tametsi vires haberet ad suum institutum probandum: non tamen tantas quantas secundum medium. Quoniam licet omnes indigentiam haberent iustificationis: multi tamen indigent qui non consequuntur eã. Ideo non tam efficax traditur argumentum ex ista indigentia, sicut ex hoc quod est militare sub eodem & vno Deo omnium parente. Patet enim non solum de vno curam habet filio, sed de omnibus, cum omnes sint ab eo progeniti. Et quanto plus est malis inuolutus & dissolutus, tanto maior patri de illo incumbit cura: vt videre fuit in patre filij prodigi, qui maiorẽ curam de illo habuit & beneficijs maioribus illum ornauit quam suum natu maiorem. Qui nunquam patris domum reliquerat, sed in laboribus domus indiuiduus comes perpetuo fuerat. Quo murmurãte contra patrem, quod tam benignè, blandè, & dulciter receperat filium deperditum, respondit ei a patre suo hũc in modum. Fili mi tu semper mecum fuisti, frater tuus perierat & inuentus est, non sit tibi graue si tam lęranter sit a me receptus. Deus duos habuit filios alterum prodigum & vagabundum; alterum qui semper domi suæ hoc est in Synagoga cum eo permansit. Non est vagatus huc atque illuc, nõ dissipauit substantiæ suæ portionem, patriq, suo obedientissimus semper fuit. Porro aliũ habuit filium perditum Luxui deditũ bonorum suorum dilapidatorem. Per illum nempe maiorem congruè Iudæum intelligere possumus, per alium vero minorem prodigum, populum gentilem: vterque tamen filius erat vnius patris. Igitur tam de vno quam de altero curam & prouidentiam habere debuit pater. Vtrique procurãda erat salus nec debet maior abigere minorem. Quin potius aliquando talis poterit esse rerum vicissitudo, vt maior cogatur inseruire minori. Nonigitur iusta erat quærela Iudæorum contra suos confratres gẽtiles. Quia vnius patris filij erant ac proinde mutuam adinuicem debebant præstare operã, & ab eodem patre exæquo procurãda erat illis salus. Vnde cõstat hoc medium quo Paulus vtitur multo efficacius esse illo priori. Nec mirum siquidem illud à causa (quam vocant) materiali est petitum. Istud autem ab efficienti, quæ longè perfectior & efficacior est altera: Et tanto efficacior quanto prior. Deus enim prior omnium causarum est, non solum in nostra cõparanda salute, sed etiam in omni negotio & opere, Causa autem prima ex Philosophorum decreto ea est, quæ plus influit in suo effectu. Et quũ causa prima vnica virtute sua causet, ita Deus vnica sua virtute oñes iustificat. Nõ vnos p opera legis, & alios p iustitiam suam, sed omnes eodem modo, scilicet per bonitatem, misericordiam & gratiam suam. Vnde vna est virtus communis, qua iustificantur omnes sicut vnus est tantum Deus iustificans.

Qui iust. circun. ex fide. &c.

CIrcuncisionis nomine Iudęum intelligit, sicut per præputium Gentilem. Et hoc inquit fit ex fide & per fidem ideſt iustificatio fit ex fide & non ex ie-

ex lege, Iudæus ex fide gentilis per fidē, Sed quid sibi vult ista casuū variatio? Nō ne in idem veniunt ista duo ex, et, per? si Hierony. & beato Augustino credimus, idem valere dicemus: nihilominus tamen credere possumus aliquid mysterij insinuari ex illo variolo quutionis modo. Vnde aliqui referūt vnum ad causam propinquam, aliud vero ad causam remotā: hoc est, particula (ex) denotat Causam primariam qua habetur circuncisio, & alia sacramentalia, quę sunt causæ mediæ: Et sic fides iustificabit circuncisionē, id est Iudęos circuncisos At prępositio ista (per) denotat, insinuatq, Causam propinquam & immediatam: vnde Gētilis per ipsam fidem mediatā iustificatur. Et nulli debet esse hoc mirū, quod vnus & idem iustificans iustificet vnū, nempe Iudęum vno modo per fidem tanquam per causam primam & mediatam Iudæus enim iustificatus est mediantibus alijs causis. Nam Circumcisio data est Iudęo in signum fidei, Et ceremonię, sacrificiaque vmbra futurorum bonorum erant, Quibus præfigurabatur vera iustificatio. Gentilis autē iustificatus est etiā fide, sed nullis alijs medijs causis eis cōcessis, sed sola fide formata. Hæc differentia significatur per illas duas prępositiones scilicet ex & per. His tamen non obstantibus certum est neminem illorum iustificatū esse per opera, sed per fidē Nos vero aliquid altius designari existimamus, puta Paulum hic insinuare differentiā inter legem & fidem, Quæ vt clarior detur, hoc est Pręsupponendum Scilicet quod Iudæi in hac opinione erāt, Quod iustificatio illa vera & sola erat quę fiebat per legem non quamcunque, sed per illā legem, quæ habebat ceremonias, qualis erat sua lex. Et hac ratione excludebant gentiles a iustificatione, vt pote non habentes legem cum ceremonijs. Contra sic opinantes & existimātes dicit Apostolus modo Deum iustificare Iudęum ex fide, id est nō ex lege habente ceremonias. Itaque particula illa (ex fide) excludit legē ceremoniarum. Annotet hic lector quod hæc particula (ex) solet habere vim excludendi. Vnde ex ea componitur verbum excludo excludis. Ideo quando Apostolus dicit Iustificationem fieri ex fide, innuere vult non fieri ex lege. Cęterum quandō venit Apostolus ad Iustificationē præputij, Id est Gentilis, qui irrecutitus erat, Iam non est vsus particula illa (ex) sed (per) Dicens Iustificans præputiū per fidē. Sed rogas quare, Apo. non est loquutus de iustificatione Gentilis sicut de iustificatione Iudęi? Respōdemus rationem esse, ex eo quod Gētilis non persuaserat sibi Iustitiam, Dei dari ex sua lege. Nō enim tanti faciebat suam legem naturalem, quanti æstimabat Iudæus suam scriptam. Et id circo loquens de Gentili nō est vsus dictione exclusiua. Porro si hæc ratio differentię non est tibi grata excogitabis tu meliorem, & nos eam amplectabimur vna & altera manu. Fortalsis lector Candido & benevolo non displicebit, quod si secus factum fuerit nos magis volumus tantos viros, videlicet Hieronymum & Augustinum se qui. Qui non agnouerunt inter illas duas præpositiones indicari aliquid sacramenti. Sed Apostolum sic loquutum fuisse suo pro libito. Et ideo dixit quod Deus est iustificans ex fide Iudæum & Gentilem quoque. Cæterū ne eadem præpositione bis vteretur placuit Paulo aliam apponere præpositionem scilicet (per)

Sēquitur.

Legē ergo destruimus per fidem? absit.

DIluit hoc loco Apostolus quandā calumniam, qua eum calumniari volebant Iudæi. Calumnia talis erat

Tu Paule tantum commendasti fidē & adeo à te depressa est lex nostra, quam à Deo optimo Maximo permanus Sanctissimi hominis, nempe Moysi recepimus, videris igitur tu no stram destruere legem, quę non est tam nostra quam Dei: legem inquam sanctam quæ sancta habet mandata hanc tu Apostole nihili facis: Propter hoc & alia illi imponebant Paulo hoc falsum crimen, quod ipse destructor esset legis Mosaycæ: Cuius rei gratia grauiter à Iudęis fuit persequutus sicut legere licet in acto. apostol. cap. 21. Ceterum respondet Paulus vnicoverbo dicens (vt moris ei' est) absit, quo verbo negat quod in eū obiectum erat abominando illud. Absit, enim particula est abominantis & non tantum quomodocunque negantis, passim in ore habet Paulus verbum (absit) maxime quando tractat rem horrendā & dictu infandam. Quis quęso de tanto doctore vel suspicari potuit quod esset legis Dei (inqua Ipse erat enutritus) destructor? Qui dixit paulò ante factores legis esse apud Deum iustos, tam cito sui oblitus, factus esset legis abolitor? Sane noster doctor Paulus multo magis est confirmator quā legis dissipator. Sed vnde Iudæi in hanc dementiam venerunt, vt dicerent Paulum destructorem fore legis? Dixit ne eam esse malā & iniquā? nun quid eā exosā habebat eo quod tot ceremonijs esset onusta? minime gentium. Vnde ergo? Ex eo (nisi fallimur) existimamus quod Iudęi erant nimium zelotypi suę legis. Vehementer enim zelabant pro ea. Zelus siquidem suspitionem secum affert; Et ideo cum Iudęi essent tam zelotes sua de lege & audirent Paulum non tanti facere factorum legem; putabant Paulum velle destruere suam legem. Et forsan inuidia & malitia in eum concitati data opera captabant occasionem per hoc qua possent indoctæ plebeculę mouere animos cō tra eum sicut fecerunt contra beatū Stephanum. Respondet ergo dicens, non abrogamus nec proijcimus, nec euacuamus nec destruimus legē, sed eam statuimus. Non fuit contentus Apostolus simpliciter & absolute respōdere huic obiectioni dicendo non destruimus. Sed voluit addere istud scilicet stabilimus: hocque fecit vt leniret & quietaret animos Iudæorum, si forsan erant perturbati ex precedenti Pauli doctrina: in qua fidem extulit adalta vsque & legem visus est adima deprimere, quasi hæc interse se adversa essent, Ita quod fides esset legis destructrix. Hoc namque verbo (stabilimus) consolatus est Iudęos quasi dicat nolite putare quod vestram destruo legem, quinimo eam stabilio. Bono animo stote: si fidem extollo & legem deprimo nemini iniuriam facio, cuique quod suum est tribuo. Quæ sunt legis, legi do: Et que fidei ei reddo. Vos plus iusto efflamatis vestrā legem ego qui constitutus sum Iudex & arbiter inter vtranque neque ab vna quod suum est tollere debeo neq, alteri tribuere quod non habet. Si vestra lex hanc vim (ne que iustificandi) non accepit à Deo iniustus foremego Iudex si illam ei concederē: & si fides hac virtute à Deo donata est quomodo possū ego ab illa tollere. tollat vnaquæque quod suum est & vadat.

Cæterum prudens lector caueat attente que legat verbum (statuimus) siue firmamus. In bonum namque & nequam deflecti potest intellectum. Si Iudæus existimet quod Paulus per suā doctrinā firmitatem prestet & supponiteat legi, fallitur: nō hoc intēdebat Paulus quando dixit firmamus, sed mens Pauli est quod illud quod fides commendat & extollit est fulcimentū legis. Siquidē nisi lex esset a fide fulcita vacillaret & nutans esset in hominū mētibus & reputaretur incō

Mus stans

erat legis quo pacto Paulus eius discipulus ausus fuisset. Estne forsan discipulus super magistrum? Aut seruus maior domino suo? Non igitur Paulus in hac Epistola intendebat legem destruere. Neque obstat quod Manichæi Christo imponebãt, quod non seruasset legẽ sabbati qñ. præcepit tollere grabatum in sabbato. R. Est præceptum illud nõ violabat sabbatũ; Non erat opus seruile sed ad gloriam Dei fiebat & ipse erat dominus sabbati. Insurget forsan aliquis dicens quo modo si lex non est destructa in suo ergo remanet nunc robore, non est mortua, viuit igitur adhuc? Non igitur Synagoga cum suo honore sepulta. Quare ergo male audiunt qui eam nunc seruant & digni sunt pœna, si non est mortua, si non est destructa? Profecto hæc obiectio magnum nobis campum aperit: vt si Deus non ex nostris meritis, sed sua bonitate per intercessionẽ Apost. Pauli dederit, magnus inquam aperitur campus philosophandi circa hanc Pauli doctrinam, quæ longiori & subtiliori indiget enodatione. Non enim tam lucida & clara est vt paucis expediri possit. Idcirco patiens auditor patiẽtu animo nos sustinebit si aliquantulum plus solito calamum extẽdamus & immoremur: fortassis prolixitas recompensabitur vtilitate, cęterũ quę libranda in præsentiarum sunt, sequentia sunt. Primo si lex Moysi per Christũ destructa fuit, vel eo viuente vel eo mortuo. Secundo si est confirmata & impleta per eũ per fidem & Euangelium; hęc scitu digna sunt. Sit igitur 1. dubitatio, Numne Christus destruxerit legem Moysi, de qua quęstione nos breuiter expedire possumus; tum quod iam de hac re supra loquuti sumus tum etiã quod ex ore eius ad eam responsionem habemus; ipse dicat nobis. Ęedo bone Iesu destruxistine legem? R. Nolite putare quod venerim soluere legem, clarè dico vobis discipuli mei, quod nõ veni soluere sed adimplere. Quid clarius dici potuit? veruntamen quia hęc verba non sunt tam aperta, vt non egeant expositione, ideo ad rationem confugere oportebit. Sit ipsa ratio talis. Quicunque adimplet legem quoad omnia quæ lex continet, non est legis destructor, sed Christus adimpleuit legem ad vnguem, & quo ad omnia. Igitur. Hanc assumptionem probare longum erit. Bene potest Christianus lector eam assumere pro explorata atque comperta. Nam cum lex tota sit posita in doctrina & opere, quod attinebat ad doctrinam legis ipse eam compleuit opere, declarauit voce & sermone, quia Christus prius cæpit facere, deinde verbo docere, prius dixit discite a me & subinde audite me; nec minimum de mandatis legis soluit sed fecit & docuit, iure magnus vocatus in regno cœlorum. Vnde iple antequã mortẽ obiret primũ, dixit pater opꝰ ꝙ dedisti mihi cõsumatũ & morti proximus inquit consummatũ est, quasi diceret ego pro mea parte iam impleui opus & omnia sunt a me consũmata & completa; per me nõ stabit quin redemptio humani generis fiat & statum compleatur. Quare cõpletæ sunt a me Scripturæ, lex & Prophetæ vsq, ad Ioannem. presto est veritas. Cedãt ei vmbræ, adest figuratum recedat figura. Denique si te vertas ad illa duo præcepta, quę in lege erãt, primo ac maximum de Deo diligendo ex toto corde, mente, &c. Quis tam ardenter, tam perfecte, tam complete, tam exacte, vt Christus compleuit? At & alterum de proximo diligendo quam mirifice, quam diligenter, quam expeditè, quã charè, quamq, abunde exequutioni mandauit? Si nemo maiorem charitatem habet, quam quod det animã suã pro amicis, nunquid Christi charitas & dilectio maior postquam dedit ipse se pro inimicis? Sed quid ma-

ior ? Concludamus ergo & dicamus quod lex illa non in aliquo fuit destructa, sed ex omni parte & peromnia fuit completa ab eo. Cæterum cum Christus cum fide eius & Euangelio (quod de illo est) bene conueniat, si Christus firmauit & stabiliuit, non debuit, vel euangelium vel fidem destruere: sed etiam perficere, ea tamen conditione fides & Euangelium legem non destruxerunt sed eam perfecerunt, quod illis aduenientibus locum daret & recederet lex. Si enim Prophetia cessauit Ioãne aduenientre, non propter eum sed propter præsentiam Archiprophetæ Christi quanto magis lex quæ præcursix & nuntia erat ipsi Christo vero Messiæ cessare debebat. Quãdo namque aliquis nuntius suo functus est officio non opus est vt perseuerer sed vt cesset: sic iusta res erat, vt lex (vt dicit magister meus Caietanus) sua sponte cessaret. Sicur ergo Prophetia non fuit nisi vsque ad Ioannem; sic lex Moysi non fuit data nisi vsque ad Christum, qui post quam venit, legi vale dixit. Cum venerit, inquit Paulus, id quod perfectũ est, euacuabitur quod imperfectum est. Quare non recusauit Paulus dicere legem esse euacuatam, legem antiquatam & translatam per Christum: nunquam tamen ausus est dicere fore destructam: & quod non dicitur de Christo, non est æquum dicatur de Euangelio vel fide. Meditato cogitet hæc doctus lector non idem significare hæc quinque vocabula, scilicet euacuatum, translatum, abrogarum, antiquatum, & destructum. Nam illorum quædam de lege verè dicũtur, alia vero falso. Et forsan huiusrei inconsideratio aliquos fefellit, aut si mauis in hoc negotio dubios reliquit. Vnum tandem pro certo habemus quod a quouis Catholico sine controuersia recipiendum est, Videlicet Christum, quamdiu in via fuit neque destruxisse, neque abrogasse, neque ostendisse cessatam esse nisi forsan quando dixit consũmatum est. Atvero post eius mortem quandiu vixerit lex & quãdo mortua fuit, inter illas ecclesiæ columnas, scilicet Hieronimum & Augustinum in lite est, de qua in accommodatiori loco, si quis, nostrum votum cupit scire illud pollicemur: nunc autem quod nobis satis est scire, istud est, duo videlicet, legem esse antiquatam & cessatam per mortem & resurrectionem Christi, & ceremonias illius legis Mosaycæ nobis nunc esse pestiferas. Et hactenus quæ diximus de hoc tertio capi. dicta sufficiant. Plura his adduci poterant, sed consulto præteriuimus ne prolixitate lectoribus tædio essemus. Nunc tantum pro more nostro quo auditor facilius memoriæ commẽdare possit principua, quæ tractantur in hoc capite aliquot propositionibus constingam.

Sup. Mat. 5, 5.

Prima propositio. Deus aliquorum peccatis irritatus non desinit ob ea esse in suis promissionibus iustus, fidelis, & verax. Secunda. Omnes, vno tantum excepto, sub peccati iugo & vinculo fuisse natura comprehensos. Tertia, Omnes istos iustitia & gratia Dei indignos esse vt salui fiant. Quarta, Legem nec scriptam nec naturalem vim & efficaciam habere ad iustificandos quosuis homines. Quinta, lex iudicandi peccarum vim habebat, sed non remittendi. Sexta, Lex nuntia fidei fuit. Septima, Lex & fides non se destruunt mutuo. Octaua, Lex fidei & lex operum pugnant, illa, hominem facit gratum & dignum vita æterna, hoc à lege operum nequit fieri. Nona. lex fidei in corde sculpta, lex operum in tabulis manet. Decima, legis fidei author Christus & veteris finis est, Vndecima, lex non est destructa

per

perfidē sed obſirmata. Duodecima, Ex operibus legis nulla caro iuſtificatur. Decima tertia, Fides non ſola iuſtificat, ſed cum ſuis comitibus. Decima quarta, noſtra ſatisfactio perfecta ex ſolo Chriſto pendet. Decima quinta, Deus per ſolam miſericordiā nos reparare poterat nobis tamen conueniētius eſt factū iſtud p iuſtitiā. Decima ſexta, Iudęi in aliquibus ſunt pares gentilibus, in aliis diſpares. Decima ſeptima. Lex craſſa ceſſare debuit functa ſuo officio. Decima octaua, Non deſtruitur quod in meliorem ſtatum commutatur. Decima nona, Sicut tā tum unus eſt Deus: iſta vnus iuſtificans. Vigeſima, Nos non iuſtificamur per ſolam gratiam ſed per ſanguinē Chriſti quæ non eſt noſtra iuſtitia ſed Dei. Vigeſima prima, lex Moyſi per euangelium non eſt ſoluta nec deſtructa, ſed potius adimpleta. Vigeſima ſecunda, Ceremoniæ legis veteris nūc Chriſtianis ſunt mortiferę, Vigeſima tertia Chriſtus quandiu fuit viator, legis fuit obſeruator.

CAPVT IIII.

QVID ERGO DICEMVS IN VENISSE ABRAHAM, ETC.

POſtquam Apoſtolus vnum ex illis duobus quibus ſe iactabat Iudæus & vnde gloriabatur, excluſit, nempe legem: Alterum nunc conatur eijcere tanquam etiam ineptum & inualidū ad obtinendam iuſtificationem Dei. Excluſo vno videlicet quòd lex non valebat, molitur modo aliud nempe circunciſionem excludere: vtitur eadem phraſi qua vſus fuit in 3. capit. vtrobiq. eodem modo auſpicatus eſt incipiens à quęſtione, illic à quæſtione de lege, hic autem à quæſtione de circunciſione, & in hac pertractanda totus in hoc 4. cap. occupatur Paulus. Sed dicam' in primis ſpeciatim quod & quale ſit conſiliū & propoſitū Pau. in hoc cap. 4. R. ab ſq; dubio Pau. cō ſiliū & inſtitutū nō eſt aliud quā oſtēdere Abrahamū etiā nō ex operib' legis, ſed p fidē eſſe iuſtificatū qui nō inuenit iuſtificationē ſecūdū circūciſionē ſed aliūde venatus eſt eā. Sed rogabit forſaſsis quiſpiam dicens, cur potius ad ſui inſtituti roborationem Abrahamum in exemplū adduxit? nōne alij ei exemplo eſſe poterāt? Abrahamus namq. multo ante legem fuit. Ad opinionem Iudæorum reffellendam præſtaſſet forſan magis aliquem ex patribus legis Moyſi, in medium adduxiſſe quam ipſum Abrahamum. Planē nil erraſſet hic ille qui exiſtimaſſet iſtud nō eſſe factū citra myſteriū, quod vt nobis inſinuaret, maluit iſtū quam quemlibet aliū nominare. Myſteriū tale eſt, Abraham erat pater Iudæorum carnalis, in quo ipſi vel maximè ſibi ipſis cōplacebāt, palā & buccis plenis dicebāt, nos filij Abrahę ſum' nemini ſeruiuim' vnquā. Chriſto dicebāt, nun quid tu major es patre noſtro Abrahā ſicque Pau. ſciens ac intelligens hoc, vt vinceret magis eos, ſumpſit exēplū in Abrahamo, quaſi tacite diceret eis, ſi probauero patrē veſtrū nō inueniſſe iuſtitiam Dei aut per legē aut circūciſionem, ſed per fidem Ieſu Chriſti, nonne probatum habebo veſtrum

Ioan. 8.
Ibidem.

neminem(quicius filij estis) iustificari posse aliter, quam per eiusdem fidem? Argumentatur Pau. à patre ad filios, jam supra diximus quod quemadmodum vnus erat tantum iustificans omnes, ita vnus modus. Ecce quod latebat mysterium, quod si parati estis inficiasire argumenti priorem partē, & ego promptus sum scripturæ testimonio illam probare. Recognoscam⁹ particulatim quod Pau. dicit: cum ait dicemus, adnumerat se cum alijs Iudeis: nec mirum, nam si exactè hæc verba scrutamur, hęc in persona Iudæorum loquitur, quasi sit quædam obiectio cōtra illud quod in præterito cap. Pau. dixit s. quod iustitia Dei non erat ex operibus, sed ex fide in omnes & super omnes. Dicunt modo Iudæi, si ita res haber, quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? tantum de Abrahamo cura est illis, nil de Iacob, nihil de Isaac; de Abrahamo patre suo tantum objciunt, fortasis propter tāti viri præstantiam & excellentiam, existimabant enim quod Pau. non auderet sic nihili facere, deprimere, & reijcere opera Abrahæ, & eius à Deo acceptam circuncisionem, sed fefellit illos sua cogitatio: nam Pau. homo Dei & veritatis amantissimus, iudex rectus, non respexit alicuius personam, qui non recusault etiam dicere, etiam in facie, omnes sub peccato esse corruptos, declinantes, inutiles, sepulchra patentia, sine timore Dei, ignorantes viā pacis, & reliqua id genus, non audebit dicere Abrahamum non per opera, nec per suam circuncisionem fore iustificatum? Nonne supra dixit quod veritas Dei (qualis ista erat) non debebat In suo mendacio abundare? nunquid si diceret (habito respectu ad personam) quod Abrahamus iustus effectus est vel per opera vel per circuncisionem; hoc mendacium in veritate Dei abundasset? auertat à Pau. hoc Deus etiam si esset in fauorē sul patris Abrahæ; amandus est pater, sed magis mater veritas. Duo dixerat Apostolus, vnum confitetur & alterum inficiatur; confitetur namq. Abraham suum patrem esse, negat autem constantissimē iustificatū esse aut per opera, aut per circuncisionem, sed tātum per fidem. Animaduertat hic tamen lector in Abrahamo gemmam inueniri paternitatis rationem; alteram qua pater est secundum carnem, eorum scilicet, qui tantummodo insigniti sunt carnali circuncisione; alterum vero quare fertur ad illos qui spiritualiter & non carnaliter circuncisionem habent. Hos duos Abrahanitas designauit Christus quando Iudæis dixit, si filij Abrahę estis, opera Abrahæ facite, quasi notans eos quod tantum secundum carnem filij eius essent. Ioan. 8.

Secundùm carnem.

VAria est censura doctorum tam priscorum, quam iuniorum de hac particula. cui nam sit adiungenda. Proceres & illustres illi interpretes videlicet Origines, Chrysostomus, Theophi. & alij putant addendā esse cum particula illa Abraham, & tunc sensus est, quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem, id est, qui est pater noster carnalis, quo verbo, vt elegantrer animaduertit ante nos Chrys. ferit Pau. arrogantiam Iudæorum, qui de Abrahamo patre carnali se iactabant non de patre spirituali, & quia hæc iactantia carnalis erat, adjecit Pau. addi tamentum istud, videlicet secundum carnem: & hac in re à multis gentilibus superabantur qui cum ex fide essent iustificati, patrem Abrahamum nacti sunt non carnalem, sed

spiri

spiritualem, & sic excellentiores eius erant filij quam Iudei eo tanto, quanto generatio & cognatio spiritualis præstat carnali, quod enim natum est ex carne, caro est. Cæterum Beatus Ambrosius, quemiuniorum multi sequuntur, istud additamentum refert & coniungit cum verbo, inueniſſe, & tunc sensus, quid dicemus Abraham inuenisse secundum carnem, id est, secundum circuncisionem consecutum esse? quasi dicer, nihil, & sic frustra data est ei: at hoc non est dicendum, nam Deus & natura nihil frustra agunt, oportet ergo confiteri, quod si non fit iustificatio ex operibus legis, saltim fit ex circuncisione, nisi velimus confiteri eam supervacaneam, & adnihilum vtilem. Sane vtraque harum explanationum pulchra est & ingeniosa, tantisque doctoribus digna: nostram autem si post tantos interpretes audiri licet, subijciemius eam, salua prius tamen in omnibus & per omnia horum doctissimorum doctorum auctoritate: Vnde (nisi fallimur) istud additamentum nullialteri esse adiungendum existimamus, sed per se ipsum consideranDum fore. Mouemur autem ad hoc, ex eo quod particula illa (secundum carnem) iuxta expositionem Beati Thomæ, perinde valet ac si dixisset secundum circuncisionem: vnde non est hic mens Pauli, docere nos an Abraham sit pater noster secundum circuncisionem: illud satis erat exploratum, sed quod vertebatur in dubium erat, quid ipse Abrahamus esset consecutus per circuncisionem, nam etiamsi Iudæi non essent filij per circuncisionem, remansisset in suo robore præsens controuersia de iustificatione circuncisionis, an scilicet circuncisio esset iustificatiua, sicut est fides & iustitia Dei: quare nisi esset temerarium me velle inter tam pios, tamque peritos fieri iudicem & censorem, ipse magis iudicarem ex illis duabus expositionibus posteriorem, hoc est Beati Ambrosij, ad mentem Pauli & adinstitutum ab eo assumptum fore; nam hic carnis nomine nil aliud præter circuncisionem prætendere videtur Paulus. Siquidem in carnis pellicula circuncisio fiebat, ideo nihil mirum quod nomine carnis sit nuncupata: vult igitur Apostol' dicere, quod si ex circuncisione non datur justitia, dicite quid Abrahamo vtilitatis aut commodi contulit ipsa circuncisio, si per eam non est assecutus iustitiã Dei? Tu autem lector qui hanc legis lectionem nostram, memor sis non præferre eam & anteponere illis, quas sancti patres scriptas reliquere, nam non est hic talis animus noster, auertat hoc a nostra ignorãtia Deus, sed post illos messores velut altera Ruth, nos spicas colligere tantum intendimus.

D. Ambro.

D. Tho.

Sequitur.

Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est habet gloriam, sed non apud Deum &c.

INcipit hic Paulus satisfacere propositę quęstioni, & ea subtilitate qua pollebat, respondet vno suppositio admisso & non concesso; consuetus est iste mos inter subtilissimos, dare aliquid aduersario suo, etiamsi non concedatur ab eo. sic Apostolo. hic vnum dat Iudæis de patre suo Abrahamo, videlicet quod sit iustificatus ex operibus legis, hoc facto antecedente in conditione posito, infert consequens; habet inquit gloriam, hoc est gloriationem, sed non habet apud Deum, quasi dicat habet quidem causam gloriandi se, sed non apud Deũ sed apud homines, coram quibus facta sunt opera legis illa. In hac argumẽtatione Pau. vnũ admittit, aliud denegat, admittit & concedit Abrahamũ posse gloriari apud homines prop

ter opera speciosa & cãdida, quæ gessit: hoc cõcedit ei, sed aliud quod multo est præstantius, excellẽtiusq. nempe gloriationem apud Deũ, prorsus ab eo remouet & aufert. Sed non apud Deum, inquit, quoniam per illa opera tantum consecutus est iustitiã apud homines, hoc est reputatus æstimat', & habit' est iustus, sed nõ est iustificatus coram Deo, apud quẽ vera est iustitia. Ex hoc loco satis erit eę cus qui non colliget vnam atque alteram esse iustitiam, alteràm humanam, alteram vero diuinam, inter quas quãtum sit discriminis, facile est cognoscere: conferat eas qui volet, & facili negotio inueniet varia discernicula inter eas, aliquid enim est diligentiæ lectorum relinquendum. Cęterũ hic iam nobis decidendũ est; quare Pau. hoc loco dissimulauerit particulam illam, legis, quando dixit, si Habraham iustificatus est ex operibus, & non addidit, legis. Et secundo videndũ est, de quibus operibus legis, de quaq. lege intendit loqui, hęc ad explanationem illius loci aliquantisper facere videntur. In primo excuriendo paucis nos expediemus: certè non est nobis dubitandum Pau. consilium fuisse loqui de operibus legis, de quibus antea locutus fuerat in principio prędictis cap. Et si dicas, quare ergo tacuit hic, si hęc erat sua mens fuusq. animus? facilis ad hoc datur responsio, si dicamus eum non curasse ex eo quod paulo ante iam mentionem fecerat, & cum ipse semper persecuerans esset in eodem proposito, scilicet quod operibus legis nemo iustificatur, pro nihilo duxit hic nominare legem. Cęterum Beatus Ambrosius ad tollendam hanc difficultatem, addit istam particulã, legis, in suo textu, & sic quoq. videmus aliqua exemplaria latina, in quibus est particula, legis. Non reprobo hanc rationem, sed fortassis ex alia causa factum est quod Apost. tacuerit hic particulã, legis, quoniam non intendebat hoc loco loqui de operibus legis scriptæ, nam res indubitata erat apud omnes, quod Habraham non erat iustificatus ex operibus legis Moysi: quandoquidèm lex illa multo post venit, & Iudæis data fuit, quomodo ergo poterat Abraham iustificare? iam enim inuenit eum iustificatum. Quare forsitã loquebatur hic Pau. de operibus legis naturalis, in qua fuit Abraham iustus effectus, & ideo noluit apponere particulam illam, legis, ne quis putaret eum loqui de lege scripta. Quod si obijcias, dicens, hic Paulus vtitur syllogismo destructorio, & sic debuit destruere, & ostendere quod non esset iustificatus ex operibus legis scriptæ, nec ex operibus legis naturæ, vt tandem rectè concluderet quod est iustificatus per fidem: nam in schola Dialecticorum hæc docetur regula, videlicet, quod à negatione sufficientis partium diuidentium, ad vnius positionẽ validus est argumentandi modus: debebat ergo Apost. destruere duo mẽbra diuisionis, & tãdem venire ad tertium. Respondere ad hoc & nos possumus, quod illud membrum de operibus legis scriptę, iam Pau. relictum fecerat tanquam per se notum. Quis enim tam ignarus est, qui non intelligat neminem posse iustificari per opera antequam sint? nullus sanè. Et ideo cum extra omne dubium esset, Abrahamum non esse iustificatum per opere legis scriptæ, non fuit Paulo opus probare istud: verum quod reliquum erat, de operibus legis naturę probandum ei restabat. Verùntamẽ ne videamur nostram hanc sententiam mordi eas tenere, si quis velit Paulum hic de vtraque lege locutum fuisse, asserere, eum eo contendere nolumus, sed libenter vtramuis intelligentiã amplectemur. Abũdet vnusquisque in suo sensu, in re quę nõ multum refert sic vel secus dicatur. Et per hæc fecimus satis primo & secundo dubio à nobis propositis, Sed vnum tantum hic remanet

manet dubiolum, si Pau. intendebat excludere opera, tum legis scripte, tum naturalis, quorsum nihil dixit hic de circuncisione? R. egregia est postulatio, cui responderi potest, quod eam computauit cū operibus alijs, eoquod ipsa circuncisio carnis opus quoddā est. Idcirco adnumeratur circuncisio inter opera legis, quemadmodum & alia ceremonialia, quæ erant in lege, licet inter hanc & alia ceremonialia latum esset discrimen.

Sequitur.

Quid enim dicit scriptura? credidit Abraham Deo & reputatū est ei ad iustitiā.

MVnit se Pau. scripturę armis, quibus pugnare debemus, & christianam religionem, atq. catholicam veritatem tueri, hæc namq. arma fortiora sunt quā rationes: scriptura enim solui nequit, at rationes dissolui, facili fit negotio. Gedo quid dicit scriptura? ex Gene. cap. 15. desumpta est auctorias, quam ad suum institutum adduxit, illic enim Deus vocauit Abrahamum, & eduxit illum non vi, nec inuitum extra tabernāculum in quo erat, & dixit ei vt cerneret stellatum cœlum, eiusq. stellas numeraret. Quo in loco positū sic cū est allocutus, Abraham suspice cœlum, & numera stellas si potes, nec scriptura dicit quod fecerit, vel quod tentauerit facere, forsan primo oculorū intuitu vidit illud p se fieri non posse propter tantam, tamq. innumerabilem multitudinem stellarū, quam videbat. Sed quare Deus illi iussit illud facere, quod sciebat impossibile esse vt fieret? nunquid Deus nobis iubet quod præstare nequimus? R. ad hoc, quod Deus nō præcepit ei vt numeraret, sciens quod per illum fieri nequibat, & hanc voluntatem pate fecit Deus per illud, quod addidit, si potes, scilicet numerare: non enim erat ipse Deus nesciens impotentiam ipsius Abrahę, sed ad respiciēdas stellas inuitauit, quo agnosceret earum multitudinem; ad cuius multitudinis instar futurum erat semen suum; vnde mox intulit, sic erit semen tuum, hoc est, innumerabile, quemadmodum sunt stellæ cœli. Ad hanc scripturam sequitur alia mox quę sic habet, credidit Abraham Deo, dicenti scilicet, & reputatū est illi ad iustitiam. De hac scriptura loquitur Pau. vt palam in litera constat. Magna llma indiget hic locus vt relinquatur clarus, ex eo siquidem quod pessimi Lutherani sibi dată dicūt magnam ansam ad tuendam pertinaciter illam falsam doctrinam de remissione nostrorum peccatorum, quam dicunt nobis obuenire ex solo actu fidei, innitētes huic loco hic adiecto ab Apost. Pau. per quem constare videtur Abrahamum iustificatum fuisse ex fide, quā habuit Deo dicēti, & nulla fit ibi mētio de nostris operib⁹. Verume nimvero quantū miseri hallucinētur mox dicemus, si prius rimari fuerimus hęc verba a Paulo proposita: Dicit enim scriptura, Credidit Abraham, non dicit, fecit, nec dicit circuncidit se, sed credidit Abraham. En fides, Abrahę quam Pau. mediū adduxit, nullam faciēs mentionem vel de operibus, vel de circumcisione, sed tantū de fide, quę reputata est ei ad iustitiā apud Deū, non apud homines sicut dictum est de operibus eius, se cundū quę non habet gloriam coram Deo. Sed forsan rogabit nos aliquis dicēsquid causę est quod cum illa opera sint studiosa & bona, & cum omnibus debitis circunstantijs facta, quinimo opera excelsa & heroica, tantum sint laude digna & gloriosa coram hominibus, & non coram Deo? Si essent mala nil mirum, sed cum sint pręclara & egregia, quare nō habent laudem & gloriam coram Deo? R. apud homines aliqua sunt opera, quę nō habent

macu

maculam, sed apparent pulchra & nitida, quę si adducantur ad lyncęos Dei oculos, inuenientur maculata, & pannus mulieris menstruatę, & ideo non est mirum si aliter apparent in oculis hominū (qui tantum vident quę apparent) & aliter in conspectu Dei, qui intus & in cute intuetur & cognoscit nos: quare fieri potest vt vnus & idem homo gloriam, laudem, & honorem habeat apud homines, & sit apud Deū inglorius, eo quod peccatis intus coruptus, & contaminatus maneat. Vnde qui non habet intus cordis munditiam, quantumcumque foris sit candidatus, iustus, & bonus nō habetur in oculis domini. Illa namq; opera non purificāt corda, sicut scriptum est de fide formata, quę cordiū nostrorum purificatiua est: & proinde Abraham & alij boni homines, qui in lege naturę versabantur, licet pręclara opera egissent, ex illis tamen nec ex circuncisione iustiam Dei comparare sibi potuerunt. At quod per illa consequi non valuerunt, consecuti sunt per fidem quæ purgat peccata, quibus purgatis & remissis, apud Deū æstimamur iusti & boni. O magna fidei virtus, quam passim Christus solitus erat commendare, o mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis, & alibi, fides tua te saluam fecit, vade in pace. Et rursus videns fidem illorum, dixit paralitico, remittuntur tibi peccata tua, & alia multa huiusmodi quæ habentur in Euangelio. Vide igitur bone lector, fidei virtutem, quę non tantū propria, sed aliena, peccatorum remissionem impetrat, vide fidei valorem, vide & eius necessitatem, quæ tāta est, vt ne Petrus eius discipulus, eam amitteret, Christus ipsemet patrem rogauit, ego inquit Petre pro te rogaui vt non deficeret fides tua. Sanè magna res est fides, quæ si perfecta fuerit per dilectionem, magna opera operatur, sine quibus operibus mortua est. Sicut enim ignis fouetur & alitur lignis, stipulis, vel carbonibus, sic opera fomenta fidei sunt, ne moriatur. Et sicut oleum lucernę vt ardeat necessarium est, sic vt fides nostra resplendeat & non extinguatur, oleo operum opus habet. Et denique ea est qua in Deum creditur, hoc est amore in eum itur, tō quam vnicum nostræ salutis præsidiū, cāiusmodi erat Abrahami fides. Quare non mirum si reputata est ei ad iustitiam, non hominum sed Dei. Sed de laude fidei satis, paulo post maiora encomia eius audituri sumus ex Pauli ore: qui vt eius valorem optimè nosc it, sic quoque optimus eiūs censo rēc laudator erit. Vnusquisque namque (vt testis locupletissimus est physicorum facile princeps Aristoteles) eorum quę nouit bonus est i udex. Dicit ergo, credidit Abraham Deo, habet etiam suam emphasim particula illa, Deo, non dicit scriptura credidit in Deum, sed Deo, non absq; mysterio. Sed dices quale latet hic mysterium? R. oportet ad memoriam reuocare quod à Catholicis receptū est (de Hęreticis mihi nulla est cura) in schola Theologorum, videlicet tria esse officia, vel si mauis tres actus fidei, videlicet credere Deum, Deo, & in Deum. Primum officium designauit Paul. cū alibi dixit, accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quod inquirentibus eum remunerator est. Secundum officium siue actus fidei est, Deo præbere fidem, non quomodocunq; sed quatenus ipse per se vel per alium reuelat ea arcana & sacramenta, quæ captum superant omnis naturæ creatæ, quæq; excedunt vires cuiusuis naturæ, quæ vno simplici nomine à nobis dici solent super naturalia. Quādo igitur Deus proponit nobis ista credibilia, & mens nostra promptè & sine aliqua repulsa credit & recipit nihil curans quod nostrum superēt captum tunc dicimur propriè credere Deo. De quo credere fortassis Christus Marthæ dixit. Nōne dixi tibi, quod si credideris

Matthei. 15. Lucæ. 7.

Lucæ. 22.

Simile.

Ioan. 11

deris, videbis mirabilia? hoc est, intelliges miranda: vnde iam ex his potest a cutus auditor colligere discrimen inter primum & secundum fidei officiū. Quod ad illud accedere possumus beneficio luminis naturalis; ad secundū autem neq̄quam. Siquidem quæ Deus in 2. actu fidei nobis proponit, omne naturæ creatæ lumen vincunt, ac superant: tenebrę enim est lumen naturæ comparatum cum illis. Quare necessaria est alia altior lux. Sed insurges tu dicens, si per nostrum lumē naturale non valemus attingere illa, quorsum Deus proponit nobis credenda? Mens namque nostra impotens erit ut prębeat illis assensum: frustra igitur nobis pponuntur. Nunquid si quis noctuæ solem obijceret, incassum & in vanū laboraret? Et si ęo lumine prorsus orbato colorem præsentaret, quid faceret? Nihil sane: Illa quidem, scilicet noctua tantum splendorem sustinere non posset, nec hic cæcus lumine priuatus, alborem videre posset. Ad hoc dicitur quod hęc ratio tantum virium habet, vt nō possit non admitti. Quare gratis cōfiteor impotentiam, imbecillitatem, & insufficientiam nostram ad hoc secundum officium credendi obeundum, si per se solum præstaret homo: Quoniam licet ad ea, quę nobis proponenda creduntur, quæ non superant vires nostras, ipse intellectus sufficiens sit, tamen non tantas vires habet, tamq̄ potens ac valēs est ad illa credenda, quę supernaturalia dicuntur, ad quę imparem se agnoscit, clamans cum Iacobo ac dicens, verè tu es Deus vincens sciētiam nostram. Veruntamen si mens ex se sola ad istud officium impotens est, cedo à quo indiget iuuari. R. Internè & externe iuuari eget. Externè quidē à Deo qui est lumen; interne vero ab ipso voluntatis imperio, eiusdem que pia affectione: à priori rursus vt noster captiuetur intellectus, de quo Pau. docte & eleganter dixit, captiuantes inquit intellectum nostrum in obsequiū Christi &c. A pia autem affectione voluntatis, ne se erigat intellectus, sed humilis & demissus voluntati pareat & obediat, etiamsi sint supra suas vires illā quę ei proponuntur credenda. Aperiat hic oculos rogo & obsecro, occultatus lector, & videat quā sit felix & infelix hominis conditio: infelix enim eo quod voluntatis imperio indigeat additiua capescenda, ad eaque credēda; sine cuius ope credere non potest. At fælix, vt qui varietates naturales cōprehendat sua sponte, nullo impellente, nullo que rogante. Sed quęnam est tantę diuersitatis causa. R. Ex eo fit istud & causa hæc est, quoniam veritas naturalis tanquam perfectio intellectus, illum conuincit, & quadam vi necessitatis cogit illum, vt velit nolit prębeat assensum; & cū nulla sit sanè res quæ repudiet suam naturalem perfectionem, hinc fit vt sine precibus volūtatis, veritati naturali intellectus consentiat; supernaturales autem veritates (tametsi excellentiores sint alijs) maiorem relinquunt libertatem nostro intellectui, non ob minorem veritatem, sed propter minorem euidentiam, quare fit vt illas res necessario intelligamus, has vero liberè credamus: Colligat ex his scholastic' theologus ad istum actum fidei, quo Deo reuelanti & proponenti credimus, duos concurrere actus vnum intellectus, & alium voluntatis, neque idcirco mihi quispiam dicat, igitur penes nos tantum erit credere Deo, sicque non erit donū Dei, absit a nobis, nihil enim tale vel cogitare volumus: siquidem sicut intellectus iuuari debet à voluntate, sic & voluntas Dei iuuamine indiget, & moueri debet à Deo, ipsaque mota imperare intellectui, vt assensum prębeat, & sic fit vt fides non sit volentis, nec currentis, sed Dei miserētis. Et præter hoc etiam voluntas ornata debet esse charitate, quę eam reddat promptam, facilem, & propensam, & per

2. Corin. 10

Simile.

Iob. 36.

istam

istam quoque charitatem eleuatur voluntas ad ea quę sunt supra suam naturalem conditionē. Sicut enim aer vt lumen diffundat, prius à sole illuminari debet, sic quoque voluntas, quo captiuum reddat intellectum in gratiam & obsequium fidei, dono charitatis exornari debet. Et hinc coniecturam non modicam habes, quod illi qui fidem formatam charitate non habēt, duriores, tardiores, pigriores, segnioresque sunt ad fidem, vt videre est in malis hominibus potissimè in hęreticis, qui si vni articulorum fidei credunt, mox alium abnegant, nolentes intelligere illud quod illustres Theologi de communi consensu pro vero & indubitato habēt, scilicet quod qui vni articulorum discredit, de nullo alio fidem habet.

Sequitur.

Et reputatum est illi ad iustitiam.

NOn dixit scriptura, & debitum est ei ad iustitiam, neque dixit repositum est ei ad iustitiam, sicut Pau. dicebat, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, sed dicit reputatum est ei, Abrahamo scilicet, hoc est, ipsum credere reputatum est ei. Expendamus primùm huius vocabuli (reputatum) veram significantiam, Reputare est dare aliquid absque meritis, igitur reputatum dicetur gratuitum, e regione enim opponitur mērito, vnde perinde valet reputatum, ac si dixisset non meritum, mērito nāq; merces ex mērito respondet. Reputatio igitur erit gratiosa donatio, quę reputatio facta Abrahamo non ex operibus, non ex circuncisione, non ex debito, non tanquam merces concessa est, sed ex fide & gratis. Sed si ex fide, quomodo gratis? Et si gratis quomodo ex fide? R. particula, gratis, potest excludere opera, ita vt sit tantum sensus, gratis id est sine operibus; alio modo potest excludere in vniuersum omnia præter solam gratiam, & sic non esset vera nam ad iustificationem concurrit Christi mēritum, qui nobis meruit reconciliationem: Si autem (gratis) excludat fidem etiā est falsa, quia licet fiat gratis, fit etiam ex fide. Caue tamen ne decipiaris cum audis ex fide fieri iustificationem, non intelligas quod ipsa fides mereatur, quia tūc in iustificatione Abrahæ aliqua esset ratio mēriti, & sic iam iustitia imputaretur mērito fidei: sed vult dicere Pau. quod illa fides est gratiosè acceptata a Deo in istum finem siue effectum, vt daretur Abrahamo illud beneficiū & donum iustificę. Quando igitur Paulus loquitur de iustificatione, & dicit eam fieri gratuito vel per gratiā, nec intendit excludere fidem, nec mēritū Christi, sed tantum opera nostra quęcunque illa, quatenus nostra sunt, & sic cum ille locus scripturę qui de iustificatione Abrahę loquitur, nullam faciat mentionem de operibus nil de illis dicit, sed tantum de fide Abrahæ loquitur, manifestè patet quod hæc imputatio secundum fidem facta esset, non secundum opera quę fecit Abraham, alio qui mentionem debuisset facere de illis operibus. At sciens Pau. quod nullus homo hactenus effectus est iustus ex operibus, tacitè excluserit illa, postquam scriptura non attribuit eis iustitiam, sed acceptam refert fidei Abrahæ. Dices igitur, si tacitè sunt exclusa opera, consequens est vt dicamus per fidem excludi opera. R. quod istud consequens multoties est concessum à Beato Augustino, qui non recusauit dicere fidem iustificare sine operibus precedentibus: Lutherani enim si intelligerent de istis operibus cum negant opera, sanè nil mali dicerent, & cum catholicis consentirent. Verum enim vero tam sunt operum inimici, quod omnia opera

nostra

nostra inuerecundè prorsus damnẽt, valentes rapere cœlos complicatis manibus, nescientes quod labores manũ nostrarum manducaturi sumus, & nostram certam (vt Petrus ait) facere debemus vocationẽ per bona opera. Ad hęc quod otiosi, qui erant in foro re prehensi acriter fuerunt ab illo patre familias qui exiuit conducere operarios in vineã suam, quid hic statis tota die otiosi? ite ad laborandum in vineã meam. Dicis, Abrahamus, vt nunc decebamus, non est iustificatus ex operibus. Quorsum ergo valent opera? si ille qui pater erat noster, sic assecutus est iustitiam coram Deo, nõne nos qui filij sumus pariter assequemur? Debet ne filiorum iustificatio grauior & onerosior esse, quam fuerit patris? nunquid Deus vno modo iustificat patrẽ, & alio filiũ? R. multories miratus sum Lutheranorum ignorationem, qui cũ se solos putent peritos, & callentes lãceram scripturam, ita misere hallucinẽtur nescientes distinguere inter has tres theses. Prima quarum est talis, opera sunt necessaria ad iustificationem 2. opera nõ merentur iustificationem 3. opera non valent efficere iustificationem: omnes istæ tres sunt veræ, Lutherani duas postremas nobiscum cõfitẽtur, prima autem malè audit apud illos, videlicet quod opera sint necessaria ad comparandam iustitiam Dei: sed dicũt solam fidem sufficere, quod vera & christiana religio falsissimum existimat, & verè ita est, quod & si multis medijs id ostendere possemus nelectori simus tædio, aliquot tantum contenti erimus: & primo quidem ostendemus ex ipsamet fidei, conditione natiua. Memores nos esse oportet illius propositionis quam in cap. prętcrito posuimus vnam de viginti quatuor, in qua dictum est quod non iustificat sola sed cum suis comitibus, nescit enim operari sola nec potest, hic est fidei geniu? Dicat mihi modo Lutheranus, si non potest operari sola, quando poterit iustificare sola? prętrea da tu mihi fidem solam? dices, do tibi eam quę est sine operibus. Homo miser, non vides hanc (Iacobo teste) fidem esse demoniorum? at fides dęmoniorum iustificabit homines? O demẽtiam? o stultitiam? o stoliditatem! dęmones inquit Iacobus, credunt, & contremiscunt. Hæc namquid mortua fides est? re mortua vis viuificare & iustificare homines viuos? fides ista tua Lutherane sine operib⁹ mortua est. Adhæc si ignoras fidei comites esse, adduco tibi prædecentes & sequentes: ex prædecẽtibus vnus in adultis est motio liberi arbitrij, qua homo mouetur vt credat Deo, non tantum per assensum assentiendo verbis eius, sed quod ei iãquam Deo vero se totum dans & committens se, in nullo alio ponens suam spẽ consequendæ salutis nisi in gratia Dei & sanguine Iesu Christi. Hęc motio comes & socius antecedens est nostre iustificationis, & etiã in adultis prætcr istum primum motum liberi arbitrij per fidem, possumus considerare aliqua opera bona moralia, vt pietas in pauperes, fidelitas in conciues, zelus in bonis patriæ, & reliqua id genus, & vt vno verbo dicam, aliqua bona voluntatis dispositio. Dixi in adultis baptizã dis; nam in pueris nil tale exigitur. Sed animaduertat hęc prudens auditor, quemadmodum per illum primum actum liberi arbitrij nõ iustificatur homo quia ille actus non est tantæ virtutis & efficatiæ, vt possit iustificare aliquem, ita per ista opera antecedentia & per bonam voluntatis dispositionem non fit iustificatio, tãtum sunt ista causa remota. Dices, quomodo ergo reputãtur nobis? istud fit ex bęne uolẽtia & diuina acceptatione, & non ex nostris operib⁹, & hinc fit vtiustificatio dicatur gratuitò fieri. Cęterũ habet quoq; iustificatio suos comites cõsequẽtes. Nõ vult diuina gratia quę accepta nostra prędecẽta opera, vt recepta & habita iustificatione, otiosi manea-

mus

2. Petri. 1. Matthei. 24.

Iaco. 2.

mus: indignos sane se ostendūt iustificationis beneficio, qui post eā acceptā vel nō operantur, vel si operantur, male tamen. An putas tu homo miser á Deo gratis tibi donatam esse peccatorum remissionē, quo tu statim capias peccandi licentiam? Absit. Nōne vides quod gratiam tibi collatam spernis, si male agis? Quis vnquam alteri concessit delicti veniam & indulgentiam, vt in futurum eadem delicta vel consimilia pro sua libidine committat? hæc sanè non indulgentia, sed pessima licentia. Indulgere namq; solemus præteritis delictis, eo animo vt futura caueantur. Eas quippè habet indulgētia leges, quas & ipsa penitētia, quæ, vt vera sit (Gregorij testimonio) debet præterita mala plangere & futura cauere: sic quoque indulgentia de præteritis criminibus non de futuris datur: nullus ergo putet propter hoc quod iustificatio facta est ex fide & gratia Dei, fas esse sibi copiam ociandi, aut iterato concessam esse peccandi licentiam, dum tempus habemus, inquit Paulus bonū operemur. Et si finem iustificationis adipisci volumus, mandata Dei oportet seruemus, sicuti palam nos docuit Christus dicens, si vis ad vitam ingredi serua mandata. Hic namque finis non habetur gratis sicuti iustificatio, sed operum bonorum nostrorū beneficio. Collige ex his quod in nostra iustificatione fides est dux, quem sequātur vt assecle opera, & sicut semper duci victoria attribuitur, licet non ipse solus pugnauerit, sic licet ad nostram iustificationem alia præter fidē concurrant: tamen quia ipsa fides est dux, iustificationis victoria, hoc est, iustificationis efficacia fidei datur & non alijs; quæ quantumcunque concurrāt vel antecedendo vel subsequendo, nō dicuntur iustificationis causa. Collige secūdo etiam quod maximè obseruādum est ab eo qui vult benè Paulum intelligere in negotio de iustificatione, quod Apostolus vbicunque ait iustificationem fieri gratis & per fidem, nō ex operibus, perpetuo, & semper, eius intentio est repellere tantum opera præcedentia fidē, quia illa nec sunt causa nec merita ad comparandam iustificationem, sed per fidem tanquā causam primam & principium primū. Cæterum vt postremam manū huic clausulæ à Paulo adductæ in testimonium suæ doctrinæ imponamus, duo restant nobis pertractanda, vnum est conciliare Paulum cum altero Apostolo Iacobo, scilicet qui de iustificatione Abraham non videntur cōcordes esse: alter, videlicet Paulus asserit eam fidei, Iacobus autem attribuit operibus, Iacobi sermo talis secundo cap. Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autē non habeat? nunquid poterit fides saluare eum? fides inquit si non habet opera, mortua est, et mox loquens de Abraham ait. Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? & impleta est scriptura dicēs, credidit Abraham Deo. &c Ecce mirabilis apparere videtur compugnātia inter hos duos Apostolos, vnus nempe Paulus dicit Abrahamum non esse ex operibus, sed ex fide iustificatum, & probat testimonio scripturæ, Alter Iacobus dicit esse iustificatū ex operibus, & probat eodemmet testimonio. Quid igitur dicemus? oportet alterum esse verum & alterum falsum. Respondetur, neutrum est falsus, vterque namque spiritusancto inspiratus locutus est, nō erit nobis difficile conciliare illos, & ostendere vtrosque veros. Et in primis reijcio illam sutilem, & inanem Lutheranorum solutionem quam pasim habent præ manibus suis, quando aliquid iugulat eos, in more habent dicere illam scripturam non esse Iacobi, vel Pauli, vel Petri, vel alterius canonizati authoris; o frigidum confugiū quo omnia dissolui possēt; nos de Iacobi Epistola, deque eius authore nil dubi

D. Grego.

Gal. 6.

Matthæi. 19.

Iaco. 2.

Genesis.

dubitamus, postquam Iam ab Ecclesia Romana tanquam Iacobina est recepta & approbata. De hac autem relongâ possemus texere disputationē sed eam hic consulto missam facimus, tractandam, si Deus vitam concesserit, quando eam Epistolam explanandâ sumpserimus, illic est proprius locus. Interim iam nos eam credimus canonicā & Iacobinam, scriptam a Iacobo Apostolo. illo minore. Respondeamus igitur dicentes quod hęc apparentia repugnantię, apparentiam dico, nam reipsa sane magna concordia est, sed secundum apparentiam videtur esse: hęc inquam apparentiam & originem habet ex incōsideratione eorum quę nos paulo ante diximus, assignando comites antecedentes & subsequentes fidei, quę si diligenter infixa essent memorię, & mente revoluta sępe sępius, excutata fuisset prętens dubitatio. Beatus Augustinus libro 83. quęst. 76, vbi ex instituto hoc negotium pertractat, paucis hos duos Apostolos conciliat, dicens Paulū loqui de operibus precedētibus, Iacobum de sequentibus; illic excludit & repellit, iste includit. Magister meus Cayetanus super Iacobi Epistolam, in hunc modum de hac controuersia se expedit, dicens, Paulus reijciebat opera legis tam moralia, quam Iudicialia, & ceremonialia secundum se, Iacobus autē dicebat & docebat quod nostra Iustificatio & si fiat ex fide, sicut Paulus dicebat, non tamen ex fide sterili & ociosa, sed de fide perfecta & operosa loquebatur, & sic adinuicem non erāt contraria, sed concordes & eiusdē sententię. Vel si vis, dicito hoc modo, Paulus loquebatur de iustificatione hominis iustificandi, Iacobus vero de iustificatione hominis iam iustificati: Idcirco in illa excludenda erant opera, in ista vero amplectenda & ponenda. Atdices, quę sunt illa opera ponenda in iam iustificato homine? R. illa sunt quę debent subsequi iustificationē. Rursus rogabis, Et quę ista sunt? R. Illa per quę (vt Petrus dicit) debemus certam facere nostram vocationem; hęc autem sunt mādata Dei, Et denique omnia bona & pia opera quę debent consequi ipsam iam comparatam iustitiam, quę perfectior redditur per exercitium bonorum operum quām antea esset. Et sic Abrahamus postquam fuit iustificatus à Deo, adimpleuit mandatum ei factum de immolando vnico filio suo Isaac super altare. hanc obedientiam Deo præstitit ex qua etiam secundo iustificatus est: hoc est, magis iustus factus: Primo quidem iustificatus per fidem, secundo per opera iustior effectus. Vnde notandum est, quod licet Abraham, & quiuis alius per primam iustificationem, per quam fit a Deo iustus, capacitatem habeat ad consequēdum prēmium æternum, nam in prima gratia gratum faciente capax homo efficitur & dignus vita æterna, filiusque Dei, et si filius & hęres: tamen per opera bona quæ facit homō iam iustificatus capacior sane efficitur: quoniam in potentia magis propinqua est ad obtinendū regnū Dei, quinimo ex iustitiæ vi expectare illud potest sicut Paulus docebat alloquens Timotheū atque dicens. Bonum certamen certaui, cursum consūmaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi dominus iustus iudex. Opera namque meritoria quę gratia informata sunt ex iustitia vitam æternam mærentur. Vnde si istæ duę iustificationes comparentur inter se habent se sicut excessum & excedens. Quantū ad ingressum in Christum prętat illā quæ est ex fide; si autem consyderētur quo ad cōsecutionem finis, præstat illa quę est ex operibus: si vero pensentur penes meritū illa prima prævalet, quæ non ex nostris meritis, sed ex Christi mærito est. Porro finis consecutio ex nostris mæritis fit, non tamen excludendo meritum Christi, sed includendo; nam si à nostris

D. Aug.

Car. Caie.

2. Pet. 3.

ter gratiam & mercedem? Accipe, primo quidem operans ille dicitur qui per opus quod fecit debitam fecit sibi mercedem; operi enim merces debetur, iuxta illud. Voca operarios & redde illis mercedē, & illud quoque. Dignus est enim operarius mercede sua. Quamobrem non incongrue operarij vocati fuit mercenarij. & inde collige Iudæos illos qui executioni mandabant opera & officia legis, posse appellari mercenarios, quia factores erant, non tantum auditores, sicut supra diximus. Sed caueto ne decipiaris circa mercedem eorum: non enim erat illa merces de qua Paulus dicebat nec oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se, neque est illa de qua Christus suos alloquens discipulos dixit: Discipuli mei charissimi gaudete & exultate quia merces vestra copiosa est in cælis: Sed illa merces quam lex factoribus eius promittebat, videlicet bona terrena iuxta illud, bona terræ comedetis. Inter enim opus & mercedem oportet esse proportionē, opera namque illorum carnalia erant, talis quoque debebat esse & illorum merces. Vnde diligenter expende, lector pie, quę dicturi sumus. si proportionata debet esse merces operi, & opera legis carnalia erant, quomodo per ea Iudęi mereri poterant iustitiam Dei, gratiam & gloriam quę spiritualia sunt? nequeo sane satis mirari quo pacto Iudęi saltim periti istud non animaduertebāt: sed hoc ex eo proueniebat quod nimiū & plus iusto zelum & amorem circa suam legem illi habebant, & idcirco quod ipsa præstare nequibat eitanquam cęci amatores tribuebant. Sicut enim homo qui amore cęco diligit fœminam aliquā, quę reuera nō formosa sed turpis est, ipse tamen quia iuxta voluptatē suam amore cęco diligit eam (placet cuique sua voluptas) iuxta communeprouerbium: ideo sibi quam formosissima videtur & audire nullo modo á quoquam potest quod ipsa sit turpis & nō formosa. Sic Iudęi tā cęco amore suam legem prosequebātur quod eius maculas atq, defectus nequaquam audire poterant & exosos omnes illos habebant, qui eius maculas discooperiebāt, illosque etiam odio prosequebantur qui legis defectus, imbecillitatem, impotentiam, & insufficientiā, vel digito demōstrabant. Ad rem ergo nostram reuertentes dicimus, cum operantem appellari qui suo labore & mœritis, iure que mercedem præstolatur. Vnde alibi Paulus docebat operantem agricolam oportet primum de fructibus recipere: non operātem autem illum dicimus qui oppositō modo se habet. Oppositorum enim oppositæ sunt diffinitiones; ideo non operans is erit cui mærito operū nihil est debitum, sed si quid ei datur totum est ex dantis gratia & benepla cito. Ad hanc rem illustrandam accōmodatissimum esse potest exemplum illud de denario diurno collato á patre familias illis qui ad vineam venerant hora nouissima, qui in mercede pares effecti sunt illis qui summo mane venerant ad laborandum in vinea: vnde murmurantibus quibusdam illorū, respōsū est a patre familias dicēte; amice tolle quod tuum est, & de meo sine vt ego faciam quod volo, tu iam habes condignā mercedē quā mœruisti ex tuo labore. Si ego ex meo benepla cito volo dare alteri tantūdē vt tu accepisti tibi non feci iniuriam, & illi porrigo gratiā. Tu ex iustitia habes quod tuum erat & quod tu mœruisti, tibi nulla fit iniuria si par sit prēmium & si labor fuerit impar; hoc enim non ex iustitia sed ex mea benevolentia & liberalitate facio. Tu igitur boni æquique consule. Hoc supposito aliud est supponendum videlicet quod iustitia ista siue iustificātio á Deo datur homini operanti & non operanti, sed diuerso modo: operanti datur tan-

ex eo quod in aliquot exemplaribus græcis nil tale inuenitur: quare interpretes græci de his verbis nullam fecere mentionem. Sed nos non tam modo oportet esse addictos lectioni græcæ quam ipsi vulgatæ versioni, quę nobis modo mandato cõcilij Tridentini est demandata & proposita nobis perpetuo sequenda. Propterea cum in nostra vulgata editione hæc verba reperiantur, non est credendũ adiectitias esse illas voces & positas esse ſnperfluò, sed aliquid mysterij contineri sub illis. Adde tu lector doctè quod Beatus Hieronymus, cui se subscripsit quoque Ambrosius, hanc lectionem quam modo habemus, suo tempore sunt secuti, & postea non pauci latini interprætes sunt amplexati; & denique author huius vulgatę editionis secutum fuisse illa exemplaria in quibus hæc scripta erant verba. Vtcunque sit, vnum pro certo habetur quod hæc verba non omittunt vel tantillum sensum Paulinum nec eum obscurant, imo potius multum lucis afferunt ad claritatem literæ, tantum abest vt eam obnubilent. Quod si requiras, quid sibi velit, secundum propositum gratię Dei. Respondeo tibi ex mente Hieronymi perinde valet acsi dixisset, secundum decretum, quia Deus sic decreuerat, vt lege non existente & cessante, fides præsidium & remedium esset ad salutem, quod propositum siue decretum ex gratia Dei oriebatur, non ex nostro mẽrito. Denique antequam ad aliud testimonium, quod Paulus adducit, accedamus operę pretẽtium me facturum existimaui in gratiam eorum, qui fortassis non exactè perceperunt verba illa Pauli, scilicet, Reputatum est ei ad iustitiam: paulo clarius illa verba lectori relinquere elucidata & hoc absoluto Paulum conciliare. Vnde non pigeat eum adnotare, quod Paulus non dixit quod illud credere Abrahami erat iustitia, sed quod ẽst ei imputatum, hoc est, habitũ & receptum pro iustitia. Multum discriminis sanè est inter hęc duo videlicet esse talem vel reputari pro tali. Potest enim qui non est iustus reputari pro iusto: & si fides esset iustitia, non esset discrimen inter iustitiam operum & iustitiam fidei. Modo Paulus volens saluare hanc differentiam inter has duas iustitias dixit fidem reputatam esse iustitiam, non tamen esse iustitiam. Hoc vt melius capias, finge esse aliquem hominem qui suas locauit operas ad laborandum. Ille talis, siue opera Istius hominis non tantum iusta sunt si referantur ad mercedem ex eo quia reputantur, hoc est quia acceptantur tanquam iusta, sed per se ipsa iustitiam habent ad mercedem promissam, sed fides non ex se habet iustitiam sed ex reputatione. Vnde quando impius siue peccator ingredi vult ad christi militiam & adnumerari inter alios christianos, renuens expoliatus omni mẽrito, tantũmodo credẽs, in eo optimo tali fides non potest dici iustitia, sed reputatio iustitiæ, hoc est acceptatio ex gratuito Dei beneplacito ad iustitiam. Sed obijcies tu forsan dicens, hoc verum esse in eo qui ex impio fit pius & iustus, quia talis mẽrita non habet. Sed quid dicemus de illo qui iam semel effectus est iustus, puta quando sibi deletum est peccatum originis, per quam remissionem comparabit sibi gratiam? si postea hic iustus operetur opera iusta & iustè agat, dicentur ne hę opera quoque iusta ex reputatione? nam hic iam reperitur mẽritũ, & per cõsequẽs nõ debent dici iusta ex reputatione. Ad hoc occurritur dicẽdo hãc esse illã difficultatem quam modo de Abrahamo præmanibus habemus videlicet. An ille actus credendi quem habuit Abraham iã multo antequam erat iustus, sit iudicandus esse secundum iustitiam vel ex reputatione. Respondet Paulus talem actum iustum esse ex reputatione dicens, credidit Abraham Deo

reputatum est illi ad iustitiam. Et reuerata est: quoniam licet ibi esset meritti ratio, tamen ipsa non scaturit ex naturæ vi nostri arbitrij, neque ex puris viribus nostris naturalibus, sed ex Dei beneficio. Et istud existimo voluisse Paulum dicere, quãdo negat Abrahamum fuisse iustificatum ex operibus meritorijs iustificationis, secluſa fide & gratia Dei, per quam ipsa iustificatio dicitur gratuita. Alterum quod polliciti fuimus nos tractaturos: restat nunc nobis expediendum, videlicet conciliare Paulum secum. Est porro locus qui conciliandus venit ille scilicet (ei qui non operatur credenti autẽ in eum qui iustificat impium) Is videtur repugnantiam habere; nã vix credibile est, quod quis sit credens & nõ operans, credens hac fide amans est, at amans operãs est. Nescit, inquit, amor esse ociosus & si operari renuit, amor non est. Qui igitur fieri potest vt sit credens & non operans? R. bene potest esse credens & non operans, id est non habens merita operum præcedẽtium, vt si quis nullum egisset opus bonum ante fidem quam habet, his nõ obstantibus, fides eius reputaretur ad iustitiam. Et quando dicebatur in dubio proposito quod credens est amãs & amans operans, dico verum esse de operibus consequentibus istam fidẽ. Quoniam cum hæc fides sit charitate formata credens est amans & vt amãs est operans, quia non est fides ociosa & mortua, sed bene potest esse fides sine operibus præcedentibus: datur enim non operanti & illa accepta efficitur iustus. Quod si dicas nonne istam fidem præcedit motus liberij arbitrij, qui bonus est? igitur iste prius fuit operans quam credens; non bene ergo Paulus dicit ei qui non operatur. Responsio, iste motus liberi arbitrij non est meritorius quia est sine gratia grãtum faciente, & non est à nobis, sed à Deo: & ideo etiamsi credens habeat istum motum nihil ominus dicitur non operans.

Seqũitur.

Sicut & Dauid dixit beatitudinem hominis.

A Posto. Idem propositum confirmat à prophera Dauide mutuo sumens testimonium quod Psalmo 31. referatum est, vt iam verificetur illud, in ore duorum vel trium stat omne verbum. Dicit ergo Dauid, Beatitudinem &c. hoc est, ille homo est beatus, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. In primis non est dissimulandum silentio quod hæc verba sic expressa, vt Pau. Refert nullibi apud Dauidem reperiuntur, reuolue omnes vatis psalmos & ita esse reperies. Dices quomodo ergo Paul. allegat quod non est? falsus est Apostolus igitur. Responsio minime gentiũ, nam allegatio dupliciter fieri potest, sicut docti in sacris optimè norunt. vno modo cum verbo ad verbum locus scripturæ citatur & adducitur: altero modo, quando tantum sensus est idem; verba autem diuersa non secundum sensum, sed non sunt verba formalia, vt more scholę loquimur: vulgo solemus dicere hæc sunt verba formalia. Dices vbi habẽtur verba formalia apud prophetam? Responsio Psalmo. 31. Quomodo habent verba ista. Responsio. Beati quorum &c. Sed cur non est aggressus statim Paulus illa verba, sed prius sensum & posteà verba subiungit. Respo. bene poterat mox vt Dauidem nominauit, adiungere verba Dauidis nullis interpositis verbis, tamen fortasis ad maiorem rei claritatem, vel ideo factum est vt omnino eius antecedens in quo dixerat quod imputatio e-

rat

rat ex gratia & non ex mẽrito, clarius repeteretur: vel tercio quoque dicere possumus quod hic mos loquendi iam est assuetus præcipuè apud cõcionatores à quorũm officio non erat procul Apostolus: solent namque concionatores passim materna lingua prius dicere sententiam & subinde allegare scripturæ textum; sed hoc parui est momenti. Illud maioris quibusdam videtur esse videlicet quod illa oratio scilicet, accepto ferrè, non est latina, sed hæc culpa non esset in Paulum reijcienda, sed interpretis qui sic voluit vertere; culpa esset. Vtcunque sit, in hacre immorari non est nostri instituti. Rudinquamus hanc litè grammaticis & tractent fabrilia fabri, nos ad altiora vocati sumus & ad hæc infra nos demittere nescio si sit satis honestum. & licet non sit nostra mẽs illud primum lac quo nutriti sumus, euomere, tamen iam grandiores effecti vt Paulus ait, cibo potius, quam lacte egemus. non enim oportet eũ qui Theologum ĩ agit scrupulosum nimium de verbis, vocalis & elegantijs esse, sed res dignas suo nomine pertractare oportet. Verborũm copiam, & vocabulorum luxum Rhetoribus relinquamus & accepta referamus. nostra hic tantum interest admonere quod apud Paulum nõ idem possent isti duo modi loquendi referre acceptum & accepto ferre; nam vt inter omnes grãmaticos bene cõuenit, dicimus acceptum ferre alicui, quando volumus confiteri nos illud ab illo accepisse; sicut pila ab vna manu accepta in eandem ab ipso colludente trajicitur: sic discipulus ab aliquo præceptore egregie edoctus potest suam doctrinam & eruditionem ferre acceptam suo præceptori. Et iuxta hunc sensum nos simus grati Deo esse volumus omnia nostra bõna & beneficia Deo debemus ferre accepta; sicut illa scriptura dicit. Quæ de manu tua accepimus reddimus ti-

bi. Et Paulus alibi clamat quid habes quod non accepisti, o homo? & si accepisti cur gloriaris? quasi dicat nõ habes vnde glorieris, sed potius ti esset hæc ei à quo accepisti ferre deberes accepta. At uero acceptum ferre hoc in loco ab Apost. vsurpatum est pro eo quod remittere est. Quando enim creditor debitori condonat, siue remittit debitum, dicitur creditor debitori acceptum ferre. Magister meus Cyetanus pro suo more vnico verbo se expedijt ab illa lite, dicens: accepto ferre esse imputare; idem inquit est verbum apud Paulum: & tunc clarus sensus est beatum fore illum hominem cui Deus imputat iustitiam, sine operibus videlicet: vnde cum nobis patens & manifestus est Paulinus sensus quid opus est nos conturbare circa phrases & dictiones? nonnunquã Paulus clarus est & interpretis & veritatis culpa sit nobis paulo obscurior. Sed his dimissis ad textum exponendum reuertamur. Dicit Paulus, beatitudinem hominis. Scire hic oportet de qua beatitudine Paulus loquitur quæ beatitudo sit ista quam imputatio iustitiæ confert nobis. Omnes latini interpretes istud referunt ad beatitudinem quam vocant in spe, non in re; vnde trita & communis doctrina est; duplicem esse modum beandi hominem. Aliter quo in spe, per eam virtutem quam dicimus spem vocatur quis beatus & huiusmodi sunt omnes illæ beatitudines, in Euangelio à Christo positæ, Beati pauperes, beati mites &c. Aliter modus est quo homo beatus in re & iste solis illis competit de quibus Dauid dixit, Beati qui habitant in domo tua domine &c. vult ergo Paulus dicere spem nostram habere hominem illum beatitudinis cui Deus remittit peccata sine aliqua solutione & satisfactione, sed gratuito condonat illi sua peccata. Vbi tu nota diligenter quod qui

vult suorum criminum veniam, sperare debet in domino, & post adeptam istam remissionē maior datur ei spes ad obtinendam æternam illam beatitudinem, quę vera & perfecta est beatitudo. Nam sicut qui non habet remissa sua peccata interim vt sic maneat, spe fructatus est & vanè sperat: sic cui sunt condonata peccata, confidēter & audacter confidere & sperare potest. Sicut namque infirmus qui ad salutem sui corporis aliquod habet impedimentum, spem non habet consequēdi eam, nisi tollatur de medio impedimentum, quo repulso spem curādi medicus ei liberalissimè exhibet: Sic qui nō tollit de medio peccatum, quod magnum est impedimentum salutis animę, spem, rogo, qualem habere potest? Sane nullam. Aufet, inquit sapiens, rubiginem de argento & egredietur vas purissimum, & per prophetam Deus, peccata vestra diuisērūt inter vos & Deum vestrum. Vnde Dauid illis dabat spem, qui prius de seipsis fecerant sacrificium iustitię. Sacrificate, inquit, sacrificium & sperate in
Psalm. 4. domino. Quid rogo sibi vult sacrificate sacrificiū iustitię? quale est istud? profecto non aliud, nisi peccatorum contritio & eorundem remissio: quæ duo quicunque habent, beati renuntiati sunt, non in re, sed in spe, quæ spes à gratia est quę datur in remissione peccatorum: gratia autem arra nostrę vltimæ beatitudinis. Et licet ista quæ diximus, de beatitudine tam in re, quā in spe vera sint & chatholica iuxta multorum patrum placitum approbata, verum nescio an sit intenta hic ab Apostolo. Ideo salua semper matris nostræ Ecclesię censura & patrum orthodoxorum meliori iudicio existimarem ipse, Paulum hoc loco nomine beatitudinis nil aliud intelligere nisi gratuitam Dei peccatorum remissionem, quam si quis nactus sit, beatus merito dici & appellari potest ab ipsis hominibus. & fortassis more mundi locutus est Paulus de ista condonatione gratuita & sine operibus peccatorum. Homines namque mundi quando vident aliquem hominem omnino indignum & immeritum, nactum esse aliquod magnum beneficiū, mox vt istud venit ad eorum aures statim nil aliud sciunt dicere nisi, O, beatum virum, O felicem hominē, O felicissimam matrem quæ talem genuit virum. Omnes eū acclamant & proclamant beatum & cum in hac vita primum post creationis beneficium magnum & ingentissimum sit iustificationis beneficium, nil mirum si Paulus & Dauid dicāt esse illum hominem beatum cui Deus tantum sit largitus iustitię donum. & quod auget eius felicitatem est, datum sibi esse sine suis vllis meritis, sine labore, siue aliquibus obsequijs, sine famulatu aliquo: sed merè gratis vt iam in eo verum reddatur quod ille dixit, sic honorabitur quem rex honorare voluerit. & quoniam hoc totum debet: homo peccator referre Deo acceptum tanquam totum debitum gratiæ Dei & nihil suis meritis. idcirco Paulus subnectit iam ipsa verba formalia Dauidis dicentis. Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Si circa huiusmodi Dauidis verba nobis animus esset moram trahere, varia & multa promittere possemus. Latent namque in istis verbis non pauca mysteria, sed qui cupidi sunt ea agnoscere, ij interpretes consulant. Sunt nāque quamplures qui pro suorum ingeniorum dexteritate ad viuum explanant & tanta diligentia vt nullum sit prætermissum mysteriū. Nos in eo tātum versabimur & eatenus quatenus nostro proposito inseruire poterit, ex alijs tollite grana, ex nobis tātum legite flores.

Dicit ergo Dauid Beati quorum. &c.

Age si dicat ego non voco beatos illos quib' magna est rerū copia, nō illos

illos qui honoribus ornati sunt: non illos quibus arridet fortuna; non illos quos mundus beatus dicit, non illos qui in curribus & equis gloriantur, nō illos qui de sua se extollunt sapientia, non denique illos qui de sua se iactant gloria legis: sed illos fœlices & beatos dico quorum recta sunt peccata, & illum exilimo beatum virum, cui Dominus non imputauit peccatum. Pro horum verborum intelligentia aliqua debent & æquum est adnotari:

Primo dicit vnde veniat beatitudo ista, à remissione iniquitatum, in primis scaturit talis beatitudo. Beatus est cui condonatæ & remissæ sunt eius iniquitates. Sed rogabis nos, sunt ne idem iniquitates & peccatum. Do. si latè loqui volumus idem videntur esse iniquitates & peccatum: verum si proprie omnis iniquitas peccatū sane est, sed non recurrit omne peccatum iniquitas est, peccatum enim leniorē dicit malitiam, iniquitas grauiorem: & hoc cognoscetur hac differētia, quod omnis homo non erubescit confiteri se peccatorē esse, veruntamē appellari iniquum grauiter fert. Non dicitur homo iniquus ex peccatis leuibus, sed ex grauioribus. fortassis hanc differentiam insinuauit nobis Dauid in psalmo quinquagesimo, quando petit modo veniam de peccato, modo de iniquitate: tria namq. eadem opera commisit crimina, scilicet adulterium, furtum, & homicidium. adulterium vocat peccatū, furtū: & homicidiū iniquitatē; bis nāq. in illo psalmo nominauit iniquitatē, semel p furto, & semel p homicidio quę in eo fuerūt grauiora peccata. nec temere dico, in eo, quoniam absolutè si hęc duo mala quæ in proximo committuntur, consyderentur, certè adulterium est grauius furto, quantò coniunx præferenda est fortunę bonis, cęterum in Dauide ob nescio quas causas grauius fuit furtū, primo quidem quia furtum additum fuit adulterio quod primo commissum fuit; secundo quia ex maiori malicia & iniquitate facta fuerunt furtum & homicidium, quam adulterium, quod carnis peccatum est, quod potius sensualitate quā malitia committitur. nō me latet hoc loco per prima illa verba Dauidis plerosque ex latinis expositoribus velle. vt intelligatur iniquitatis nomine peccatū originale, quod asserunt mẽrito appellatum esse tali nomine videlicet iniquitatis: quoniā priuatio est & carentia iustitiæ originalis, & per illud illa æquitate quæ erat inter carnem & spiritum, spiritum & Deū priuari & spoliati fuimus & dei gratia. Sane malum ingēs & ruina. pacem inter vires inferiores & superiores ipsa iustitia præstabat: at ea deperdita, per hominis peccatum & mandati transgressionem omnia perturbata remansere, caro dominari spiritui vult vires inferiores parere superioribus minimè voluit: contentiones, lurgia, bella, rebelliones, pugnæ, rixæ, & denique passim lites: vt iam vera sit Eraclitii sententia dicentis, omnia fieri secundum litem. Cū igitur hoc peccatum tam grande sit malum, iurè sibi vendicat iniquitatis nomen. Sensus igitur est, Beati quorum remissę sunt iniquitates; hoc est peccatum originale: sed vnum hic obstare videtur huic explanationi, videlicet quod peccatum originis non est iniquitates, sed iniquitas vnicum tantum est. non ob id igitur Dauid videtur de tali peccato loqui, sed de peccatis actualibus grauioribus, & licet peccatum originis satis graue sit: tamen nō habet plurale sed tantum singulare. Non enim Theologorum schola admittit plura originis peccata. Respōdeo, quod licet secūdū speciem vnum sit, tamē multiplex in individuis est, primo modo non habet plurale, sed bene secundo modo: quia vnumquodque individuorum habet & hac ratione potest appel-

lari iniquitas & iniquitates, in quarum remissione posita est beatitudo: beati quorum, inquit propheta, remissę sunt iniquitates, Sed insurget aliquis dicens; ergo nos non sumus beati; quia adhuc manet in nobis tale peccatum, nobis namque manet fomes & concupiscentia etiam accepto iam baptismo. R. huic obiectioni quod in nobis remissum est peccatum originale quoad reatum penę tętnę, offensa & iniuria quę facta erat Deo, per baptismum remittitur: & hoc sine nostris męritis, sed gratis: quoniã remittere hominũ culpam non est positum in hominũ potestate, sed in placita Dei voluntate consistit. Quod eleganter satis declarauit regi⁹ Ptopheta quãdo dixit, beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Imputare & non imputare, idest remittere & non donare, non ad alĩ, sed ad dominum pertinet. Beati ergo sunt illi quorum remissæ sunt iniquitates.

Sequitur.

Et quorum tunt peccata.

METaphora vtitur hic vates. Tegi namque occultari est, peccata tecta occulta sunt peccata: Sed quomodo peccata occulta beant hominem? nõne Dauid dicebat, ab occultis meis mũda me dñe. & rurs⁹ quæ & quot sũt peccata Deo occulta? Nnnquid ipse est seruator cordium? nonne Cahim putabat suum fratricidium occultum fore, & mox Deo fuit patentissimũ, sanguine clamante vindictamque postulante, & illud scelus quod patrare volebant inueterati illi senes cum Susanna castissima? nunquid existimabant latens esse & occultum, & mox factum est notorium? Etvt semel finiamus. An non putabat Dauid suum adulterium quod cum Bersabe cõmisit fore secretissimum & occultissimum? nunquid per Natan Prophetam à Deo missum factum est euidentissimum? sane non videntur peccata aliqua esse tecta & occulta. R. nunc multa sunt tecta & abscondita hominum peccata, quæ dies domini reuelabit & palam faciet, tũc cum ipse Iudex aduenerit, absconditacordium manifestabit quæ modo nos latent: nam nos tantum quæ apparent videmus: cæterum vates non hos homines dicit beatos, sed illos quorum peccata sunt tecta à Deo. Sed dices, quid est hoc Deus ne tegit peccata? nũ consentit, an crimina cooperit? nonne de eo scriptum est, reuelabo pudenda eius, peccatoris scilicet. Quo igitur pacto est Deus contegens peccata. R. Bifariam intelligi potest istud, altero modo quod ei placeãt peccata & hoc absit. Scriptum quidem est, simul sunt odio Deo Impius & impietas: altero modo tegere dicitur aliquis peccata quando sciens & videns ea non punit: mater eum filium quem ipsa vnice amat siquid criminis commisit, ne pater iratus eum puniat ipsa suo pallio tegit: sic peccator quando offendit suum patrem Deum optimum maximum statim ad matrem confugit vt contegat eius peccata ne castigentur. Sed quæso quæ est hæc mater? R charitas ipsa de qua dicit Apostolus, Charitas cooperit multitudinẽ peccatorum, quid miraris si Deus cooperit peccata perpetrata, charitas cooperit, Deus est charitas, nil mirum sane. Pergis, si tegit Deus peccata, ergo noluit animaduertere, concedo. pergo, ergo noluit punire, admitto. Ergo si noluit punire, noluit illa agnoscere, totum do, cur non, quia ipse misericordia plenus maluit ignoscere, ipse namque propensior est ad contegendum quam ad puniendum: beati ergo męrito sunt illi non qui peccata non habent, sed qui habent, veruntamen tecta habent. Hanc beatitudinẽ ad peccata moralia referunt illi qui

iniqui

iniquitates remissas ad peccatum originale accõmodarũt. Sed tertio beatum quo que facit Dauid illum hominem, cui dominus non imputat peccatum, & istud intelligi volunt de peccato quod vulgo veniale dicitur & sic omne genus peccati comprehendere videtur regius propheta. Sed hæc dicta sint iuxta aliorum sensum & mentem: quæ pro tantorum virorũ reuerentia non sunt contemnenda, quin potius venerandа: nobis autem si aliquid tribuere possumus & per doctissimos interpretes conceditur in alium intellectum, sensum, mentem, aliamque explanationem libentissime declinabimus, non vt nos doctiores ostendamus, sed quo cupidiores & studiosiores agnoscendæ veritatis: nostram igitur inox in medium adducemus sententiam, si prius tamen aliquorum aliorum audita fuerit de hac re sententia alia, quæ magno interuallo à iã recitata recedere videtur. Dices egredia tur foras & si hæc acutior alicra & ad Pauli mentem fuerit viciniorsine alterius prædiudicio hanc poterit quicunque voler amplecti & sequi, sin minus abundabit vnusquisque suo in sensu.

Est autem sententia huiusmodi. Beati quorũ remissæ sunt iniquitates; has remissas iniquitates vocant illa peccata quę cõmittuntur cõtra legem Moysi transgressiones legis: Paulus namq. videbatur loqui de peccatis aduersus legem scriptam, quæ non remittebantur ex operibus legis: quia per legem, sicut supra diximus non fiebat remissio, sed tantum pecati agnitio, & ideo beatus erat ille cuius peccata contra legem commissa remittebantur sine operibus legis. Et quorum tecta sunt peccata contra legem naturæ perpetrata; hæ namq. leges vt diuersæ ita habuerunt diuersa peccata & quæ fuerunt contra legem naturæ dicit Dauid esse tecta & cooperta: sed quomodo cooperta. R. hoc est non punita & nõ imputata. hos dicit beatos tã qui sunt in lege scripta, quam in lege non scripta videlicet naturali, illos quia remissas habent iniquitates; istos quoque beatos, quia eorum tecta sunt peccata. Sed quis erit beatus ob id quod non imputauit ei dominus peccatũ? de quo peccato fit hic mentio? R. de nullo in particulari, sed de omni specie peccati in communi, quasi dicat, beatus erit ille siue sit in lege naturæ siue in lege Moysi; hoc est siue sit gentilis, siue Iudæus cui dominus non imputauerit peccatum quia beato in spe nullum peccatum potest imputari. Ex ijs dictis colligat doctus auditor quod quemadmodum prima illa expositio tres illas clausulas referebat ad tria peccatorum genera, videlicet originale, mortale, & veniale, ita & hæc secunda refert ad peccata contra leges; scriptam videlicet & naturalem: & ad omne genus peccati qualecumque sit referuntur illa verba, beatus vir cui dominus non imputabit peccatum. Hęc iuxta aliorum placitum dicta sint, nostram iam fortũtan expectat curiosus auditor sententiam, quam post quam legerit non ambigo quin multo illis duabus existimabit inferiorem. Quod ego non conficias, non enim tantũ me facio vt putem nostram pinguem mineruam, aut præferendã, aut æquãdam cum tantorum virorum sapientia. Sed ideo existimet pius lector istud fieri quo collatis illis cum nostra hac tenui, paupere, & exigua, explanatione ille multo magis apparerãt illustriores & acutiores; exiguũ nãq; & pusillũ collatum cum ingenti, & magno, certũ est quod redditi illud ingentius, & maius. Sed iam accedamus ad nostra, missis alienis. ante omnia iubet reddere lectorem certiorẽ de proposito & intentione nostra, quę talis est. videlicet quod tam in Apostolo, quam in Dauide vnica fuerit mens in istis tribus clausulis, in prima, secunda, & tertia, quare non est necessarium referre nam ad peccatum originis, alteram

ad pec-

ad peccatum mortale, & aliam ad veniale. Nam si ego nō fallor, Paulus nō multiplicauit illas ad cōprehendēda ista tria genera peccatorum: sed sui instituti memor quod præ manibus habebat, volens illud confirmare, & corroborare per Dauidis testimonium, quod maxime ad rem suam faciebat, adduxit illa verba fidehter, vt erant scripta a Dauide: ex quibus suum ipse proba bat apertè propositū. Dices & quod erat propositum, & institutum Pauli illo in loco? R. ostendere scilicet quod nec Abraham, nec quiuis alius homo erat iustus, & beatus ex vi suorū operum. sed beatus erat homo ex iustitia remissiua peccati, quasi dicat, beatitudo hominis est iustitia Dei remissiua peccatorum; non horum vel illorum, sed absolute peccatorum. & hoc probat testimonio Dauidis dicentis, Beati quorum, &c. forsan dices, ad istud probandum satis erat prima clausula, & nō opus erat addere illas alias. R. siacutè discutiantur hę tres clausulę, reuera idem pollere videntur, fermè ciusdē met rei geminatio est. At dices & hoc non dabitur tanto doctori vitio? R. minimè? quia vnū est alterius explanatio, ex remissione sequitur tectio; ex tectione, non imputatio. ex hoc quod peccata sunt remissa, Deus contegit illa & quia sunt cęlata, & tecta à Deo, ideo ab eo non imputātur. Ista tria cōcurrunt ad cōdonationem peccatorū nostrorum, primo remissio, secundo cęlatio, tertio non imputatio; & vnum scaturit & fluit ab alio, remissio tollit culpam, tectio aufert Dei memoriā, & præbet obliuionem. Amplius dicit Deus per prophetā nō recordabor, nō imputatio ad ablationē pœnę æternę pertinet. Hęc tria ipse solus Deus facit, & non opera, ipse est remittens, ipse tegens, & ipse quoque non imputans, nō igitur operib' hęc sunt attribuenda, sed Deo. Quod si modo à nobis requiras, nunquid hęc tria extenduntur ad remissionem omnium peccatorum, tam originalis, quam actualis? R. maxime. sed non sunt ista tria sic diuidenda per illas tres clausulas; quasi in omnib' peccatis non inueniātur oñes tres, sed singulæ in singulis peccatis. Nihil horū mea sententia, Paulus hoc loco excogitauit, nec Regius ille propheta: sed intentio Prophetę in illo psalmo, sicut dicit Beatus Augustinus, erat instruere nos & docere quod iustificatio non fit ex nostris operibus, sed ex gratia Dei. Vnde congruè vsurpauit Paulus ad corroborationē præteritorū. Dixerat antea quod Iustificatus ex operibus tantum habebat gloriam in opinione hominum, non apud Deum. & etiam in superioribus dixerat, quod iustificatio fide fiebat & non operibus: Ad confirmanda hęc duo aptè assumptus ex Dauide locus iste qui ad viuum explicabat Pauli institutum. & vt vel vnum verbum tantum dicam de prima illa explanatione, vnum in ea dicitur, quod mihi non est multum gratum, videlicet quod Dauid per illa verba (Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum) intelligat peccatum veniale. nil enim mirum insinuasset Paulus, siquidem cum peccatum veniale illud sit quod dignum est venia, vel non magna culpa dignum, quod talę non imputetur non est mirum, & proinde multo melius diceretur quod peccatum originale intelligitur in hac clausula, tum quia hoc peccatū simpliciter dicitur peccatum in scripturis, venialę autem est secundum quid. & quod illud peccatum, scilicet originale homini non imputetur, quādo ingreditur scholam Christi, sane magna beatitudo est. Vnde agnoscens Propheta in persona sua & aliorum tantum donum, dicit beatum fore illum virum cui non imputat Deus tantum peccatum. Cæterum quod in alijs duabus clausulis sermo sit de peccatis actualibus nil repugno. Alias elucidationes horum verborum consulto missas facio, legat qui volet doctissimum

simum Origenem & Beatum Ambro-
Origi. Ambro. siū & alios, si omnia hic apponerētur forte lectori tedio essemus, neque ad vnguem verba psalmi hic sunt expli-
cāda, sed suo in loco. Colligat interim ex nostris dictis diligens lector quod sicut in peccati condonatione sunt tria quę diximus; ita in cōmissione peccati auersio, quę primas tenet cui respondet offensa, & priuatio gratiæ et charitatis, ex qua sequitur macula: peccatū enim, vt testis est Beatus Tho-
D.Tho. mas, in anima maculam relinquit: por-ro per conuersionem ad bonum com-mutabile quale est creatum bonum reus, & obnoxius efficitur homo eter-ni supplicij. hæc nam quę tria ad pecca-tum consequentia sunt, à quibus tri-bus liberamur per remissionem, per tectionem, & non imputationem, & hoc non nostro marte, sed gratuito Dei beneficio. Nō ergo mirum, si illos Dauid Rex beatos dixerit, quibus hęc dona largitus est Deus: imo potius, si Dauidi quicquā addere liceat, beatos dicam non solum peccatores, sed pec-catum ipsū; quod tam facili reparatur remedio. Deo sit gratia summa qui nostris tam est clemens peccatis. Has omnes explanationes tu qui catholi-cus es auditor citra periculum suscipe re poteris, caueto tamen ne auscultes illam quam Antichristi Lutherus & sua proles ex istis Dauidicis verbis, falso & perperam tamen intellectis extorse-runt dicentes, nunquam in remis-sione peccati tā originalis quam actu-alis tolli culpam, sed semper manere, non tamen imputari à Deo; & ad istum sensū retorquet verba Dauidis. Sed vide hominis cęcitatem & ignorantiā, nedicam insipientiam; rogo debitum quod remittitur nō tollitur. Quando Christus dixit Magdalenę, remittuntur tibi peccata vade in pace, quæso re-manserunt in ea peccata? quod si asse-ris, percontor, quomodo dictum est ei vade in pace? potest ne ire in pace cui non sunt ablata peccata. si secum manēt, & affert peccata secum ipse, qui fieri poterit secum habere pacem? Iu-stificati, inquit Paulus, pacem habea-mus; si remanent peccata quomodo quęso habebimus, absit à nobis tā pesti-lens doctrina: nō enim tale est Dei Iu-dicium in nostra peccata quale & ho-minum, homines namque Iudices si volunt bene possunt absoluere reum, qui in crimine est, si testes in sui fauorē habeat: hoc tametsi in tribunali homi-num vluvenire possit: tamen impius sit qui talia cogitabit de Deo iudice iustissimo, cui odio sunt simul impietas & impius, & iniquus. ergo si manet ini-quitas in homine, quomodo erit Iu-stus, atq; beatus coram Deo? sane tam est hęc res à ratione procul, & à quouis recto iudicio, vt nulla reprobatione in-digeat; sed pro certo teneamus, omnem culpam siue peccatum quod Deus remittit nobis verè esse remissū, & radicitus auulsum, & sublatum & nō remanere: alio quin ex quo possemus dicere peccata quę christ' venit remit-tere & tollere; nec remissa; nec sublata esse; quod nō lenē sapit blasphemiā; Certo igitur credamus quod quando Deus remittit, & tegit, & non imputat peccata quod illa amplius non rema-nent. si enim nostra peccata nauacula more capillorum essent abrasa; non mirum quod temporis spacio recres-cerent; quia nauacula non tollit pilos vna cum radicibus, at Deus tollit & au-fert maliciam ad radices vsque. Vale-ant ergo & desinant ista affari. Verum est tamen, & necessario fatendum quod non semper cum remittitur peccatum simul culpa cum comite sua pena dele-tur: sed deleta culpa remanet pe-na. De qua re copiosior alias habebitur sermo, hęc quasi per transennam à no-bis dicta sunt, quę sufficiant pro intelli-gentia verborum Prophetę Dauidis: hic vero discurrere An in postremo il-lo Dei Iudicio bonorum qui adepti e-runt iam gloriam, peccata quę hic fuere tecta, si fient manifesta: & si ma-

nifesta,si de illis pudorem habebunt, nec ne:vt,verbi gratia Magdalena de suis impudicis actibus,Matheus de suis vsuris,& latro de suis rapinis.hęc merito aliud tempus,& alium locum postulant,quo pro dignitate quęstionum copiose exarari possint.nũc cursim & raptim duo dicimus ne ieiunij transeamus alterum quod patentia erunt peccata & errata sanctorum,quę cum hic agerent perpetrarunt,sine tamen aliquo pudore,& verecundia,satis fuit illis:illaet ubescentia quam contraxerunt dum hic viuerẽt de qua Dauid dicebat, cõfusio faciei meę cooperuit me:malivero quia hic non habuerunt pudorem,nec verecundiã,sed effrontes,inuerecũdi multa pudenda flagitia commiserunt, palam fient vsque ad cogitatus fœtidos; omnia ad confusionẽ,ad pudorem & ad opprobrium eorũ,de quibus Deus per prophetã inquit. Reuelabo pudenda eorũ,& multo magis ea scelera quę hic per Dei misericordiam fuerant cõdonata;&hoc in pœnam quia ea misericordia postea alijs peccatis fuerunt abusi;& idcirco sũmo pudore digni erunt suffundi,& obrui,& vix audebunt prę verecundia apparere coram bonis. Liberet nos Deus per suam magnam misericordiam à tanto malo,& nostras hic suffundat facies quãto voluerit pudore,vt nos liberet,& excusei in die iudicij ab illo.Sed ad textum redeamus.

Sequitur

Beatitudo autem hæc in circuncisione,tantum manet,an in prępucio etiam. &c.

Adnectit& applicat Apost.authoritatẽ acceptam à Dauide, ad id quod dixerat de iustitia Abrahami, & quęrit: An hęc beatitudo promulgata & recitata à Dauide teneat locum in circuncisione tantum uel etiam in prępucio? Et in primis obserua hic,Paulum immutatione vti,quę fit quando rẽ pro persona vsurpamus:accipit hic circuncisionem pro circuncisis,& prępucium pro incircuncisis, & quęrit à Iudęo.scilicet, dicens.Quęro à te Iudęe est ne ista beatitudo tantũ in his quĩ sunt circuncisi an in alijs?Dicimus enim quod reputata est fides Abrahę ad iustitiam Probat vltimam partem,quod videlicet habeat locum non tantum in circuncisis hominibus,sed etiam in pręputiatis,& probat in ipsomet Abrahã,dequo notandum est quod ipse fuit in duplici statu, sub statu primo pręputij: hoc est,fuit prius incircuncisus, quam circuncisus. Dicit ergo sic Paulus, Percontor á te Iudæe quando Abrahã fuit iustificatus, & fides reputata ad iustitiã sub quo statu erat?hoc est erat ne circũcisus ad huc? non,sed erat incircũcisus.ergo iustitiã accepit dum esset in pręputio,& non dum erat in statu circuncisionis,antequã circunciderẽtur,iam erat reputata ei fides ad iustitiam.ergo in prępucij statu manens iustificatus est.nõ ergo per circuncisionẽ reputata est iustitia ipsi Abrahę,quia nõdum erat. Tametsi hic textus ex se patens,& clarus est;tamen lector bone sicupis intimius penetrare hoc Pauli argumentum,remitto te ad librum Geneseos cap. 15. quẽ si legeris palã videbis quomodo prius fuit Abrahã iustificatus,quã circuncisus.cap.nãque 15.agitur de iustitia Abrahę,& cap. 17.de pręcepto dato Abrahę vt fieret circuncisio,vnde iustificatio pręcessit circuncisionem.Hic aliqua de circuncisione discuti a nobis possent, deque pręputio,quod triplex dici solet vnum cordis,alterum oris alterum virilis instrumenti & organi.hic Paulus prępucij nomen de tertio intelligit,nempe de illo quod est in mẽbro vitili hominis, non de alijs.Obseruet hic studiosus lector,quod Paulus alio modo poterat decidere hanc quęstionẽ, scilicet.An beatitudo ista quę est peccatorum iustificatio,spectaret tantũad illos qui sunt incir-

in circuncisione, nec ne: vel etiã pertineret ab prepuciatos: tamẽ placuit ei conuertere se ad typum & exemplar Abrahamũ, qui fuit prepuciatus & circuncisus: in quo si probasset, restabat probatum quoq; in alijs. Poterat probare in Isaac, Iacob, Ioseph, & in alijs qui priores lege scripta fuerunt: qui adepti sunt ã Deo iustitiam & non per circuncisionem nec per legẽ, quæ non dum erat, sed reputata est fides ad iustitiam. Verũ hoc voluit Paulus probare in Abraham: quia maior quæstio erat de Abrahamo & dubium: quia ipsi datum fuerat mandatum de circũcisione, & non filijs vel cognatis suis: & rursus quia magis constabat in Abrahamo quod ex fide fiebat iustificatio, quam in alijs, eo quod istud expressim habetur in sacris litteris, & ideo soluit hanc quæstionem in Abraham, potius quã in alijs. Hæretici autem miseri, & impij, ex responsione Pauli qua dixit Abrahæ imputatam esse fidem, putant recto consequi, & trahi q̃ post baptismum non imputantur nobis peccata propter fidem, quasi vero post primã iustificationem quæ fit de peccato originis, & de peccatis alijs, quæ præcedũt iustificationem, quasi in quã non possint committi alia peccata. Absit. Illa nãque prima beatitudo non sic facit homines beatos, vt eos reddat impeccabiles, non sic. Sed iustificati semel ad huc possunt relabi & peccatis inuolui. Dices si relapsus fuerit homo in alia peccata, post primam iustificationem: quæso per quam erit beatus? Nũ quid per primam? R. non per primam quæ iam reiterari non potest, sed fiet per aliam qua remittuntur illa peccata nouiter perpetrata: & hæc remissio fit per authoritatem rursus remittendi peccata, & per opera charitatis quę cooperit multitudinem peccatorũ. Licet ergo peccator per primam iustificationem quę fide sit beatus: tamẽ si in ea non perseueret, sed relabatur in peccata, non obstante illa fide imputari possunt ei alia peccata post primam iustificationem commissa. Non enim Deus per illam fidem remittit nisi peccatum originis, & alia antecedentia, non autem sequentia. Si enim iustificatus semel & adeptus beatitudinem in spe, persisteret in illa, ego non refugerem confiteri quod propter illam fidem, qua primo iustificantur, non reputantur illis peccata post baptismum. Cęterum quia non tenet quod habuit, nec conseruauit, sed iterum secudo relapsus est in peccatum bene potest imputari peccatũ. Quid enim prodest illa fides, si postquam nactus es eam, per peccata occidis illam & mortuam facis, fides mortua non iustificat aliquem. Abraham autem si iustificatus est per fidem, eam postea bonis operibus & per obedientiam cõseruauit. Animaduertat hic ingeniosus auditor, quod illud quod diximus de iustificatione Abrahę non tantum de eo intelligi volumus, sed de omnibus illis qui erant in statu naturalis legi, eandem namque iustitiam, & ipsi cõsequi potebant eodẽ quemodo quo ipse fuerat assecutus: videlicet, per eandem fidem. Collige pręterea quod sicut illis qui erant sub lege naturę, nõ erat necessaria circũcisio ad nanciscendam iustificationem: sic nec nobis christianis qui sumus sub lege gratię multo minus est necessaria. Nec opus habent illi qui volunt recipere legẽ Euangelicã, quin potius si modo aliquis militari vellet in Euangelio & circuncisionẽ reciperet, non solũ nõ proficeret. Verum etiam noceret. Si circuncidimini, inquit Paulus christus vobis nihil proderit. Postremo admonet magister meus Cayetanus, vt in more habeat, duas illas particulas superuacare, scilicet verbum, manet, & adverbium, tantum, forte id dicit quia in exemplari græco nõ reperiuntur. Sed de his non oportet multum nos esse anxios post quam nec additionis ablatio variat germanum Pauli sensum. Intercpreti

preti aliquid donare possumus, præcipue quando quod ipse addidit, vel detraxit non variat ipsum sensum. In hac enim sententia, nec verbum, neq; adverbium, tantum, ponitur frustra & otiose.

Sequitur.

Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio. &c.

TAcitam hic Paulus diluit obiectionem, quam Iudæus circuncisionis acerrimus defensator facere potest in Paulum, dicens. Tu Apostole nō vis, vt inscribatur iustitia Abrahæ ipsi circuncisioni: Dic ergo ad quid ei deserviuit? Tu non dices eum suscepisse citra omne commodum, nec frustra. Doce ergo nos quę fuerit ei vtilitas circuncisionis? si Abraham nō est assequutus iustitiam per circuncisionem, dic nobis si aliud est consequutus? Huic interrogationi occurritur. R. placet mihi vobis Iudęis dicere quit vtilitatis reportarit, attentas mihi aures præbete. Primo accepit vtilitatem signi: hoc est, data fuit ei in signum. At dicet quis rei? R. pacti, q̄ pepigit Deus cum eo & toto suo populo: & quomodo habet fœdus & pactum? lege Genesis cap. 17. vbi sic loquitur Deus ad Abraham, hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me, & vos & semen tuum post te, & sit signum fœderis inter me & vos, de quo pacto hic Paulus loquitur, dicens, Abraham accepisse circuncisionem signaculum iustitiæ fidei: quod emus prius verba pacti, vt illud melius intelligamus. Dicit Deus hoc erit pactum. Consyderatione hic opus est bone lector, quorsum cum iā Deus antea pepigisset pactum & fœdus inter eum & Abraham: quare iterato rursus aliud init pactum? nunquid prius satis erat? Occurro bifariā dubioloisti, primo dico quod hoc pactum non est tam nouum pactum quam prius iam dati signum. Figura enim hæc est quę dicitur Mathalepsis, per quam vocat circuncisionem pactum, quia est pacti iam antea initi signaculum, non obscurum, sed clarū, & apertum, & etiam mysticum. Secūdo modo dico quod est nouum pactum istud de circuncisione; quoniā per illud pactum populus Iudaicus nō erat disiunctus, & separatus; sed manebat ab alio populo indiscretus, idcirco vt iste populus à Deo dilectus, præ alio illustrior, & magis in signis voluit Deus porrigere Abrahamo circuncisionē & semini eī, & nota & caractere nisibili insigniri iussit expresso & regio mandato, dicens; paruulus cuius caro circuncisa nō fuerit, peribit de populo suo. Sequitur in pacto inter me & te, & addidit inter me & semen tuum. Quid opus erat addere istud? R. sicut initum fuit fœdus inter Abrahā & suam prolem, ita voluit vt intelligeret non ad ipsum solum, & filios suos sed etiam initum fore pactum cum omnibus etiam posteris suis, etiā nondum natis. Mira res, ipsi nondum erāt & iam Deus inierat pactum cum illis. Vide tu in hoc Dei beneuolentiam in Abraham, qui recordatus fuit eorum qui non erant, perinde ac si essent in rerū natura. Neque mirum, vocat nāque ea quę non sunt, tanquam ea quę sunt. Sed dices pactum obligationem secum ducit: qui fieri poterat vt qui nō erant astringerentur pacto? R. Deus cū sit conditor omnium hominum tantumdem Iuris habet in eos qui non sunt sicut in his qui sunt. Cape bone lector hanc Analogiā, & eam diligēter nota; si primus parens potuit obligare eos qui nondum erant, quando ipse peccatū cōmisit, & facere nos suo peccato subiectos, reos & obnoxios, eo quod ipse tali pacto receperat donum illud iustitię originalis, pro se videli-

delicet, & pro omnibus suis posteris. Quid mirum est si Deus creator omnium tam præteritorũ, præsentium, quã futurorũ, quid nouum si eodẽ pacto subiecerit, & astrinxerit eos qui nondũ erant? nunquid omnes ex æquo pendent ab vno conditore? & vt finiam dic, vna ciuitas, vna Res publica non solet pacisci cũ alia ad centum milleque annos? nunquid illi qui nascuntur post centum annos, à die pacti, illi nunquid non seruant fœdera & pacta? Maxime. Quomodo si nõ erant? R. qui erãt prose & futuris inierant pactum. Dices tu, igitur benefaciunt qui ex semine Abrahæ modo sunt, si seruant pactum quod ipsis etiam positum erat. Nequaquam. quoniam tale iam spirauit & irritum est. Sabolita est circuncisio quæ signum pacti erat, loco cuius subrogatũ est aliud sacramentum, quod signum est sacræ rei sanctificantis nos, nempe baptisma, quo abluimur, lauamur, & purgamur à nostris inquinamẽtis perfectius multo, quam per circuncisionem. Illud est ergo pactum circuncisionis initum non Abrahę & suis posteris. Cæterũ quo in die, & qua in parte, quo cultro, quas personas comprehendat, quibus instrumentis, & alia ad circuncisionem pertinentia poterit interpres Pauli dum interpretatur dicere, si voluerit: nos abiistis licitè nos subdicimus, quo expeditiores effecti ad textũ explicandũ nos conuertere possimus. Dicit ergo Paulus, Et signum &c. Profecto nullam videtur habere hæc particula connexionem cũ præcedentibus, nescio quid copulat, cũ sit nota copulandi. R. sane verum est, sed hoc loco non est copulatiua: sed vice alterius supposita est. Cui' alterius cedo? loco istius, scilicet, quia: doctis namque & versatis in sacris litteris satis notũ est particulam, &, poni interdum loco quia, & sic fit hic; & ideò non mirum si nõ copulat. Sensus est, vtilitas circũcisionis ista est, vt esset videlicet signum iustitiæ illius, quam ex fide receperat. Sed dices inter signum, & rem signatam debet esse aliqua consonantia; maximè, quę igitur est hic proportio, & conuenientia? R. talis est. sicut circuncisio iubebat medio illo lapideo cultro abscindi & auferri pelliculam illam quæ superflua videtur: sic iustitia Dei quasi gladius est, non petrinus, sed ferreus, quo in homine carnali amputantur peccata, quãdo remittũtur, quãdo tecta sunt, & quã do non imputantur. Ista circũcisio est nõ carnalis vt illa, sed spiritualis, & illa signũ erat istius. Et dicit signum circuncisionis pro eo quod est circuncisio; intranstitiua locutio est. Nã circuncisio nõ habet signum, sed ipsa est ipsummet signum. Et vult dicere Apostolus respõdens, quod circuncisio est signum, non intelligas quemadmodũ alia sacramẽta veteris legis. Nam illa tantum erant signa in quibus no dabatur gratia, sicut in circuncisione in qua dabatur gratia nõ ex virtute sibi inhærente, sed ex pacto diuino, sine aliquo motu boni operis interioris, sicut erat in aljs sacramentis, & scholastici ob id dicunt tãtũ esse signa. vnde erãt causa, sine qua non, sicut ait Diuus Tho. 3. par. quęstio. 71. arti. 4. circuncisio enim delebat peccatum originale, quod sine gratia non deletur. Nolo me intromittere in eã quęstionem quę habetur in scholis, de qua hactenus lis est inter illos, quos vulgus appellat Scotistas, & Thomistas; si fieri potest à Dei potentia quod peccatum quodcunque illud sit remittatur absque gratia. Ad hanc litem componendã, siue decidẽdã, remittãtur lectores ad scholas in quibus satis ampla est doctorum scholasticorum copia illos interrogẽt, nos interpretis munus agimus, qui in istis occupari haud debet: nostram tamen breuiter si quis optat scire opinionem is intelligat me vt diu Tho. discipulum, etsi omnium minimum, in hoc esse voto, vt credam semper peccati remissionem nobis fieri per gratię largitionem. Hęc namq. est vis, & natura contrariorum, maximè immediatorum quod vnum per

aliud

aliud expellitur. Vnde fit vt post peccarum non tollatur culpa, quin adueniat gratia. Hęc cõtraria sunt inter quę nõ video medium. At doctissimi Scoti rationes ad censuram nostram hic adducere, alienum est sanè à nostro proposito. Nos ad rem nostram recurramus, teneamus certa, & dimittamus incerta: pro certo haberi debet, quod in circuncisione dabatur gratia: & si non tam copiosa, vt in nostris sacramentis effunditur.

Signaculum iustitiæ fidei quę est in pręputio.

EXplicat Apost. naturam circunciſionis, quasi respondens, interroganti quę esset conditio, & natura circunciſionis. R. est signaculũ iustitię fidei. hęc est definitio circunciſionis. Vbi nota ꝙ de natura circunciſionis nõ est quod sit remissio peccati originalis, sed quod sit signaculum iustitię Dei: & vide ingenium Pauli & pondera eius uerba, omnia plena sunt mysterio. Non dicit circunciſionem esse causam iustitię Dei, nec eam augeti per circũciſionem, sed tantum signaculum dicit, ne daret Iudęis occasionem putãdi quod iustitia Dei veniret & emanaret a circũciſione ꝙsi ita esset oñes præputiatos, qui non suscepissent oportere excluſos & indignos fore a iustitia Dei: & sic beatitudo tantum remaneret in circunciſione, hoc est, in circunciſis, & ob istam met causam in definitione iustitię adiecit illam particulam, in pręputio non vt excluderet à Iustitia circunciſos, sed vt docerer, etiam illam inuenisse Abraham dum esset in pręputio, & alij multi. &c. & ꝙ hoc respõdet illi interrogationi quã fecit, dicẽs, quomodo reputata est hęc iustitia Abraham in præputio, vel in circũciſione? Et notatu curioſe lector particulã, quomodo, quę prima fronte vnum significare videtur & tamen aliud designat particula quomodo, vt in sacris vldere est scripturis. interrogatiua est modi, modũ n. quęrit, vt vno exemplo ſimus contenti, talis est illa rogatio virginis ad Angelum dicentis. Quomodo fiet istud? modũ quærebat virgo non dubitans, sed modum concipiendi requirens. Paulus non erat neſcius modi quo reputata esset iuſtitia Abrahæ, quem iam ipſemet pronũciauerat; non igitur interrogatiua est modi, sed temporis, vel ſtatus: perinde namque valet ac ſi interrogasset in quo tempore, vel in quo ſtatu erat Abraham quando reputata est fides ſua ad iuſtitiam, ſi erat in ſtatu præputij, vel circunciſionis quando iuſtificatus fuit & reputata est ei fides. Non ergo quęstio erat & interrogatio de modo nam frustra interrogasset, postquam iam dixerat ipse Paulus quomodo esset facta; puta non ex operibus legis, sed gratis & ex reputatione. Sed hæc interrogatio est de tẽpore ſiue ſtatu in quo fuit Abrahamo reputata iuſtitia, & sic Paulus conſyderationem habuit non modi, & perſonę; ſed temporis, & ſtatus. De tempore igitur quęstio erat, quã Paulus ſumma breuitate declarauit dicens, Abrahamum ſcilicet non esse iuſtificatum tempore circunciſionis, ſed dum esset in pręputio, & sic præputiatus conſecutus est illam beatitudinem, & effectus est tunc temporis iuſtus. Dicit P. ꝙ circũciſio erat ſignaculũ iuſtitiæ fidei, hoc est, erat quædam nota, & quidã character impreſſus, quem mẽrito Paulus vocauit ſignaculum. Vnde notatu quod prius tribuit circunciſioni nomen dicens esse ſignum: & deinde appellauit eam ſignaculum & niſi aliquid amplius Paulus voluiſſet inſinuare nobis in nomine ſignaculi frustra esset iſta variatio nominis: vnde non approbo illorum ſententiam qui dicunt idem importari vtroq; nomine. Non enim omne quod ſignum est ſignaculum dici mẽretur; ſtatua nam q. ſignũ est: at nõ apte

dicetur

dicetur signaculum. Rursus ramus pendens ante tabernam signum est: at non signaculum. Signaculum illud dicitur quod aliquo tempore recondit um esse voluerus, postea aperiendum: signacula erant illa septem sigilla, quibus clausus erat ille liber, quem Ioannes vidit clausū, aperiendus quippe erat suo loco & tempore, non à quocunque alio nisi ab agno occiso. Adnotat hic docte doctissimus Origenes (vt omnia) vnam eandemq; rem esse signum, & signaculum. Legat eum qui cupit, & intelliget quo pacto circumcisio erat signum, & signaculū iustitiæ. Fidei erat signum per quod aliud significabatur, illa namque circumcisio carnalis adumbrabat, & typū gerebat alterius circumcisionis, scilicet spiritualis. Illa amputabat pellicu lam, ista spiritualis amputat, & aufert cunctos carnis appetitus noxios, & hac ratione signum erat. Ceterum & signaculum quoque erat, quia præseferebat mysterium contectum suo tempore aperiendum. Dices, quod erat hoc mysterium? Respondeo. Sacramentum baptismi, qui successit, & per quem tollitur peccatum originis, vel si mauis mysterium erat ipsa iustitia, quæ per fidem datur. Quod mysterium abscondit um, aut non potuit intelligere Iudæus, vel noluit, qui putabat tantum dari iustitiam vel per opera legis, vel per circumcisionem, cum nil tale verum sit: vt elegantissime Paulus ostendit in hac epistola. Sed percontabitur quispiam dicens, si circumcisio erat signum iustitiæ fidei, vel erat signum apud Deū, vel apud homines. Respondeo. Non erat signaculum respectu Dei, sed hominum: nam Abraham iam erat agnitus iustus a deo, sed non erat notus talis hominibus. Deus nō indiget signis cui omnia sunt per se nota. Iudæi sunt qui signa petunt, & illis multa sunt data signa, omnia in figura contingebāt illis. Sed dices rogo, si Abraham non est effectus iustus per circumcisionem, quia iam erat, cū esset sub præputio: Quid igitur contulit ei, & quare circumcisus est? videtur hoc factum esse sine necessitate. Respondeo. Circumcisio certe per modum sacramenti nil ei contulit, quia non erat respectu eius sacramentum, quod erat ordinatum ad tollendum peccatum originale q̄ iam inuenit in eo sublatum: præbuit tamen aliquid virtutis circūcisionis receptio. Siquidem circumcisionis præcepto Dei iubentis obediuit. Iste actus ex charitate emanans & ex obedientia procedens suo non debuit carere mæritosicut non caruit ille actus immolationis quo paratus & promptus erat immolare suum charissimum filium Isaac: per istum primo non fuit iustificatus Abraham, sed bene fuit talis actus mæritorius, sicque & receptio circumcisionis facta est ei męritoria. Et quando dicis, si non est effectus iustus per illam quare accepit circuncisionem illam? Iam est dictū & responsum quare ei data fuerit. Huic responsioni addo etiam modo aliud dicens quod non accepit vt esset iustus, sed vt efficeretur Iustior.

Apocal.

Vnamet res signū & signaculum.

Deo omnia sunt presentia.

interrogatio.

Vt sit pater omniū per præputium, vt reputetur illis ad iūstitiam.

POstquam Apost. in superioribus explicauit duas illas maximas vtilitates, & fructus quos assecutus est Abraham ex circumcisione carnali quā accepit: nunc iam causam finalem circūcisionis datæ Abrahę aperit hic & manifestat.

Vt sit inquit pater &c.

HOc est in istū finem data fuit ei, vt esset pater omnium credentium

Abraham typus non solum fidei sed etiã operum erat. Multi filij Abrahę spurij & christi quoq; tales sunt

Iacobus non est aduersarius Paulo, qui dicit, Abrahamum non fuisse iustificatum ex operibus. Ille loquebatur de secunda iustificatione. Paulus vero de prima. Vnde colige tu acute lector quod licet Abraham propositus sit nobis tanquam exemplar fidei, non tamen solius fidei typus est noster, sed etiam operum. Vnde tantummodo aliqui filij Abrahę non legitimi, sed Spurij eum imitari volunt in fide, & non in bonis operibus. Vnde Christus reprehendens illos Pharisęos, qui se iactabant quod essent filij Abrahæ, sic est eos aggressus dicens. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Non dicit, vt Abraham credite, sed opera facite, quasi dicat, sequimini vestigia patris vestri & eum imitamini in operibus bonis. Ex negatione operum bonorum intulit ulos non esse filios Abrahæ, intellige tu, non esse veros filios secundum spiritum, nam quod essent filij Abrahæ secundum carnem nulli dubium erat; sed non loquebatur Christus de huiusmodi filijs secundum carnem, sed de illis qui erant secundum fidem & bonos mores. In argumentatione vsus est Christus illa Aristotelis regula quæ dicit, quod si affirmatio est causa affirmationis, & negatio negationis; Vnde Christus, si vos essetis filij Abrahæ, faceretis opera patris vestri: sed non facitis: igitur non estis filij Abrahæ. Falso igitur vos iactatis de vestro patre Abrahamo. Colligat ex his diligens auditor duplex genus circuncisionis: alterum eorum qui sunt ex circuncisione tantum, & aliud qui non sunt ex circuncisione tantum. Primi illi sunt qui tantum sunt circuncisi in carne, & nil aliud habent ex circuncisione sua. Alij sunt qui non solum sunt ex circuncisione, hoc est, sunt carne circuncisi, & secuntur fidei vestigia, hoc est obediunt mandatis, & in bonis se exercent operibus. Vbi obserua tu quoque hic quo modo opera sunt vestigia fidei, hoc est, assecłæ, & pedisequæ fidei. Ob serua secundo ista verba contra Lutheranos, nam istis inter alia mærito iugulantur. non sunt verè filij Abrahæ, qui sola fide contenti sunt, & nolunt sequi vestigia eius, hoc est, bona opera, & tales sunt Hæretici, qui fide tantum falso docent, nos posse saluari, reijcientes opera nostra tanquam futila & inutilia. Sed miseri homines hac ignorantia tenentur ex eo quia nullum discrimen ponunt inter illas duas iustificationes de quibus sæpe loquuti fuimus. Vna est illa qua impius fit pius, altera qua iustus fit iustior. Impij iustificatio ex nullis operibus eius fieri potest, sunt namque improportionata, & inepta; sed est ex mera gratia, qualis illa prima Abrahæ, de qua dixit Paulus, credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam. Hic Abraham postquam semel fuit iustificatus per fidem, quid fecit? quid? Secutus est vestigia fidei, hoc est bene operatus est, fecit bona opera vt per ea consequeretur secundam iustificationem, quam assecutus est operibus, complendo illud quod Deus dixit ei, ambula coram me & esto perfectus. Ad illam primam non indiguit operibus, ad secundam necessaria sunt opera: & quia istam hæretici vel non intelligunt, vel nolunt nostram catholicam doctrinam amplecti, hinc fit quod in sua pertinacia perseuerãt ex qua fiunt hæretici; pertinacia enim hæresim gignit & facit. Rationes autem, quibus se muniunt, & suos errores tueri contendunt, hic adducere non nobis bene visum est, alibi fortassis audiemus eas. Ratio namq. commẽtarij, quẽ præ manib⁹ habemus nõ sinit nos in multis fore copiosiores;

Qui sint filij Abrahæ

Christus vsus est Aristotelis regula

Geminum circuncisionis genus

opera sunt pedisequa fidei

Nota miseriã hæreticorum

duplex iustificatio

Pertinatia hæresim gignit

boni igitur consulat lector. sed breuiolam dubium bene feret ista commentarij consyderatio, quod paucis absolui poterit: est autem tale. Quid causæ fuit Paulo, ob quam cum locutus est de Iudæis & Gentilibus, volens ostendere vtrosque esse Abrahæ filios, & respectu illorum omnium Abraham esse patrem, quare prius ostendit esse patrem gentiliũ & incircumcisorum, quam Iudæorum & circumcisorum? non erat consuetus iste mos Apostolo Paulo. Quando enim loquebatur de re aliqua, quæ vtrisque communis erat, solutus erat semper nominare Iudæos prius (vt videre est in primo capite) dicens, (Iudæo primo & græco:) hic autem é contra fecit ostendens, & loquens de paternitate Abrahę respectiuè ad gentes. R. Sane hæc dubitatiuncula non erat silentio inuoluenda cui occurrimus, dicentes, id non factum esse absque sacramento. Cum enim Abraham per circumcisionem quam accepit in statu pręputij, esset prius effectus pater pręputiatorum, quam Iudæorum, Iusta res fuit vt prius loqueretur Paulus & ostenderet, quomodo Abraham factus pater est gentilium. Vnde sine Iudæorum præiudicio prętulit Iudæis ipsis gentiles: quia illi prius fuerunt filij Abrahæ, quam Iudęi, & non tantum tempore priores, sed fortasis operibus meliores. Vnde si gentiles voluissent se prefferre in hoc Iudæis, iurè potuissent: quia prius fuit Abraham pater gentilium quam Iudęorum.

Sequitur,

cõfirmatio ex prepijs causis

Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per

Iustitiam fidei.

TAmetsi hic Paulus multa inculcet, mihi tamen non videtur de nouo aliquid velle eum instituere & dicere, sed potius corroborare vetus propositum, quod hactenus multis ostendit. Fuit autem illud antiquum Pauli propositum ostendere, quod Abraham non erat iustificatus per circumcisionem, aut per aliqua opera legis, & hoc, medio illo testimonio scripturæ quod habetur geneſis. 15. Credidit Abraham Deo &c. Nunc perseuerat idem institutum corroborare, & hoc per promissionem Abrahæ factam inquam non ante circumcisionem, sed postquam ipse fuit circumcisus; quæ habetur Genesis. 22. capit. Adducor in hanc opinionem, ex eo quod Paulus manifeste docet, illud quod modo dicit appositum esse ad aliud probandum. Quod si dicas, & vnde colligitur? Responsio, ex illa particula, enim, quę causalis est: hoc expressim ante nos admonuit diligenter magister meus Cayetanus diligentissimus serici obseruator, qualem oportet esse illum qui ingenium Pauli penetrare vult. Sed si diligenter perpendamus Pauli seriem contextus proximi, hæc clausula probat quod dixerat, scilicet quod Abraham per illam iustitiæ fidem, quam à Deo acceperat, erat pater credentium omnium, tam circumcisorum, quam præputiatorum. Et hoc esse verum probat per promissionem factam Abrahæ. Sed cautè & consyderate intelligenda veniunt verba ista: possunt namque habere tanum sensum, & sinistrum. vnus enim sensus est de legis datione; alter de legis complemento. Omnibus enim perspicuum erat, & extra omnem dubitationem positum

geneſis 15

geneſis 22

situm, promissionem multo ante factam esse Abrahæ, quam lex Moysi esset data. Quod cum ita esset, sine dubio notum erat, quod promissio non erat facta per legem. Non hoc disputat hic Paulus, sed ostendere vult, quod promissio non est completa per legem, neque stante lege: sed postquam venit in mundum Iesus Christus qui est semen Abrahæ. Ad Gal. 3. Non dixit inquit Paulus, in seminibus, quasi in multis, sed in semine quasi in vno, nempe Messia completa est. Abrahamo promissa, in Christo tamen completa. Nihilominus tamē per istam promissionem effectus est pater omnium credentium. Vide Dei beneficium, contemplare eiusdem mercedis efficaciam, intuere rei nouitatem. Principes siquidem terræ, & reges per promissiones suas seruis suis factas, non eos tales constituunt, sed per promissionis exhibitionem. Vnde si Rex promitteret Episcopatum alicui, per huius dignationem promissionē non constitutus esset mox Episcopus. Non enim hominum promissiones tantæ sunt efficaciæ, quantæ Dei promissio. Et licet Reges terræ ex boni, æquique ratione desiderent promissa adimplere: tamen cū homines sint, non raro vsuuenit quod easi ritas faciunt. At Deus fidelissimus & semper verax in suis promissis, nunquam non adimplet sua promissa, impossibile nāque est promissiones Dei irre euacuatas: siquidem promissiones Dei non pendent ex nobis, sed ex eo quod Deus est verax & fidelis, qui seipsum negare non potest. Ex his verbis collige tu Christiane lector, spem & magnam consolationem, quam ex promissis Dei habemus, quæ ipse numquam facit irrita. Neque desspondeamus animo si videamus magnam esse in mundo copiam hoc nostro tempore, peccatorum. Nam Abrahæ promisit Deus se paraturum si tantum inuenirentur decem viri boni, & Iusti: scilicet bonorum exiguus sit numerus & sint pauci electi, gratia horum paucorum Deus adimplebit sua promissa. Et hoc magna cōfidentia debet nobis esse certum & exploratum.

Nota ista. Dissimilitudo inter promissiones hominum & Principum & Dei.

Cæterum ad textus explanationem redeuntes, animaduertat lector studiosus, quod licet Paulus hoc in loco circa sensum non sit obscurus; tamen in phrasi & modo loquendi aliquantum apparet obscurus; est namque hoc familiare Paulo vt aliquando in verbis sit clarus, & in sententia obscurus: aliquando versa vice. Hæc sententia & scopus Pauli non multum abdita est: sermo tamen eius aliquantulum obscurus. Sententia Pauli est, Quod Abrahæ non est facta promissio de hærede mundi ex merito legis: sed facta est ei promissio per fidei iustitiam. Hæres autem iste Christus est & non alius: nam ei dictum est postula à me & dabo tibi gentes, hæreditatem. Et de eodem idem Paulus ad Hæbreos, quem constituit hæredem vniuersorum: per quem fecit & sæcula. Notanda sunt omnia verba. Quem, inquit, constituit hæredem. Porro rogo, quis est iste cōstituens? Respon. Pater æternus: Bene est. Et constitutus? filius. Recte. Quorum est constitutus? Vniuersorum. Quid sibi vult vniuersorum? Respon. id est totius mundi. Peto cuius mundi, superioris, an inferioris? Respon. vtriusque, alioquin hæres esset ex parte non in toto: sed totius mundi. Sed opponet se aliquis dicens. Si hæres totus, ego solus ipse hæres est. non igitur cohæredes habet; at hoc contra Paulum est: Non igitur constans est sibi ipsi: nam alibi, hoc est in octauo capitulo dicturus est nos esse cohæredes. Ille enim cui est cohæres, non potest dici hæres vniuersorum. Respon. facile ex

Psalmo. 2

Præcipitandi arietis in loquendo.

pedire possumus hanc apparentem pugnantiam, quod vt faciamus obseruabit lector ingeniosus, geminam esse hæreditatem: alteram in qua Christus habet cohæredes: alteram in qua nõ habet. Vna hæreditas est vita æterna, & gloria paradisi, in hac Christus cohæredes ipse nos facit, dicens, volo pater, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus, & in eo quod non est dedignatus agnoscere & reputare nos vt fratres eius. Ascendo ad patrem meum & vestrum, & Deum vestrum, & Deum meum. Certum enim est fratres cohæredes esse. Alia est hæreditas titulo Domini acquisita, & hæc est Christo peculiaris, & soli sibi propria: qui sicut solus est dominus, sic solus est hæres totius mundi. Nec mirum nam ipse solus lucratus est mũdum sine tamen suæ animæ detrimẽto. Et quia in hoc lucro non habuit socium & coadiutorem: sic nec cohæredem habet: sed ipse est hæres vniuersorum: id est omnis creaturæ siue cœlestis, siue terrestris. Non igitur Paulus sibi ipsi est contrarius, sed verè Christus est vniuersorum hæres (Quod vel ex agricolarũ testimonio cõstat, dicentium, hic est hæres. &c.) constitutus a patre, non per mortem patris vel matris, vt contingit in nobis: sed etiam pater viuens constituit filium suum hæredem; non ea parte qua Deus erat, sed ea ratione qua homo Deus erat, sic fuit constitutus hæres uniuersorum. in quo verbo notatur quod licet constitui hæredem cuiuslibet hominis sit, tamen constitui hæredem vniuersorum solius Christi est vt pote omnium domini. Et hanc tantam huius hominis dignitatem & excellentiam tu pie lector mirari nolis; quoniam per eum Deus aliquid maius fecit nempe sęcula ipsa. Expendat præterea acutus lector, quod sicut Abraham non fuit hæres mundi sed semen eius nimirum Christus (nõ enim capax erat tantę hæreditatis ille) tamen si dominus & terræ promissionis hęres esse potuisset, non autem mundi vniuersi, sed in suo semine, non in quouis, sed in eo quod erat Christus, ipse Abraham hęres fuit. Hęc autem promissio non erat opere implenda tempore legis scriptæ, neque per eam legem sed per iustitiam fidei quæ communis erat vtrique populo: Lex autem Moysi tántum circuncisis data fuit, sicque per eam non potuissent gentes imitari fidem Abrahæ, quarum ipse etiam erat pater. Et hinc aperitur fallacia & deceptio Iudęorum qui existimabant hanc promissionem factam Abrahamo non posse adimpleri nisi hoc pacto quod lex Moysi ad vnguem seruaretur. Et sic mordicus contendebant, non sperandam salutem ei homini qui non esset circuncisus, & obseruator legis Moysi. Ex hoc etiam errore deuoluebatur in alium, scilicet quod ipsi essent iustificati ex operibus legis, quem errorem expugnat tum diligentissime, tum validissime Pau. in hac epistola, docẽs quod adimplerio illius promissionis non pẽdebat ab ipsa legis impletione, sed à fidei iustitia. Abraham enim non est constitutus pater credentium per legem, sed per fidem. Igitur nõ erat implenda per legem, sed per fidem. Quasi dicat Paulus, promissio impleri debet per illud per quod hæredes habẽt ius, atqui filij Abrahæ credentes non habent ius per legem, sed per fidem. Igitur &c. Hanc minorem propositionem negabant Iudæi conuersi quam probat Paulus hoc in loco quoniam promissio non est facta per legem. Addẽ tn quod neqne cum illa conditione quod seruaretur lex. Siquidem lex non erat quando facta est promissio. Et ex his nota restat litera Aposto. quæ sine his obscura videbatur. Et ex eisdem constat differentia quę inter nos Christianos & illos

Ioan. 17.

Ioan. 20

Hæreditas Christo peculiaris,

illos vsque in hodiernum diem agitat: illis quidem tanaciter in illo errore perseuerantibus, scilicet quod Messias nondum venit, in quo adimplenda erat illa promissio. Nos vero lumine fidei illuminati vere & certo affirmantes Messiam iam venisse, credimus impletam esse per Christum factam illam Abrahę promissionem. Vnde duabus in rebus nobiscum conueniunt, primo quod Messias venturus erat redemptor mundi, per quem recepturi erant homines illam Abrahę promissam hæreditatem: sed in hoc vehemẽter diuersi sunt à nobis, quod credere nobiscum nolunt venisse iam & adimpletam esse illam promissionem, sed semper velamen habentes ante facies suas in sua cęcitate permanentes diem suum agunt extremum. Quod sane non parum dolendum est. Illuminet illos qui vera lux nostra est, imo omnium populorum, vt agnitis suis tenebris, resipiscant & veritatem teneant tam in hoc, quam in multis aliis, quibus inuoluti sunt erroribus. Cęterum vnum tantum restat ponderandum verbum ad completã huius clausulæ intelligentiam, Illud videlicet, vt hęres esset mundi: In Gen. vbi sunt promissiones factę & reseratæ Abrahæ, nullibi talis loquutio reperitur; quod vel tantum legenti notum est. Vnde ergo vsurpauit Paulus ista verba? Responsio. Non est inficiandum istud, ex se enim patet. Nihilominus tamen dicimus Paulo licuisse illa vsurpare sub aliis verbis, quæ idem valebant, pollebantque. Sunt autem verba, quę habentur Gene. capi. 12. quæ huiusmodi sunt videlicet. In te benedicentur vniuersę nationes terrę. Verba quidem varia sunt; at sententia & sensus vnus & idem est. Apost. & Euangelistis concessa est ista facultas mutandi verba, seruata tamen semper eadem sententia. Caute, tu candide lector, & circunspectè lege verba ista, quæ retorqueri possunt in sensum sinistrũ: in quem forsitan carnales Iudęi confidunt dicentes, quod istæ benedictiones sunt in Abraham, in quo se benedicunt vniuersæ cognationes imprecando sibi hanc Abrahę felicitatem. Sed istud reuera est retorquere scripturam & perperam eam verificare. Nam nomen Abrahę ante eum, & post eum non omnibus notum erat; quin potius per Christum multis notum factum est. Non igitur in Abraham recipiendæ erant, sed in semine eius, nempe Christo, qui est hæres mũdi. Sed forsan inquies dicens: quomodo in Christo benedicuntur modo omnes gentes? Respondetur. Illam benedictionem consequimur cum ex aqua & Spiritu sancto Deo renascimur: quam benedictionem Christus in sua lege diffundi iussit per omnes mundi nationes quando dixit, Predicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Verum dices, Ista benedictio nullam facit de Abrahamo mentionem, neque de semine eius, nempe Christo. Responsio. De Abrahamo concedo nullam hic fieri mentionem; at de semine, hoc est Christo, nego. Nam baptismus à passione Christi vim & virtutem habet. Vnde forassis hæc de causa Apostoli ipsum baptisma sub nomine Christi exercebant & conferebant, vt profiterẽtur & insinuarent, Christũ esse semẽ illud, in quo omnes gẽtes erãt bene dicẽdę. Nũc autẽ quia nos p Dei gratiã iam satis credemus, per Christum nos recepturos esse non vnam tãtum, sed omnes benedictiones, qui pro omnibus crucis amarissimam mortem pati dignatus est.

Genesis

Nota diligẽter facultatẽ Apostolis & Euangelistis concessã.

Sequitur

cum quem acceptarus erat in hæreditatem, & exiuit nescíens quo iret. Hoc factum est quando dictum est ei, egredere de terra tua, & veni in terram quã monstrauero tibi &c. Cui vocationi nullam dedit Abraham repulsam & excusationem etsi nõ defuisset ei. Et rursus fide demoratus est in terra aliena, quandiu Deo placuit. Ecce ex his & aliis liquido constat, Abrahamum fide esse iustificatum, qua ipse opera faciebat & Deo placebat per eam & non per opera legis. Ecce ergo vim argumenti Pauli: licet, si illi qui sunt ex lege consequuntur hæreditatem Abrahę promissam, consequitur modo fidem esse exinanitam, inanem, vanam frustaneam & inutilem. Præterea si hæreditas ex lege penderet, sane vel nulli vel paucissimi consequuti fuisset eã, quoniam nullus faciebat legem, omnes erant peccatores, non erat qui faceret bonum, nisi vnus solus, tunc huic soli aduenisset hæreditas: at ipsa non solum vni, sed multis promissa fuit, igitur. &c. Deinde interrogare congrue nos poterit studiosus auditor, num aliquid discernenti sit inter hæc duo, quæ intulit Apost. iamquam absurda. Cui obuiã euntes respondemus, quod cum vnum ex alio oriatur, vno exeluso aliud explosum est. Vetum eum vocabulum ipsum, fides, hoc in loco anceps esse possit pro eius acceptione varia variari quoque potest & sensus. Fides enim hic potest intelligi vel de illa quam habuit Abraham, aut de fide Dei promittentis. Si de fide Abrahæ loquatur Apost. sensus est, quod non fides Abrahę, sed opera legis reputata fuerunt ad iustitiam, sicque promissio esset inanis & vana. Et iuxta istum sensum duo membra sunt ista: si vero fides hic referatur nõ ad Abrahamũ, sed ad Deum, sensus est quod promissio Dei non fuisset completa. Sed quomodo non fuisset completa? Nonne complendo legem, completa esset & promissio? Responsio. Tunc temporis ius hæreditatis non penderet ex promissione, sed ex operibus; & sic esset exclusa & abolita promissio: dixissent namque Iudęi iustitiam sibi datã ex mæritis legis, & non gratis & ex promissione, Adde tu quod si modo Iudæi tantum se iactant de sua lege, quid bone Deus, feciſſent si hęreditas illis collata esset propter opera legis? Qua propter Deus Op. Max. prouisor voluit ab eis tollere hanc ansam & occasionem, à longe agnoscens ingenium & naturam illorum: Et vide & ponderа admirabile Pau. ingenium & proeedẽdi artificium, qui antequam loqueretur de hac hęreditate, iam tam Iudæos quam Gentiles deieeerat atque humiliauerat, subdendo vtrosque sub peccato monstrãdoq. quomodo fuissent pręuaricatores legis, ne ex legis prætensione possent sibi attribuere & arrogare vel gloriam, vel iustitiam, vel facere sibi ius ad istam hæreditatẽ eap tandam. Qui non est curiosus Paulinæ methodi & artificij certo certius habeat, quod non poterit versari fæliciter in Pau. lectione, nec multum gustus spiritualis capiet ex eius doctrina. Dixit quondam vates ille: Gustate, & videte: Dico ego videte & gustate. Videte Pauli artificium, & gustate eius doctrinam: hoc est, videte prius literam, & subinde gustate doctrinam & mysterium. Cęterum, vt me expediam ab hac peryodo, duo volo hic lectori reducere ad memoriam, & quoad possum eum admoneo, vt diligenter se eustodiat a duobus illis hęreticorum erroribus. Ab illo primum, quo nolunt credere in nobis crescere & augeri iustitiam fidei per bona opera, per quæ mæremur nobis æternam salutem, sed ipsi contenti sua Pharisaica iustitia quę aditum non parat ad regnum cælorũ nostra opera nihili faciunt, cõtra Christi sententiam, qui iussit ipsa debere esse multo perfectiora quam fuerit iustitia Scribarum & Pharisęorum dicens: Nisi abundauerit justitia vestra

plus-

plus quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Secundus porro error qui maxime cauendus est, huiusmodi est, scilicet, ad implectionem nostræ legis nobis fore impossibilem factu, quod non solũ pro errore haberi debet, sed pro blasphemia. Nam si intelligerent, neminẽ nostrum posse facere legem absque fide iustificãte, bene dicerẽt: hoc enim vnum est decretum patrum sanctorũ, quinimo doctrina vniuersalis Ecclesiæ Romanæ. Sed quoniam dicunt, nemi nem absolute loquendo posse adimplere legem; hic sermo profecto pias aures offendit, & palam docet nos teneri ad impossibile, quod alienum est a ratione.

Lex enim iram operatur

Sale indigent hæc Pauli verba, quæ primafronte acria apparent & dura. Ex his verbis conarut Pau. ostendere, non esse donatam iustitiam & hæreditatem per legem, sed per promissionem, quia lex, inquit, operatur iram. Leniendum est hoc vocabulum Pau. ità. Figura est hic, qua solet poni causa pro effectu: qui loquendi modus non est infrequens in sacra scriptura Quare studiose lector, cũ audis, iram, ne offendaris, neque existimes eam positam esse pro peccato ità, sed pro vindicta & vltione, siue pro supplicio, quo digni sunt iure legis violatores, sicut Pau. dixerat infertus cap. 2. Quemadmodum Apost. infra ostendit per legem factam esse peccati agnitionẽ; sic quoque modo dicit pro transgredientibus legem, pœnam & supplicũ esse destinatum. Lex enim, hoc est legis pœna pro transgressoribus posita est. Dices mox forsan, igitur occasio & causa transgressionis est lex? Cur igitur data fuit, si occasio est? præstasset profecto ab hominibus non fuisse receptam. Nequaquam. lex enim bona & sancta erat & causa directa bonorũ, cæterum si pœnam porrigit, id ex primaria intentione non facit. Siquidẽ primus & præcipuus legis scopus est, rectos & bonos instituere homines, istud est principale legis munus. Verũ tamen quia bonorum & malorum non est vnus & idem genius & vna conditio; boni quidem præmiolis & beneficijs alliciendi sunt & ad virtutẽ trahendi, porro mali pœnæ timore & aliquando exhibitione. Aperit enim non rato occulos pœna: quos culpa clauserat. Hic frustra esset interrogare & discutere de qua lege Pau. loquatur. Manifesto enim constat hoc loco eum loqui de lege scripta. Ista enim est operatrix iræ. Ego autem non dubitatem (saluo meliori iudicio) per legem naturalem haberi hanc notitiam scilicet malefactores esse puniendos & pœna plectendos. Cedo quis tam barbarus est, qui si habeat notitiam alicuius perpetrati sceleris, non iudicet mox eius auctorem dignum fore supplicio & pœna? Nullus sane. Sicut enim studiosam actionem dignam æstimamus præmio: ita malam (si mentis tamẽ compotes sumus) iudicamus dignam supplicio & animaduersione. Vnde licet lumen nostrum naturale ex se solo non sit sufficiens ad agnoscendum omne malum, alias frustra data esset lex, quę maxime ad hoc fuit destinata: tamen multa tum bona, tum mala beneficio huius luminis agnoscimus. Multi dicunt, inquit vares, quis ostendit nobis bona? quibus hæc datur responsio ab eodem: signatum est, inquit, lumen tuum super nos &c. His nihilominus non obstantibus, sermo Pau. de sola Moysi lege est recipiendus. Et hoc magnam mihi facit coniecturam, primo quia aliter non valeret eius ratio dicens, quod promissio facta esset ante legem, tum secũdo quia istud dixit propter efftenem illam cõcupiscentiam: quoniam lex naturalis quæ cum natũra corrupta oritur, nõ

Precipuus legis scopus quis &c.

Bonorum & malorum diuersus est genius & conditio.

Pœna oculos.

potest

potest ostendere & docere concupiscentiam esse peccatum & dignam pœna, eo quod videt homo talem concupiscentiam venire ex carnis natura. Et quis potuisset diuinare hanc ortam esse ex peccato primo parentum nostrorum nisi lumine fidei esset illustratus? Sane nullus. Tam enim obscura est hæc concupiscentia, quam ignotũ peccatum originale. Et quis vnquam eo solo lumine naturę agnouit tale peccatum? Quod si ita esset, non opus foret ad hoc fides. At postquam Deus dedit legem, quæ clamabat dicebatq. non concupiscas: manifesto docuit hanc concupiscentiam fore peccatũ. Et cum inueniebat eius transgressorẽ, in eum exercebat iram, hoc est punitionem. Quoniam cum iam homines essent edocti, & non possent se excusare per ignorãtiam, lex in eos fungebatur officio suo. Hoc autẽ præstare haud quaquã lex naturę poterat. Eo q̃ nescia erat, cõcupiscentiã esse peccatum, neque vnquam audierat vocem illam, non concupisces. Sed quid dicemus de lege noua nostra? Habet ne tiã? est ne operatrix iręꝰ nunquid hęc suspensiones, irregularitates, priuationes atq. excõmunicationes habet? Et quod omnium crudelius est suos transgressores nunquid pœna punit æterna? nõne dicit: Qui bona egerunt, ibunt in vitã æternã, qui vero mala in ignem æternum? Et Christus huius legis author in Euangelio ite maledicti in ignem æternum. Nunquid hæc omnia magnam præseferunt iram? Quid igitur de hac dicemus lege? Respondetur. Hæc quæ proposita sunt & obiecta, vera sunt & negari nequeunt: veruntamen non est computanda proinde cum illa veteri lege, quæ populo durę ceruicis data fuit. Hęc si quidem iugum suaue & onus leue est, iuxta illud: iugũ meum suaue est & onus meum leue. Quo nomine non est dicenda lex iręꝰ, sed lex clementię, lex immaculata couertens animas, sapientiam præstans paruulis:

Hæc inquam multis discriminibus ab aliis est legibus diuersa. Hęc vim ac virtutem habet condonandi peccata. Hęc dicit: accipite Spiritum sanctũ, quorũ remiseritis &c. Hæc gratiã largitur & vires subministrat ad bona inchoanda, continuanda, & complenda. Lex namque scripta licet intimet & proponat agenda & fugienda, vires tamen non exhibet: sicque facilis erat eius violatio & transgressio: lex autem illa non sine causa gladium portabat, transgressores dure & seuere puniebat, passim necessũ erat euaginare gladiũ, & dentem prodente & oculum pro oculo exigere &c. O vtinam qui nunc præsunt in vtroque tribunali, nõ tam faciles essẽt ad fulminandas pœnas & pronuncianda grauia & difficilia præcepta: in quibus si maior quam est, continẽtia esset & magis circunspectè agerent hi qui ferunt censuras: profecto (præter id quod gratius esset Deo) non esset quoquo necessarium tam frequenter euaginare gladium & ferire. Vbi enim plura sunt præcepta, plures fiunt & transgressiones. Cosiderẽt igitur p viscera Iesu Christi (eos allo quor quibus hęc cura incumbit) & diligenter animaduertant quod iam erepti sumus ab illo durissimo legis iugo, & in lege gratiæ constituti. Non sumus vt pater noster Augustinus dicit, serui sub lege: sed sicut liberi sub gratia constituti. Non te prętereat Christiane lector & sitieri potest vel lẽ vt alta in mẽte tua tibi esset repositũ, quod nescio si omnes Pauli interpretes animaduerterunt, istud videlicet quod cum Deus iudex sit omnium tã bonorum quam malefactorum hominum, cui est omnis potestas in cœlo & interra & ipse sit qui dicit, Ego percutiam? quomodo Apost. huius rei minime nescius reiecit iram in legem quæ iudex mortuus est & non ipsum Deum, qui vindex est malorũ, quique dicit, Mihi vindictam? Hoc sane factum esse citra causam non est existimandum. Licet enim lex non habeat a-

Priuilegia & laudes Euangelicæ legis. Ioan. 20.

Matt. 25

Matt. 11

Psalm. 18.

In illa suprema clara regula.

Lex iudex mortuus. Respon.

at aliam intentionem nisi facere homines bonos; mirum videtur quod Pau. iram imputet legi, & eam appellet legem iratam. Nulli mirum sit si hoc fecit Pau. quoniam non ea intentione & animo factum, quo vellet ipse à Deo quicquam auferre & legi tribuere. nefas hoc sane esset & indignũ tanto Apost. Sed idcirco istud factũ est vt intelligeremus nos, quam alius sit Deus in præmiando quam in puniendo. Nam se auctorem præmiorũ palam confitetur; & sic non legi, sed sibi ipsi adaptat & attribuit: at cum de punitione sermo fit, ipse se subducit & eximit & (vt ita loquar) in legem illam reijcit, quasi dicens tacite, non ego facio sed lex quæ iram operatur. Ipsa vltrix est, ipsa suppliciũ exhibet, ipsa est quę maledictioni homines facit obnoxios, ego si percutio, ego sano; ipsa si ferit non sanat nec sanare potest.

Deus alius in puniendo, & alius in præmiando.

Deut. 32.

Quod si forte mihi occurras dicens: Pau. non ideo hanc iram reiecisse in Deum, sed in legem eo quod tale nomen nempe, ira, alienum est à Deo. Ira siquidem passio quædam est; à passione autem Deum procul esse certissima res est, cum sit spiritus. Hæc ratio hanc difficultatem certe non eneruat; si quidem Propheta Dauid non recusauit tale nomen accõmodare Deo, dicens: Domine ne in furore tuo arguas me, neq. in ira tua corripias me. Non igitur istam ob causam fecit Pau. Quorsum ergo? Respon. vt intelligeremus quod malorum supplicium quantum est ex primatia intentione reijciendum erat in legem nõ in Deũ. Præmium vero & corona non debentur legi, sed Deo, qui coronat nos in misericordia, & miserationibus a quibus multum aliena erat Moseos ipsa lex, quę nimium cupida punitionis erat, dẽtem pro dente & oculum pro oculo rigide exigebat, nec cuiquam parcebat; quinimo pro vno aliquando quatuor repetebat. Non igitur mirum quod Pau. dixerit legem operatricẽ esse iræ, ipsa enim perpetuo ad puniẽdum anhelabat. Quod si dicas: quare igitur Deus talem dedit legem? Respondeo tibi quia tali egebat populus ille. Leges namque pro hominũ conditione ferendæ sunt. Et adde tu quod Deus non eam dedit directo & primario quo eos ulcisci cuperet, sed vt eos effectos bonos, præmio donaret, non solum terreno, verum etiam diuino. Ad vtrunque enim inuitabat lex. Vnum tantum restat adnotandũ antequam epylogo concludamus vniuersa quæ diximus. Est autem adnotatio talis. Ex hoc loco liquido constat discrimen quod posuit Pau. inter hæc tria scilicet legem factorum, iustitiam siue fidei legem, & promissionem, cum lex Moysi directo contraposita sit promissionis impletioni, cõsequens est vt discrimmentur adinuicem. Primo quidem (vt ab ea differentia exordiamur, quam modo præmanibus habemus lex Mosayca iram operatur & vindictam contra transgressores exercet: promissio autem omnia remittit, condonat, tegit peccata, nec etimina imputat. Cum igitur tam diuersos effectus causent hęc duo, qui fieri poterit quod lex promissionem compleat? Si lex, teste Pau. subintrauit, vt abundaret delictum, & promissio condonat delicta atque aufert, quę togo conuentio etit legis ad promissionem? Sane nulla. Præterea lex grauissimum facta est iugum quod nec patres nostri portare potuerunt; iustitia autem fidei & promissio, onus suauissimum portatuque facillimum & iucundissimum. Adhæc, lex præcipue bona terrę promittebat facientibus, quæ Deus iubebat: iuxta illud si feceritis quę ego præcipio uobis, bona terrę comedetis: at diuina promissio, licet sub vmbra boni terrestris, cœlestia bona, quæ nec occulus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderunt, pollicebatur. Denique autem lex maledictionibus plena erat. Vnde

Vide Exic. sup. Pentha.

A nostratio.

Psalm 6.

Psal. 102.

Exod 21 Leuit 24. Deut. 19.

Pau.

Galat. 3. Deut. 27

Pau. ad Gala. 3. Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto versantur. Scriptum est enim Deut. cap. 27 Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis vt faciãt ea. At ipsi quiex lege erant eam non fecere, sed transgressi fuerunt illam. Proinde ipsimet confitentur, iuste aduenisse contra eos iram Dei magnam. 4. Reg. 22, habetur propria ista confessio. Consulat locum si lubet, diligens lector. Finiamus nos & breuem epilogum colligamus, quo in summa ex multis præcipua & selecta sub breuibus comprehendamus. Argumenta plura adduxit Pau, eaque firmissima, quorũ hæc est summa. Primo per fidem dari hæreditatem, non per legem aut circuncisionem sed per gratiam quæ confirmatrix est promissionis. Deinde docuit promissionẽ Abrahę factam non esse cohibendam aut restringendam ad vnum solum populũ, puta Iudæorum. Quia sic infirma & angusta nimium esset. Infirma quidem si tantum ex operibus legis. Quia lex non iuuabat. Angusta autẽ, quia ad paucos tantum accommodata esset. At cum dicit Pau. esse ex fide & gratia, ampliſſima & fidelissima denotatur. Fides nãque ampliſſima & fidelissima est cum ad omnes mundi nationes sit diffusa. Tandem quod ad Abraham spectabat dixit, eum patrem multarum gentiũ esse; quinimo omnium credentium non per circuncisionem sed per fidẽ: diuerso tamen modo. Credentium quidem patrem spiritualem, non carnalem autem credentium carnalem tantũ. Magnum sane hominis œncomium quod tam fide quã bonis operibus fecit sibi comparatum. Neque mirum quidem: vmbra enim & typus Dei fuit, qui non Iudæorum tantum Deus, sed & gentiũ erat. Sic Abraham omnium pater constitutus est.

fides est ampliſſima & fidelissima

Magnum Abrahæ œncomiũ

Vbi non est lex nec præuaricatio.

Probat hic Pau. verum esse quod dixerat de legis operatione. Res enim erat aliquantulum dura, ideo probatione maioti indigebat. Probat ergo nunc quod lex vltrix sit, hac ratione, quę sic ad formam reduci potest. Ira & vindicta tantum exercenda est contra transgredientes legem, & non in illos, qui sunt ei obedientes: sed trãsgressio non est vbi abest lex, igitur ira a lege dimanat & oritur. Prima propositio nota est, secunda autem patet, quoniam pręuaricatio legis præsuppo nit legem. Quod enim non est, nemo potest transgredi. Cęterum de lege & pręuaricatione eius, tãtum hic nostra obeunda est consideratio. Et quod attinet ad legis nomen, vnum certum est, aliud incertum. Certum quippe est quę diserui hic Pau. de lege, apposite conuenire legi scriptæ. Eo quod præcedẽtis clausulæ hęc probatiua est. Illa iram operabatur, in ea multæ fiebant transgressiones, tum propter effrenẽ concupiscentiam, quæ aucta erat, tum, quod illa lex non ministrabat vires volentibus eam seruare. Adde tu etiam, quod in ea ampla sylua & multitudo præceptorum erat, quę obruebat, dicam melius, opprimebat illos. Quare facili negotio sequebatur transgressio. Stantibus autem sic rebus, rogo, quo modo poterat promissio adimpleri per legem? Neque istis obstat, quod non esset tanta affinitas, tantaque coniunctio inter legem & præuaricationẽ vt intrinsecus sese includerent. Pręuaricatio enim legi non est interna. Potest enim esse lex sine pręuaricatione. Alioquin iniqua esset illa lex, de cuius ratione esset pręuaricatio. Et tunc talis transgressio non esset imputabilis ad pœnam. Verum tamen propter illas rationes superius adductas legi Mosaicę præuaricatio reputari potest quasi intrinseca: propter quas causas forsassis Petrus Apost. dixit, illam legem esse onus importabile. Cęterum quod est incertum illud est, an scilicet hoc

lo-

logi, nonnulli etiam non infimæ sortis, si est necessarium ad hoc quod aliquid sit peccatū, semper interuenire ibi alicuius legis transgressionem, nec ne. Quæ lis facillime euodatur ex illa beati Augustini de peccato finitione. Vbi dicit, peccatum esse dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Ex qua diffinitione liquido constat, in omni peccato (mortali intelli-ge) fieri alicuius legis violationē. Hanc quæstionem nunc omissam facimus, & eam ad aliuni vique locum paulo fusius rimandam reseruamus. Nō est enim nostri propositi in quæstionibus diu immorari. Si enim vita comes fuerit, & Dei gratia nobis dux, hanc rem intactam non dimittemus.

Sequitur.

Ideo ex fide vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omniū nostrū, sicut scriptū est:

Excludit Apost. in præteritis legem, & docuit per eam non contingere nobis hæreditatem: nunc ad fidem transitum facit. Ordo procedendi sane congruus est. Secundum enim Logicorum artificium, quando quis argumentatur à membris siue à partibus diuidentibus aliquid, vno expedito & excluso, necessum est, vt conferat se ad aliud; quandoquidem exclusio vnius positio est alterius. Sic Pau. cum tota sua disputatio cohibita & cōstructa esset ad illa duo, scilicet legem & fidem, quæ contra positæ sunt, destructa lege, consurgit ad stabiliendā fidem. Notet hic ante omnia studiosus lector, quod Pau. legis nomine cōprehendit legem & opera, mærita & circuncisionem. Per fidem autem illam quę formata est. Cuius nomine intelligitur iustitia Dei, siue iustificatio. Dicit ergo Pau. Ideo ex fide. Truncus & mutilus videtur esse Pau. sermo. Quid sibi volunt hæc verba: Ideo ex fide? Hæc enim oratio nullum generat perfectum sensum in auditoris animo. Respondeo. Verum est vt iacet. Sed addere oportet aliquid, vt perfectus habeatur sensus. Hoc videlicet. Ideo ex fide est hæreditas & promissio. Istud erat colligendum. Ideo, particula collectiua est. Vnde bene colligit Pau. dicens, si non ex lege, ergo est ex fide; ex negatione vnius partis, ad positionem alterius. Quem modum diserendi scholastici omnes approbant. Et cum Pau. tanquam notum reliquisset iustitiam & hæreditatem euenire debere aut ex lege, aut ex fide, postquam negauit eā prouenire a lege dixit eam oportere nos habere à fide. Vnde Paulini argumenti vis talis est. Promissio implenda est aut per fidem, aut per legem, ergo per fidem. Optimum est consequium.

quidue per fide

a regola logicorum

Intellige hoc quando diuisio est bi membris

Obserua quid Paulus intelligat hoc loco legis nomine

Vt secundum gratiā firma sit promissio omni semini.

Secundum gratiam, hoc est, gratuitum Dei placitum. Quasi dicat, gratis non ex mēritis, non ex operibus: Nam si ex istis daretur, nō esset firma promissio. Est autem firma & fixa, si detur ex fide. Nam fides sicuti est dispositio, vt Deus promittat, ita firmat promissionem. Ex eisdem enim res firmatur, ex quibus conflatur. Cum igitur promissio Abrahæ ortum habuerit a fide, iustum erat vt eadem fide firmaretur. Et præterea, si promissio factaest gratis & non ex debito, & cōplecio esse debuit ex fide & nō ex debito.

fides firmat promissionē

Omni semini.

Vel

telliguntur? Respondet Cayetanus dicens, hoc factum esse iuxta sensum mysticum, vt non solum suum institutum monstraret ex verbis præcedentibus, scilicet; Tu es filius meus, ego hodie genui te, quæ in sensu literæ de Christo dicuntur: sed etiam ex alijs, quæ in sensu mystico veniunt intelligenda. Vnde iuxta istud colligere possumus, quod a liquando ex sensu mystico licet argumentari, & ostendere propositum, quod gratis concedere habet doctissimus Cayetanus, si vera sunt, quæ ipse dicit. Veruntamen salua tanti doctoris gratia, hic modus dicendi videtur esse scrupulosus. Et ne gratis loqui videamur, æquum erit in medium adducere id quod scrupulum facit. Quod quantas habeat vires relinquatur iudicio peritorum. In primis autem supponamus hoc, quod à nemine negari potest, scilicet, quod Paulus intendebat probare illo in loco, Christum esse excellentiorem Angelis. Quo iacto percontor, si ille locus intelligitur hic de Salomone ad literam, igitur per illum Paulus magis probauit, quod Salomon erat excellentior Angelis, quam Christus. Quid absurdius? quid alienius à proposito Paulino? Erat ne Paulus sui oblitus? Hoc sane non est dicendum. Quomodo quæso potuit confutare Iudæos ex hoc loco, si intelligitur de Salomone ad literam & non de Christo? Dicere enim poterant illi, ex hoc testimonio & ex hac scriptura nihil haberi & colligi contra eos, quia intelligitur de Salomone & non de Christo. Cætetum Diuus Thomas super hæc verba scribēs hunc in modum philosophatur dicēs. Ego ero illi in patrem secundum generationem temporalem, in qua pater assumpsit eum in filium, assumendo naturam in vnitate personę. In vtraque enim generatione vnus & idem erat filius. Insurget modo fortasis aliquis dicens; Igitur Christus in vtraque generatione patrem habet? Quod si concedas iam videris destruere quod cōmuniter dicitur, scilicet, quod in æterna illa natiuitate est filius cum solo patre sine matre: & in temporali, solus cum matre, sine patre. Spiritus enim sanctus in illa generatione & si patris vicem suppleuerit: nihilominus tamen non potest dici pater, vt docte & copiose docet Diuus Thomas in tertia parte. Respondetur ad id quod modo obiectum est dicendo: Illud quidem verum esse, verūtamē intelligēdū esse cum grano salis, vt vulgo dicitur. Quando enim fides asserit, temporalem Iesu Christi natiuitatem factam esse sine patre, illud intelligendum venit, sine patre, carnali scilicet, sed non omnino sine patre. Nam ipsemet qui est pater in vna generatione, est pater in alia: propter vnitatem personę vtrobiq. genitæ. Sicut enim non multiplicatur filius, nec pater. Modo tamē diuerso. Nam in æterna generatione est pater tum ratione naturæ, tum etiam ratione personæ: in altera vero, nempe temporali, tantum ratione personæ, non naturæ, Nam hæc falsa est; Christus est filius patris æterni, secundum naturam humanam: est autem vera, si dicatur; Christus est filius patris æterni secundum naturam diuinam, secundum quam intelligendus est sermo ille scilicet; Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quia ibi de generatione æterna loquitur pater cœlestis. Sed huic explanationi obstat etiam, quod si ista verba non intelliguntur de Salomone, sed de Christo: quomodo ergo sunt scripta ad literam de eo? secundi Reg. sepri. & pri. Paralypo. 28. originaliter habentur hęc verba, vt voletiinspicere patebit. Proinde si ego in hac re possem meū (post tot doctissimos expositores) dicere votū, haud recusarē asserere, quod hoc adductus a Paulo intelligendus est de vtroq. Salo. videlicet de filio Dauidis, & de Iesu

Christo: & vtrunq; ad literam. De Salomone non est dubium, vt videre est in locis nuper citatis. De Christo autem, vt dilucidius fiat, notet studiosus lector quod in sacro veteris legis testamẽto quædam dicuntur de Christo, quæ solummodo de eo verificari possunt ad literam: quædam vero sunt, quæ de eo deque alijs ad literam verificari possunt: diuersimode tamen, quoniam ꝺ Christo præcipue & principaliter dicuntur, de alijs vero secundario & figurate. Vt verbi gratia est illud; Ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ. Quę verba intelliguntur ad literam principaliter de Christo, & figurate de Salomone. Et sic dico, quod Paulus in loco citato ad Hæbreos intelligit ad litterã de Christo. Quia principaliter hæc verba ei competunt. Et quando dicis; etiam competunt ad literam Salomoni: do tibi gratis, sed hoc verum est figuratiue vt ita loquamur. Vnde infero quod hæc verba verificari possunt tam in figura, quam in figurato. In quo fit verificatio principaliter, in alio autem secundario & secundum figuram. Cæterum vt sunt adducta ab Apostolo Pau. non debent intelligi ad literam nisi de Christo, quia ad hoc propositum adduxit illa verba Paulus. Loquebatur enim Paulus de priuilegio æternæ generationis quod soli Christo peculiare erat. Vnde non est necessum dicere Pau. fuisse argumentatum contra Iudęos in sensu mystico, sed literali. Ex quo docte docet D. Th. 1. parte trahi efficax argumentum. Alio modo se expediunt aliqui ex Neotericis doctoribus dicentes, quod illa verba bis fuerunt dicta: semel de Christo, & semel de Salomone. Veruntamen vtrum hoc quadret doctissimis, necne, relinquamus istud alijs iudicandum. Ex proximis præteritis istis clausulis obseruet diligens Pauli interpres quod in filiatione Abra. Iudæus nõ poterat se extollere supra gentilem. Nam vterque per solam imitationẽ fidei Abrahæ verè dicebatur filius Abrahæ. Nã non erant vere filij Abrahę, illi, qui sola carnali circũcisione filij erãt, nisi etiã essent, per imitationẽ Fidei Abra. Vnde licet circũcisio inter sacramenta veteris legis excellẽtiã nõ modicã haberet: verũtamẽ parũ aut nihil eõducebat ad constituendũ filiũ Abrahę. Nõ enim ipsa circũcisio ad hoc valebat nisi esset coniuncta cũ fide Abra. Istud est quod facit veros filios Abra. siue sint ex præputio, siue ex circũcisione. Vnde nota tu qui legis sacrã scripturã, quod quotiescũq. in ea legeris, aut audieris locũ aliquẽ, in quo scriptura appellauerit Abra. patrẽ gentiũ aut patrem nostrum, siue patrẽ eredẽtiũ, nõ debes ibi intelligere fieri sermonem de paternitate siue filiatione carnali, sed spirituali: & Si roges dicens. Et quo pacto fit talis spiritualis paternitas? Respõdetur. Per imitationem Fidei. Per istam enim quotquot iure & verè dicti sunt filij Abrahæ, nuncupãtur in Scriptura tales. Vnde liquido constat falsos filios Abrahę esse illos, qui Christo dixerunt, Nos semẽ Abra. sumus &c. Qm̃ hi sola carnali circunci sione imitabãtur pattẽ suũ Abrahamũ. Per istã autẽ carnis circunci sionẽ Abrahã nõ est constitutus Pater omniũ eredentiũ. Et idcirco nõ dicitur Pater circunci sorum: sed eredẽtiũ. Quod si dicas. Nũquid Abrahamo facta est promissio hęrediratis mundi? Fatendũ sane est istud, & minime inficiandum. Sed & si sit facta promissio, nõ tamẽ in eo eõplẽda, sed in semine eius. Dicis. In quo semine? R. In Christo nimirum. Et qui huic per fidem sunt coniũcti vere filij Abrahæ sunt: alij vero minime. Collige etiam ex his iã dictis, quo tempore implenda foret ista Abra. facta ꝓmissio nõ tẽpore legis sed prę. sed vbi veniret plenitudo tẽporis. Quod tẽpꝰ dictũ est lex Euãgelica, quę declarauit annũtiãdo, Christũ esse verũ sẽmẽ Abra. & verũ mũdi hęredẽ. Hæc dicta sint de paternitate Abrahę vera, De

ra. De qua si quis plura intelligere cupit, diligenter librũ Geneseos euoluat. Vbi palam inueniet multo ante circũcisionem eũ patrẽ multarũ gentiũ constitutũ fuisse. Et ex eodẽ libro, Genes. scilicet, perspiciet etiã diligens lector Abrahę paternitatẽ in promissione esse fundatã, & promissionẽ in fide. Et hinc constat paternitatẽ Abra. nõ esse carnalẽ, sed spiritualẽ, & similiter dicẽdũ est de filiatione. Nã filiatio nõ debet esse diuersi generis a paternitate. Scriptũ nam q. est apud Ioan. Quod natũ est ex carne caro est, & ꝙ ex spũ spũs. Igitur si paternitas Abrę. erat ex fide & filiatio quoq. talis esse debebat.

Ante Deum cui credidisti, qui viuificat mortuos & vocat ea, quę nõ sunt tãquã ea quæ sunt.

PErquiret diligens lector, quid sibi velit, Pau. dicere Abrahamũ patrẽ nostrũ, hoc est credentiũ, positũ fuisse ante Deũ, cui ipse credidit & fidem habuit. Respondem' quod licet hęc verba primafrõte videãtur obscura: tamẽ nihil aliud insinuare voluit Pau. nisi docere nos Abra. patrẽ nostrũ ipũalem esse & nõ carnalẽ. Paternitas enim carnalis corã hominibus est, spũalis autẽ corã Deo, cui ipse Abrahã credidit. Et ideo dixit Pau. ante Deũ, quia de tali paternitate loquii intẽdebat. Alij vero dicũt & referũt hæc verba ad illa quæ Deus dixit Abrahæ in genesi; scilicet Ambula coram me & esto perfectus. Sed melior & literæ affinior apparet glosa, quæ asserit quod Pau. interpretatur per hæc verba scilicet, Ante Deũ cui credidisti, promissionem Dei factam Abrahæ, nõ esse secundã carnẽ, sed ipsũm. Nam qui pater est secundũ carnem, non solum in conspectu Dei est pater; Sed etiam coram hominibus est pater; qui vero pater est per fidẽ siue ex fide, hic pater est ante Deũ, qui solum agnoscit filios secundum fidẽ iuxta illud. Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, his qui credunt &c. Dixit ergo Paulus hæc verba, quo insinuaret paternitatem Abrahę constare fide & non aliunde. Ioan.

Qui viuificat mortuos.

Relatiuũ, qui, hoc loco ipsũ Deũ refert, cui' efficacia istud fieri debuit, non efficacia virtute & potentia alicuius hominis, sed Dei qui viuificat mortuos. Primo quidem non poterat compleri ex parte Abrahæ qui futurus erat pater, cum iam esset centenarius & carnẽ haberet emortuam, & impotentem ad generandum: neque etiam potentia erat ex parte Sarę, quæ sterilis erat, & vuluam emortuam quoque habebat, sicut Abraham corpus suum. Si ergo isti duo ineffaces & impotẽtes erant istud virtute Dei fieri & compleri debebat. Idcirco relatiuum, qui, refert ipsum Deum qui virtutem habet. Ex hoc insinuatur miraculũ rei gestę, ꝙ virtute naturæ fieri haud poterat sicut nec viuificatio mortuorum, Ab ista nam q. priuatione. i. mortis ad vitã, non est regressus. est tamẽ per potentiã Dei, cuius virtus & potentia cuncti potens est. Sed forte dices, qui sunt isti mortui quos Deus viuificat? R. Abrahamus & Sarra. Et dicis. Quando fuscitauit? Nunquid quando vita fuerunt sed mel functi. Non legimus istos a morte corporali fuisse fuscitatos, neq. in scriptura sacra, neque alibi istud habetur, neque de hac fuscitatione loquitur hic Apostolus Paulus, sed de fuscitatione ea, qua Abraham & Sarra facti sunt potẽtes ad prolem multiplicãdam. Et sic dicti sunt viuificati & antea erant sicut mortui. Sicut enim ex hominibus mortuis (virtute naturæ) frustra speratur prolis multiplicatio: ita in illa ętate in qua erant Abraham & Sara, frustra virtute naturę sperari poterat ꝓlis multiplicatio. Vnde quãdo Sarę dictũ fuit

quod nascitur? erat ei filius ipsa risit. Quia visa fuit ei talis promissio quasi ridicula, propter impedimēta, quæ in se & marito suo agnoscebat. Quis enim nō rideret, si aliquis promitteret homini iam mortuo, nasciturū esse illi filiū?

Gen. 1.

Et vocat ea quæ nō sunt tanquam ea quæ sunt.

PAulus confirmat quomodo Deus efficaciam & vim habebat, ad viuificandum corpus Abrahę ad producendum semen, siue ad generandum. A maiori videtur argumētari. Plus nāq. ānotat, nō esse, quā nō habere potētiā ad generādū virtute natę. Quod si illud potest De⁹, multo magis istud quod est min⁹. Cōsulat lector Beat. August. in explicatione Psal. cētesimi quarti: nos breuitatis gratia illud silentio inuoluimus, & illuc lectorē remittim⁹. Neq. hoc loco te detineat impossibilitas negocij tam ex parte Abrahę, quam Sarę, cū ad generandū vterq. ineptus & impotēs esset. Qui enim eis generationē promisit potentiam eis pręstare poterat & de facto præstitit. Quare cū Deus sit in suis promissis fidelis, nō potuit esse vana sua promissio. Præterea si dubiū tibi facit, & admirationē causat tanta, tamq. numerosa populi multitudo, confuge ad tantam Dei virtutem & potentiam, quæ sine comparatione multo maior est quam populi multitudo, & cessabit tūc dubiū & admiratio. Nam qui non entia vocat, & in lucē producit tamquam entia, hoc est non existentia tamquam existētia, ex hac facilitate & potentia redditur apud Deum facilis etiā numerosa multitudo filiorum Abrahæ, concurrente viro & fœmina. Qui illud potest facere, & istud præstare quod minus est.

Qui contra spem, in spē credidit vt fieret pater multarū gentium.

Hęc litera in exēplaribus latinorū vniformis est & concordans: litera vero & textus in Gręcis nō est prorsus & omnino cōcors, licet secundū sensū nō sit discordātia. Et ideo in hac re nō est multū immorandū, sed ad textū explanandū nobis festinandū. Et primo non est hic in istis verbis dissimulāda commēdatio & ingēs locus spei Abrahæ. In scrip. enim sacra laudatur & cōmēdatur virtus spei, vbi de ea fit mentio. Et cū hæc spes maxime fidei innixa esset, cōmēdando & laudādo spē commendatur eadē opera & fides. Si enim Abrahā promissioni Dei nō credidisset nō tantā spē habuisset, repugnante maxime nāta. Sed quia sua spes donū Dei erat sicut & fides, & vtrūq. supernaturale donū, nō ex mæritis cōcessū, sed gratis elargitū; sicut Abrahā nō potuit nō credere, ita nec potuit inspe hę sitare & non confidere. Porro quomodo se habeant hęc duo dona. s. fides & spes, nū perpetuo sint simul, erit alibi suus locus. Nūc ad nostrū institutū nihil facit istud Quare ad explanādū quod hic dicit Apo. reuertamur. Dicit ergo Pau. Qui contra spem &c. Prima fronte hæc verba videntur absurdū sensum habere. Quid sibi vult, Contra spem in spem? Quis sensus est horū verborū. Est ne vna res sibi ipsi cōtraria? Est ne spes spei contraria? Credit ne aliquis contra fidē, si credit? Et si sperat, sperat contra spē? Sanè hæc verba obscura videntur. Respōsio. Hæc obscuritas & perplexitas ex æquiuocatione vocabuli, spes, nasci videtur. Siquidem si Apostolus loqueretur vtrobique de nomine, spes, in hoc textu eodem modo, haud dubie absurdus esset sensus. At qui in hac clausula Apostol⁹ vtitur vnomodo vocabulo, spes nimirum quando dicit contra spem, loquitur q, d ea spe, quæ in Abr. esse poterat secundum vires naturæ, secundū enim has vires spem nō habebat, qm impotēs erat, & sic non credebat adimpleri posse, nimirū quod ipse futurus esset

Eadem opera commendatur fides & spes.

Gemina spes vna secundū naturam alia promissionis.

set parer multarũ gentiũ propter impedimentũ quod ex parte naturę habebat. Nullã enim spẽ promittebat homini cẽtenario. Alio autem modo vitur nomine, spes, quãdo dicit, in spem. Nimirũ loquens & intelligens de spe Promissionis. Hæc quidẽ magnã certitudinem & possibilitatem habebat ex ea parte, qua Deus verax & fidelis istud ei pollicitus fuerat. Sed qm̃ contrariũ apparebat ex causa naturali (cũ natura ad hoc ineffícax esset) idcirco dixit Apost, qui cõtra spem credidit. Quasi diceret credidit & spem habuit, in ea quæ erat secundũ pt omissionem Dei, hoc est in promissionẽ Dei, quæ expresse habetur Gen. cap. 15. quando Abrahæ dictum fuit, Erit semen tuum sicut stellæ cœli & arena maris. Sed insurget forte aliquis dicens. Quomodo hic dicit Pau. Abraham ũ credidisse, si in Genesi dicitur, quod ipse, audita promissione filij Isaac ex vxore sua Sara risit & in corde suo dixit. Nũquid cẽtenario nascetur filius? & Sara nonagenaria, nascetur filius? Ex his verbis palam videtur eum dubium fuisse. Sane egregia est hęc dubitatio & digna satisquę enucletur. Sed in proximo & immediato textu accommodatior dabitur locus & occasio. Absoluamus prius totam clausulam.

Secundum quod dictũ est ei.

VOlunt quidã interpretes particulã ei, esse hoc in loco redũdãtẽ & superfluã. Sed de hoc parui refert curam nimiã habere. Quod autẽ Pau. dixit secũdũ q̃ dictũ &c. Applicatio est ad spẽ Abrahæ, cũ esset nonaginta annorum. Præsẽti pro pręterito vsus est hic Pau. Preterito. n. tẽpore dictũ fuit ei, Sic erit semẽtuũ, hoc est nõ numerabitur, sicut stellæ, quæ nõ possunt numerari & arena maris, quæ innumerabilis est nisi a Deo: in hoc habebit semẽ tuũ & tua prolis generatio similitudinẽ cum stellis cœli & granis arenę nõ fluuij, sed maris in quo plus arenę est, quã in omnib' fluminibus. Similitudo porro ista quã scriptura adducit inter filios Abrahę & stellas cœli & arenã, in hoc præcipue attendenda venit penes innumerabilẽ multitudinem: sic generatio Abrahæ futura sine numero dicta est.

Et non ẽst infirmatus in fide, nec consideranit corpus suũ, emortuũ cum iam fere cẽtum esset annorũ & emortuã vulnã Sarę.

NOn potuit Apo loquens de Abrahamo nõ mox irrũpere incõmendationẽ Fidei Abrahę, dicere q. eã nõ fuisse infirmã, sed fortẽ & validã, tamet si contrarijs ventis fuerit oppugnata. Et si dicas: Qui fuerunt isti vẽti qui eã expugnabãt? R. Primus erat inconsideratio sui corporis mortui. Qm̃ nõ obstante hoc impedimẽto sui corporis quod ad generãdũ mortuũ erat: non ideo promissioni & verbis Dei diffidere didit aut dubitauit, sed cõtra spẽ in spẽ vt antea diximus, credidit: Et sic nec fides Abrahæ nec spes eius infirma effecta est, & excõsequẽti nec Abrahã hoc est nõ est redditus debilis in fide. Legunt quidã infirmatus fide: alij in fide: sed parum interest si Abraham infirmatus fuisset fide vel in fide, vtrunque vituperiũ ei' esset: sicut non fuisse infirmatum fide nec in fide vtrũq. est illius magnũ œncomiũ. Notãt tamẽ alij qui hoc loco proposituouẽ, in, aliquã emphasim habere: alij uero eam a textu explodũt tãquã superfluã: sed friuola esset omnis tixa & cõflict' de ramparui momẽti. Dicit ergo Pau. Cũ fere esset centũ annorũ. Paruula, fere, posuit in ętate Abrahæ incertitudine mannorũ: quos si quis certo agnoscere cupit ex lectione geneseos agnoscere poterit.

Fides Abrã hæ contrarijs ventis oppugnata.

Nec consideranit corpus suum emortuum.

enim omnia possibilia Deo esse secundum suā omnipotentiā: licet propter impedimēta naturalia, quod dictū fuerat illi fieri nō posse, reuerēter considerabat & cōtemplabatur. Videat curiosus lector de hac re egregiā ac lubrilem huius dubij resolutionē & ea solā sit cōtētus: hoc in loco nos quod adda m⁹ nihil habemus. Pergamus ad alia.

Sequitur.

In repromissione etiā Dei nō hæsitauit diffidentia, sed cōfortatus est fide dans gloriā Deo plenissime sciēs, quia quęcunq; promisit Deus potēs est & facere.

PErseuerat Apostolus in hoc textu loqui de fide Abrahæ. Postquam enim ostendit quod firmissime credidit: nunc ostendere vult quod per seueranter etiam. Ad credendū nō satis est firmitatē habere: sed oportet etiā habere perseuerantiam. Scriptū quippe est. Qui perseuerauerit vsque in finē hic saluus erit. Vult igitur nūc Apostolus quod Abrahā perseuerans fuerit in fide, & per consequens nō fuit infirmatus in ea, sed semper fortis & robustus, etiam si sua promissio diu multūq; dilatata fuerit. Solent nam q. quidā ob nimiā dilationē rei promissæ diffidere & de promisso hæsitare. Spes etenim quę differtur, sicut affligit animam, ita refrigerat confidentiam. Hoc non habuit Abraham qui in repromissione Dei nō hæsitauit. Cæterū cū Abrahamo facta fuerint a Deo multæ promissiones, opus est scire de qua loquatur hic Apostolus. 4. reperiūtur factæ promissiones, Vna est quādo dictū fuit ei egredere ā terra tua &c. & faciam te in gētē magnā: 2. Quādo dixit ei Deus; Semini tuo dabo terrā: & quando dixit numera stellas cœli, si potes; sicerit semētuū & ge. 15. Reliquas quęre tu in libro Geneseos, facile erit eas inuenire.

Promissiones Abrahæ factæ veniunt ex lib. Gen. ex variis cap.

In omnibus istis nec in alijs inuenies hęsitasse vel dubitasse, sed confortatus est fide, hoc est sēper adhæsit fidei, certissime credens cōplēdas esse Dei promissiones. Hæc laus solius Abrahæ est, nō etiā Sarę, cui⁹ diffidētia animaduersa fuit. Vnde facile colliges nō ab eadē causa prouenisse risum Abrahæ & Saræ. Siquidē alter fuit punitus: alter vero minime: Quoniā Abrahamus plenissime, inquit Paulus, sciebat Deum esse omnipotentē, ad cōplēda sua promissa. Quoniam nō est impossibile apud Deū omne verbū. Pōdera interim tu, bone lector, verbū illud, sciēs. nō quidē naturali rōne autē mōstratione, sed effectus certi⁹ de potētia Dei, qua ipse potest quæcūq. promittit opere prēstare & cōplere. Potestati ei⁹ quis resistet? Vnde sicut facere Dei ex ęquo est facile sicuti velle: ita cōplere apud Deū, sicut & promittere. In creaturis nō ita se res habet: sed multi multa promittūt, quę cōpleri nequeūt. Sed iā videa m⁹ quid reportauerit sibi Abrahā ex ista tā admirabili fide. Quid! Audi quod mox adiungit Apost. dicens.

Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.

APost. volēs cōcludere & finē dare prērogatiuis fidei Abrahę, de qui b⁹ hactenus fuerat cōcionatus; in istis verbis colligit effectum & fructū eius fidei. Dixit iam excellentiam quæ declarata fuit per illa verba, qui contra spē, & scopū per alia verba, scilicet vt fieret pater multarū gentiū. Hic erat scopus: Addidit etiam & firmitatē illius fidei, quādo dixit, & non est infirmatus nec cōsiderauit &c. Nūc autem aperit & declarat vtilitatem, & fructū dicens, Ideo & reputatum est ad iustitiam. Nō perdidit Abrahamus oleū & operā, vt vulgo dicitur, ex eo quod fuit miter & pseuerāter promissionib⁹ Dei fidem dedit: sed magnus sequutus fuit fructus nedum in illo: verū etiā in omnib⁹ credētib⁹. Cęterū cū iste locus A

postoli nō fit tam facilis intellectu, vt prima fronte demonstrat, non leui, sed magna cōsideratione & examinatione venit discutiendus, ac pertractandus. Et in primis notet diligens lector, quod Paulus iam præmiserat antè ista verba (credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam) & nunc denuo reperit rursus hæc verba: quod facit vt coniungeret principio suum finem. Idcirco dicit ideo reputatum est illi ad iustitiam. Sed statim nobis discutiendum venit, quale fuerit ipsum credere Abrahæ quoniam dicit Paulus, credidit Abraham. Dic Apostole quomodo credidit? Multi crediderūt, quibus non est reputatum ad iustitiam & demones credunt, & Iudas credidit Deo, & alij similes qui non fuerunt iustificati, nec illorum fides reputata est ad iustitiam. Responsio. Absque dubio hoc in loco pro certo nobis tenēdum est, Apostolum loquutum fuisse hic de fide Abrahæ charitate formata. Nam illa quę imputatur ad iustitiam, quicquid dicant Hæretici & Lutherani, semper est fides viua & perfecta, quæ per charitatem operatur, & non illa quę est mortua & a beato Iacobo in sua Epistola inanis & vacua reputatur; nec valet ad viuificandum animā mortuam. Nam quod mortuum est, quomodo viuificabit? Non est igitur dubium quod Apostolus loquatur hic de charitate formata. Sed nota tu lector diligenter, quod fides Abrahę nō tantum charitate formata erat: sed etiam Abrahamus per suam fidem quā habebat multa & valde præclara opera operatus est. Peristam namque pla cuit ei immolare filium suum Isaac. Istud namque tam egregium opus tā Abrahamus iustificatus operatus est. At tale opus, mēritorium erat iustitiæ Dei non per reputationem sed per iustitiam. Ideo dicit Apostolus reputatū est illi ad iustitiam: hoc est fides sua imputata est ad iustitiam. Illa in quā, qua credidit promissionibus a Deo sibi factis, non quomodocunque, sed nihil hæsitando & firmiter credendo Deū fore potentem ad implere omnia sua promissa. Istud insigne opus Abrahamo reputatum fuit ad iustitiam. Sed dicet forte aliquis. Quomodo Paulus dicit reputatū esse ei ad iustitiā? Quod reputatur gratuitum est: quomodo ergo ad iustitiam? Responsio. Nota lector erudite quod Apostolus hic loquitur, de illo actu Fidei, de quo scriptura loquitur. Gene. 15. Quando dixit illic. Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam. Et ideo Apostolus eadem met verba repetiuit, quę erant in Genesi. At in illo actu fidei plurima opera heroica concomitabantur in ipso Abrahamo: consūmata erat iustitia, non tantum incohata, & ideo dicitur reputatum illud opus ad iustitiam. Quando autem dicitur, scilicet quod illud quod reputatur, gratuitum est: Ad hoc respondemus dicētes in nostra iustificatione esse aliquid secundum gratiam, & aliquid secundum iustitiam. Paulus clamabat, De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: & alibi dicebat, iustificati gratis, & alibi, gratia Dei sum quod sum. Iustitię enim nostrę sunt, quasi pannus menstruatæ: & ideo necessaria est diuina reputatio ad nostram iustificationem.

Sequitur

Non est autem scriptū tantum &c.

QVoniam Apostolus hactenus de præclara fide Abrahæ non pauca, sed multa retulit & dixit, nequis putaret frustra vel temere ab eo esse factum: nunc quo proposito & fine fecerit declarat, dicens: Istud ab eo factū fuisse, non tantum propter exaltationem tanti Patriarchæ, & gloriam Dei potissime; sed etiam propter nostram vtilitatem & commodum nostrum; vt scili

vt scilicet per ea quæ de Abrahamo dicta sunt nos maiorem spem haberemus. Sicuti enim videmus Deum cum Abrahamo fecisse, ita sperare possumus facturum nobiscum, cum simus filij Abrahæ, si tamen similes ei fuerimus in fide illius. Reputabitur etiam nostra fides ad iustitiam, quemadmodum & illius reputata fuit. Non raro æquat Deus filios suis patribus in beneficijs, si modo filij patres imitati fuerint, qui si degenerauerint, minime. Et hoc insinuare hoc loco vult noster Apostolus, & ex hoc met loco colligi potest, sacram scripturam non solum scripta fuisse aut pro præteritis, aut pro futuris, aut pro præsentibus dumtaxat, sed indiscriminatim pro omnibus: licet discriminatim verificetur: partim eorum quæ in ea scripta sunt verificata sunt, & partim restant verificanda in futuro & tempore destinato, & licet hic Apostolus sermonem habeat de gestis & actis per Abrahamum tantũ, quorum sua fides cõmendatur: tamẽ verbum hoc quod dicit Paulus, scilicet scriptum, de omni scripto in sacra scriptura intelligi posset. Nam in hac aut epistola inferius de omni scripto asserit, dicens: Quæcũque scripta sunt &c. Hic vero Apostolus solum loquutus fuit de cõmendatione Fidei Abrahæ, ad nostrum tamen exemplum & præcipue eorum quibus suam Epistolam destinabat. Volebat namque illos instruere & docere quomodo per fidẽ Iesu Christi, non per legem scriptam saluari debebant & iustificari sicut Pater Abrahã iustificatus fuit per fidem Iesu Christi & non per legem. Sed fortassis aliquis requireret a nobis. Quo pacto fides nostra reputabitur ad iustitiam? Ad salutem & iustitiam nostram satis erit nobis credere. Ergo nec Deo nec Christo referre debemus acceptam. Absit tantus error. Nam quando dicimus Abrahamum iustificatũ fuisse, quod credidit Deo & suis promissis, & quando id ipsum de nobis dicimus: non est nostra intentio excludere passionem Iesu Christi. Absit istud a nobis, sed loquimur de Fide nostra quæ inclusam habet in se passionem & meritã, & mortem Christi. Nam absque istis temerarium valde est putare quod vel fides Abrahæ, vel nostra habeatur, vel sufficiat pro iustitia nostra coram Deo: & hanc falsam opinionẽ mox explosam fecit Apostolus per additionem illorum verborum, scilicet

Credẽtibus in eum qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum a mortuis.

QVasi dicat Paulus: ne credatis, me velle dicere, quod quælibet fides esset sufficiens ad nostram iustitiam, sed qualis esse debeat fides quæ reputatur ad iustitiam, declarat dicens, quod talis debet esse credens in eum qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis, hoc est in Deum patrem. Is enim est qui suscitauit Iesum Christum à mortuis. Et nota tu lector acute quod licet Paulus hic non dicat, Credenti in Iesum Christum, sed in eum videlicet patrem, qui suscitauit Iesum Christum, tamen non intendit excludere fidem Iesu Christi a nostra iustificatione & iustitia. Ipse namque Christus est nostræ iustitiæ causa; mediante morte sua, mors nostra spiritualis absorbta fuit & tua resurrectio nostræ resurrectionis causa dicitur exemplaris. Cum igitur tam mors Christi, quam eius resurrectio fuerint causa (licet non eodem modo) remissionis nostrorum delictorum & nostræ salutis; de his duabus in hoc loco mentionem fecit Apostolus. Sed nõ dictum est temere. Non eodem modo. Nam passio Christi sine mors fuit causa meritoria & efficiens remissionis peccatorum. Per sanguinem namque Christi redempti fuimus a seruitute

tute peccati: Ipse namque fuit prætiũ nostræ redemptionis. Dicet aliquis minus eruditus. Cur igitur non pausauit hic Apostolus facta mentione de Christi morte? quorsum opus fuit addere verba illa, scilicet, & resurrexit propter iustificationem nostram? Nũquid passio seu mors Christi per se nõ erat sufficiens ad hoc? Respondemus dicentes. Apostolum nõ otiose in hoc loco mentionem fecisse de Resurrectione Christi. Voluit namque nos docere quod nisi Christus resurrexisset a mortuis, nos minime a nostris peccatis iustificati fuissemus, etiã Christo pro nobis mortuo, & soluto prætio. Siquidem tũc non credidissemus. At quoniam resurrexit, iam credimus, & sic per hanc fidem peruenit ad nos iustificatio. Quare eleganter & diuinè, vt omnia, dixit Apost. Christum resurrexisse propter iustificationem nostram, aperte nos instruens necesse fuisse vltra passionem Christi suã quoque resurrectionem ad nostram iustificationem. Est sane causa sine qua nõ fuisset facta nostra iustificatio, ipsa Christi resurrectio. Et ideo dicit. Pau. quod Christus resurrexit propter nostram iustificationem, quasi dicat, resurrexit vt perueniret ad nos iustificatio alioqui non uentura. Interim põdera tu lector acute quantum simus debitores resurrectioni Christi. Quare non sunt reprehendendi illi qui existimant iure resurrectionem Christi non tantum esse causam exemplarem nostræ institificationis, sed etiam efficientem: sicut dicitur etiam de passione Christi quæ causa effectrix est. Si namque resurrectio Christi nostram efficit iustificationem, cur non dicetur effectrix causa sicut & passio. Vtraque enim fides, Videlicet passionis & resurrexionis Christi, ex æquo operari videtur nostram iustificationem, Et ideo Apostolo hic loquens de iustitia Abrahæ & illorum qui illum imitari debebant, mẽtionem fecit non solum de morte Christi dicens. Qui traditus est propter delicta nostra, Sed etiam de resurrectione, addẽs copulatiuã particulã, &.

Atq. hactenus de quarto capite.

CAP.

CAPVT V.

IVSTIFICATI ERGO EX FIDE.

POstquã Apost. cõclusit in iam dictis, nec Iudeos, nec gentiles fuisse receptos in Dei gratiã ex suis meritis, aut ex lege, aut ex circũcisione, de quibus maximè se iactabant, sed ex fide ad imitationẽ patris nostri Abrahę: nunc recitat virtutem siue effectus ipsius fidei (mallem ego vocare dona & beneficia) quibus donamur per ipsam fidem Iesu Christi mortui & suscitati. Quæ beneficia scholastico stylo colligit dicens: iustificati ergo ex fide & cætera. Sed vnde hæc illatio infertur? Respondetur. Ex postremis verbis præteriti capitis quando dixit, nos iustificatos esse ex fide Iesu Christi, per cuius mortem & resurrectionem data est nobis iustitia & salus. Nã per mortem suam nostra destructa fuit; & per resurrectionem suam restituta est nobis vita. Cum igitur ex nostra iustificatione veniat pax, quæ est fructus spiritus; optime infert Paulus Dicens, iustificati ergo ex fide pacem habeamus. A pace exorditur enarrare beneficia iustificationis & mærito ab ea auspicatur. Angeli enim è cœlo missi, nato iustificatore nostro Christo Iesu, mox cœlo gloriam dedere, & nobis gratulantes pacem largiti sunt: gloriam quidem illis qui iam erant in pace; pacem autem ijs qui cum Deo, Angelis, mundo, & dæmone bellum habebant. Magnificum sanè donum pax & egregium profecto. Duo quippe sunt extrema dona; gratia (quæ est inchoata gloria) & pax. Gratia primum à qua cuncta alia: pax vltimum in quã cuncta quiescunt. in pace in id ipsũ cubabo et dormiam & requiescam. Pacem in hac vita habet ille cui est sedatus animus, & in rebus caducis pacatus. Pax denique optimus fructus quẽ iustificatus ex fide iustitiæ arbore colligit. cuius status est non belli, vt antea; sed pacis cum Deo. Dicamus ergo, iustificati ex fide non ex lege, contra Iudeos; nec ex propriis mæritis contra gentes: sed ex infusa fide, quę donum Dei est, & per quam efficaciam mortis & resurrectionis Christi participamus. Sed quænam est hæc pax, quam iustificatio gignit? Illa quidem, ad quã remisit Christus Magdalenam post quam dictum est ei, remittuntur tibi peccata tua, vade iam in pace. Rursus rogas & hæc qualis est? non est sane illa quam hæretici sibi fingunt, non illa quã mundus dat, non illa de qua propheta, Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Quæ ergo est hęc pax quã suppetit iustificatio à peccatis? Respõdetur, qui versant sacram scripturam in ea non ignorant geminam pacem, perfectam vnam, & alteram imperfectã. Perfecta est quæ remissione peccatorum placat & pacat. Sed vnde scimus Deum placatum, & pacatum? R. Ex donorum receptione. Qui non habet cum aliquo pacem, munera & dona illi non dat: communicano igitur donorum, Symbolum & coniectura pacis est. Hęc pax viatrix est, non est

Iustificatio pacis genetrix est.

Pax gemina

pfecta vndiquaq. excidere potest, & in futurum deperdi, & tandem in bellum conuerti iuxta illud: Pax pax & non erat pax. Denique curriculo vitæ nostræ incerta est, quidquid gaudiant falsò Hæretici. At alia est pax, qua fruuntur beati, quæ alteri contrarias habet conditiones. Hæc quidem firmissima, securissima, inamissibilis & perfectissima. Hæc pax patrię est & cõprehensoris qua, vna cũ gaudio, Deo adiuuante, illic fruemur. Ad hanc disponit illa viatrix, ab illa ad istam progressio est. Illã primo, peruenerimus, si istã consequi volumus. Ex hoc loco occasio aliqua datur differendi de certitudine gratiæ, sed hoc negotium consulto remittimus ad alium locum. Nunc pergamus particulatim discutere alias particulas huius textus. Dixit Paulus, pacem habeamus. De verbo, habeamus litigant interpretes: quidam legunt, habeamus; alij habemus, & tota, lis est de tempore indicandi vel imperandi. Non est res tanti momenti, tametsi à doctis aliquot interpretibus litigetur. Inter Græcos codices non est vna & eadem lectio, sed varia. Nos & si veremur codices Græcos in eos tamen non iurauimus. Et ideo satis nobis est videre quod grauissimi doctores (etiam Græce peritissimi) illam lectionem quæ legit habemus desertam reliquerunt vt doctissimus Origenes, Hieronymus, Chrysostomus & eius discipul⁹ siue abbreuiator Theophilactus. Omnes isti amplexati sũt verbũ (habeamus) & non verbum (habemus) quos imitari pro magna nos ducimus gloria. Quare (vt diximus) cum vtraque lectio sustineri possit, quid opus est de hac re cõtrixari? turpe enim est de eo verbo quod maxime exhortatur ad pacem & concordiam velle belligerari & rixari, puerile sanè videtur verbo super vno, magnam habere pugnam. Sed fortassis dices, non est autem pugna de verbo, sed de re quoque: siquidem si legamus (habeamus) videtur Paulus insinuare quod iam iustificati non habent pacem, sed debẽt eam procurare. Auertat Deus nos ab hac intelligentia, quæ præter id ꝙ falsissima est, remotissima etiam à mẽte Apostoli esse videtur. & fortassis istud mouit aliquos vt legerent, habemus, sed isti ipsimet se fefellerunt: nõ enim tale quid excogitamus, nec per somnium. Quoniam, habere, hoc in loco nõ est procurare de nouo. Nam si iam sunt iustificati iam habent pacẽ quæ inseparabili nexu adhæret iustificationi. At ais quiigitur si iam habent, opus est exhortari ad habendum? Respondetur, Paulus non exhortatur ad habendam pacem, sed ad seruandam & retinendam. Est namque vt supra dictum est hæc pax amissibilis in hac vita. Sed dices quomodo ꝺperditur. Respõdetur. Læthali crimine siue peccato. Peccatum si quidem mortale sicut amicitiam rumpit, sic pacem cum Deo infringit. Peccata vestra dicebat quidam diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. Vnde quandiu peccator in suo persistit peccato Deo cum suo pacem habere nõ potest. Proinde Christus inquiebat: non potestis duobus dominis seruire: aut vnum inquit, diligetis & alterum odio habebitis; cum vno pacem & cum alio bellum, sicut videre licet in duobus illis martyribus Ioanne & Paulo, qui Terentia no dixerunt: si tuus dominus est Iulianus pacem habeto cum illo, nobis non est alius nisi dominus Iesus Christus. Cæterum cum Paulus hic tantum memineritDeum, interrogandus venit si tantum nobis habenda est ac asseruanda cum Deo & non cum alijs. Ad hoc dicitur quod cum per peccatum non tãtum bellum cum Deo geramus. sed aliquando cum nostro proximo, vt patet, in eo qui homicida est, qui raptor, qui fur, qui thorum alienum maculat, qui filiam patris rapit, qui virginem deflorat, omnes isti nec cum Deo nec cum hominibus pacem habere possunt

Hæretici falsissime & mẽdaciter contra nuam iustificatis promittunt in hac vita pacem.

sunt. Vnde Paulus dicebat si fieri potest, cum hominibus omnibus pacem habete. Hic Paulus de hac pace vel vnum non facit uerbum. Ad hoc respondere possumus dupliciter. Primo quod qui non habent pacem cũ proximo, nec habent cum Deo. nam scriptum est & a Christi ore prolatũ; qui vos odit, me odit; & qui vos spernit, me spernit, & qui vos tangit pupillam oculi mei tangit. Sicut enim qui non diligit proximum nec Deum, sicut copiosus testis est Ioannes in sua canonica dicens: si quis non diligit proximũ suum quem vidit, quomodo diligit Deum quem non videt? Aliter dici potest quod per pacem Paulus non tantum intelligit eam quæ est cum Deo, sed cum proximis nostris, quinimo cũ se ipso. Nam qui secum belligerat, cur non & cum suo proximo?

Per Iesum Christum.

CVm aduenerint nobis à Deo dona; semper Apostolus Iesu Christi memoriam facit. Vnde in primo capitẽ huius epistolæ cum de se loqueretur dixit, per quem accepimus gratiam & Apostolatum, per quẽ, scilicet Iesum Christum. Nec mirum quidem, cum ipse sit mediator Dei & hominum, omnia nobis siue communia siue peculiaria ab ipso euenire debent & per ipsum, potissimè ipsa pax, quę procurari solet frequentissimè per tertiam personam, rarissime namque qui adinuicem belligerant ad pacem venire per se ipsos solent, nisi alius inter eos se interponat; hoc quippe præstat Christus inter nos & Deum. Numquam nãque Deus iratus ob nostra peccata ad beneficium pacis nos admitteret, nisi talem haberemus mediatorem & intercessorem cui pater nihil negare potest. Exauditur quippe pro sua reuerẽtia semper, vulnera que patri ostendẽs repulsam non patitur. Sed dices; hic non dicit Paulus, hanc pacem per sidem euenire nobis sed per Iesũ Christum. Respondetur. qãndo dixit Paulus per Iesum christum idem est ac si dixisset per fidem Iesu christi & per eam fidem quam de Iesu christo habemus.

Per Quem habemus accessum per fidem in gratiam istam.

VIde candide lector, Pauli mirabile artificium, qui non contentus fuit dicere, Christum esse pacis mediatorem, sed etiam asserit per eum nos habere accessum ad Deum: quasi dicat Paulus tacite, Christus non tantum causa pacis fuit, sed etiam per ipsum nobis patuit aditus & accessus ad Deũ patrem: per portam enim patet ingressus ad domum, Christus porta est iuxta illud. Ego sum ostiũ per me si quis introierit saluabitur. Per eũ igitur accessum habemus ad Deum, ipse nobis tantum beneficium commeruit. Ad uertat lector beneuolus duas fore partes eius, qui procurat pacem componere. Primas scilicet discordes & inimicos, facere concordes & amicos. Secundas procurare, facereque, vt vnus ad alterum accedat vicissim. Hic accessus securissimum est pacis signum: nõ enim est perfecta pax quando non patet inter illos facilis accessus. Dauid cum filio suo pacem iniuit, sed eius faciem videre noluit. Trũcata sane pax ista est; nõ sic nostræ pacis negociator Christus Iesus. sed pacem primo procurauit, & aditum & accessum postea præbuit: nec mirum, erat quippe ipse perfectissimus mediator. Sæpe sępius namque vsuenit quod homines mediatores ad faciendam pacem pótentes sunt: insufficientes tamen sunt ad causandum accessum inter inimicos. Iesus autem Christus benedictus sicuti est mediator, ita & aditus noster est ad Deum patrem; si quis igitur ire vult ad pa-

Iesus Christus ne dum pacem effecit sed etiam accessũ nobis meruit vt per fectissimus mediator. Iob ab prore bele. Absol. obtinere nouavluit sed multer themites

ad patrem, accedat prius ad Christū filium, ipse enim est via nostra. Sed dices, per quem accedam ad Christum filium? Respondetur, per patrem. Nemo venit, inquit Christus, ad me nisi pater meus traxerit eum. Vide mirabilem patris & filij concordiam & pactum. Primo pater nos ducit ad filium, pater est accessus ad filium, & vice versa filius ad patrem.

Ioan. 6.

In gratiam istam in qua stamus.

GRatiam vocat hic Apostolus statum, in quo manet peccator post quā est iustificatus à Deo. Sicut enim quando erat peccatis inuolutus statū peccati habebat; sic effectus iustus, & cum Deo pacificatus in statu gratiæ dicitur esse: & quoniā ista iustificatio gratis fit, mērito hunc statum gratiam appellat. Vnde patet quod nō fit ex mæritis. Communiter quando Pontifex cōfert alicui aliquod beneficiū, quod non datur ob mærita recipientis, solet dicere qui recepit, Pontifex fecit mihi istam gratiam, hoc est gratis hoc beneficio me donauit. Vel alio modo, in gratiam istam, id est in istam pacem cum Deo. Pax enim ista iure appellari potest gratia. Gratis enim Deus recipit peccatorem ad osculum pacis. Sed propter verbum sequens, scilicet (in qua stamus) (stare autem statum facit) prior expositio accommodatior videtur. De quo etiam verbo, stamus, non unus est interpretum consensus: alij magis probant vt legamus, stetimus quam stamus. Sed postquam vulgata editio habet, stamus. & Chrysostomus & Ambrosius & multi alij legunt stamus, nos ad illorum imitationem, non inuanum conterentes tempus (stamus) legamus. In re enim tam parui ponderis & momenti & si exemplaria Græca habeant stetimus, nihil refert, forsan ponitur tempus pro tem-

Stare hoc loco perseuerātiam in bono dicit quā nobis Christus negauit.

pore. Verum magis ostendit perseuerantiam verbum præsentis temporis quam præteriti, quod denotare rem fuisse & modo non esse videtur, vt illud, fuimus Troies, hoc est iam non sumus: perseuerantes enim congrue dici possunt stantes. Sic Dauid dicebat, stantes erant pedes nostri: & Paulus quando hortabatur ad perseuerantiā in bonum, dicebat; qui stat videat ne cadat. Facit ad hęc quod per verbum, stamus, perfectiori modo patefit & ostenditur efficacia & virtus gratiæ & fidei, quę est erigere nos ac firmare per spem eorum bonorū, quæ speramus: quod si non omnes ex æquo firmi, & stantes sunt, vt puta quod noui sint in fide, quos aliquando videmus vacillare & nutare, hoc non prouenit ex parte fidei vel gratiæ, sed ex eo quod nō curant cum Apostolis dicere; domine adauge nobis fidē; quod si facerēt perseuerantes & stantes essent. Sed aliud sese offert dubiolū, videlicet, ad quid referenda sit particula illa, qua, an ad fidem vel ad gratiam ita quod legendum sit, in qua gratia, vel, in qua fide. Beatus Ambrosius videtur coniungere particulam, qua, cum fide; Beatus autem Chrysostomus cum particula gratis: sed sic vel sic dicere nihil refert. quoniam stamus fide etiam iuxta illud Pauli, tu autem fide stas noli aliter sapere, sed time; & gratia quoque stamus. Vtraque igitur oratio vera est, & propria. Qui in gratia stat, in fide stat & qui in fide stat, formata ramē, in gratia stat. Cęterū quęrēdū nobis est, quib⁹ cū loquitur Paul. an cū omnib⁹ pacē & fidē habētib⁹, aut eū se ipso, aut cū suis similibus. Si dicamus loqui secum & cum suis similibus, nullum esset inconueniens adaptare istum Pauli locum in fauorem illorum, qui mordicus cōtendunt quod homo potest in hac vita habere certitudinem gratiæ; quoniam hoc Paulo datum est ex peculiari priuilegio: at si Paulus loquitur in vniuersum de omni pacem habente &

2. Cor. 13.

iustificato, nihil minus intendebat Apostolus, quam loqui de certitudine gratiæ. Nam licet Paulus dixerit nos fide iustificatos pacem habere; tamen non fecit nos certos de nostrorum peccatorum remissione: non enim sunt idem ista duo. Et in hoc decepti sunt Lutherani. licet namque ex fide & iustitia, & pace ritè colligatur gratia, non tamen certitudo gratiæ, sed magna coniectura, & indicium nõ leue inferri potest. Hæc de re inferius copiosius, Deo duce, agemus, quando ostendemus quod qui non habet perseuerantiæ donum, non potest certo scire se esse in gratia Dei; & iam diximus supra Paulum loqui de pace quæ deperdi potest.

Allusio prima.

QVãti sit facienda pax homini Christiano, ex his verbis Pauli quiuis vel mediocriter doctus colligere potest. Qui ea caret Dei amicus esse nequit, qui autem habet filius dei vocabitur. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabũtur. Qui pacem habet omne bonum habet; qui non habet nil mali deest ei. Sectetur igitur pacem qui Deo inseruire vult, primo in Deo, deinde in proximo, tertio secum cum Deo, deserens impietatem, nam vt Isaias canit, non est pax impijs: cum proximis, pietatem erga eos exercẽs, secum autem tranquillitatem habens, bellum cum mundo carne & dæmone gerens. His cum tribus si bellaueris inimicis, eos que vicerisin pace & tranquillitate eris. Fide de mundo triumphabis. Hæc namque est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Carnem parcimonia & castigatione vinces. castigo corpus meum inquit Apostolus & inseruiturem redigo. Dæmonem autem superabis, iugulabilique gladio verbi Dei dicendo, vade retro Sathana, &cætera.

Mat. 5.

Esaiæ. 48.

1. Ioan. 5.

Paul. 1. c. 9.

Mat. 4.

Allusio secunda.

PEccatores à mundo carne & asciptis recedant si ad Deum accedere cupiunt: non quidem passibus corporis (per quos nulli patet ad Deum aditus) sed dirigendo pedes animarum suarũ in viam pacis, habet namque anima suos pedes, quibus graditur ad Deum: dicant que cum propheta, dirige domine gressus nostros in semitis tuis: vt non moueantur vestigia nostra. Nõ sint pedes vestri, o Christiani veloces ad effundendum sanguinem; non currant ad malum; purgẽtur, lorique sint; non appareant sordes in pedibus vestris, sint pulchri, euangelizãtes pacem, prædicantes salutem. Hisce namque pedibus accessum habemus ad dominum. Sed nos soli ad Deum accedere minime valemus: claudi sumus ad ambulandum, iuxta illud; pedes habent, & non ambulabũt: cæci sumus, duce indigemus; viã qua itur ad patrẽ nescimus, ductore egemus; remediũ est nullum nisi aggrediamur iter cum Christo, per quem securus patet accessus ad patrem, qui si iustificat nos cum sit noster dux, iustos nos adducet per vias rectas, & tandem ostendet nobis regnum Dei.

Psal. 118.

Tertia Allusio.

SIignoras o homo quomodo pacem habere debeas cum Deo (qui est Deus pacis, quæ exuperat omnem sensum) bellare te oporrere intelligas. Finis namque belli pax est; secus iniustum foret bellum, quod pro fine pacem non haberet. Bello pax acquiritur & pace bellamus. Mira res pace bellare. Qui cum Deo pacem habet bellum cum mundo, carne, & tyranno dæmone gerit; & è contra qui pacem cũ carne, mundo, & dæmone habet cum Deo bellum gerit. Amicus huius sæculi

inimi

exultatio, vt docet eruditè D. Thomas pri. secun. de bono præsenti est, non de futuro: quomodo igitur erit gloria in spe eorum bonorum, quæ futura
Respon. sunt? huic rei sic occurrimus dicentes, quod de futuris creatis bonis nemo sapiens gaudere & gloriari solet, eo quod incerta & fallibilia sunt: at spes filiorum Dei etsi sit de futuris bonis; sunt tamen illa bona certissima & firmissima. Sed vnde tanta certitudo? Respondetur a pollicente & promittente, qui non sinit nos nostra frustra
Spes firmissima anchora. ri spe, quæ firmissima anchora est. Nam qui sperant in Domino numquam confusi abibunt. Spera inquit
Psal. 36. vates in Domino. Sed vide quid addit, & fac bonitatem. Quasi dicat tu facito bonitatem & spera in Domino; iacta cogitatum in Domino & ipse te enutriet. Ex ijs contemplari licet diuinum Pauli intellectum qui non dixit nos gloriari de fide, sed de spe gloriæ Dei: & rario est, quia fidei iam nunc possessores sumus sed gloria in futuro reuelanda est nobis. Non sunt in quit Paulus, condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã quę reuelabitur in nobis: quæ gloria
Esa. 48. Deo propria est, ipso dicente, gloriã
Lucæ. 24. meam alteri non dabo: & Christus suam appellabat Dicens: nonne oportebat Christum pati & sic intrare in gloriam suam? sed ũ sua est, quomodo iustificatus spem de ea habenda habet? in rem alienam quis habet spem? Ad
Respon. hoc dicitur quod sua & nostra est hæc gloria: sua per naturam; nostra per adoptionẽ: sua tãquãi auctoris nostra vt possessores & coheredes. Venite, inquit, benedicti Patris mei possidete vobis paratũ regnum ab origine mũdi. Illius rursus est, sicut eius dominus; nostra est vt hæredes eius. Nõne bona quæ habet Pater bona patris sunt & eius filij heredis? Nunquid ille parer dixit suo filio maiori quando murmurabat cõtra minorẽ fratrẽ suũ, filiom nia mea tua sunt? Cæterum quomodo sperabimus, si quis tenet eam? Dicit ego gloriam meam alteri non dabo. Si ipse est eius tenax, quis quæso sperabit in eum? qui sperat animetur & non despondeat animo: Dauidem audiat dicentem, atque spem dantem: gratiam, inquit, & gloriam dabit Domi
Esai. 45. Psal. 33. nus. Verum sane iucundissimũ & cõsolatione plenum. Et ad illud quidem quod dicitur, nõ dabo, intellige tu docte lector nõ dabo indigni, celeratis peccatoribus, infidelibus, & huius farinæ hominib⁹, qui ea indigni sunt. Vel si mauis dicito alteri nõ dabo scilicet qui fuerit alter: alter quippe relatiuum est diuersitatis: alteri idest diuerso, hoc est qui nõ fuerit Deus: qui enim non est Deus vllo modo, ille alter est à Deo. Sed dura videtur hæc explanatio: immo suauissima & nectare plena, nam pater hæreditatem non solet imparti rialienis, sed suis filijs qui sunt aliquid patris: & cum boni & iusti sint genus Dei, vt Poeta dixit, & Paulus adducit, quando Deus largitur gloriam ali
Psal. 81. cui, non dicitur, dare illam alteri: quia Deus per essentiam dat Deo per participationem. Ego dixi, inquit, dij estis vos & filij excelsi: si enim Deus daret gloriam ijs qui non sunt Dij illo modo, tunc temporis diceretur dare gloriam suam alteri. Hoc simi-
Similes. li docemus & illustramus illud. Si pater aliquis haberet pulchrum annulũ, diceretq. istũ annulũ ego alteri, nec dabo, nec accõmodabo; si postea accõmoder filio vel vxori suę, nõ dicetur quod alteri accõmodauit; eoq. filꝰ, & vxor nõ videtur esse alteri à patre: pari forma quãdo Deꝰ dat gloriã suã ei, qui filꝰ est p charitatẽ & gratiã, nõ dicitur dare gloriã suã alteri. Tertio breuẽ me ego expedirẽ & ab hac re extricarẽ dicẽdo, verũ esse videlicet illũ sermonẽ quẽ dixit Deꝰ, scilicet, se nõ daturũ gloDei gloria incõmunicabilis. riã suã alteri, quoniã gloria quã Deus possidet nulli ergaturę dabilis est, neq. in hãc creatura ispẽ habet, sed in illã cuiusipse capax est & possidere potest.

Non solum autem: sed & gloriamur in tribulationibus.

PErseuerat Apostolus commendare fidē, qua iustificamur & qua pacem habemus cum Deo, quaque gloriamur in spē filiorum Dei. & sic nunc ad hæc tria officia fidei, vel, si mauis, bona quartum adiungit fructum, qui est gloriari in tribulationibus. & vide bone lector & Pauli ingenium contemplare. Qui sunt in patriæ pace, gloriātur quidem, sed non in tribulationibus sed in gaudijs tripudijs, in canticis, in visione beatissimę triadis, in fruitione personarum diuinarum, in societate spirituum beatorum, in cōsortio sanctorū patrū, in multisque alijs huius generis rebus: exultabunt, inquit regius propheta, sancti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis: at nos in pace viæ gloriamur quoque, sed non in gaudijs, nō in lętitijs, nō in conuiuijs, non in tripudijs, non deniq. in prosperis, sed in tribulationibus, in angustijs, in laboribus, in ærumnis, in frigore, in fame, in siti, in nuditate & ægestate, & tandem in infirmitate, Paulo dicente & clamante. Libenter, inquit, gloriabor in in firmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Obserue tu in verbo, gloriamur, diligens lector vim & enargiā vocabuli. Multi sunt qui æquo animo ferūt afflictiones propter spem futurę gloriæ, sed non gloriantur: alij tantum abest vt in tribulationibus glorientur, vt egrè ferant eas & contristentur, earumque impatientes sint: alij verò hilari animo suscipiunt, sustinentque. Sustinuit anima mea in verbo eius speravit anima in domino, dicebat Dauid. Sancti Dei martyres hac spe corroborati & confortati ibant gaudentes à cōpectu concilij, quoniā dignos se esse existimabāt pro nomine Iesu cōtumelias pati. vnde Pauli confessio in multorum persona hæc erat. Patimur, sed non angustiamur; blasphemāmur, sed nō maledicimur & benedicim⁹. Quę nam hæc doctrina noua? reuoluctu lector christiane totos philosophorum libros, & vide si quēpiam inuenies, qui te doceat consimilem doctrinā, qualem nos docet Paulus, vt pote in tribulationibus & afflictionib⁹ esse gloriandum. Inaudita sane res est, in placitisque philosophorum nulla vnquā fit mētio. Lege, & relege, nullus sit codex, quem tua non percurrat diligentia; volue & reuolue foliatim etiā omnes, quos philosophorū habet schola libros: profecto neminem inuenies, qui in ærumnis, in laboribus, in afflictionibus, in tribulationibus que gloriam, felicitatem, gaudium, & beatam vitam tibi promittat, Nec mirum. Siquidē istud reseruauerunt sibi Christus & Paulus dicendum, Magister & discipulus: Magistro docente ac dicete, beati qui persecutionem patiuntur, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: & discipulo clamante gloriandum esse in tribulationibus. Sane tanta tam que mirifica doctrina à tantis doctoribus audiē da erat, quo mundus qui alia erat imbutus disciplina, nec illam miraretur, nec sperneret eam vt pote nouam. Qualis doctor, talis & doctrina.

Pfal. 149.

2. Cor. 12

Pfal. 118.

Actuum 5.

1. Cor. 4

Admirabilis, doctrina quæ in philosophis non inuenitur,

In tribulationibus.

NOn dicit Paulus in tribulatione, sed in tribulationibus iustificatos, & cum Deo pacem habentes. Non in vna dumtaxat exercet & probat Deus tribulatione: sed in multis. Multæ tribulationes iustorum ait Dauid, sed de ijs omnibus liberauit eos Dominus. Neq. sane multę sunt, si cū præmio lis & coronis cōferantur. Scriptū quippe est, in paucis vexati, in multis bene disponētur. Sicuti enī spes tātæ gloriæ, quę bonos manet, tribulationes leues & momentaneas facit: ita & paucas non

Psal. 33.

nō enim sunt multę, sed paucæ: In pau cis inquit vexati, in multis præmiati; nō enim sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ re uelabitur in nobis. Felices sane tribula tiones, quæ tāto bono recōpensantur. Non igitur mirū si Paulus iubet, in eis esse gloriandum, dicendo gloriamur in tribulationibus.

Prima Allusio.

EX hoc loco Pau. egregiā ac diuinā habet quiuis christianus consolatio nē, qua poterit molestias, pœnas, tribula tiones q. patiēter ferre, & in eis nō mul tū cōtristari, sed gaudere & gloriari. Tri bulationes nāq. magna gloriādi sunt materia. Nā quoties in salute proficimus, toties materiam gloriandi habe mus: at ipsę tribulationes, quamquam mūdus abhorreat: bonis tamen nō vul gares sunt gloriādi occasiones. Putat mūdus tribulationes indicia, & nuntij esse iræ Dei contra nos: sed fallitur, & toto cœlo, totaq. terra errat. Tantum abest vt sint irati Dei notæ, & signa tri bulationes ipsæ: vt patiētiæ indices sint & bonę voluntatis & ingentis amoris, quo nos Deus diligit. Nūquid ipse nō ait ego quos amo & diligo (nota munda ne) hos corrigo & castigo? abſit ab ore Christianorū tam horrendū verbum, quod magna animaduersione dignū est. Dicito Christiane mihi, si tribulatio nes essent signa iræ Dei, immisisset eas Pater æternus in tanta copia super filiū suū Iesū dilectissimum? quid stultius dici potest? quid absurdius cogitari? quid dementius eloqui? quid nefandi? imaginari? non igitur credat christia nus nos à Deo affligi in hoc mundo quo nos perdat, sed ideo fieri vt nos purget, vel vt nos reuocet ad pœnitē tiam: vel vt nos probet, sicuti proba tur aurum in fornace, non vt perdatur sed vt purgetur.

Tribulatio est materia gloriandi.

Mūdus tribu lationes exo sas habet.

Tribulatio nes sunt indi ces bonæ vo luntatis & magni amo ris quo Deus nos diligit. Apoc. 3.

Secunda Allusio.

HIlari animo à nobis suscipiendæ sunt tribulationes & mala pœnę in hac vita. Siquidem per eas nobis iter paratur ad gloriam, per multas nam que tribulationes oportet nos introi re in regnum Dei. Hęc est via qua no bis ambulādū est, non tantū triū dierū spacio, sed omnibus diebus vitæ no strę. Nemo sibi blandiatur nec putet se per vias planas & amęnas posse ire ad gloriam. Non per has vias, sed per angustam, laboriosam, petrosam & ar duam. Quæ quanto est breuior, tanto asperior. Cuius asperitas nos haud de bet terrere: quoniam ducem ante nos portamus Iesum Christum: qui per eā nos ducit, ascendit ante nos viam no bis pandens, vexillum crucis secum portans, coronam in capite spineam: faciem sputo cōpersam; manus con fossas clauis; latus fluēs aqua & sangui ne a planta pedis vsque ad verticem; respersum sanguine clamantem atque dicentem, qui vult venire post me, tol lat crucem, non meam, sed suam & se quatur me. Quis miles tam pauidus, tā que segnis non sequetur talem ducē? Quis non pro summo honore ducet suam tollens crucem talem comitari ducem: quem non pudebit terga ver tere? quis non dicet cum Thoma Apo stolo, eamus & moriamur cum illo? Si iste dux noster vt intraret in gloriam suam, oportuit eum pati: nos qui eius milites sumus intrabimus ne sine pati? intribulati, non afflicti, doloribus in ta cti à persecutionibus liberi, delitijs af fluentes, gaudētes, ridentes, voluptati bus operam dantes, comedentes & bi bentes? nos membra sub capite spina to uolumus esse delicati: pudeat, inquit mellifluus Bernardus, sub capite spina to membrum fieri delicatum.

Per tribula tiones nobis iter paratur ad gloriam. Act. 14.

Matth. 16.

Ioan. 11.

Bernardus

Scientes quòd tribula tio patientiā operatur, pa tientia probatio nem.

Rationem assignat Apostolus quare dixit, quod gloriamur in tribulationibus: quasi diceret durum vobis forsan videbitur, quod dixerim gloriandum fore in afflictionibus. Nō sane temere nec pro meo dixi arbitratu. Scio enim (etiam experimento) carni non esse gratas & iucundas tribulationes. Caro quantum potest eas refugit. quod vel ex eo solo quod Christus in horto patri dixit perspicuum est. Sunt namque afflictiones tortores & flagella carnis nostræ & cum nemo vnquam carnem suam odio habuerit, sed foueat illam: quid mirū est si spernat, fugiat, abominetur, atq. inimicas habeat illas? Sed quid Christus in horto? quid? Patrem exoranit vt cū à tribulationibus liberaret. At qñ? qñ dixit: pater si possibile est, tranſeat à me calix iſte. Quis est iſte calix nisi calix afflictionum, tribulationumque? quasi dicat mi pater dulcissime, quis istum calicem tribulationū tam amarum, tam acetosum tam fecibus plenum, tamque inguſtabile gustare poterit? ille clamabat mors in olla vir Dei. Dicam ego aptius, o pater mi nō mirentis si refugio, quia mors est in calice. quis gustabit quod gustatum generat mortem? tam amarulentus erat hic tribulationū calix quod sola eius contemplatio sanguinem sudare fecit. Quare oportuit, vt cito e cœlo veniens angelus confortaret eū dicens. O virorum fortissime, confortare & esto robustus; nam vel tu vel omnes peccatores terræ bibituri sunt. Tu qui aquam in vinū prætiosissimū veluti balsamum conuertisti, prægusta & præbibe tu prius. Non hic tibi est alius quis architiclinus, vt in nuptijs. Tu es huius calicis architiclinus. fac tu prius periculū & deinde more hominū pro pœna alijs. Si adhuc non sitis, bibe pro ea quæ ventura est siti. dicturus quippe es, sitio. Sed ad literā veniamus (sciētes quod tribulatio) Sicut cūloquetur de tribulatorum gaudio, cum alijs se adnumerauit dicēs, gloriamur &c. itanunc in persona sua & aliorum dicit, scientes &c. Sed vnde scis Paule? quis te docuit? quis tuus fuit magister; Plato ne an Aristoteles? minime: sed magister meus experientia. Nam ter virgis cæsus fui: semel lapidatus naufragium que passus: ex ijs quæ perpessus sum didici & scio. Quasi diceret expertus loquor, non ex auditu, non occultatus, sed expertus testis sum. Sed quid est quæso expertus? Respondet Paulus, quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem & cætera. Sed quomodo hoc est? videre nā q. est multos, qui in tribulationib⁹ impatiētes sunt: quorū murmur resonat, querimonia clamat, nec mens bene cōscia cōseruat patiētiā. Nūquid omnes sunt quēadmodum sapientissimus ille Iob patiētię specimen, qui totu mundo patientiæ exemplum factus est? quotus quisque dicit in tribulationibus, vt ipse, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum? illatas iniurias. damna, detrimenta, iactaram bonorum, famę denigrationem, honoris amissionem, fortunam aduersam quis patienti animo sufferet? Resvera sunt sanè hęc. sed nihil præiudicant doctrinæ Pauli. Nam non ipse asserit quod omnis afflictus sit patiens, sed quod tribulatio est materia patientiæ & tribulatus in patiencia se exerceat. Creditor namque ille qui debita non poterat soluere, ad quid confugiebat afflictus nisi ad patientiā. Nam quando ille cui debitor erat, volebat eum suffocare, ad patientiam confugiebat dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Optimum sanè est tribulatis patientia solamen & refugium. Cæterum non est nostri instituti encomia & laudes patientiæ decātare. Tot tantæque sunt eius laudes, vt nec sermone valeant explicari, vel à fecundissimo oratore. Nunc quod ad litteram

Mat. 4. Patientia afflictis & tribulatis labore est solamen.

Materia patientiæ tribulatio.

ram attinet, satis est nobis animaduertere quod materia in qua versatur patietię virtus, tribulatio est: in prosperis enim non est patientia, sed in aduersis & afflictionibus. Prospera namque & secūda quis est tam fracti animi qui nō sustineat? in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in seditionibus, in laboribus & in carceribus & reliquis id genus malis, contra ista armari nos patientia oportet. In istis debet homo patiens ostendere suum infractum animum, constantiam & fortitudinem suam.

Patientia autem probationem.

ALio modo patientia efficit probationem, quam tribulatio patiētiā. Tribulatio secūdū occasionē ipsa quidem, occasio est qua virtus patientiæ exercetur sicut peccata materia sunt virtutis patientiæ ita afflictiones patiētiæ occasiones, at patientia alio pacto causat probationem nō per occasionē sed vera causa effectrix est probationis, ita quod probatio est effectus patiētiæ. Patientia namq. experimentū facit animi patientis & infracti. Per patiētiā probat Deus suos & cognoscit quid sint, sicut per ignem, aurum & argentū probātur. Quod si roges quorsū probat & examinat suos? nō ne ipse explorat os habet? nūquid cognoscit illos intus & in cute cū sit scrutator cordium? quis potest eum latere? Resp. Deus nō sui grā id facit, sed ideo fit tale experimentū, taleque examē, vt tū ipsimet se cognoscant, tū etiā vt ab alijs cognoscātur. Hac ē causa bonorum hominū à Deo fit probatio & examinatio. Vinū probatū absq. scrupulo bibitur. Seruo probato securius fiditur. Medicamē probatū tutius sumitur. Cū amico probato cōfidētius itur. Doctrina probata libētius recipitur. nouici⁹ probat⁹ ad professionē admittitur. Antidoto probato cōtra venenū facile creditur. & deniq. sapiēs de probato dicit: Probat⁹ est, & inuent⁹ est perfect⁹. Vt enim faber argentarius lapidē habet quo aurum probat: sic Deo lapidis loco patiētia est qua suos probat. Tāge mōtes si fumigāt impatiētes sunt: si non totū ignis est. Lignū viride fumat, siccum minime, qui siccus est & tribulationib⁹ torrid⁹ quādo tāgitur fumi nil foras emittit, hoc est nulla impatiētiæ indicia ostendit, fumi. n. impatiētissimi sumus.

Lydius lapis dicitur.

Fumus typus impatientiæ.

Probatio vero spem, ex probatione consurgit spes maior quam esset antea. Nam animus probatus magis roboratur, & perficitur in spe, qui probatus est in militandi arte maiorem in certamine habet spē de triūpho atq. victoria. Sic animus probatus augetur & animatur magis in spe. De gloria maiorem expectationē habet probatus, & de futura beatitudine quā nō probat⁹. Probatio igit̄ auget spē nō tātū cōfidēs in sua probatione & meritis propriis sed in tribulationib⁹, in patiētia, in probatione, admixtis cum gratia Dei. Nā sperare vel sine meritis aut in solis nostris vtrunque potius præsumptio est quam spes. In vtraque partem à quib⁹dā peccatur. In alteram peccant qui omnino nostra destruūt meritain alterā vero qui plus iusto nostris meritis tribuunt. At rei veritas media incedit via: admittit mærita, sed non solum nostra sed etiā Iesu Christi, sine quibus sunt inania nostra: & in quibus minus sperandum nobis est quam in illis quę Christi sunt, vt pote multo efficatiora.

Sperare in suis meritis nostris præsumere est.

Similie.

Respon.

Spes autem non confundit.

CLaudit hic Paulus catenam illam auream quam ab initio composuerat. Sunt enim in catena, ea ex quibus constatur, cōnexa sic ista a Paulo recitata concatenata sunt & gradus vnius scalæ videntur. Quare non iniuria, appellata est gradatio a quibusdam, sicut enim in scala, qñ ascenditur qui ascendit, ab vno gradu ad alium

tendit,& vno relicto ad alium pergit, ex primo ad secundum,ex secundo ad tertium & sic consequenter: sic ex tribulatione ad patientiam ex patientia ad probationem,a probatione ad spē ab spe glorię ad gloriam in re. Ecce Paulina scala Paulinam scalam per quam ascenduntiustificati ad Cœlum, gradus nō multi & ascensu faciles. Sed opponet spi. Iacobi se aliquis dicens, hos gradus non esse bene ordinatos: nam diuus Iacobus non sic ordinauit sed modo diuerso. Ait nāq.fratres omne gaudium existimate cum inciderit is in varias tentationes scientes quod probatio fidei patientiam operatur:at contra dicit Pau Paulus & Iacobus contrarij. lus quod patientia operatur probationem . Ad hunc scrupulum bifariam possumus occurrere primo dicentes, quod Iacobus cōcorset cū Pau. quoniā nomen probationis vsurpauit pro tribulatione.Quę est quęso probatio fidei nisi tribulatio illa,qua quis probatur in fide ? cuius generis fortasse fuit probatio Abrahæ,quando dictum est citolle filium tuum quem diligis Isaac & offer eum super montem. Tentatio hæc tribulatio magna fuit.Quis nō affligeretur pater,quis nō tribularetur si non esset ei nisi vnic' filius & ille mādaretur occidi a proprio patre?magna sane & ingens est hæc tribulatio,quæ tentatio siue tribulatio probatio fidei fuit. Tentatus est Abraham vt ostenderetur eius in Deum fides de susc itando filio:cuius rei firmissimam habuit confidentiam & fidem: & ideo ibi probatio à Diuo Iacobo vsurpata est pro afflictione:si vero nomen,probatio,accipiat pro eo quod est exploratum & iam examinatum,istud effectus dicitur esse hominis patientis qui per limam patientiæ est probatus: & sic non est idem probatio & tribulatio. Paulus loquitur in secundo sensu: Iacobus vero in primo & sic non sunt adinuicem contrarij . Sed si volumus hanc ditcordiam ad regulas philosophorum redigere, aliter dicemus non confugientes ad æquiuocationem vocabuli : sed iuxta philosophiæ canonem affirmantes quod secū dum varium genus causę,vnū potest esse causa alterius &contrario: seruato tamen diuerso genere causæ.Vnde dicimus quod probatio potest causare patientiam & vice versa patientia probationem:vt verbi causa sit aliquis homo patiens,qui intelligat se probari à Deo,animatur iste magis ad patientiā. quasi secum dicat Deus me probat ac proindevolo esse patiētior . Ecce quo modo illa probatio auget patientiam. nec obstat quod econtra patiētia causauerit probationem . inter philosophos ex pedita res est quod vnum atque idem potest esse vno modo causa &alio modo effectus.Ad huius clausulę exactam enodationem quantum ad litteram spectat, nihil supereſt dicē dum prēter vnum quod lector observare poterit vt clare agnoscat Luthe ranorum errorem qui sicut nudam fa a rrorkuthera norum. ciunt fidem & mortuam amant:sic & spē.Nā viua spes nō nascitur ex mortua fide,sed ex ea quę comitata est bonis operibus,tribulationibus,patientia, perseuerantiaq. in bonis actibus. Hæc est spes & fiducia nostra & hęc nō cōfunditur.Ex patientia enim gignitur viua spes non ex sola confidentia,quod hoc simili videre poterit qui vis vel mediocriter litteratus. Quis rogo agricola esset tam demens,tamque mentis inops qui nec arando nec serendo nec triturando vellet ex terra spe- quæ dicitur spes nostra rare aliud prēter spinas & tribulos? stulte,si non fuisti arans nec seminans quomodo eris colligens fructum?hęc tua spes vana & cassa est:hæc inquam nō poterit te nō cōfundere. At nostra cū nō sit huiusmodi,sed qualis ea est. quā hic nobis Pau. promittit, non erit frustranea,sed certa & secura ,vt ipse nobis promittit dicens.

Spes autem non confundit &c.

Non

non raro contingit vt quis spem habēs frustratus discedat ab spe: ideo necessum fuit, vt Paulus huius spei qualitatē & conditionem nobis aperiret hisce verbis, Quasi dicat non vos conturbet quod aliquando spērās soleat frustrari sua spe, quia illa spes hominū est qui in promissis sunt fallaces & mēdosi, nolite confidere in principibus neque in filijs hominum in quibus nō est salus: at spes quam habet iustificatus de habenda gloria certissima est, non est fallax vtpote quæ sit Dei qui fallere neminē potest. Ab hac spe nemo frustrari & confundi potest. Neq. te moueat quod ista sperāda quæ Paulus proponit sunt de genere earum rerum quæ vincunt totam hominum naturam imo & angelorum. Nam homo non confidit ea se posse consequi suis propriis viribus, nam talis non esset sperans sed potius desperans: sed sperat se consequi posse diuina adiuuante gratia & ideo hęc spes non potest esse vana & cassa. Neque quemquam turbare debet si videat magnam partem ex iustificatis nō esse suæ spei consecutum eos scopum & finem, si quidem illud non est imputandum spei, sed hominibus male sperantibus: qui enim verā & viuam spem habet iste qua talis est nunquam abibit confusus. Vnde. C. f. quis sperauit in domino & aliqñ ibit confusus? quasi dicat nullus. Non inquit confundit spes Dei sicuti humana: ista est sæpe causa verecūdiæ & pudoris non autem spes Christiana. & hanc differentiam hisce verbis inter has duas spes voluit elegantissime insinuare Apostolus. Quomodo potest nos cōfundere? aut quia Deus promissor non seruabit promissum? aut quia nō poterit ex impotētia? neutrū dicēdū est. Primo deus fidelis: secūdo Deus omnia potens. quomodo poterit ista spes frustrari? dicat dauid vnus pro omnibus, in te domine speraui nō cōfūdar in ęternū: & alibi bonū est sperare in Domino quā sperare in principibus.

Psal. 24.

Psal. 30. Psal. 117.

Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. &c.

MIrabilis mihi videtur hic locus Pauli non tamen, vt quidam volūt, inattingibilis. Mirabilis quia ab spe transitum facit ad charitatem. Nam licet spes & charitas imo & fides Deum pro obiecto habeāt, cum sint Theologales virtutes: tamen non video vnde colligatur quod spes non confundat quia charitas diffusa est. Quid consequentiæ est ibi? quis nexus? quę series? quæ probatio est ista? hoc mihi videtur mirabile: sensus autem verborum Apostoli non mihi apparet incomprehensibilis: quoniam hoc adduxit ad firmādam, confirmādamque spem nostrā. Quid? spes charitas firmamentum est? maxime, Rogo audi bone lector & rātisper auscultra. Dicito mihi si quis esset in spe recipiendi aliquid si interim dū nō recipit daretur ei aliquod egregiū donum in pignus, tale pignus nonne roboraret spem? quis dubitat? nemo sane. Diceret ille (vel intra se saltim) Deus dedit mihi tam magnificum donū quale est charitas: quomodo mea frustrabitur spes? Vnde Pau. ad hunc modū cōsiderauit spē datā nobis dicēs: nolite putare quod frustrāda sit nostra spes: quia charitas Dei diffusa est in cor. nost. hoc est; quia iā accepim⁹ pign⁹ egregiū nēpe ipsā charitatē, in tāta abundātia & copia quod diffusa est in cordib⁹ nostris. Quomodo qui tāti donū dedit, nos priuabit suā spe? Quia ergo data est charitas, certa est & firma spes nostra. Ex his igitur tollitur admiratio loci, & intelligentia eius clare habetur. cōsequutio bona est, et ratio cōrextus et seriei manifesta: quoniam efficax ratio a Pau. adducitur ad confirmandā spē illorū qui sunt iustificati, nempe ipsa charitas Dei effusa in cordib⁹ nostris qua charitate confirmatur spes iustificatorū. Et sic hic rext⁹ cōsequutionē, et connexionē habet cum præcedēti b⁹

Sed explanemus eum per singulas particulas. Dixit Apostolus.

Quia Cha. &c.

Explanatio textus.

Hæc particula (quia) causã solet præ ferre frequentissime in sacris litteris: & hic quoque causalis particula est. Causam dicit, quare non erat spes vana & frustra, quia chari. Dei diff. &c.

1. Ioan. 4. Quasi dicat Charitas Dei securam facit spem nostram: quę charitas foras emittit timorem. Non igitur timendũ est quod frustrabimur spe nostra.

Charitas.

SEd quæ est hæc charitas? quis est iste amor Dei? Gemina est charitas: alia creata, alia increata. Increata ipsemet Deus est, qua ipse nos diligit, iuxta illud: In charitate perpetua dilexi te. Ipsa diuina natura charitas est, attestante Ioã. & dicente: Deus charitas est. Alia est creata qua ipse Deus à nobis diligitur: quę est donum quoddam creatum & temporale, & communicatio in nobis diuinę naturę, per quam consortes sumus & participes diuinitatis. Nunc iure hic quærere possumus de qua charitate loquatur Paulus. Aliqui ad primam referunt, alij ad secundam, alij ad vtramuis. B. Augustinus intellexit de charitate quæ in nobis est: & hanc sententiã cõmuniter doctores sunt amplexati, sine tamen præiudicio aliorum: quoniam credibile est B. Augustinum virum tam doctum non intellexisse exclusiue: id est, excludendo aliam charitatem Dei, a qua nostra emanat, quoniam ipse prior dilexit nos. ex quo amore pendere videtur tota nostra spes. Et ideo existimatio nostra (saluo meliori iudicio) esset, Paulum esse intelligendum de vtraque charitate, vt doctissime intelligit Origenes. Vnde cum istæ duæ charitates siue dilectiones habeant se sicut causa & effectus: existimamus hunc locum primo & potissime esse intelligendum de dilectione, qua Deus nos diligit; non tamẽ excludendo dilectionem qua nos diligimus & redamamus eum. Nam qui non amat Deum frustra sperabit ab eo beatitudinem: sed spes nostra magis reponenda est in eo amore quo Deus nos diligit, quam in eo quo nos diligimus eum. Ille amor causa est nostri, & non e contra.

Respon. Hiere. 31. 1. Ioan. 4. Mẽs B. Aug.

Sed dices tu fortassis, si illa charitas est natura diuina & ipsemet Deus, quomodo dicit Paulus esse diffusam in cordibus nostris? Quomodo? Diffunditur ne Deus? Respondetur. In se non, sed in suis donis, manens semper ipse vnus & idem. Solet enim causa, vna manẽs diffundi in varios effectus: sicut vi dere est in sole cui⁹ virt⁹ ad varios effũditur effectus. Quare amor Dei quo nos diligit diffũditur ad varios effect⁹ ãsicut virt⁹ solis. Et in hoc amore positũ est præcipue firmamentũ nr̃æ spei. Sed quia si spes nr̃a nõ esset comitata cũ operibus nostris bonis, esset vana & præsumptioni exposita: requirũtur nostra opera meritoria quæ necessario exigunt charitatem nostram. Nam per illam Dei solam non fiunt opera nostra accepta & grata Deo, sed per charitatem, cuius semper comes inseparabilis est gratia, siue sit idem siue nõ, vt recte docet D. Tho. & sui discipuli fideles.

Quæ sit gratia & charitas discretio.

Et aduertat hic diligẽter lector quod licet hanc expositionem quam nos habemus, & alij ante nos sequuti sunt, de amore Dei, Lutheranialiqui (vt Calvinus & sui sequaces) etiam sequantur: non tamen eodem modo. Nã ille miser sic loquitur ad Dei amore, vt nostrũ circa Deũ destruat. Nos auertat Deus, vt sic intelligamus: sed in amore Dei nostrum intelligamus. Tam sunt coniuncti isti duo amores tamque connexi & amici vt vnus non excludat alium, quinimo includat. Si Deus amat redamari vult Deus. Vnde Augus. Si amare te

re te tædet, redamare non te pigeat. Et e contra Deus amore, amorem recõpensat. Si quis, inquit, diligit me, diligetur à patre meo. 1. Ioan. 4. Vnde notemus quod in ea explanatione quæ exponit de amore nostro comprehendit aliã quæ intelligit de amore Dei erga nos: & contra in ista alia intelligitur. Quare impie & iniuste hæretici dicunt beatum August. non tenuisse mentẽ Pauli quando interpretatus est istum locum de amore, quo nos illũ amamus & de charitate qua nos Deum diligimus: quę est qualitas quędam in nostra voluntate residens.

Cum hic locus vnus sit ex multis quos Apost. in hac epistola tractat fœcundissimus & pulcherrimus; opere prætium ducimus antequam literam euodemus paulo altius & profundius eum enuclare. Vix enim est verbum vnũ quod tuam non præferret exactam & emphasim. Et proinde huius scripturæ fœcunditatem & fœtum emittere foras nobis benè visum est. Textus hic valde pregnãs est: cuius fœtum cum viderit curiosus lector speramus futurum esse iocundissimum & ei quã gratissimum. Per functorie & quasi per transennam percurrimus hactenus illum, nunc recognoscimus multo profundius. Et vt fœliciori pede ingrediamur, libet prius expendere quid consequentię & illationis habeat ad præcedentia ad quæ probanda adductus est ab ipso Apost. iste locus: quod vel ex eo patet quoniam vsus est illa particula, quia: & tamen nullus videtur esse ordo, nulla series, nullus nexus, nullaq. illatio & sententiarum coadunatio. Et cum ad intelligendum exacte nostrũ Apostolum, magnum momentum habeat cognoscere tam verborum & orationum, quam sententiarum nexũ & ordinem; vt intelligamus vim & enargiã probationis, necessum est istud in primis præscire & penetrare. Nam sicut descẽsus ab vno genere ad aliud præter id quod est vitio obnoxius, est quoque diuertens nos vehemẽter ab ipsa literæ germana intelligentia, sic ab opposito contextura clara nos per multum iuuat ad facilius meliusq. penetrandam authoris mentem. Et licet de hac re aliquid dictum sit iam à nobis tamen quo magis dicta corroborentur clarius ostendere volumus rectum & mirificum seruare contextuum ordinem. Nam cum propositum Pauli esset ostendere quod spes non confundebat iustificatos, voluit istud palam facere aliquot rationibus, inter quas primum locum dedit ipsi charitati siue dilectioni Dei, quæ effusa est in corda nostra. Et ideo manifesto constat rectam esse seruatam seriem. At quam validum & efficax sit hoc medium, hoc restat nobis enucleandum & diligenter rimandum. Sed prius oportet nos intelligere quid sit spem confundere aliquem. Tunc aliquis in spe confunditur quando diu patienter quę expectauit aliquid, & postea non consequitur illud quod expectabat. Et hæc confusio spei, passim cõtingit multis hominibus, qui collocãt spem suam in hominibus: de quibus iã nos admonuit Propheta Regius dicẽs Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus. Talis confidentia fuit (vt v.g. dicamus) illa qua Iacob seruiuit septẽ annis pro Rachele; & illis decursis, data est illi Lya, pro Rachele. Frustratus fuit sua spe. Hoc est confundi aliquem in sua spe: non assequi quod diu multumque expectauit. Iustificati spem habent cõsequendi gloriam. Probat autem hic Apostolus quod ista spes non confundit iustificatos & probat per charitatẽ Dei dicens, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Quasi dicat, vnum ex illis quæ reddunt certas & securas In spe ipsos iustificatos est charitas, nõ quæcunque sed illa quę diffusa est in cordibus nostris, data per spiritum Sanctum. Formari potest ratio sic: Quicũque habet formam alicuius rei potest

Psal. 145. Gen. 26.

recte

recte & firmiter sperare effectum illius rei (vt qui habet animam confidenter potest spectare effectum animæ) sed charitas siue dilectio est forma spei: ergo habentes dilectionem effusam in cordibus suis, non frustrabuntur sua spe. Porro officium charitatis est conglutinare et vnire nos nexu insolubili, quã tũ est ex se, cum ipso Deo vt ipse apud nos, & nos iugiter apud illum maneamus: iuxta quod scriptum est, Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in illo: cum igitur hæc sic se habeant, restat vt spes secundum quam speramus ęternam illam gloriam quę danda est filijs adoptiuis, non possit nos cõfundere & hoc fit beneficio charitatis. Adauge tu hanc rationem sic dicens, Charitas habet hãc vim & efficatiam vt præseruet nos à cõfusione spei: igitur abundãtia & exuberantia dilectionis abunde faciet quod spes iustificatorum non confundat illos. Si enim ignis nos calefacit & á frigore nos præseruat, exuberans ignis magis nos præseruabit. Sed charitas Dei non quomodocunque iustificatis data est, sed diffuse & abundanter, igitur &c. Amplius, quod potest præstare maius, & minus: atqui dilectio Dei siue charitas aliud præstare valet quod est præstantius donum, quam sit non confundi spe: igitur & poterit hoc facere quod est præseruare nos à confusione spei. Est sane charitas & Dei dilectio fons, caput, & mater omniũ donorum. Addere possumus & hanc rationem quæ ad incommodum ducit: scilicet, si res hæc secus haberet, frustranea & inanis esset Spiritus Sancti exhibitio & donatio, qui etiã datur vt spes non confundat: existimare igitur oppositum impietas et summa esset blasphemia.

Dei

Hic genitiuus trifariã intelligi potest, vt more scholæ loquamur, vel subiectiuè, vel obiectiuè, vel effectiuè. Si loquamur ã charitate qua nos diligimꝰ, subiectiuè est in voluntate. Hæc est subiectum charitatis, non essentia animæ: quæ est subiectum gratię. Sicut. n. essentia animę illustratur gratia gratificante nos Deo (à qua gratia mutuat vires nostra natura ad opera peragenda heroica & supra naturæ vires) ita volũtas nostra decoratur charitate per quam Deo inhæret. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Ecce vinculũ de quo Paul. alibi dicit, quod neq; mors, neque vita, neq. tribulatio, nec fames, nec nuditas, neque alia creatura aliqua potest illud dissoluere. Obiectiue, Dei est charitas, quia hæc virtus, vt reliquæ theologales, Deum habet pro obiecto. Et licet charitas nostra debeat se extẽdere ad proximum hoc non est primo & per se: sed Dei gratia & propter Deum diligendus est proximꝰ. Latissime patet hoc charitatis secũdarium obiectum: Primarium vero vnum solum estꝰ, nempe Deus. Effectiue denique, quia solus Deus est causa effectrix gratię ad quam creandam solus Deus concurrit. Licet comitem habeat in recipiendo, in producendo autem est solius Dei effectus.

Vide D. Tho. 2. 2. q. 23. a. 2.

Quæst. 110. a. 1. quid a Deo fit causa gratiæ.

Porro charitas, Dei dicit Apostolus non patris, aut filij, aut Spiritus Sancti: vt insinuaret nobis charitatem & amorem tam illum quo nos diligimur à domino quam illum, quo nos eũ diligimus à tota trinitate emanare sicut & alia dona quę dantur creaturę quæ communia sunt toti trinitati. Tamen cum mox adiungit per spiritum sanctum insinuauit charitatem istam siue dilectionem esse attributum Spiritus Sancti: qui est vnio, amor, & nexus patris & filij: quo amore hæ duę personę mutuo se diligunt. Et aduertat diligenter lector, quod Spiritus Sanctꝰ nõ eo modo tantum dicitur amor quod causet in nobis amorem sicut dicitur fortitudo nostra, spes nostra, salus nostra & patientia nostra quia causat hęc omnia in

Attributa alia sunt propria alia appropriata diuinarum personarum. Vide D. T. 1. p.

nia in nobis: sed reipsa est amor, charitas, & dilectio. Vnde cũ reipsa sit amor, & charitas creata sit quędam participatio illius amoris, appositè ipsa attribuitur Spiritui sancto tamquã illi per quẽ effunditur in corda hominum: in quibus quando vere est, mox habent humana corda magnam & securissimam spem glorię: quoniam est charitas hęc pignus & arra securissima atque firmissima.

Diffu. est in cord. nostri.

NOn dixit donata, aut cõmunicata, sed diffusa. Emphasim habet hæc vox: quę alludit ad metaphoram effusionis aquæ vel olei, quę in magna copia effundi solet & abundantia. Sicut enim fons copiosus aquam solet effundere abundanter: sic fons gratiæ, & vitę Deus effundit charitatem super corda nostra in magna abundantia. Neque hic contendere volumus an sit legendum effusa, vel diffusa, vtroq. enim vocabulo declaratur exuberantia huius doni charitatis, & ex eodem vocabulo aperte colligitur rem esse quæ augmentum recipere potest. Vnde elicitur error illorum qui charitatem viæ ad certum terminum limitãt & restringunt. Sicut enim hoc donum Deus distribuit sicut vult: ita quantum vult. Sed dicito Paule, in quæ vasa est hoc donum effusum? Donum siue liquor, quo est prætiosior, eo est magis in præstantiori vase colloeandus. Respondet,

Similc

In cor. nost.

COrdis nomine in sacra scriptura voluntas ipsa nominari solet. Prętiosissimum membrum & pars hominis præstantissima est cor nostrũ, quod maxime est desideratum à Deo scriptura dicẽte, Fili prębe mihi cor tuum: in quo reponi optabat Sponsus quando dicebat, Pone me vt signaculum super cor tuum. Qualia deberent esse corda nostra perpendat diligẽter qui cunque de Deo sentit in bonitate. Cẽturio domum suam indignam putabat Christi præsentia dicens, Non sum dignus domine, vt intres subtectum meũ. Fac tu dignum cor tuum, si cupis charitatem Dei (quæ non recipitur siue Deo) recipere. Abstergę ergo sordes praui cordis, si cupis Deo prępparare domum mentis, Cor tuum, totum sit mundum vt charitas Dei in illud effundatur: quod si feceris audies illud Christi, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cum Apost. dixerit firmitatem nostram habendi gloriam pẽdere maxime ex amore & dilectione qua ipse nos dilexit, non ad alium finem nisi ad gloriam suam, Deum diligere nos, non est aliud, quam velle nobis tantum bonum quantũ est gratia & gloria. Ex hac voluntate firma est nostra spes: & proinde quãdo Paulus ostendit quod amor Dei est effusus in cordibus nostris, hoc est, in præcordijs & intimis nostris: perinde est ac si clare diceret, Deus dilexit iustificatos ad gloriam: hoc est, voluit illis gloriam ętternam. Ergo ex parte voluntatis diuinæ nulla est dubitandi & hęsitandi ratio. Hæc ratio Apost. duo præsupponit tamquã certa ex quibus occasio datur dubitandi an spes esset firma & certa: alterum est potentia, alterum vero scientia, siue sapientia. Quando enim aliquis sperat quidpiam ab aliquo & ipse nescit an ille qui daturus est sit potens nec ne, vel sit sciens, tunc non habet certam & firmam spem, quia non est certus de potentia & scientia dantis: ita nec de sua spe quæ frustrari potest propter impotentiam & nescientiam dantis: & ideo licet sit certus de voluntate dantis non tamen scit si dãs scit & possit dare: & sic non habet firmam spem qui recepturus est. At in

Prou. 23

eant 2.

Matth. 8.

Matth. 5.

Deo

Deo datore e gloriæ certi sumus de his duob⁹, videlicet quod scit dare & quod potens sit dare si vult: & sic tota firmitas spei pēdet ex hoc, videlicet si Deus vult dare nobis suam gloriam. Et ideo Apost. prętermissis illis duobus capitibus tam quā notis, probat tantū quod Deus vult, & probat sic. Qui dat pignus alicuius rei, dare vult illā rem: dilectio Dei data est nobis, quæ est pignus & arra glorię Dei: Igitur firmam habem⁹ spem quod ipse postquam scit & potens est cōmunicare, nobis est daturus quoniam diligit nos ad gloriam suā.

Porro dilectio Dei tametsi gemina sit, videlicet naturalis & supernaturalis, illa est, qua Deus communicat nobis bona naturalia, supernaturalis est qua infūdit nobis cœlitùs dona supernaturalia: nō illa quæ spectāt ad gratias gratis datas sed illa qua cōmunicat nobis illa dona præcipua, nimirū gratiā gratificantem in præsenti & gloriam in futuro. Apostol. de hac dilectione gratuitaloquitur hoc loco. Vnde fortassis Aposto. ideo vsus est vocabulo isto diffusa. Hæc. n. dona supernaturalia non dicuntur naturalia, sed infusa. Nō n. communicātur nobis vna cum natura, sicut dat Deus alia dona naturalia vna cū natura: nec emanant a principijs naturæ. Et dona quæ dantur per infusionem solent cum maiori cumulo donari. Et ideo cum charitas Dei sit donum super naturale, de ea loquens dixit, effusam esse in cordibus nostris: hoc est, abunde copiosè & largiter est collata quoad omnes suos effectus: ā quorum numero vnus est reddere nostram spem firmam & securam.

Sequitur.

Per Spiritum Sanctum qui datus est nobis &c.

Occurrit tacitæ interrogationi. Rogare poterat Apost. auditor dicens, Si charitas Dei est diffusa in cordibus nostris, per cōtor, per quem modum est effusa? Solet. n. aquæ per canales & aquę ductus effundi. Per quem canalem effusa est? Respondet Apost: dicens, Per Spiritum Sanctum, qui datus est nōbis. Mira res. Quando fons per canales effundit aquā, ipse immobilis manet, & aqua effunditur: hic charitas, & canalis eius, simul effusi sunt, quia Spiritus Sanctus datus est nobis. En bone lector, ex his habes & modū, & datorem, & authorem charitatis, qui est Spiritus Sanctus. Per Spiritum Sanctum asserit Paulus effusam esse charitatem: non quod neget etiam per Patrem, & Filium: sed quia charitas amor est, & Spiritus Sanctus emanare dicitur per modum amoris & voluntatis. Proinde fit quod istud donum (cuius tota trinitas causa est sicut & aliorum) ascribitur magis Spiritui Sancto, quam alteri personæ. Caue tu tamen prudēs lector ne vna cum Petro illo Lombardo simul hallucineris, qui ex hoc loco deceptus est putās Spiritum Sanctum esse hanc charitatem quę diffusa est: Ipse autem non ponit in nobis habitū charitatis ad amandum Deum, sed dicit esse Spiritum Sanctum. Sed istud iā est explosum à schola theologorum. Videat qui volet D. Tho. in 1. dist. 17. & alios doctores. Si enim charitatis nomine Spiritum Sanctum intellexisset Paulus, frustra addidisset per spiritum Sanctum: sed ideo addidit, vt denotaret esse aliud charitatem, quę accidēs est, & aliud Spiritum Sanctum, qui substantia est. Nihil igitur tale somniauit hic Apostolus, sed loquutus est de eadonatione Spiritus Sancti, qua donari solet secundum suos effectus, quorum præcipuus est ipsa charitas, quę maior est cęteris donis Spiritus Sancti.

Dicis, Ergo frustra adiecit Paulus illa verba, qui datus est nobis? Resp. Nō sunt frustra adiecta: sed Spiritum Sanctum intelligit nobis donatum, quem admodum dicitur causa dari in suo effe

effectu.

Nequc te conturbet hic quod Deus bene poterat communicare nobis suã beatitudinem alio modo: Verum est, sed communicatio ista per nihil aliud accommodatius & aptius fieri poterat, quam per hanc dilectionem & amorem & amoris authorem Spiritũ Sanctum: ex quo modo magis ac magis certificata est spes nostra. Colligamus ergo nos & dicamus, quod spes iustificatorum cum efficacia reddita est certa ex charitate Dei, quę diffusa est &c,

Qui datus est nobis.

Doctos non opus est hic admonere, qualis fuerit ista Spiritus Sancti exhibitio. Hi satis exploratum habẽt istud: sed pro rudibus non erit inconueniens hic adnotare quod donatio Spiritus Sancti nõ fuit talis qualis fuit Christi Iesu. Nam Christus datus fuit nobis in hypostaseos vnitate iam homo factus sine hominis persona: at Spiritus Sanctꝰ nõ in vnitate personę, sed in pluralitate donorum: Spiritus Sanctus datus in varia rerum figura & specie, Christus in veritate naturæ. Vnde factũ est has esse falsas & erroneas (addimus & hæreticas) Spiritus Sanctꝰ est columba, Spiritus Sanctus est ignis &c. ista vera & catholica, Filius Dei est caro factus. Sed de his ad theologorum scholas remittimus lectores, hęc per transitum dicta sint: de quibus cum legerint minus docti, consulent peritiores theologos. Sapiẽtibus, & insipiẽtibus (vt author est Pau.) debitores sumus.

Postremo vocabulum, Nobis, & suã exposcit considerationem. Nam post quam sciuimus quę esset hęc charitas, per quem modum diffusa, & per quẽ (nempe per Spiritum Sanctum huius charitatis authorem) scire restabat quibus esset datus Spiritus Sanctus. Dicit Paulus, Nobis. Quasi dicat. Non omnibus, sed nobis. Paulus vnus erat solus, & quomodo dicit, nobis? Exponunt ferme omnes, nobis, Apostolis: Connumerat se cum Apostolis, & iustissime quidem. Sed quo pacto istud facit si ipse non erat in Penthecoste, quando datus est Spiritus Sanctus Apostolis in tanta abundãtia donorum, neq, quando Christus insufflauit dicens, Accipite Spiritũ Sanctum. Nam sicut B. Ambrosius dixit, Pan. respexit ad illũ diem quo congregati omnes in vno loco repleti sunt Spiritu Sancto. Certũ est Paulum tunc non fuisse cum illis: & tamen hic cum illis recensẽt seipsũ ac numerat. Facilis ad hoc responsio est, si dicamus quod licet Paulus non esset illo die cum alijs, nihilominus recepit Spiritum sanctum in tanta abundantia donorum in quanta reliqui alij Apostoli: Nam licet vocatione fuerit nouissimus: tamen in donorum & gratiæ receptione nulli fuit inferior: & idcirco non arroganter se adnumerat cum alijs. Et licet alij spiritum sanctum receperint sub aliquo signo visibili: sic nos & Paulum quoque recipisse existimamus: tametsi non tam solemniter & palam quemadmodum & alij qui receperunt in sancto Penthecostes die. Illa enĩ receptio multis manifesta fuit: in quo die licet Paulus non fuerit, nihilominus tamen non minus accepit. Sed illud paulo durius nobis videtur scilicet quod hæc verba Pauli restringantur ad solos Apostolos, & viros illis similes, quales sunt viri Apostolici, qui hæretoici vocantur: quoniam cum istorum exiguus sit numerus ad tam paucos restringere hanc charitatem, quam Paulus appellat diffusam, non videtur conueniens. Si enim est diffusa quomodo coarctata ad tã paucos? Si restringamus hanc donationem Spiritus Sancti, quæ facta est in die Penthecostes ad illos qui erant præsentes nil repugnabimus: sed quot sunt isti inter tot, tantosque iustificatos? Non videtur

Paulus in donorum receptione non fuit inferior alijs

ratio

rationi consonum tantum dorum in ter tam paucos fore diffusum. Nos nō dubitamus hæc verba Pauli magis quadrare in perfectè iustificatis, quam in a liis: non tamen audemus excludere a lios, licet in eis iustificatio non habeat tam perfectos effectus sicut in Apostolis. Distribuit namq. Spiritus Sanctus singulis prout vult, & quantum vult. Nec proinde negandum est, charitatē Dei effundi in alios, tametsi non in tanta abundantia, non tam largiter, tamq. opulēter sicut in Paulo, cæteriſq. Apostolis, & Apostolicis viris.

In his verbis, per Spiri. Sanct. qui data est no. videtur prætendere Apostolus, non tantum esse datum nobis donum charitatis: sed etiam ipsum datorem. Particula & præpositio, per, causam effectricem denotat: vnde duo dicit data esse nobis, scilicet charitatem, & Spiritum Sanctum, per quem effusa est. Vnde liquido constat Spiritum Sanctum esse aliud a dono charitatis. Causa siquidem efficiens res distincta est a suo effectu. Charitas est effectus, Spiritus Sanctus est causa: Luce clarius ergo est hæc fore distincta. Verum cum datio Spiritus Sancti bifariam facta fuerit: nimirum visibiliter & inuisibiliter, hoc est, sine signo visibili, vel cum illo, hoc loco Apostol. non dicit de quo donationis modo ipse intelligat. Sunt qui tantum intelligunt de illa effusione Spiritus Sācti, quæ facta est in die Pentheocostes. Alij vero non solum de ista, sed etiam de alijs, referentes hæc verba Pauli ad donationem Spiritus Sancti tam in forma & signo visibili, quam ad aliam quæ est sine signo. Non. n. legimus Spiritum Sanctum aduenisse Mariæ ante conceptionem in signo visibili. Angelus. n. pollicitus fuit ei dicens: Spiritus Sanctus superueniet in te. Non est intelligendus hic locus de aduentu Spiritus Sancti per signum visibile, quoniam Spiritus Sanctus per signum visibile primo & ante omnes datus fuit Christo vt testis est Ioannes per illa verba, nondum Spiritus erat datus, quia nondum Iesus erat glorificatus. Cum signo visibili bis descendit Spiritus Sanctus super Christum in Iordane. Post quam autem Christus fuit glorificatus datus fuit Apostolis in signo flatus. Insufflauit dicens Accipite Spiritum Sanctū &c. Et deinde in die Pentheocostes sub signo linguarum venit super illos qui in cœnaculo congregati erāt. Alio tamen modo super Christum, quam super alios homines, quem fortassis insinuauit nobis Ioannes baptista quādo dixit; Vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum. Emphasim habent verba ista, & manentem super eum. Solet columba cum descendit in arborem, vel alium locum ibi paulisper perseuerare: sed non permanet, sed statim auolat & discedit. Ideo dixit māsit & requieuit, ne intelligeremus aduenisse Spiritum Sanctum super Christum in baptismo Christi & postea recessisse & auolasse ab eo vt solet facere columba quando â nido auolat & recedit. Nō sic inquit Ioannes, sed requieuit super eum. Et nota super eum, non infra eum: quoniam Spiritus Sanctus superior erat Christo qua homo erat; & si non quatenus Deus erat. Sicut. n. Christus secūdum naturam humanā agnouit patrē maiorē dicens, Quia pater maior me est, sic Spiritum Sanctum agnoscere poterat tamquam ei superiorem quaten' homo erat. Requieuit igitur super eū. Et rursus requieuit super eū nō solum ipse, sed vna cum septenario donorum numero: quorum donorum typus fuit & figura ille septenarius numerus oculorum quos in vno lapide vidit Zacharias positos. His donis vsus est Christus modo excellentissimo, quo nullus alius præter ipsum sic vsus est, vt ille: qui cum esset simul comprehensor & viator excellentiori modo illis donis vti poterat. Adnoter quoq, hic lector acutus quod cum dicimus cha

Ioāne

Zach. 4. a quomodo vsus est Christus donis Sp. Sancti.

charitatem Dei esse per Spiritum sanctum effusam nobis, non intelligimus charitatem Dei, quę est ipsa Dei natura, esse effusam per Spiritum Sanctum secundum suam substantiam: sed intelligere debemus charitatem, qua nos diligit Deus effusam, sicut dicitur causa effundi per suos effectus: Sicut sol dicitur effusus esse super terram, & super fruges, & fructus terræ. Non enim dicere volumus substantiam solis esse effusam: nam substantia solis in ipso sole persistit: sic etiam quando dicimus charitatem Dei esse diffusam in cordibus nostris, non debemus intelligere Spiritum Sanctum illapsum fuisse, secundum substantiam: tametsi confitemur Spiritum Sanctum illabi nostris intimis. Neque Pauli mens fuit illa quam existimauit Magister sententiarū. Nam tunc nullo opus esset charitatis habitu: & inde etiam consequeretur quod aucta charitate, augeretur Spiritus Sanctus, quod haud bene sonat pijs & doctis auribus. Sed de his sint hęc dicta satis.

Simile.

Sequitur.

Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impijs mortuus est. &c.

PErseuerat Apost. hoc loco ostendere, spem non confundere: & eadē opera assignat causam ob quam donatus fuerit Spiritus Sanctus, de quo in præcedenti clausula fecerat mentionem. Mens autem Pauli, vt in primis nota sit nobis, cum hęc oratio in verbis aliquantulum sit obscura, quæ obscuritas cui debeat inscribi relinquimus aliorum iudicio: mens tamen Pauli clara est. Quod vult Paulus dicere tale est. Ostēdit iam firmam esse spem nostram per donationem Spiritus Sancti. Ostendo nūc idipsum, & confirmo per donationē filij, quæ donatio duorum causa fuit videlicet confirmationis & corroborationis nostræ spei & exhibitionis Spiritus Sancti. Quasi aperte diceret Paulus, Per charitatem Spiritus Sancti nobis dati, & per charitatem Christi qui dignatus est pari & mori pro nobis, spes nostra nos fraudare non potest, innititur enim ipsa his duabus anchoris fortissimis. Vide tu acute lector quam firmissimis argumentis Paulus firmat, corroborat, stabilit atque consolidat spem nostram, quam dixerat non confundere. Et certe sic necesse erat. Arduam enim & nō parum difficilem prouinciam assumpserat quando dixit, quod spes non afficit pudore iustificatos: ideo non leuibus rationibus id monstrare debebat, sed efficacissimis, quales profecto decebat tantum doctorem, & res prosui difficultate exposcebat. Dicit ergo Paulus. Vt quid enim Christus &c. Quasi dicat. Ad quid Christus mortuus est pro impijs, nisi ad confirmandam & erigendam nostram spem? Quod si ita est (vti est) quomodo poterit nos confundere spes? Nec mihi quispiam dicat Paulum descendere de genere (vt dicunt) in genus (quod doctis vitis vitio datur tam in respondendo, quam in argumentando) quoniam semper perseuerat in eodem; in eadem videlicet efficatia & virtute charitatis, in qua versabatur in præterito textu. Non enim minorē ostendit Deus pater charitatem & amicitiam in largiendo Spiritu Sancto nobis, quam in dando nobis suo vnigenito, morti etiam tradendo. Quinimo hoc donum alterius causa fuit; quod vel eo constat, quia Spiritus Sanctus nunquam fuerat datus nisi postquam Christus fuit glorificatus, cui⁹ precibus donatus fuit. Ego inquit rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit. Et iterum, Si ego, inquit, non abiero paracletus non veniet ad vos. Mer-

Ioan. 14.

Ibidem.

uit

Meruit sane Christus sua passione nō solum augmentum fidei & spei, remissionem peccatorum & alia multa, sed etiam inter illa ad nos missionem Spiritus Sancti. Confugit igitur Paulus in hac secunda ratione ad passionem Christi, sicut ad rē in qua summa charitas nobis monstrata est, etiā ipsomet Christo confirmante ac dicente; Sic Deus, (Pater videlicet) dilexit mundū. Ratio autem Pauli sic ad formam reduci debet (quæ nisi nos fallimur est ratio ducens ad incommodum hoc pacto.) Si spes confundit ergo hæc summa charitas vana & frustra erit, hoc absurdum est dicere, ergo spes non confundit: alias mors Christi inutilis esset: Et si mors Christi sufficiens fuit eximijs facere pios & iustificatos quomodo non poterit facere quod spes non confundat? Qui præstitit id quod maius est, præstabit & quod minus est Illa enim met charitas quæ fecit peccatores amicos Dei, ipsamet illos præseruabit à confusione illa quę ex spe venire posset. Vt de serie & ordine huius textus cum precedenti aliquid dicamus (quod ad maiorem elucidationem facimus potius quam ad necessitatem) obseruandum est non eodem modo ab omnibus interpretibus legi hunc textum, maxime abillis qui in explanādo Paulo diligentissime græcizant. Sunt nonnulli qui non legunt vt nostra habet vulgata editio. sed loco eiꝰ quod noster interpres dixit; Vt quid enim; legunt ipsi, Adhuc enim. Alij vero, vt diligenter noster Caiet. adnotauit, legunt: Præterea amplius: seu, etiā: quibus particulis vti solent illi, qui in amplificāda aliqua re seu ratione postvnam, alteram, & alterā addunt: quem morem frequentissime sequutus est theologorum facile princeps Thomas Aquinas, vt videre est in admirabili illo opere quod inscriptū est, tumma contra Gentiles. Vnde si interpres noster vsus fuisset aliqua harum particularum non venisset reprehendendus, nec Apostoli sensum huius loci germanissimum variasset. Nam tunc clarius ostendisset se velle addere nouam rationem ad corroborandum suum institutum: sicut reuera facit: nāptimę rationi secundam ex parte filij adiungit. Et licet doctissimus Caiet. dicat fuisse clariorem lectionem, si interpres vsus fuisset dictione, præterea: tamen non fuisset tanta vis, efficacia, & enargia in verbis, quanta modo est cū dicit: Vt quid enim Christus &c. Nam hic interrogandi modus & maxime cum fit ex abrupto vehementiam & emphasim suppeditat orationi. Et sic, cum Paulus intenderet perseuerare in firmanda magis spe nostra, vt validius videretur eam corroborare, hoc loquendi modo vtvoluit, vt demonstraretur rationis vehementia. Et ideo nō tam respexit ad orationis claritatem, quam ad loquendi modum. Sed de hac re non oportet nos nimium esse sollicitos postquam non redditur alius sensus sed vtrobique est vnus & idem. Quod si iste loquendi modus non sit tam vsitatus apud latinos sicut alij, non debemus nos scrupulosiores esse, quam fuerint illæ duæ columnæ doctrinę omnis (scilicet B. Hieronym', & D. Ambrosius, & multi alij cum ipsis, qui hanc lectionem non sunt aspernati.

Cum adh. infir. esse. &c.

NOn est hic in quæstionem vocāndum de qua infirmitate loquatur Paulus; quoniam certum est eum non loqui de corporea. Nam in audita res est quod quis moriatur pro alterius infirmitate curanda, nec istud Christiana exigit charitas. Inordinata esset hęc charitas: pluris namque facienda est vita propria, quam salus aliena. Sed si de infirmitate intelligendus est Apostolus, de spirituali venit interpretandus: de illa, inquam, de qua Dauid clama-

Psal. 6.

mabat dicēs, infirmus sum, sana me Domine. Hæc autē peccatū est, quod nō incongrue infirmitas dicitur. Et tūc sensus est. Cū essemus infirmi, hoc est, peccatores, Christus secundū &c. Aliqui infirmitatem istam dicūt esse impotentiā ad bene operandū: & tunc sensus esset. Cum adhuc essemus infirmi, idest, impotentes ad operandū nostrā salutem, Christus pro nobis secundum tēpus mortuus est. Et ij duo sensus ad vnū tendunt. Nā ideo sumus impotentes, quia peccatores. Hæc nā q. impotentia ex peccato prouenit. Et nil referret hoc, vel illo modo dicere.

Secundum tempus.

Hīc se torquent interpretes an hæc duo nomina secūdū tēpus, sint cōiūgenda cū illis cum adhuc infirmi essem⁹: an cū istis, pro impijs mortu⁹ est. Alij referūt ad infirmitatē: & est sensus, Cū essemus infirmi secundū tēpus. Nā illa infirmitas ad certū tēpus duratura erat donec veniret medicus, hoc est, Christus. Alij exponūt referēdo ad tēpus mortis Christi quod fuit tēpus opportunū & diffinitū à Deo. Et hoc alludit ad illud eiusdē Apostoli, Vbi venit plenitudo tēporis, misit Deus filiū suū &c. Alij ad tēpus mortis Christi quod per triduū tantū durauit, quia tertia die resurrexit à mortuis. Et licet omnes isti sensus possent reputari veri, tamē nos ne a consensu antiquorum Patrum recedamus, magis putamus esse ad mentē Pauli illū sensum, qui refert illa verba ad tempus definitum passionis Christi de quo ipsemet Christus dixit, tempus meum nondum aduenit. Beatus Hieron. non est ausus se determinare, sed remansit dubius. Beatus autē Ambrosius aperte declinauit in eam sentētiam quæ refert tempus ad tres illos dies resurrectionis Christi. Quomodo cunque sit vt certum ab incerto separemus, certum est mortem Christi non dependere à tempore, sicut enim non dependebat ab influentia cælesti, ita non erat subiecta certo tempori. Nec obstat illud quod de Christo dixit Ioānes, sciens quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem. Nec illud, Pater venit hora. De quo autem tēpore loquatur Paulus, relinquimus tamquam incertum.

Quæst. An Christi incarnatio sit facta tempore conueniēti. D. Tho. 3 p. q. 1

Ioan 7.

Ioan. 13. Ioan. 17.

Pro impijs mōr. est.

ADmirāda res erat audire Deū mortuū, sed supra omnē admirationē est audire pro quibus sit mortuus. Pro impijs, inquit Paulus. O bone Deus, & quis non pauescit? quis vnquā tale, aut quis vidit vnquam simile? Deum mortuū, & pro impijs? Ita res habet, inquit Pau. Illud nos firma fide credere necesse est. Pro impijs. O felix impietas pro qua tollenda pijssimus mortu⁹ est De⁹. Sed obserua cādide auditor, quod nō dixit, pro malis, nō, pro peccatoribus, nō, pro sceleratis, nō, pro sacrilegis, non pro homicidis, non, pro patricidis, non, pro adulteris. Emphasis est in verbo pro impijs. Quid sonat impius? Quid? Non pius. Quis est non pius? Respond. Crudelis. Et qui sunt isti impij? Illi, qui in sua morte nullam non exercuerunt impietatem siue fuerint Iudei, siue Gentiles. Illi qui dicebant, Morte turpissima condemnemus eum. Pro istis impijs mortuus est Christus. O immensam & incomparabilem Dei bonitatem. Committi solet impietas in patrem & contra patriam, ad quos filij, & patriotæ maxime pij esse debent. Quare ij pro quibus Christus cum esset eorum pater mortuus est, impijssimi fuerunt: quā impietatem improperauit eis idem Christus dicens, Populē meus quid feci tibi, aut quid molestus fui? Responde mihi. Nun quid ego sum pater tuus, qui creaui te? Quasi diceret, Quid est quod contra patrem tuum cæle-

Sap. 2.

Mich. 6.

tem tanta vteris impietate? Barrabam latronē dignū mille furcis absoluis, in eū pius es, & in me tā crudelis vt eruci me affigere velis? Obseruare deniq. oportet hic quod iste textus potest esse vna oratio, & potest cōsiderari vt tri na. si est vna, nulla est in ea eclypsis, si vero est trina truncati sunt isti sermones, ex quibus totus istē textus conflatus est. Tria enim considerauit hic Apostolus, primo personam quæ mortem subijt, nempe Christum; secundo tempus, tertio personas pro quib⁹ mortuus fuit, nempe, non pro bonis, sed pro infirmis & impijs: ex vtroq. horū triū potest formari singula ratio ad confirmandū quod spes nō cōfundit. Prima sic. Si spes cōfunderet iustificatos, ergo frustra esset mortuus Christus, hoc autem asserere est impium; igitur spes non confundit. Secundo, Si spes debebat confundere iustificatos, frustra mors Christi esset peracta, & consumatā tempore difinito á tota beatissima Trinitate vt infirmi salutē conse qui posset, igitur illud tempus definitum mortis Christi cum iam sit completum firmam spem iustificatorum confirmauit. Tertio, si spes debebat pudore afficere iustificatos frustra Christus est mortuus pro infirmis & impijs, siue peccatoribus: sed nō est ,p istis inanis peracta mors Christi: igitur mors Christi firmam reddit spem nostrā & ex cōsequenti spes nō cōfundit. Ecce quomodo manifestātur per has tres rationes eclypses quę latebant in hoc Pau. textu. Cæterū quantū attinet ad sensum Apostoli in hoc loco parū refert quod sint tres orationes vel vna: quoniā perpetuo seruatur intelligentia & intentus ab Apostolo sensus, nec multiplicatur, nec variatur sed est vnus & idem explicatus tamen vario & clariori modo.

Vix enim pro iusto quis moritur. Nā pro bono forsitan quis audeat mori.

Amplificat & exaggerat tantum beneficiū, videlicet, mori pro impio: quoniā vix, id est, cū summa difficultate vult aliquis mori pro iusto: quomodo morietur pro iniusto & impio? Q. d, Si magnū beneficiū est mori pro iusto, quātū videbit mori pro iniusto: Si magna charitas & ingēs dilectio est mori pro iusto, quid erit mori pro impio? Q. d. Hęc summa charitas erit. Hanc Christus fecit moriēs pro impijs: igitur sūma & immēsa nos diligit Deus charitate. Sed si dices cōtra Paulū. Videmus aliquos qui pro patria, & pro amicis. & ,p aliquo bono ausi sunt mori. Dauid dicebat, Absalō, Absalō, quis mihi det vt ego moriar pro te. Ecce hic paratus erat mori pro alio, & nō paucos agnouimus qui parati erant mori pro amicis & pro patria. Istud inficiari nō possum⁹: vt est videre in Q. Curcio. Et multos etiā Aethnicos pro bono reipub. vltro suscepisse mortē. & (quod maius est) seipsos occidisse: vt legitur de Matro. illa Lucre. ,p castitatis custodia. Ad hoc respondemus bifariā. Primo dicimus, quod illi Aethnici si parati erant mori, & reuera mortui sunt illud fecerunt cupidine mūdanę glorię: Christus non sic, quia gloriam propriam nō quærebat. Secundo illi si mortē obiere non pro salute suorum inimicorum: Christus autem vt lucrifaceret suos inimicos. In hoc nec parem, nec simílem habet Christus: solus siquidē est. Ipse solus transgressus est limites legis charitatis: quæ tantum eo vsque se extendit, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, iuxta Christi doctrinam: videlicet, Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. At ipse vlterius est progressus, dans eam pro suis impijs inimicis: & nihil vtilitatis sibi

Solus Christus transgressus est charitatis limites. Ioan. 15.

Sequitur.

sibi reportauit. Illi Aethnici pro aliqua magna vtilitate vel gloriola procomparando nomine pro releganda fama glorioſa mortẽ appetere voluerũt: ſed tolle has occaſiones & videbis quotus erit qui pro alio mortẽ ſubire velit: nec vnus quidẽ inuenitur. Et ſi forſan vnus de mille offendatur pro amico, prorſus nullus pro inimico. Quis rogo ſibi ipſi erit tã inimic⁹ qui cupiat prẽferre vitã inimicorum ſuę proprię quę eſt baſis & fundamẽtũ omniũ bonorũ? de qua dictũ eſt, cuncta quę habet homo dabit ꝓ anima, ideſt pro vita ſua. Si dabit cuncta quæ habet pro cõſeruãda vita propria quo modo dabit pro morte, quę eſt omniũ malorũ peſſimũ & terribiliſſimũ? Qui iſtud faceret dignus eſſet qui haberetur tamquã amẽs ac ſtultus. Sane nõ reperitur vnus aut alter qui ſic vitã ſuã exponere velit. Bene dicit ergo Paulus, Vix enim pro iuſto quis moritur, ideſt audebit mori. Particula vix, nõ qualemcunq. denotat difficultatẽ, ſed ingentiſſimã & quaſi impoſſibilitatẽ inſinuat. Quæ rariſſime & quaſi nunquã fiunt, humano more loquẽres impoſſibilia appellare ſolemus: vt eſt illud, impoſſibile eſt diuitẽm intrare in regnũ Dei. Id eſt, multis modis difficile eſt. Hanc magnã difficultatem inſinuauit Apoſto. in particula illa vix, ideſt difficulter.

Ioh. 8. quam cõmutationem dabit homo pro anima ſua? Matth. 16. Mar. 8.

Pro iuſto.

EX interpretibus (etſi pauci) aliqui cõcretа iſta duo bonũ & iuſtũ vſurpãt pro ſuis abſtractis iuſtitia & bonitate: fortaſſis alludentes ad illud Sapiẽ. Agonizare pro anima tua. & vſq. ad mortẽ certa pro iuſtitia. Alij vero nõ, ſed ꝓ cõcretis, vt iacẽt in litera. Sed ij, etiã differẽter: nã alij in neutro genere, alij, in maſculino. Neque lectio græca hãc amphibologiã tollere videtur: quare quidã ſũt interpretati in neutro, quidã vero in maſculino genere. Et ſi nõ tãtum referat quoad Paũ. ſenſũ ſpectat vtroq. modo dici poteſt. Sed Patribus melior lectio viſa eſt, & nobis videtur, in maſculino genere: ſupplendo hic ſuũ ſubſtantiuum: videlicet pro homine iuſto, qui opponitur homini iniuſto & impio. Et ſic clarior habetur intentio Pauli dicentis, Chriſtũ mortuũ ꝓ hominib⁹ impijs, & quod cũ difficultate audet quis mori ꝓ homine iuſto.

Hic locus manifeſtiſſime nos vocat ad diſceptandũ de illa vulgata in ſchollis theologorũ quæſtione, videlicet, de dilectione amicorũ & inimicorũ: quã elegãntiſſime magiſter meus. D. Tho. in 2. 2. æ. elucidauit. Interprẽs ſiue lector eã ex ſancto doctore alijſq. doctorib⁹ poterit ſi libuerit elucidare: nos duo tantũ & curſim dicem⁹ vera ne egrediamur interpretis limites. Vnũ eſt, quod præſtantiorem eſſe charitatẽ, qua diligimus proximum, ſibi ipſam ſpectare poſſumus: vno modo ex obiecto, & ſic charitas qua diligitur amicus & bonus homo præſtantior ſe ipſa eſt quando diligitur malus & inimicus: Obiectum enim (puta homo bonus) præſtantius eſt. Alio modo poteſt præſtantia virtutis conſiderari ex parte ſubiecti. Verſa vice tanto eſt maior virtus quanto obiectum minorem vim habet ad mouendum. Et quia quando mouet nos ad dilectionem inimici & iniuſti hominis min⁹ mouemur ab obiecto quia obiectum aduerſatur & repugnat amanti & charitati & tunc ſubiectum maiore cum difficultate exit ad actum amoris: ideo ratione huius difficultatis, maioris videtur eſſe meriti & per conſequens perfectior eſt charitas in hoc. Nec inconuenit quod vna res ſeipſa ſit aliquando perfectior aliquando imperfectior diuerſis reſpectibus. Iſtud videre eſt in ſcientia & fide: licet enim fides obſcurior ſit ipſa ſcientia tamen in ratione meriti præſtantior eſt omni ſcientia (etiam Mathematica. Scientia enim licet euidentia & luminis claritate ſuperet

vulgata quo Theolg.

Duobus modis ꝓ cõſiderari Præſtantia virtutis

qui volens, propriam vitam daret. Et tu lector perpende verbum, volens: nã nolentes multi sunt qui pro rege iniquo & tyranno moriuntur, vt patet in bellis, vbi multi vitas suas proprias effundũt pro tyrãnide cõseruãda: sed ij ꝓfecto siue ꝓ rege iusto ac bono, siue ꝓ malo pugnẽt nullꝰ eorũ moritur volẽs, sed ad vincendũ pugnãt: & fortassis si crederent se in bello morituros nunquam illuc se cõferrent, etiam proposita quacunq; mercede. Et audemus dicere eorum plerosque, quæstus & lucri causa tantũ ad bellãdũ adduci, nil aliud intendẽtes nisi aliena bona rapere & rapinis se diuites facere; quod nolumꝰ esse dictũ cõtra bonos milites qui suis stipẽdijs cõtenti viriliter vel pro fide & Deo, vel pro patria decertant: quibus magnus ille Baptista dixit, esto te contenti stipendijs vestris.

Dicimus igitur quod iusti hominis nomine intelligit Pau. omnẽ hominẽ iniuste patientem, pro cuius liberatione vix quis eligit mori: vt impleatur il lud, iustus perit: & non est qui recogitet in corde suo: & boni nomine intelligitur vir heroicus, pro quo tuendo fortassis aliquis audebit subire mortem: vt aliqua bona ouis pro liberando suo præclaro pastore existimans ac considerans multo præstantiorem esse vitam pastoris, quã sit sua propria. Alias differentias facile esset assignare inter iustum & bonum nisi obstaret fastidiosa prolixitas: nunc satis est quod diximus, postquam explorata nobis restat mens Apostoli Pauli. Illam autem explanationem siue differentiam inter hæc duo inuentam ab homine illo hæretico Arrio neque esse scribendam, nec auscultandam tamquam falsam & hæreticam volumus: quoniam nec vera est, & millẽ passibus à mente Pauli remotissima est. Ille iusti nomine filium intelligit, & per bonum, Patrem: & dicit quod pro Filio vix aliquis audet mori, sed pro bono, hoc est, pro Patre, forsitan aliquis audebit mori. Vere dementia magna est istud: Patrem meliorem vult esse Filio. De quo nescimus quomodo audet dicere quod vix quis pro eo moritur, cum pro nomine eius tot tãriq; mortui sint martyres. O demẽtiã o fatuitatẽ, o nefandissima gloriẽmata digna magis cõbustione, quã lectione!

Vide D. Tho 3 p. d. 46 ar ad 3. ct 4.

Cæterum qui contendunt hæc duo homina in neutro genere vsurpanda ab istis angustijs se liberant facili negocio. Nam tunc ad nullam personam aut creatam, aut increatam istud referunt, sed ad rem iustam & bonam. Qui etsi non sint reprehendendi, tamen forte à mente Pauli sunt alieni: ad quam magis accedunt illi qui ad personas referunt. Nam Paulus cum loqueretur de Christi morte pro hominibus impijs loquutus est, non pro impietate. Et sic, vt maior sit comparatio & conuenientior collatio, præstat intelligere de hominibus iustis ac bonis: pro quibus non tantum mortuus est Christus, sed etiam pro sceleratis & impijs: in quorum dilectione superauit omnium hominum amorem & charitatem. Et istud tantum intendebat hoc loco ostendere Apostolus vt monstraret excessum charitatis Dei in dilectione impiorum & sceleratorum hominum. Quasi dicat, Si vis, o homo quicunque sis, siue Iudæus, siue Gentilis agnoscere quanto amore sit Deus prosequutus hominem: vide, attende, perpende ac accũrate considera quod ipse pro impijs hominibus & inimicis suis mortuus est, cum nullus homo pro altero homine siue bono, siue iusto audeat mori.

Sequitur.

Commẽdat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniã si eum ad hæc peccatores essemus

secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. &c.

NOn offendaris lector pie, quoniam audis Paulum dicentem quod Pater cœlestis commendet suam charitatem; quæ satis ex se ipsa videtur & apparet cōmendata. Nam sicut alibi idē Apost. dicit, non qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus cōmendat: propria cōmendatio suspitione non caret. Non enim in ea significatione Paulus verbo commendat vtitur sed pro eo quod est illustrem, laudabilem, nobilem, & amabilem facere. Et id facit accepta occasione ex eo quod dicit, Christum fuisse mortuum pro impijs. Et hanc illustrationem charitatis non confirmat, quod ipsa charitas egeret, sed nostri gratia vt spē nostram magis ac magis corroboret, firmet & perficiat. Sed forte dices, In proximo præcedenti textu nonne satis cōmendauit charitatem? nonne satis apparebat erga nos Dei dilectio, quod nullo amore prouocatus pro nobis impijs dignatus est filium suum morti tradere? quid igitur secundo opus erat commendatione? Respondetur ad istud, quod in prioti ratione manifestata est Dei dilectio erga nos secundum intrinseca in nobis: nunc autem rursus declaratur secundum extrinseca: videlicet, per mortem Christi. Illa interna Dei dilectio egressa est foris per mortem Iesu Christi: de qua ipsemet dixit, Sic Deus dilexit mundum: vt vnigenitum filium suum daret. Nō enim contentus fuit Deus vno modo, sed duobus manifestatam nobis facere suam charitatem. Hæc est sane vehementissimè amantis conditio, vt quibus potest modis ostendat suum amorem erga amatum. Renunciate dilecto meo, dicebat Spōsa, magno vulnerata amore: renūciate ei quia amore langueo. Sic pater cœlestis, vehemētissimo tactus amore, omnibus numeris eū atollere & illustrare procurat. Ait ergo Pau. Cōmendat autē Deus, Pater scilicet, charitatē suā in nobis. Suam dicit, nō nostrā: quę in eū perquā modica & exigua est: & fortassis in proximos. Sed cur non dicetur nostra? Sua, & nostra, sua Origine; nostra, vtilitate, in nostrā nāq; vtilitatē tota effusa est in cordibus nostris per Spiritū Sanctū qui datus est nobis. Nostra, quia nostri causa & gratia, dilectissimū filiū suū Iesū crudelissimę morti pro nobis libērādis tradere nō dubitauit. Cōmendat Pater charitatē suā. cōmēdem' & nos charitatem filij, vt pote eam experti.

2. Corin. cap 10.

Caro.

Allusio ad mores.

NOn potest hic non culpari qui titulo christianitatis gaudere vult. Nā ad nos hæc spectabat cura & prouincia comendandi & illustrandi Dei charitatem: quoniam tot tantaque beneficia ex ea reportauim': & tā frigide, tā q. ingrate tāto amori respōdemus. Vnde nō iniuria hāc de nobis habet querelā. Si ego Pater, vbi est amor meus? Si tāto vos sum prosequutus amore, vbi est vester amor? an nescitis, quod amore amor pēsatur? Cur charissimi nostro Deo, nostro Patri, nostro benefactori, nostro iustificatori, nostro redēptori, nostro glorificatori, tā ingrati sumus? Resipiscamus & nostros claussos oculos aperiamus: & hāc tā immensam beneficentiā inęstimabilē Dei clemētiā deosculemur, amemus, colam', venetemur, ęstimemus & ad memoriā perpetuo reuocemus: vt sicuti dignatus est pro nostris impijs criminibus cōdonandis filiū suū confratrem nostrum truculētissimæ morti tradere: ita nos cū illo in illa æterna patria consedere, ac conregnare faciat, amen.

Malah.

amor amore pensatur

R.

1. Ioan. 3.

quæ sit amantis conditio.

Sequitur.

Quo-

Quoniã si cum ad. pec. essemus.

RAtionem assignat Paulus quare commẽdat, hoc est, extollit & laudat. Cõmendare hoc loco est laudare & extollere. Et mẽrito charitas Dei laudãda est: quoniam si mori pro bono & iusto laus est, & extolli debet, qui tã egregiũ opus patrat: nõne maiori laude dignus est qui moritur pro impio? quis dubitat? Sed Christus mortuus est pro nobis cum adhuc peccatores essemus, mẽrito igitur cõmendari debet Christus pro hac charitate. Sed dices, Pau. cõmendat charitatẽ, nõ Christum qui mortuus est. Respond. duplicíter: primo dicitur quod qui commendat virtutem alicuius eadem opera commẽdando virtutem cõmendat & eum qui habet: vt qui cõmendat iustitiam, laudat etiã & iustum. Secundo dicimus quod Pau. cõmendat charitatẽ propterea quod ipsa est causa quare Christus mortuus est. Q. d. Paulus: Non est Christus mortuus pro nostris mẽritis & obsequijs, sed gratis ex charitate patris & sua. Charitas eum duxit ad mortem: immensa dilectio illum in mortẽ proiecit. Mortem non ipsa dilectio in nobis existens fecit, sed quę in ipso erat eam cauſauit.

Cum adh. pecc. esse.

HOc est, existẽtibus nobis in nostris peccatis. Si Christ. fuisset mortuus antequã peccauissemus magnũ fuisset, tũc mortuus fuisset pro bonis: si autem nobis iã iustificatis, etiam magnũ quid fuisset, sed stãtibus nobis in ira & in inimicitia cum Deo, nobis resistentibus & nihil tale cogitãtibus, nobis infernũ & irã Dei mẽrẽtibus, velle mori pro nobis demitanda res est & incogitabilis: omnẽ. n. cogitationẽ (etiã Angelorũ) superat & trãscendit. Cũ essemus, inquit peccatores. Sed quomodo peccatores? Eram' ne peccatores sicut illi de quibus cęcus ille dicebat. Scimus quia peccatores Deus nõ exaudit? Peccatores vt Ioan. ait? Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus? Minime. Quales ergo peccatores? vt Petrus quãdo dicẽbat. Exi à me Domine, quia homo peccator sum? Non. Quomodo ergo peccatores? Nunquid, vt illi qui quotidie clamant, Peccatores, te rogamus audinos? Non sic: sed cum essemus magni peccatores, sceleratissimi peccatores, ingratissimi, impijssimi, nefandissimi, fures mille morubus dignissimi, peccatores pessimi & indignissimi pane quo vescebamur, & deniq. adnihilatione mẽritissimi: cũ in hoc statu essemus destituti omni auxilio, extra spẽ, & randẽ de salute desperati tũc Deus suę misericordiæ recordatus & nostrarũ miseriarũ cõpassus quò suam magis cõmendaret charitatem & sui amoris thesaurus magis pareſceret vnicũ quẽ habebat natum sibi chariſſimum, cruci affigendum iussit idq. gratia nostrę recuperãdę salutis. Certe ingens est ista charitas & fortissima dilectio: non vt mors (vt ille dicebat) sed plusquam mors. Mors viuos vincit & superat, at hęc dilectio mortuos peccatores viuificat. Mors omnium terribiliũ terribilis; dilectio, omniũ suabilium suabilis. Mors mortua fuit: at dilectio immortalis est. Mors, peccati proles: dilectio, peccati mors. Qui non diligit, manet in morte: ergo qui diligit liber est à morte. O fælix dilectio, tu fortior morte fuisti; tu caput eius fregisti.

Non dissimulet adnotare hic diligens lector epitheta, quibus peccatores nominat Paulus. Interdum eos impios, aliquando infirmos, nonnunquam peccatores, sępe inimicos. Nec mirum: nã sicut bonos varijs titulis & nominibus nominat: ita malos. Boni aliquãdo dicũtur iusti, beati, perfecti, sancti, amici Dei, lux mundi, & sal terrę. Sed inter hos hoc interest quod bonorũ nomina scripta sũt in cœlo iuxta

Nota istud lector

Ioan. 6.

1. Ioan. 1.

Luce 5.

Cant. 8.

Luce 10, Luce 16, Luce 7.

illud; Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis: mali neque in cœlis, neque in terris scripta habent nisi dum viuunt. Mortuus est dies sine nomine & mulier quæ erat in uitate peccatrix &c.

Essemus.

ETiam se adnumerat Paulus cũ peccatoribus sicuti fecit quãdo dixit, charitatem Christi esse in illis diffusam per Spiritum Sanctum, qui datus fuerat in die Penthecostes Apostolis. Sicuti igitur in bonis ac donis non se excludit: ita nec in malis se liberare, sed includere voluit dicens, Essemus. Adde tu quod Paulus in more habet sæpe loqui in persona generis humani, & in his nunquam se excludit, vt videre est in multis locis, maxime in hac epist. ad Rom. Et hoc inter alia obseruare debet qui intelligere exacte vult Paulũ: alioquin necessum erit lectorẽ in multis titubare & vacillare. Neque Apostolus erubescit inter peccatores se recensere, imo quasi gloriatur, vt patet quãdo dixit, Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Et alibi, non sum dignus vocari Apostolus: quoniam supra modum persequutus sum Ecclesiam Dei. Et alia dicit id generis multa.

Allusio ad morẽs.

ADmoneat semetipsum christianus lector qui hæc diuina Pauli verba in se versat, admoneat inquam, & perpendat quantum sit accensus hoc igne charitatis diuinæ: in quo si non sentiat calorem: sed frigidum se conspiciat, forte id ei cõtingit quod ab hoc procul positus sit igne. Accedat, & caloris plus sentiet. Excitet acrius torporem suum. Voluat, reuoluat, penset, repensetque tam singularem & egregiã Dei charitatem. Non tibi vilescat aut parui facias christiane lector quod Christus pro te etiam impio mortuus est. Hoc tam eximium & magnum beneficium a tua nõ elabatur memoria. Agnosce erga te tantam munificentiam, misericordiam, & bonitatem: quam si agnitam semel habueris, audacter & confidenter pro Deo tuo mori desiderabis. Cum Paulo dices, Mihi viuere Christus est, & mori, pro eo, lucrum. Iam illud Dauidis decantabis, sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Iam cum eodem clamabis, Quis mihi det (o pulcherrime Absolon) vt ego moriar pro te: vbi tu mortuus es pro me? Tanti beneficij compensationem aptiorem aliã dare possumus nullam. Ne simus Deo ingrati, tanto benefactori. Memores esse debemus quod ingratitudinem omnes mundi nationes pro maximo crimine ducunt: adeo vt in lege nulla sit inuenta digna pœna. Maius enim crimen est quam excogitãda & exigẽda pœna est se ab homine possit. Hæc namque tanta noxa diuinæ vltioni est reseruata. Vnde fortassis de ea dicit Deus, Mihi vindictam, & retribuam. Non igitur expectemus hanc vindictam, sed ipsum diligamus, quoniam & ipse prior dilexit nos.

Ad Philip. 1.

Gratis debenda est ingratis beneficium. Rom. 11.

Sequitur.

Multo igit. mag. nunc iustificati.

MVltiplicat rationes & argumenta Paulus ad idem institutum, colligens ex efficacia mortis Christi & iustificationis nostræ id quæ facit ad solidãdam spem iustificatorum, quod enim hic dicit, per multum valet ad illud pro positum. Et nota in primis tu auditor difficultatem rei ex tam variis & multis argumentis quæ Paulus adducit ad vnum

vnum & idem institutum, cui vna satis erat ratio. Nihilominus Paulus multis voluit nos de securitate nostræ spei reddere certissimos: & ideo multiplicat argumenta. Cæterum quod hic dicit declaratio est potius prēteritæ clausulæ, quā noua ratio. Declarat autem argumento sumpto à vita & morte, hoc est, comparando vitam morti. Et est argumenti vis petita à difficili ad facile, siue, vt vulgo dicitur, à minori ad malus. Vt si diceres, Homo mortuus potest prēstare istud. igitur & viuus poterit. Ratio autem Pauli consimilis isti est. Agit igitur sic Paulus. Si mors Christi potuit nos reconciliare Patri contra nos irato: multo igitur magis poterit id præstare vita eius. Antecedens iam probatum est supra. Cōsequutio probatur: quia vita potentior est morte & efficacior. Si igitur Christus mortuus potuit nos reconciliare Patri: viuens vita gloriosa poterit multo facilius saluare & beatos nos facere. Per mortem itaque & vitam Christi confirmatur spes gloriæ nostrę: sed magis per vitam quam per mortem, alioqui frustra adiecta esset hæc ratio alteri. Alias enim illa sola erat sufficiens. Nā postquam Christus semel nos reconciliauit, non erat nobis occasio hæsitandi de beatitudine consequenda. Amicus enim constitutus de amico non debet titubare: maxime si amicus est fidelis & verax. Cum igitur Deus stet suis promissis & non sit mendax (vt amici homines) sed fidelissimus amicus: ex hac amicitia iam potest esse homo firmus, certus & confisus. Quare in Deo nil refert vna vel plures pollicitationes: vna nos reddit certos, sicuti plures. In promissis autem hominum aliquid præstat, semel, vel pluties fore quidpiam promissum, sed non in Dei promissionibus. Cum igitur per mortem Christi &c. Sed dices, Quorsum ergo Deus etiam eandem rem multoties & per multos promittit nobis? Abrahę factæ sunt repromissiones & aliis. Respond. Istud fecit Deus nō sui gratia, sed propter nos qui aliquantulum sumus increduli & modicę fidei titubantes, nutantes & hæsitātes in promissis Dei. Et ideo Deus nostræ conditionis rationem habens, non vno solo argumento contentus vt nos in firmissima fide ac spe constituat, adducit multa argumenta & multa opera ingētis & magni amoris: quæ ipse Christus pro nostra salute operatus est & per quæ consolidantur in spe tria hominum genera: videlicet iustificati á peccatis, constituti in peccatis (si resipiscere volunt) & iusti: qui ad spem maiorē eriguntur quod suo fauore perseuerare poterunt. Istis addere possumus alios, nempe peccatores qui confidentiam habent quod postquam Christus mortuus est pro ipsis non erit tam severus in eis puniendis. Sed qui sub ista fiducia peccant, aut in peccato perseuerare volunt, istis è contrario vsuenit. Scriptū quippe est: ne dicas, Magna est misericordia Domini: multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant & in peccatores respicit ira illius. Veruntamen si quis peccauerit vel fragilitate, vel ignorātia ductus maiorem spem resurgendi & ad Deū se conuertendi habere poterit. Et ex hoc merito colligimus quod multo maior est spes nostra sicut & fides, quā illorum qui erant ante Christum mortuum & suscitatū. Nam illatę iniuriæ, flagella, plagę, vulnera, clauī, spinea corona, & tandem mors spē nobis dant remissionis nostrorum peccatorum & futuræ glorię adeptionis. Quoniam si compatimur suis doloribus cum illo & conregnabimus. Eccles.

Iustificati in sangui. ipsius.

VIdebitur hic forsān Paulus sibi ipsi non constare vt qui antea dixit

ipsum. Respon. Paulus de bonis & iustificatis loquitur: qui salutem & præseruationem ab ira ventura patris consequentur: non suis meritis, sed per Iesum Christum, hoc est, per effusionē sui sanguinis quem pro ipsis iustificatis effudit.

Sed forte dices, nonne sanguis eius effusus est pro omnibus? Maxime. Cur ergo non seruabit ab ira omnes? Nunquid pro omnibus mortuus est Christus? Nonne omnes reconciliauit? Respondemus, secundum sufficientiam, ita: sed non secundum efficaciam. At cuius culpa? Non Christi, sed ipsorum. Nihil æstimarunt prætium sanguinis Christi, sed maluerunt in suis peccatis perseuerare: & sic veniet super eos nō quæcunque ira, sed illa ingens quæ vētuta est super filios diffidentiæ. Ab ista liberabuntur iustificati, & hanc pollicitationem promittit & concedit illis Apostolus Paulus.

Sed animaduertat acutus lector quod ab ira dicit liberandos iustificatos, nil dicens an liberabit illos ab omni pœna in illo die. Non dubitamus quod omni pœna: Nam si mittendi sunt ad cœleste regnum liberi ab omni malo, etiam pœnæ mittentur. Si autem loquamur de iustificatis in terra vt sunt hi qui medio ipso baptismate iustificātur ab omni pœna damni & sensus liberabit. Et in hoc inter alia multa lex Euangelica legem naturę & scripturę euincit & superat. Nec mirum: nam in nulla illarum legum erant sacramēta tantæ virtutis & efficaciæ, quibus Patres illi antiqui possent liberari à pœna sensus & damni.

Sequitur.

Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solū autem sed gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum per quē nunc reconciliationem accepimus.

NOn cessat Apostolus multiplicare rationes & argumenta, tum vt magis charitatem Dei erga nos illustret, tum vt rem augeat ac firmet. Argumētum hoc tam est ex se patens & clarū, vt potius lectione quam explanatione indigeat. Dicit ergo: Si salui sumus a vindicta quæ fiet in die iudicij per mortem Iesu Christi, multo magis iā reconciliati & amici effecti saluabimur per vitam illius. Vita eius erit nobis salus. Expende tu diligēs lector verbum, multo magis: quia denotat hoc esse facilius, quam illud. Quia multo grauius est pro peccatoribus mori, quam iustos cooperantes saluare. Ad primam namque habendam gratiam peccator non cooperatur. Semel autem peccator iustificatus cooperator est Dei, sicut alibi dicit Apostolus. Adiutores Dei sumus: non ad primā gratiam, sed ad nanciscendam salutem. Et ideo difficilius est illud primū. Et hoc non intelligas ex parte Dei, cui ex æquo omnia sunt facilia. 2. Cor. 6.

Ex hac sententia Pauli multa colligi possūt pulchra & adnotatu digna. Primum est illud quod iā ferme ab omnibus est receptum sine controuersia: videlicet maius opus esse iustificare, quam beare, siue beatum facere: non tamen omnibus modis. Nam si consideremus vtriusque rei terminum, scilicet, iustificationis, & beatitudinis ad nobiliorem terminum terminatur beatificatio, puta ad gloriam: quam iustificatio, quę ad gratiam, quæ tantum est gloria inchoata. Sed si consideremus conditionem operis, maius opus videtur ex peccatore facere iustum, quam ex iusto iustiorem. Ad primum etiam repugnantia est & renitentia: in secundo autem opere nihil tale reperitur.

Et resp.

Et respiciens ad hoc B. August. dixit quod maius opus est iustificare peccatorem, quam creare cœlum & terram: Cum igitur longe facilius sit saluare amicos, quam iustificare inimicos, & eos reconciliare: bene adiecit Paulus illa verba, multo magis.

D. Tho. 3. p. q. 46. ar. 2. ad 4.

Cum inim. essemus.

Ecce quales dilexit inimicos nempe suos, non qui iam fuerant: sed cum essent actu inimici existentes. Inimicitia durante, nos dilexit Deus. Non mirum si postea in sua noua lege præcepit nobis diligere inimicos. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumnijantibus vos: vt sitis filij Patris vestri legitimi, non degenerantes à paterno more. Ego, emphasim magnã habet. Ego, dico, qui prius dilexi inimicos meos. Mando vobis, credite mihi experto.

Matth. 5.

Iam non vocat nos Apostolus infirmos, peccatores, aut impios: sed alio epitheto nos describit vocãs nos inimicos. O magna nostra confusio, o ingens Dei dilectio, qui non est dedignatus mori pro suis inimicis! Vide Christiane lector, vide & cogita quanti fecerit Deus suos hostes & inimicos. Vide, quantum eos dilexerit, vide & quales dilexerit. Vtrunque animaduersione dignissimum est. Tãtum dilexit, ne desperaremus ob nostra ingẽtia scelera: tales dilexit ne superbia extolleret nos ipsos. Quid superbis inimice Dei? aut cur desperabis intuis peccatis, tantum dilectus à Deo? Humilia te agnoscens te ipsum, & sperato in tuo amatore qui ad mortem vsque dilexit inimicos. Cũ dilexisset suos qui erãt in mũdo, in finem (imo post finem suæ vitæ) dilexit eos: Nam à mortuis suscitatus est propter illorum iustificationẽ, reconciliationemque. Iustificauit & reconciliault nos peccatores.

Nota lector

Ioan. 13.

Sed quid sibi uult verbum reconciliati? Nonne satis erat iustificare? Non: Sed iustificauit & reconciliauit Christus peccatores cum Patre, vt eos eriperet & liberaret a tanta ventura. Dicis, Igitur aliquod est discerniculum inter iustificare & reconciliare? Maxime. Dicis, Et quale? Dicimus, discrimen tale est. Iustificatio est remissio peccatorũ & collatio gratiæ: reconciliatio hæc duo quoque importat: sed vltra hæc addit, quod qui reconciliatur admittitur ad præsentiã Dei. Addit admissionem. Alterum, nempe primum, sine altero reperiri potest. Dauid offensam Absalon filio suo remisit: at aspectu & præsentia sua eum priuauit. Dixit, Non videat Absalon faciem meam. Ecce quomodo vnum est absque altero.

2. Reg. 14.

Verum licet non me lateat, hanc esse communem doctrinam: tamen nisi me opponerem doctorum virorũ torrenti (bona venia illorum dixerim) nescio an ita res se habeat in Deo: sed pie credimus quod apud Deum idem valent & pollent reconciliare & iustificare. Nam Deus nõ est in hoc, nostræ cõditionis. Nos cum simus homines, semper videmur nescio quid vindictæ & iræ retinere. Si parcimus injurijs, tamen vix possumus earum obliuisci, sed semper earum memoria & recordatio apud nos viget: Deus autem largissimus est in remittendis iniurijs: & ideo quando iustificat non auertit faciem suam à iustificato, sed admittit eũ ad suam præsentiam. Quinimo eum inuitat in pœnitentia ad respiciendã faciem suam per prophetam dicentẽ. Respice in faciẽ Christi tui: cum quo iam es reconciliatus per iustificationẽ. Securum accessum habet peccator ad Deum. Non igitur est Deus in condonando peccato sicut homines, sed generosius agit quam homines.

Nota lector differentiam

Psal.

Dices forsan tu, Cur igitur Paulus modo nos vocat reconciliatos, Respondemus, Eo quod quos antea dixerat

rat impios appellauit hic inimicos, & illa inimicorum condonatio aptius dicitur reconciliatio. Quando namque qui prius erant inimici adinuicem fiũt amici, media aliqua persona, dicuntur isti amici reconciliati: & quando videmus eos simul ambulare, admirantes solemus dicere, quomodo illi conuenisti sunt? quomodo simul ambulant? simul comedunt? Respondetur, inimici erant antea, sed iam sunt reconciliati. Sed his omissis, quę non contradicendi gratia dicta sunt, iam volumus à Paulo requirere, quorsum peccatores appellauerit inimicos: quod nomen satis infestum & exosum est, & auribus christianis insuaue. Respon. Nihil mirum: tum, quia non solum Paulus sed etiam alij in sacris literis sic eos appellant. Qui voluerit, inquit Iacobus, esse amicus huius seculi: inimicus Dei constituetur. Et David, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Haber Deus multos inimicos. Et, vt semel dicam, omnis peccator Deo est inimicus. Num autem postquam ipse mortuus est pro inimicis suis, verũ sit Deum alicui fore inimicum, non putamus esse expeditum. Si quidẽ qui tantopere, tantoque amore dilexit inimicos suos, non videtur illos habere pro inimicis. Quod vel ex eo trahi potest, quod Iudã ad eũ tradendum patrissimum, imo actu eum tradentem sub pacis signo, amicũ appellauit dicens, Amice, ad quid venisti? Mirares, eum qui ipsum in manus inimicorum tradebat appellat amicum: & Petrum volentem eum viuere & nõ mori vocat Sathan dicens, Vade post me Sathana. Quid est hoc fratres mei? Latet hic sacramentum non vulgare, sed admirabile. Non habet in ore suo Christus vocabulum, inimicum. Ab amico omnia (etiam verba) amica sunt. Non enim est relatũ vocabulum, inimicus, sicut amicus, nec semper reciprocatur, sicut nomen amicus. Veruntamen si nomine inimici intelligimus eum qui alterum odio habet, cum Deus odio habet peccatores, sic dicitur esse inimicus. Simul sunt odio Deo, inquit Sapiens, impius & impietas eius: non quãtum ad eius naturam, sed quantum attinet ad impietatem & peccatum: cuius ipse nullo modo est causa, nec directa, nec indirecta.

Ex verbis autem istis, Si enim cum inimici essemus, aliisque proxime præcedentibus manifesto Apostolus non tantum dilectionem inimicorum approbat verum etiam eam vehementer commendat. Vnde occasione horum verborum quidam confidenter & indubitate asserere ausi sunt, dilectionẽ inimicorum illustriorem, nobiliorem ac perfectiorem esse quam sit ipsa amicorum dilectio: hancque esse Pauli mentem non recusant contendere, præter id quod variis rationibus eisq. satis apparentibus pro sua virili ostendere conati sunt hanc quoque veram esse sententiam. Principio autem in lucem producunt, quod volens Apostolus ostendere excellentissimam Dei charitatem, dixit, in hoc commendare charitatem suam Deũ in nobis, quod videlicet: dilexerit nos cum essemus adhuc inimici eius. Non enim (inquiunt) dixit, commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum amici eius essemus Christus secũdum tempus &c. Sed dixit, cum inimici essemus. Igitur palam insinuauit dilectionem inimicorum præferendam esse amicorum dilectioni. Secundo dicunt, si dilectio amici esset præstantior, ab ista commendanda veniret dilectio Dei. hoc Paulus non fecit: igitur vel Pauli ratio infirma & inualida est, vel dicere oportet dilectionem inimici fore excellentiorẽ. Ad hæc: perfectio christiana est bene facere inimicis, & proillis aduersa & mala sustinere, sicut Christus passus est: & sumus gradus dilectionis & charitatis esse videtur mori pro inimicis; de quibus etiam Aethnici nonnulli potentes non sumpserunt

Sap. 14.

Quæst. An Deus sit causa peccati, i. 2.

ſerunt vindictam. Accedit huc etiam illa ratio adducta à Chriſto Matth. 5. quæ ſuffragari videtur huic opinioni. Dicit Chriſtus, Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne ęthnici hoc faciunt? Ex ijs verbis videtur colligi maioris eſſe perfectionis & meriti dilectio inimicorũ quam amicorum. Denique ſi obiecti etiam ratio habeatur, dilectio eriã inimicorum pręferenda videtur. Nam huius dilectionis obiectum Deus eſt quem conamur imitari in hoc dilectionis actu. Quando autem diligitur amicus obiectum iſtius dilectionis eſt ipſe amicus, nõ ipſemet Deus. Si ergo inimici dilectio terminatur ad Deum, & amici ad amicum (ſiue carnalem ſiue ſpiritualem intelligas) liquido conſtat ratione obiecti dilectionem inimicorum etiam eſſe pręferendam, tamquam id quod verſatur in excellentiſſimo actu charitatis.

Reuera non modici momenti ſunt iſtę adductæ rationes, quibus occurrere non eſt multum facile: eiſtamẽ nõ obſtantibus ſunt non pauci, & ij doctiſſimi (quorum princeps & dux D. Tho. eſt) qui in aliam ſententiam declinarunt: exiſtimantes (ſi cętera ſint paria) dilectionem amicorum eſſe præſtantiorem, eo quod amicus res capacior & dignior eſt, & magis bene meritus dilectione quam inimicus; Sicut amicitia pręſtat inimicitia. Vnde cũ amicus ſit melior, & amicitia materia dilectionis aptior; hinc fit vt dilectio quæ verſatur circa amicum pręſtantior dici debeat. Accedit huc etiam quod per contrarium odire amicum longe deterius eſt, quam odire inimicum: & cęteris paribus amico & inimico neceſſitatem patientibus magis & citius ſubueniendum eſſet amico quam inimico ex ordine charitatis. Rurſus, Amicus, ſui gratia diligi poteſt, etiam ſi talẽ dilectionem quis propter Deum non emittat: inimicus autem qua talis eſt, dilectionis incapax eſt: nã malus eſt. Quo nomine potius deteſtandus & odio habẽdus venit. Solum enim ex accidenti ſiue per accidens (quod aiunt) diligẽdus eſt, quatenus ſcilicet, eſt proximus, non autem quatenus inimicus. Diligibile ergo per ſe, præſtantius eſt abſolute, quam diligibile per accidens. Vnde propter has & alias rationes dimicatio eſſe ſolet inter ſcholaſticos theologiæ profeſſores vtra dilectionum ſit præſtantior & maioris meriti; vel quæ erga amicos, vel inimicos exercetur.

Sed reuerà, vt noſtram imperitiam aperiamus ſi penitius & ſubtilius hãc litem proſpiciamus fruſtra de hac re & quæſtione illos ſe torquere comperiemus. Nam qui pręferunt dilectionẽ inimicorum ad vnum reſpiciunt: qui vero aliam, nempe amicorũ, ad aliud oculum habent D. Tho. & ſui ſequaces ad id quod diligitur attendunt: alij vero non ad iſtud, ſed ad illud cuius gratia inimicus diligitur. Ex hac autem varia rei attentione & conſideratione vtroſque dicere verum fieri poteſt, & qui palmam dilectioni inimicorum largiuntur, & qui pluris faciunt dilectionem amicorum inhærentes Chriſti dicto dicentis, Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Qui anteponunt dilectionem inimicorum, non reſpiciunt ad rem quæ diligitur, quę minus capax eſt dilectionis, quam ſit amicus: ſed ſpectant & conſiderant rationem ob quam inimicus diligitur & difficultatem maiorem, quam diligens inimicum habet. In diligendo enim inimicũ maior eſt repugnãtia & difficultas: Vnde ex hac repugnantia potius colligendum eſt fortiorem eſſe & difficiliorem inimici dilectionem, quam quod ſit pręſtantior & magis mæritoria. Nõ enim hæc difficultas & repugnantia auget meritum, ſaltim eſſentiale. Nam licet teſtimonio Ariſt. virtus verſetur circa difficile non tamen omnis difficultas reddit virtutem pręſtantiorem.

Cer-

Certum quippe est difficilius operari illum qui nō ex habitu, quam qui per illum operatur: & tamen operationes quę fiūt ex habitu præstantiores sunt licet non fiant cum tanta difficultate. Mulieri enim quæ castitatis habitu ornata est non est tam difficile repugnare carnis concupiscentiæ sicut illi quæ luxui data est: nec proinde ista alteri præferenda est. Licet ergo, quantum attinet ad difficultatem, palam & manifesta sit in dilectione inimicorum maior repugnantia & difficultas: non proinde consequitur hanc esse magis mæritorā, sed tantū esse magis difficilem dilectionem. Vnde forte Apost. Cant 5° volens hoc loco alludere ad id quod scriptū est, Fortis est vt mors dilectio: vt ostenderet fortitudinem dilectionis Dei dixit, cōmendat autem charitatē suam Deus in nobis, quoniam si cum ad huc peccatores essemus &c.

Commendatur etiam hoc loco charitas Dei ab ipso Apostolo secundum latiudinem: nam non est diffusa tantum ad bonos, iustos, & rectos qui sūt amici Dei, sed etiā ad impios qui sunt inimici Dei: de quibus scriptum est, Eccles. 12. Altissimus odio habet peccatores. De eisdem etiā Propheta in persona Dei psal. 88. dixit Iniquos odio habui. Et ideo forte falluntur qui ex hoc loco Pauli existimant necessario colligi dilectionem inimicorum fore præstātiorem & magis mæritoriam sicut & illi qui ex illis verbis Matth. 5. Si enim diligitis eos qui vos diligunt &c. idem putant necessario inferri. Nam illic Christus comparat dilectionem amicorum vt est tantum amicorum, hoc est, vt amicus alteri est solatium & benefactor nullo habito ad Deū respectu. Sic namque nulli dubium est, dilectionē inimicorum esse præstantiorem; quoniam hæc nō potest fieri sine Dei consideratione. Inimicus siquidem non diligitur nisi propter Deum. Nulla enim alia sunt motiua in inimico ad sui dilectionem nisi amor Dei, dilectio autem amici habet alia quæ mouent ad dilectionē eius: nimirū, quia est alter ego, vel quia speratur aliquid ab eo, & deniq. propter multa commoda amicitiæ. Horum nullum est in ipso inimico.

Sed forta ssis moram trahimus in hac re. Vela igitur complicemus & colligamus nos. Doctissimorum itaque theologorum doctrinam insectemur, dicētes, quod tribus appositis conditionibus indubie credendum est præferendam esse dilectionem amicorum. Sūt autem conditiones istæ: videlicet, paritas charitatis, æqualitas conatus, & ratio eiusdem finis: scilicet, quod vtraque dilectio fiat propter Deum. Posita paritate in ijs tribus præpollet amicorum dilectio. Qui autem ista melius penetrare cupit, cōsulat D. Tho. 3. sen. dist. 30. Et 22. q. 27. ar. 7.

Salui erimus in vita ipsius.

CLare & palam nos docet Apostolus nostram salutem à duabus causis pendere: nimirum a morte Christi, & ab eiusdem resurrectione & hæc est prima: mox aperit secūdam dicēs, Salui erimus, idest salutem consequemur: vnde Paule? Respondet, In vita ipsius. Sed quæ est hæc vita? Si in vita, quid igitur opus fuit eum mori? Respondetur, Non loquitur Paulus de illa vita Christi, qua vixit moriturus: sed de ea de qua alibi ipsemet dicit, Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur, mors illi vltra nō dominabitur. Infertur cap. 6. 2 Cor. 13. De illa vita loquitur qua potentiā habet ad dandum nobis vitam æternam: non quantam ipse habet, sed quantā accipere capaces erim' nos. Ipse quippe meruit per mortem suam vt vbi ipse esset, essent & amici eius. Nec hoc cui quam mirabile esse debet. Siquidē si per mortem (quę non fuit per potē tiam, sed ex infirmitate) potuit nos salvos facere, multo magis vita eius immorta-

conciliatus Deo Patri magnus pudor erit, si reuertisus fueris ad peccata: Inimicitias tuas cum Deo sanguis Christi de medio tulit, pacem fecit, amicus factus es: cura ne rursus inimic' efficiaris: noli temetipsũ ĩtra spe frustrare quam ipse sãguine reddidit securã & firmam. Noli tu tuis peccatis facere frustrancã. In spe certissima cõstitutus age Deo gratias. nõ quas debes, sed quas potès: & cum regio Propheta dicens, singulariter in spe constituisti me.

Psal. 4.

Sequitur.

Non sol. aut. sed. & gloriã.

OBscurus videtur hic sermo Apost. cum dicit, Nõ solũ autem. Quid sibi vult hęc nominũ congeries sine verbo? Trũcatus sermo est iste, & nullũ perfectum generat sensũ in animo audiẽtis. Ad hoc respõderi potest quod in hoc acerno aduerbio tum subintelligẽdũ est verbũ gloriamur; & tunc sensus est. Non solũ gloriamur, in spe scilicet & tribulationibus, sed & gloriamur in Deo: nõ solũ in creaturis, sed in creatore. Ad Corinthios scribẽs dixerat, qui gloriatur, in Domino glorietur. Sed obijcies forsan dicẽs, ex his tribus gloriationibus, nempe in spe, in tribulationibus, & in Deo. hæc gloriatio quæ vltima est, prima esse debebat & tamẽ ponitur vltima. Respondetur, quod Paulus optima seruata methodo vltimo loco collocauit gloriationem in Deo, eo quod alię gloriationes ad istã ordinantur tamquã ad finem aliarum. Finis autem, vt dicunt Philosophi, licet sit in intentione prior, in executione tamen est posterior. Gloriatio in tribulationibus & in spe ordinantur ambę ad gloriationem in Deo sicut ad finẽ: & sic non debebat primo poni, sed vltimo loco. Glosant ergo sic istum textũ. Nõ solum autẽ, supplẽtu, gloriamur in tribulationibus: sed etiã gloriamur in spe filiorum Dei, & gloriamur in Deo. Vbi notet diligẽter studiosus auditor discrimẽ inter spẽ humanã & eã quã nobis Deus dat, nam in nostra nõ licet nec tutũ est gloriari, quoniã ipsa nos confundere potest, eo quod non est certa iuxta illud Dauidis, Nolite cõfidere in principibus, in filijs hominũ, in quibus non est salus: in spe autem Dei est salus, ideo licet gloriari in ea. Et idem est iudicium de tribulationibus: quæ si sunt ab hominibus, potius est contristandum quam gloriandum, si autem sunt à Deo gloriari fas est. Vnde Paulus alibi, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: non propter eas sed vt inhabitet in me virtus Christi. Vel alio modo. Tribulationes cõsiderari possũt vt tales tãtũ sũt, aliomodo vt mẽritoriæ sunt: primo modo nõ est gloriãdũ, quia nil gloriæ habẽt vt sic; sed vt sũt mẽritoriæ bene possumus in eis gloriari. Mæritũ siquidẽ materia gloriæ est, nõ vt nostrũ est sed secundũ illud quod Dei est. Et sic tunc gloriari in mæritis est gloriari in Deo.

Psal. 141, & 117.

2 ad corin. 12.

At nos forsan rogabis dicens. Quid est gloriari in Deo? Ell ne omnia in Dei gloriam facere, vt ubbi admonet Apo. Hæc gloriatio cõmunis est valde: sed hoc loco gloriari in Deo est in beneficijs receptis à Deo per Iesum Christum gloriari: maxime quod ab ipso altissimo Deo saluati sumus.

1 ad cor 10.

Sed quare adiungit per Iesũ Christũ? nõ erat satis dicere, gloriamur in Deo? Respondetur. Maxime erat satis. Nam habere nos aliquid per Iesum Christum, addit ad nostram gloriationem nescio quid. Et alia ratione. fecit quoq. Paulus illud: quod sępe facere solet vt intelligamus Christum nostrũ in recipiẽdis nostris donis esse semper mediatorẽ inter nos & Patrẽ exhibentẽ & largiẽtẽ dona. Et in hoc quoq. damus Christo gloriã, quoties gloriamur in Deo, quib' vna est cõmunis laus & gloria. Va-

3 ad. Corint. Cap. 10.

ria. Vnde forsan Ecclesia sumpsit occasionem quoties Deo Patri tribuit gloriã, non excludendi à Patre Filium dicens, Gloria Patri & Filio, &c.

Sed opponet nobis fortassis aliquis dicens, Gloriari sic in Deo magis videtur sapere & accedere ad amorem cõcupiscentiæ, quam ad amorem benevolentiæ, quo Deo bene velle debemus: at gloriari in Deo propter nostrã vtilitatem & cõmodum amor est concupiscentiæ potius, quàm amor amicitiæ. Deus autem amãdus est sui gratia absq. vllo respectu ad nostrũ profectum. Ad hoc dicitur quod si quis Deũ adamaret, aut in eo primariò gaudiũ & gloriam capere vellet ob suam vtilitatẽ is sane amor cõcupiscentiæ esset. Duplex amor

Namiste primo ante suos habet oculos proprium bonum & commodũ. Cæterum si primariè & oculũ dextrũ habet ad gloriã Dei, altero vero oculo, puta sinistro, respicit ad ea quæ Deus habet parata bona diligentibus eum, is amor non est cõcupiscentiæ sed benevolentiæ. Quod eleganter visus est innuere Vates ille regius dicens, Inclina cor meũ ad faciẽdas iustificationes tuas in æternum propter retributionẽ. Et sic quod Paulus hic dicit, nos gloriari in Deo, hoc est in suis beneficijs nobis elargitis: qualia sunt, filium Dei nostram naturam, nõ Angelicã assumpsisse, suo sanguine nos à potestate diabo li liberasse, à peccato redemisse & cum Patre nos reconciliasse, & vt semel finiamus, causam nostram cum suo & nostro patre tam diligentissime peragisse: de qua gloriabatur maxime Propheta dicens, Fecisti iudicium meum & causam meam: hæc inquam omnia non ad amorem concupiscentiæ referimus, sed primo dando Deo laudes in eum tamquã authorẽ eorũ retorquemus. Bene ergo ait Paulus, Non solum autem gloriamur scilicet in spe futuræ gloriæ, & in tribulationibus sed & in Deo, in eo collocantes nostram gloriã & nostrum amorẽ benevolentiç, sperãtes vnum esse in patria per gloriam, sicut hic vnum sumus in fide & charitate vniti. Nec ista spes facit vt noster amor sit amor concupiscentiç.

Psalm. 118.

Beneficia nobis collata p Christum.

Psalm. 38.

Per quem reconcil. habemus.

Hæc verba referenda sunt ad Christũ. Per quẽ, scilicet Christum. Id est, quo mediante sumus reconciliati. Reconciliator noster est Christus. Hoc iam dixerat Paulus in textu proximo. Quorsum igitur iterato repetit? Nunquid putauit nos tradidisse obliuioni quod Christus esset noster reconciliator, & quod per eum nos acceperimus reconciliationem? Respondetur. Non hac de causa repetit Paulus, quia de præterito dixerat, nos fuisse reconciliatos: ne putaret aliquis illam ad præteritos tantũ homines pertinere & nõ ad præsentes: hoc est ad illos qui erant in nouo, ideo repetit dicens. Per quẽ nũc, hoc est in tẽpore noui testamẽti in quo nos sum⁹ nos inquit Paul. in hoc tẽpore accepimus reconciliationẽ. Idest, mutati sumus: & ex inimicis facti sumus amici; & de statu iræ mutati sum⁹ in statũ pacis & pacificati. Et hoc per Christum: qui est causa quod gloriemur in Deo, in quo summa salutis nostræ posita est tota & perfecta.

Nobis non displiceat ista explanatio: sed fortassis non mala esset alia quam excogitauimus, puta, quod hęc esset quarta gloriatio præter illas tres iuxta quatuor bona quæ habent iustificati ex fide. Sed dicis. Quæ erit hæc quarta gloriatio? Respond. Gloriari in Iesu Christo mediatore nostro. Paulus dixerat gloriandum nobis esse in spe futuræ fœlicitatis, secundo in tribulationibus, tertio in Deo, & nihil dixerat de Christo: nunc addit quartam gloriationem dicens. Per quem nũc recõciliationẽ habemus, ideo nũc in eo gloriamur. Nã sicut gloriamur in

Deo

Deo tamquam in eo in quo consistit tota salus nostra: ita gloriari nos oportet in Christo per quem effecta est nostra salus & nostra reconciliatio. Et ad hoc visus est Pau. alibi dicere: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra, per quem salvati & liberati sumus. In hoc testimonio concluduntur omnes nostræ gloriationes. Cum dicit in cruce, intelligit in morte: quando dicit, in quo est salus, vita & resurrectio nostra, gloriationem spei nostræ designat: cum vero subiungit, Per quē salvati; gloriationē in Deo insinuat, quia Dei est salvare: denique cū ait, & liberati sumus, quartam gloriationem denotat quæ est in Christo, per quem liberati fuimus ab ira Dei, ab ejus inimicitia & odio: pacificati & reconciliati per ipsum Christū. Et ideo Pau. secūdo repetiuit & dixit nos recōciliatos fuisse per Christū: de qua recōciliatione gloriari possumus.

Aut aliter breuius dicere possumus si dicamus nō fore vanā & inutilē hāc eiusdē rei repetitionē: sed idcirco factā esse, vt nos tantū beneficiū tātūq. donū sēper in memoria haberemus, & num quā à nostra excideret memoria, Docētes solēt quādo sese offert aliqua sententia admodū pōderāda, nō semel dicere, sed semel & bis repetere vt fixius & tenacius hæreat auditorum memorię. Huius rei non nescius Apostolus licet in proxime precedenti textu semel dixerit nos recōciliatos fuisse per Christū, nō recusauit in sequēti rursū eandē rē repetere. Quod si quis ei vertere in virū voluerit, temere & iniuste id faciet ignorās huius rei causā & latēs mysteriū. Temeritatis nota non carebit: qui in Pau. os ponere audebit.

Simile. Consuetudo docentium.

Scrupulus vnus restat, qui suo iure venit discutiendus antequam alium textum explicare aggrediamur: quē referuauimus pertractandum post absolutas tres istas gloriationes, de quibus hactenus loquutus est Apostolus. Est autem scrupulus huiusmodi. Quomodo Apost. dixit iustificatos in Christo Iesu mærito posse gloriari in spe gloriæ, in tribulationibus atq. in Deo. Et scrupulo occasionē dat, primo, quia in multis locis sacræ scripturæ legim⁹, dignos esse vituperio illos qui se glorificāt, cōmēdāt, extollūtq. Venit huc etiā quod multi sua spe glorię frustrati fūr. Eodē facit quod Pau. (vt in superioribus diximus) increpauit Iudęos, quod extollebāt se & gloriabātur de suo sāguine & claris natalibus, in lege, in circuncisione, in ceremonijs, & deniq. in Deo & beneficijs ab eo receptis, & quod solū in Iudæa esset De⁹ notus: si igitur tūc illos notauit inanis gloriæ, quomodo nūc dixit illos qui in Christo sunt iustificati, posse gloriari? Profecto res est scrupulo & dubio digna; neq. facile dissolui à quouis potest. Tamē diuina fretiope & Pau. suffragio confisi pro nostratū viriū tenuitate, ex his quæ Apodicit scrupulum dissolutum dabimus. Pro cuius clariori dissolutione debet lector acutus attendere & prospicere, quod Apostolus non vnam tantum rationem adduxit ad probandū quod spes non confundit iustificatos, sed ad hoc appositi tres rationes ponderis non leuis, sed efficacissimas (tales enim exigebat negotium tam arduū) Primo. n. (vt supra diximus) hęc probauit per effusionem charitatis in cordibus nostris, secundo per exhibitionem Spiritus Sancti, & tertio per mortem & vitam Iesu Christi qui necem passus est pro suis inimicis, pro quibus quoque resurrexit. per ista. n. tria iustificati securi effecti sunt de pace & gloriationibus suis. Nam si ideo charitas Dei effusa est, & Spiritus Sanctus missus in corda iustificatorum, & Christus est mortuus & resurrexit pro inimicis, vt pacem & gloriationem consequantur: rebus sic stantibus fieri nequit vt iustificati frustrari possint spe pacis & gloriationis, quæ innititur diffusæ in cordib⁹ nostris

non sibi ipsi ascribat donum sed gratię Dei (qua mediante, & Deo opitulante ipse operabatur bonū opus) illud opus operātis est: nō solius tantum, sed quia ipse ex suo libero arbitrio adiuto gratia Dei operatur illud opus, & sic potest dici quod est hominis, scilicet operātis. Et sic exhac parte gloriari potest tū exhac parte gratiæ Dei adiuuāris, sine qua non est opus bonū; tū ex eo quod gratia bene vtitur ad operandū bonū. Nō. n. gratia liberū arbitriū destruit & ociosū facit, sed ipsū perficit & ad opus bonū reddit paratū. Luthe rani autem, nostro libero arbitrio solū tribuunt malū & nullo modo bonū.

Sequitur.

Propterea sicut per vnū

hominem peccatum in hunc mundū intrauit, & per peccatū mors, & ita in omnes homines mors pertransijt in quo omnes peccauerūt. Vsq. ad legem n. peccatū erat in mūdo. Peccatum autē non imputabatur, cū lex non esset.

&c.

EXorditur Pau. in hac secunda (vel secundum alios) tertia parte huius cap. ab ipsa voce, propterea, quę illatiua est causæ, inferens aliquid ex iam dictis superius. Q. d. Propterea, ideſt, propter ea quę dicta sunt. Series & ordo iste est. Dixerat Paulus reconciliatos nos fuisse per Iesum Christum cū Deo. In quibus verbis tacite innuit irā & indignationē Dei contra nos: nec verbū vllum fecerat dicens, vnde esset causata talis ira & indignatio. Restabat ei, vt completam & exactam relinqueret doctrinam suam, mox dicere vnde suborta esset huiusmodi ira: quod vt mihi videtur facit inpræsentiarum Paulus tractationē habens de peccato, quod fuit causa irę & indignationis Dei. Nulla sane res est quę tantum accendat irā Dei & cū indignatū reddat sicut peccatū. Facile esset hic pervarios locos scripturę sacrę ostēdere illud esse vere consonū, si spaciari & vagari nobis liceret per sacra biblia: sed hoc relinquimus lectoribus quibus nō tā angustū est tēpus. Cū igitur peccatum sit causa quare Deus irasci soleat, postquā Apostolus tacite insinuauit iram Dei, docet hic clare & manifeste huius iræ & indignationis quę extiterit causa dicēs, Propterea sicut per vnū hominē &c.

Cæterum tractaturus Pau. de peccato, originē ei' voluit inuestigare, quod facit in præsenti textu: qui aliquantulum obscurus esse videtur, quantum attinet ad constructionē literę, licet in sensu clarior sit. Videtur n. hic textus esse truncatus. Altera n. pars similitudinis videtur esse supplenda. Versatur Pauli oratio hic in similitudine & dissimilitudine, inter primum & secundum Adamum: & hic tantum videtur esse vna pars & non altera. Et sic hic textus patitur ecl ypsim. Quare aliquid est addendū. Iam nos in nostris regulis ad intelligendas epistolas Pauli admonuim', eas passim habere eclypses: quod negare non possunt, qui in eis sunt versati. Et ideo in hoc textu, qui est inabsolutus, suppleri oportet aliquid. Sēnsus intētus talis est. Sicut per vnū hominē perditi sumus: ita per vnū hominē, nēpe Iesū Christū instauratī sumus & recōciliati. Vnus posuit omnes homines in statu peccati, & alter in statu pacis & gratiæ. Hęc est Pauli intētio, & hic eius scopus, quicquid sit de literę cōstructione. Dicit ergo primū nostrū parētē (Adamū videlicet) causā & principiū extitisse peccati. Propterea inquit, sicut per vnū hominē, tam quā scilicet per authorem, peccatū in hunc &c. Verba sunt hæc in quibus latent multa quæ enucleatione indigent.

Per vnum hominem, inquit. Quorsum addidit, per vnum? Nunquid non satis erat dicere, p hominē? Vocabulū homo in idiomate latino ad vtriusvis sexum se extendit: & sic in sacra scriptura

tura non raro tã pro masculo, quam pro fœmina vsurpatur: vt ibi, Omnis homo mẽdax. Et alibi, Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? Et ibi, Homo natus de muliere breui viuens tẽpore repletur multis miseriis, Et rursum, Homo vanitati similis factus est. Et deniq. Ecclesia in prima die quadragesimæ admonens tam masculos, quam fœminas vt suæ mortalitatis recordentur, Memẽto, ait, homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Hic autem Paulus hominis nomine tantum masculum intelligit: quod denotauit adijciens vnum. Per vnum hominẽ, inquit. Si dixisset per Adamũ ab hoc labore leuasset nos: sed forsitã honoris & reuerentiæ causa, cũ ipse esset etiã eius filius noluit expresso nomine eũ nominare sed cõmuni. Neq. obstat quod etiã Adã cõmune nomẽ est & appellatiuũ, nõ propriũ. Dicit ergo, Per vnũ hominẽ. Quis est iste homo Pau.? Qui vocatur? Resp. Homo. Vsurpatur p primo homine anthonomatice & absolute. Sed quo modo dicit per vnũ? Nũ quid nostri primi parẽtes duo fuerũt? Nõne Deus dixit, Non est bonũ hominẽ esse solũ: faciamus ei adiutoriũ sibi simile? Et mærito quidẽ. Vẽ. n. soli: q̃ si ceciderit, nõ habet subleuatẽ se. Dicat magister meꝰ Caiet. quod Pau. pro nihilo iuputauit mulierẽ. Quod non est intelligendũ id factũ esse in despectũ & vilipendiũ mulierũ: sed vult dicere quod Pau. in hoc negocio de peccato noluit cõputauit mulierẽ: nõ quod excuset eã á peccato. (nã ipsa quoque quinimo prior transgressa est Dei præceptum, de comedendo fructu vetito) sed quia quod attinet ad peccatũ originale, perinde est ac si ipsa non fuisset: quoniã nõ per eã sed tantũ per Adamũ cõtrahimus nos peccatũ originale. Vnde nescio an iuste cõquerantur quidã: qui cũ se vident afflictos & malis multis circũdatos, nostrã matrem Æuã incusant dicẽtes: o Æua, Æua quã ta prote idest, causa tua patimur. Quibus posset ista respondere. In vestra patrẽ reijcite hãc querimoniã, non in me. Et si non creditis mihi, sit Paulus testis: qui dicit per vnum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit:

Pas. 1. ¶ Psal. 88. Iob 14. Psal. 143.

Ex hoc loco Pau. doctores scholastici extraxere dogma illud cõmune & receptũ ab omnibꝰ, quod Aeua sola, peccante & trãsgrediẽte Dei præceptũ, si Adã nõ peccasset, natura humana illa labe & macula nõ fuisset infecta. Hoc est placitũ ferme omniũ latinorũ receptũ ab omnibus, paucis exceptis. Verũ tamẽ quia in hac re Beat. Amb. nobis cõtrariũ habemus (cuiꝰ doctrina magni facienda est) audita eius sentẽtia (ne inauditũ hominẽ iudicemus) cõmunẽ opinionẽ (quã sustinet schola theologorũ) stabiliemus, roborabimus ac magis firmã faciemus. Sẽtentia Ambrosij huiusmodi est. Pau. per hominẽ nõ tantũ intelligit Adamũ virũ Aeuę sed ambos Adamũ & Aeuam. Nam dicit quod hoc nomen Adam ita tribuitur Aeuæ sicut viro. Et addi potest ad hoc, quod ab alijs dicitur: videlicet quod Aeua erat pars ipsius Adam. Vnde sicut pars intelligitur in toto: sic Aeua in Adamo. Addi potest tertio q̃ Aeua pro illo patrato peccato punita fuit sicut Adam. Quarto ejecta à paradyso. Quinto quia Ecclesiast. capit. 25. dicitur à muliere initium factum esse peccati. Sexto Origenes dicit quod mulier est caput peccati, arma diaboli, expulsio paradysi: sed ob id peccatum expulsi sunt Adam & Aeua, imo omnes eorum filij, igitur attribuendum est illi illud peccatum. Hæ rationes & alię in fauorẽ sunt sententiæ Ambrosiæ nę: quę pugnat cũ cõmuni opinione. Sed nec propter istas rationes aut alias cõsimiles à cõmuni opinione recedẽdũ est nobis: sed audiemꝰ & nostras, quibus auditis controuersiam istam decidẽdam relinquemus peritissimis virisꝫ quorũ censurę & determinationi nos subscribemus. Res est hæc quę non à quibuslibet venit libranda sed tantum a peri-

Gen. 2. Eccle. 41

Quæst. Quis grauios Peccauerit Adam an Eua.

a peritis? Audiam igitur nonnullas rationes quę in fauorē videntē esse cōmunis opinionis, quā vera esse intrepide credimus. Quando Deus creato homine tulit illā legē de nō comedēdo illo veti to ligno, mulier, Aeua videlicet, nōdū erat producta & formata: igitur lex vlt̄o data fuit & nō mulieri. Antecedens istud perspicuū & notum est legētibus scripturā sacrā. Ex omni, inquit, ligno paradysi comede: de ligno autē scientię boni & mali ne comedas. Certissimū est Deū in his verbis solūmodo allocutū fuisse Adamū & nō Aeuā, quia ipsa nō erat. Dices forsā, quomodo ergo peruenit ad mulierē? R. Per virū cōmuni cata fuit. Accedit huc q̄ bene dictio, ge neratiōq; plus quā cōmunis esse debebat explicata est p̄ numerū nō singularē, sed plurale dicēdo, Crescite & multiplicamini & repletе terrā: precęptū autē tā quā singulare & cōprehendēs tātū Adamū ad eū solūmodo destinatū est & ei cōminatus est Deus mortē dicēs. In quacūq; hora comederis ex eo, morte morieris. Quis non videt quod Deus solū Adamū hic alloquitur? Ad hāc adduci hęc ratio potest: suffragans nostrę opinioni quę ducitur ab Analogia Dei. Qui sicut est solus ipse principiū essendi rerū omniū rerū: sic & primus homo Adam debebat esse vnū principiū effectiuum totius generis humani, qui Adamus nō tantū principium fuit omniū nostrorum, sed etiā ipsius Æuæ, quæ formata fuit ex Adæ carne & ossibus: quare excitatus Adā à sopore dixit. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Cum igitur lex illa soli Adamo lata fuerit, & per eū Aeuæ cōmunicata, ipsa igitur peccante, Adamo vero persistente & non peccante, peccatum originis non fuisset propagatum & translatum ad posteros. Et postremo hac alia ratione confirmari potest hæc veritas sic. Aeua peccauit primo ante Adam non tantum intentione, sed etiam operę cōmedendo ex fructu: quod peccatum non est derivatum ad Adam, quem nō infecit mulieris culpa: nec per peccatum mulieris dicitur sublatum illud bonum clarę lucis & naturæ humanę (nam per peccatum mulieris nō amittimus nos iustitiam originalem, sed tātum per peccatū Adę deperdita fuit) non ergo mulier dicitur causa peccati originalis nisi quodāmodo vt inferius dicemus. Nam si à matribus haberent talem maculā consequens esset (secūdum illos dicimus qui virginem beatā volunt concepta m esse in peccato originali) quod Christus quoque esset cōceptus in peccato originali: quod per magna & horrenda blasphemia est. Si quidem matrem habuit sicut nos. Quare nobis cū dicere potuisset Christus, in peccatis concepit me mater mea. Absit, absit, tanta insania. Non igitur à matribus nostris venit peccatum originale sed à patribus. Neque quicquam inuat quod Dauid dixit (& ex eo modo nos diceb amus) In peccatis cōcepit me mater mea: quia de conceptu non loquitur, non de contractione. A patre igitur tam quam à principio efficiente contrahimus originale peccatum non obstante quod ad contrahē dum illud requiratur quoque & principium passiuum. Vnde sicut non contrahitur ex sola matre ita neq; si quis prodiret ex solo patre, diceretur concēptus in peccato originali. Ex vtroque parente debet concipi is, qui in peccato dicitur conceptus: & non quomodocunque sed per seminalem rationem.

Nunc ad illas contrarias rationes respondere oportet. Ad primum igitur argumentum dicitur verū esse quod nomen Adā siue homo tribuitur Æuę sicut viro, quando absolute sumitur: sed nō quādo cū addito per quod additū cōtrahitur ad virū vel mulierē. Et ideo non dixit Paulus, per hominem peccatū intrauit in hūc mūdū, sed adiecit vocabulū vnū quod tantū viro & nō Æuę conuenire potest. Nec refert q̄ Æua fuerit pars Adā: quia hoc verū est in gē

nere causæ materialis sed non ad causandum peccatum originale in nobis licet concausa fuerit ad transgrediendum præceptum Dei. Et ad tertium argumentum dicitur verum esse quod Aeua suas dedit pœnas pro transgressione præcepti nam ei dictum est in dolore paries & sub viri potestate eris & etiam pro eodem reiecta à paradiso sed non sequitur &c. Ad illud autem Ecclesiastici, à muliere habuit initium peccatum, dicimus verum esse: sed intelligendum est habuisse peccatum initium à muliere quia ipsa primo peccauit & virum suum ad peccandum impulit & duxit: & sic causa fuit peccati originalis, hoc est, occasio & causa inductiua. Neq. obstat posse dici causa peccati originalis per transfusionem. Nam sic dæmon etiam posset dici causa peccati originalis nam ipse primo inuitauit & impulit mulierem ad peccandum dicens. Nequaquam mortem morieminis sed scit Deus quod in quacunque hora comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dijscientes bonum & malum. Et propterea interdixit vobis arborem istam Et ipsa (vt Paulus ait) seducta illo mendacio peccauit. Nec tamē propter hoc Aeuæ peccatum natura humana vitiata, corrupta, deprauata, aut deperditafuit: sed per peccatum Adæ hæc & omnia alia mala inuaserunt nostram naturam. In patrem igitur nostrum hæc reijcienda & retorquenda est culpa non in nostram matrem Aeuam nisi ex aliqua parte: ex ea videlicet qua sollicitauit virum suum: qui noluit suas (vt ait Beatus Augustinus) delitias cōtristare. Et hacmet de causa appellata est à doctissimo Origene caput peccati & arma diaboli: vt pote, quia per eam deiecit & vicit acerrimum phauit de homine Dæmon. Ad authoritatem autem tanti doctoris Ambrosij (cum sua bona venia dixerim) sua opinio inter doctos in schola non potuit recipere vires: tametsi non sit opinio multum improbabilis & prorsus à ratione remota. Alia tamē multo plures habet fautores ac defensores. Ad rem igitur reuertamur. Dicit itaque Paulus

Opinio Ambrosij cō omnino improbabilis & sustineri potest reiecta probabiliori

Propterea sic, per vnū ho. pec.

NOn dicit Peccata, sed peccatum. Peccatum in Adam bifariam consideratur. Vno modo vt actuale alio vt originale, sed nō respectu eiusdem. Respectu nostri & omnis prolis eius dicitur originale: atqui ipso non originale, sed actuale appellatur. Neque in Aeua originale est. Nam licet Aeua sit pars Adam, non tamen dicitur filia eius neque traducta ab eo per generationem: sed cum Adam & Aeua vna caro essent sicut in ipso Adamo non fuit peccatum originale sed actuale ita in Aeua. Dicit ergo peccatum, vt denotaret vnitatem peccati originalis. Et sic obseruabit auditor diligens quod vbicunque Paulus sermonem habet de peccato originis semper in singulari illud nominat sicut videmus inferius quando dicet, sicut vnius delicto, &c. Et sapiens loquens de Adæ peccato dicit, eduxit illum a delicto suo. Circa quem locum caue ne decipiaris quia Sapiens non loquitur de peccato Adę vt erat originale, sed pro vt erat actuale, quoniam ab originali non est Adā eductus per pœnitentiam. De originali enim non est pœnitentia. Mediante vero pœnitentia eductus est Adam a delicto suo. Vnde explodituer error (imo hæresis) illorum qui crediderunt primos nostros parentes damnatos esse ob obediētiæ transgressionē & peccatum, quando non paruerunt Domini mandato de non tollendo fructu. Cuius erroris primus author fuit Tatianus. Sed hic error cum alijs de Adamo explodi tur ac reijciatur de eo. Quidam dixerunt quod per peccatum

amiserat imaginem Dei & quod non est mortuus pro peccato & alia absurda indigna hominum cordatorum dixerunt quæ omnia figmenta sunt. Vnum ergo est in Adam peccatum reipsa & in nobis vnum quoque & æquale in omnibus hominibus. Et ideo Paulus dicit: Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit.

Vide D. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 4.

Quod si requiras, quomodo Paulus vtitur peccati nomine? Respondeo est, quod vtroque modo: & vt fuit in Adam actuale, & in nobis originale. Sed in hoc loco loquitur de peccato quatenus originale: nam quatenus actuale non fuit primum peccatum mundi. Iam Angeli ante peccauerant, & Eua ante Adamum. Et rursus peccatum illud quatenus actuale non est egressum ab Adam & ingressum in mundum: sed intuitur quatenus originale. Communicatum est hominibus simul cum natura. Vnde non inepte posset nominari peccatum connaturale: non quod esset a principijs naturæ humanæ: sed eo quod simul cum natura humana traducitur. Appellatum est autem originale, quia ab alio originem traxit: & propter hoc nec in Adamo nec in Eua dicitur esse originale.

In hunc mun. intra.

QVasi dicat antea non erat: sed potuit ei aditus & introitus per vnum hominem: primum videlicet. Nemo dicat Deum fuisse peccati causam. Nō aperuit ipse ei innuam, sed homo. Vnde adnotet lector appōdicis loco q quando Deus quæsiuit huius peccati authorem, nec Dæmon, nec mulier, nec Adam, nullus ausus est hanc culpam in Deum reijcere. Mulier à serpente se excusauit: Adam in mulierem detrudit, serpēs non est ausus dicere Deo authore factum fuisse. Sciebat ille astutus & callidus serpens Deo authore neminem fieri deteriorem. Expræssim manifestat Paulus authorem peccati dicens, Per vnum hominem peccatū in hunc mundum intrauit. Quasi dicat non per Deum, non per Dæmonem, non per mulierem: sed per vnum hominem. Vide tu pie lector & contempare quantum potens sit homo vnus ad tantum malum patrandum. De illa muliere Iudith dicit Spiritus Sanctus quod fecit confusionem: sed inuna domo, videlicet, Nabuchodonosor: sed vnus homo in toto mundo. Per vnū homi. pec. in hunc. mun. intrauit. Væ qui potētes estis ad faciendū malū. Nec mirum, tales habuit homo ad perpetrandum hoc malum adiutores. Deum & mulierem. Mulier licet viribus corporis infirma & parum potens sit at blanditia, adulatione & mollicie (vnde mulier dicitur) potētissima & fortissima est: ita vt etiam ferrum & adamantinos lapides mollire potens sit. Nonne Dauid (quem gigas ille superare no potuit (ipsa in terram deiecit? Qui vincebat leones (Samson videlicet fortissimus hominum) nonne blāditijs illius impudicæ Dalilæ superatus est? Infirmitas fortissima mulier est. Sicut autem Deus infirma mundi elegit vt fortia quæcunque confunderet sic Dæmon volens eum imitari ad fortissimos quosque debellandos mulieres assumpsit: & quos ipse per seipsum nō est ausus aggredi per medias ipsas fœminas tentare non recusauit. Quod sibi in primo bello cum nostro parente satis bene pro sui animi voto succesit. Aliū habuit homo adiutorem ad tantam naturæ humanæ ruinam efficiendam, Diabolum scilicet: cui in potestate non est super terram qui comparetur. Hic nullum non mouit lapidem ad ejiciendum hominem ab illo delitiarum loco in quo positus fuerat à Deo. Miser ejectus ipse prius à cœlo hominis fœlicitati inuidens non cessauit donec eum vidit ejectum. Vnde elegantissime Spiritus Sanctus per sacram scripturam nobis indicauit illum

Iudith. 16.

auth●

quæ● An Deus po●it esse causa peccati

authorem fuisse nostrę mortis. Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Sed mors non intrasset si homo non peccasset. Peccatum igitur ianua est mortis. Vnde mors, rogo, habet tantum fellis, & amaritudinis nisi a peccato? Quare bonis prętiosissima est, & malis amarissima. Vnde mors peccatorum pessima, & bonorum fœliciſſima. Quare Paulus mortē lucrum dicit, & ille alius mortis pauidus clamabat; Mors in olla vir Dei! Vnde hæc diuersitas? Inde est quia bonis bona & secura est: at peccatoribus timorem incutit. Timor mortis conturbat me. Nil mirum. Nam vt Paulus testis est, mors stipendium peccati est. Vnde optimo consequio Paulus hic infert dicens.

Sap. 2.

Ad Philip. 1.

4. Reg. 4.

mors bonis bona sed malis mala.

Ad Rom. 6.

Et per pecc. mors.

SEd priusquam hæc verba enodemus, operepretium mihi videtur nonnulla de peccato originis disserere. Hic enim est locus propriusin quo doctores tam fuse, tam late, tamq. copiose, alij per modum quæstionum, alij alio stylo pertractant ita, vt omnes limites & metam interpretandi transgrediantur. Quod an sit omnibus lectoribus gratum & iucundum nō parum ambigo. Nil sane reliquerunt pertractandum ijs qui versantur in scholastica palestra. Quare magis videntur nobis (nisi fallimur) in hac re disputatores quam commentatores Pauli esse. Non tamen nos latet aliqua esse in Pauli doctrina tam abdita, tamque abstrusa (maxime in hac epistola ad Roma.) quæ sine disputatione & discussione vix intelligi possunt: sed quod quibusdam non ita gratum est, non est ipsa discussio, sed prolixa tractatio. Et proinde nostrum votum est de tam ardua re (vt est negotium de peccato originis) aliqua tantum attingere ne soli nos ieiuni pertranseamus. Et sic quasdam prępcipua capita percurremus non exactè, sed quasi per trāsennam, & hoc breuiter: ne in eo quod nobis de alijs displicet offendamus & displiceamus. Adiuuet nos ad hoc benignus Pau. fauor: pro cuius honore (post illum tamen qui primo Deo debetur) hos non exiguos sumpsimus nos labores.

Tractaturi igitur de originis peccato non incongrue admonemus in primis & ante omnia lectores vt credant & veritatis iugo colla submittant. Res namque hæc est quę lumine naturali attingi haud quaquam potest. Quare fide nobis opus est ad credendū, omnes nos conceptos esse in peccato originali neminem nec paruulum hoc esse excipientes nisi illum quem Deus excipere voluerit. Ex quibus in primis rejicitur error siue gemina hęresis tam illorum qui prorsus negant peccatum originale (cuius erroris & hęresis inuentor fuit monachus ille, dictus Pelagius: qui negans tale peccatum, non veretur confiteri multa absurda quę ad negationem talis peccati mox consequūtur, quem sequuti sunt Armeni.) Conuincitur, inquam in primis ex nostra positione tam error istorum qui omnino tollunt peccatum originale, quā illorum, qui illud admittunt, non tamen in pueris sed tantum in adultis. Adduntque isti, non baptizari pueros causa delendi peccatum originale (sed propter aliud. Iste error priore aliquātulum mitior est. Has duas hæreses sternit Paulus & dissipat hoc loco dicens, Per vnum hominem peccatū in hunc mundum intrauit. Et licet ex multis alijs testimonijs istud amplius destruī posset, non est hoc pręsentis loci & tēporis.

Vide Alphonsum a Castro de hæres. diffinitione peccati.

Secūdo sūt alij qui etsi nō sint ausi negare peccatum originis: tamen admittentes illud non in minorem lapsi sunt errorem dicentes, quod peccatū originis secundum propriam culpæ rationē manet in iam baptizatis. Huius

erroris magistet fuit Martinus Lutherus & sui discipuli. Hic error ex diametro pugnat cum illo priore. Inter hæreticos regnũ est diulsum. Illi Pelagiani inesse tale peccatum negabant: isti è contra inseparabile faciunt, & indelebile, quasi accidens inseparabile. Cęterum quia (vt diximus) non assumimus nunc prouinciam euellendi has pestiferas hæreses, sed tantum veritatem catholicam edocendi dissimulanter trãsimus, aduertentes tamen errores vt sciamus fugere malum & eligere bonum: Hoc est errores qui malum intellectus sunt, declinare: & eligere doctrinam bonam sanam & catholicam: fugentes lac et butyrum ab vberibus matris nostræ Ecclesiæ catholicę Romanæ, quæ secundum veritatem nos edocuit & docet omnem hominem baptizatum (rite tamen) mundum remanere ab omni labe & culpa peccati. Alioqui frustra esset baptismus, si eor quod antea maculatum erat, post susceptionem illud, remaneret culpa maculatum. Vnde August quæ tanta virtus aquæ vt corpus tãgat & cor abluat? De istis erroribus nihil amplius disputamus:

Præterea hoc quoque lectorem admonemus, videlicet, hanc tractationẽ de peccato originis oppido esse difficilem. Cuius difficultatis causam indevenire existimamus, quod non bene conuenit inter doctos, etiã theologos, de natura & quiditate peccati originalis. Alius sic, aliter alius, illud definit. Ignorata vero natura rei, non potest non esse difficilis cognitu. Ad cognoscendã vnamquamque rem, totum lumen est suã definitio & ratio. Nam definitio aliud nihil est, nisi rei definitę enucleatio. Et quia peccatum originale non vno modo a doctoribus definitur, non potest non esse cognitu difficile. Forsitã ob hoc Ecclesia hactenus in concilijs non aperuit quid sit, sed tantum iubet vt credamus, omnes sub illo esse comprehensos, dicens; Omnes in Adam peccauerunt, & egent gloria Dei. Postremo & vltimo hoc etiam obseruatione dignum (dicam & necessarium) est, ad rem quam præ manibus habemus, scilicet, quod oportet nos firmũ & fixum habere (quod etiam fides catholica habet) datã esse primo nostro parenti initio suę creationis, iustitiam originalem: non prosetãtum, sed pro omnibus suis posteris. Pro cuius sententiæ probatione nobis christianis satis esse debet, quod hæc est cõcors omnium theologorum sententia. De gratia autem, sentit vnus sic, & alius secus: sed de originali iustitia vnus est omniũ consensus theologorum. Et tameti ex sacris literis non ita manifeste constet de iustitia originali sicut de peccato originis, nihilominus tamẽ non minori fide credendum est vnum, quam alterum. Nisi enim credideremus iustitiam istam datam fuisse primis parentibus communicandam omnibus suis filijs, infœliciss̃ime tractaremus de peccato originis, quod fuit illius iustitiæ ruina & deperditio. Porro illud tam excellens donum vna cum alijs transfundendum erat in posteros eum natura, via tamen generationis: sicuti modo traducitur peccatum originis:

His iactis ceu fundamentis quæ tractãda suscepimus ista sunt. Primo rectã methodum seruantes, quid sit originis peccatum. Concilium Tridentinum tanctans de originali peccato (forsan consulto) definitionem eius sub silentio inuoluit: fortassis quia vidit quod inter graues doctores hęc res in magna lite & cõtrouersia posita est. De qua controuersia nũc nos nec verbum volumus habere vnum. Alij dicunt duo esse in peccato originis: vnũ quod dicunt formale, & aliud materiale. Talis est illorum sermo. Formale vocant, ea rẽtiam iustitiæ originalis: materiale vero ipsam concupiscentiam. Hæc antiqua ratio de peccato originali magnum campum aperuit disputandi inter theologos. Ipsi videant: nos in præ

sentia

peccatum originis magis est fide credendum quam rationibus discendum.

sentiarum satis esse putamus si absque disputationibus (non enim sumus in schola) intelligamus quid nomine peccati originalis importetur. Et sic nunc peccatum originale dicimus esse, peccatum primi parentis ad nos deriuatum & contractum. Quod si dicas, Et quod fuit peccatum primi parentis? Respondemus. Inobedientia & legis sibi à Deo datæ transgressio; cuius est in nobis quædã participatio per generationem in nobis transfusa. Hæc videtur esse essentia peccati originalis: reliqua omnia potius faciunt ad effectus huius peccati quam ad essentiam. Qui non destinguunt effectus à causa, in multis se conijciunt labyrinthos & inextricabiles difficultates. Et hæc sint satis de originalis peccati ratione.

Ex ijs sequitur appendix necessario obseruanda inter alia; quæ huiusmodi est. Cum dictum sit peccatum originis esse participationem illius præuaricationis, liquido colligitur, peccatũ originale non tantum à nobis contrahi secundum pœnam, sed etiam secundum culpam. Nam illa transgressio in Adam culpabilis fuit: igitur & nobis etiam imputanda.

Denique restat, quod longe est difficilius exatare, quomodo scilicet contrahamus hoc peccatum, & quomodo per commixtionem vtriusque sexus diffundatur in nos. Si ingreditur per rimulas, nec ne (vt aliqui hæreticorum nos irridendo dicunt) sed reuera aliquando Deus irridebit illos, cum scilicet loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Iam non licet nobis (sicuti isti hæretici faciũt) dubitare de ista transfusione peccati, sicut nec de peccato ipso. Firmiter credere debemus peccatum illud nostri primi parentis ad nos deriuatum esse & ea qua diximus via. Vnde non sine causa Paulus dixit intrasse in mundũ. Introitus iste originem & infusionem, quam diximus, denotat. Cæterũ sunt aliqua quæ faciunt hanc infusionem & deriuationem difficilem creditu, eo quod oculis cerni nequit, sicut quando ab vno vase in aliud aliquis liquor diffundirur & communicatur. Sed nõ proinde fictitia reputari debet & inuẽta nobis. Nã àneq. nos videmus quo modo virtus trunci & radicis communicatur omnibus arboris ramis & partibus, à quo trunco & radice accipiũt rami virtutem, & ea quæ à terra truncus ipse & radix accipiunt & sumunt: hoc inquam nos non videmus, & tamen reuera ità est. Pari igitur ratione licet non videamus quomodo contrahimus illam Adæ culpam & maculã, nihilominus tamen reuera & de facto omnes illam contrahimus, cum à parentibus nostris recipimus naturam humanam. Nec ideo existimandum est quod dpeccato originis docemus, figmentum esse, quia quomodo contrahitur non videmus. Sed quid hic facit hanc rem difficilẽ? Resp. Primo istud, quod peccatum originale (teste D. Tho.) est in essentia animæ, in qua etiam erat iustitia originalis & gratia. Anima autem nõ traducitur nec propagatur per carnalem generationem. Rursus corporale semen etsi sit infectum, quomodo potest inficere animam quæ spiritualis res est? Auget rei difficultatem quod omne peccatum est voluntarium: at in hoc peccato nõ apparet nostra voluntas, vt pote qui non eramus in rerum natura. Et multo magis in pueris recenter natis, nõ reperitur actus voluntaris. Dicere autem aliquem peccare aliena voluntate absurdum videtur. Hæc & nonnulla alia sunt quæ videntur facere rem difficilem. Quam difficultatem multi (alioqui doctissimi viri) tam scholastici quam alij suis acutis responsionibus rem creditu & intellectu facilem reddiderunt. Quas, adiũctis nostris in medium, adducemus tanta breuitate quã tam res ipsa patietur.

Simile apprõ Basilium.

D. Th. 1. ij

Ad primum igitur dicitur verum esse, quod peccatum originale est in a-

nim a-

m à rationali quæ non traducitur per originem carnis: tamen ex semine infecto inficitur anima. Est namque in semine virtus dispositiua corporis ad animæ receptionem: quæ cum corpori infunditur, etiam suo modo conformatur, eo quod omne receptum, est in recipiente per modum recipientis. Et inde experientia videmus quod filij assimilantur parentibus non solum in defectibus corporalibus (sicut cum leprosus generat leprosum: & podagricus podagricum) sed etiam in defectibus animę: vt iracundus generat iracundum, & amens amentem. Neque obstat quod isti corporales defectus nõ sunt digni culpa; sed potius compassione & miseratione & (teste Arist.) nullus debeat improperare ęco nato, & quod culpa debet esse voluntaria: hoc in quã, non obstat, quia istæ similitudines non adducũtur ad ostendẽdũ peccatũ ori ginale ad culpã imputari: sed ad manudẽdũ nos vt intelligere possim⁹ quo modo deriuatur ad posteritatem Adæ. Sicut. n. mõrbus ille traducitur per ģenerationem à patre in filiũ simul etiam nãtura: sic Adã infectus peccato transmisit in nos maculam illã & peccatum quod nos originale appellamus, propterea q̃ origine gignitur & cõtrahitur. Ad aliud autem quod obiectum est de voluntario, quod ad peccati rationem requiritur, ex Beati Augustini sententia respondere possumus dicẽtes, tale peccatum partim esse voluntarium, partim inuoluntarium. Si sermo sit de voluntate expressa & per aliquem actum elicita, nullus Adæ filius qui fuit, est, aut futur⁹ est præbuit consensũ expressũ in illud peccatũ. Sol⁹ hic act⁹ & expressus voluntatis consensus fuit in Adamo & in Eua parentibus nostris, quibus vetitus expresse fuit esus arboris scientiæ boni & mali. Et sic illa comestio voluntaria fuit hoc modo, nempe voluntate expressa, in primis parentibus tãtum. At vero si loquamur de voluntate implicita (que dicitur voluntas in alio) in illo peccato fuit voluntas & consensus nostri: non elicita à nobis, qui (vt dictum est) nondum eramus, sed à nostro proximo parente, qui prose, & pro omnibus filijs suis consensum & volũtatem præbuit. Et sic sua voluntas nostra quoque fuisse intelligitur. Huius rei elegantissimum exemplum esse potest si dicamus, quod quando vna communitas (etiam magna) pro aliquo tractãdo negotio creat aliquem procuratorem ad lites & ad omnia; absolute promittens quod quidquid ille tractauerit communitas habebit gratum, ratũ, & firmum: tũc omnes quotquot sunt tam magni quam parui suas voluntates in manibus illius hominis ponunt: vnusquisque expolians se propria voluntate quã prius habebat. In hoc igitur casu dicitur quod voluntas illius procuratoris, est voluntas omnium ciuium & partium illius communitatis: & si ille errat, omnes dicuntur errare. Quod si erraverit, dicet ne aliquis. Ego non consensi, ego nolui illud quod ip se fecit? Minime sane: quia respondebunt cęteri dicentes, Quid dicis? nõne omnes nos & singuli dedimus nostrum consensum & in eo posuimus nostras voluntates? Voluntas illius nostra quoque fuit. Sic sane in proposito de peccato originali nobis suuenit &c. Omnes nostrę voluntates pendẽbant à volũtate prini hominis. Quod si dicas, Ille solus cum sua vxore comedit & non nos: respõd. cum distinctione; si sit sermo de comestione rei verũ habet: sed si loquimur de voluntaria negatur. Omnes enim nos comedimus cum illo. Patres nostri comederunt, scilicet actu & realiter, vuã acerbam: & dentes filiorum abstupuerunt. Quomodo obstupuerunt dentes filiorum si ipsi non comederunt? Quod non comeditur nõ facit obstupescere dentes eorum qui non comedunt. Obstupuerunt dentes filiorum Adam; quia fructum illum immaturũ modo dicto comederunt, scilicet voluntate

Exemplũ ad cõmodatũ.

luntate implicita & in alio. Et hoc modo verificatum est in nobis & in cunctis filijs Adę quod illi quasi ironice & per ludibrium dicebant. Rursus vrgebis, sed quomodo illa comestio potuit ad nos reipsa transmitti cum statim transierit & finita fuerit? Respondeo. Ille actus realiter non potuit transmitti: transmissus est autem secūdum reatum & pœnas: secundum quę duo, fit ista transmissio & traductio. Et non solum ante baptismum sic manet: sed etiam licet post baptismum sublatus sit reatus, non tamen ab omnibus pœnis illi peccato debitis remanet immunis ipse baptizatus, sed semper cū Paulo clamat, Video aliam legem in membris meis, repugnantem &c. Et iterum. Infelix ego quis me liberabit de corpore mortis huius? Cæterum ad illud quod agitatum fuit de infectione animę ex semine: quod ad intelligendum non parum difficile est & intellectu & explicatu laboriosum: respondere nos oportet: sed muniti prius Dei præsidio & clypeo catholicæ fidei armati: aliquantulum captiuā res nostrum intellectum, & non curio se nimis rem istam scrutantes: sed de his quæ fidei sunt humiliter sentientes. Et sic insequentes doctrinam patris & magistri nostri D. Thomę dicimus quod anima prolis genitæ non dicitur infici peccato originali per aliquam infectionem, quæ sit formaliter (vt eius verbis vtamur) in carne vel in semine. Nam si esset illa deberet esse corporea quæ non posset causare infectionem & maculam spiritualem in anima. Quod enim quis non habet (vt est in prouerbio) alteri dare non potest. Ineptum namq; est semē vt possit esse subiectum peccati sicut nec virtutis. Quare aperte confitemur (vt confiteri nos cogit res ipsa) quod in semine à patre deciso non est aliqua infectio siue macula quæ per se sit causatiua peccati originalis in filio. Et si aliquando in doctoribus talis sermo reperiatur, scilicet in semine est infectio causatiua peccati originalis: intelligendum est esse causatiuam per accidēs eo quod est in semine virtus causatiua naturæ humanę. Et cum peccatum originale communicetur cum natura humana quæ tota fuit vitiata & corrupta per peccatū Adę, dicitur cōsequenter ex vnione animæ cum corpore contrahi peccatum originale & anima infici ex semine quia in semine aliquādo continetur natura humana, cum sit in eo virtus dispositiua qua disponitur & organizatur corpus vt possit vniri animę. Et sane si diligenter doctrinam S. Tho. scrutari vellemus non esset nobis multum difficile respondere ad eam quęstionem & interrogationem qua quis percontatur, quare nascimur in peccato originali & quomodo fit hoc. Nam breuiter, succinctè & clare respondere possemus dicentes quod ideo est quia recipimus naturam humanam secundum rationē seminalē quę tota fuit infecta per peccatum Adæ. Quod licet primario fuit personale, hoc est inficiens primo suā personam: subinde tamen fuit originale, ideſt, inficiens totam naturam. Quare necessum est nos omnes qui illam naturā recipimus nasci infectos illa macula qua maculata fuit tota illa natura. Vnde dicimus quod si lumine & ratione naturali possemus cognoscere quod per peccatum Adæ actuale tota natura fuerit vitiata (quod fide tenemus) euidenti ratione cognosceremus nos esse cōceptos in peccato originali & in natura corrupta. Vnde in sequentes hanc viam à multis se extricant difficultatibus. Quare interrogantibus quomodo patres nostri, potissime illi qui iam sunt mundati per baptismum sacrum à peccato originali, concipiunt filios in peccato originali & quomodo nos ab illis proxime cōtrahimus hoc peccatum (nam vt antea diximus si ipsi non habent quomodo dant quod non habent?) istis inter

rogatio

Peccatū Adę sicut etiam & actuale transijt actu & remanſit reatu.

Ad Rom 7. Ibidem

secundum rationem seminalem

rogationibus breuiter tale damus aptum responsum dicentes, quod ideo communicant nobis peccatum quia nos generando communicant nobis naturam humanam infectam & maculatā. Quid clarius? quid apertius? quis non percipit hanc accommodam & veram rationē? Ex quibus recte quidē & liquido colligitur hoc cōsectariū adnotatu pulchrum: nihil, videlicet referre quod quis producatur, concipiatur atque generetur à parentibus christianis, aut ab Aethnicis, Paganis, Infidelib⁹, hæreticis aut quibuslibet alijs: quia quoad hoc nullum est discerniculum siue discrimē. Propterea quod omnes communicant suis filijs naturam vitiatam. Et exhoc quoque per modum appendicis addimus quod nō est magis conceptus in peccato originali Paganus quam Christianus: nec retro, Christianus quam Aethnicus: nec Gentilis sine lege quam Iudæus qui legem habebat. In alijs peccatis discriminantur quidem, vnus quippe maior peccator est altero: at in originali paritas est vt elegātissime noster Apo. supra docuit. Et hęc nobis sufficiant de peccato originis: de quo doctores tā scholastici quā non scholastici varie senserunt. De eo, B. August. sic ait, Hoc antiquo peccato nihil est ad prędicandum prōptius, nihil ad intelligēdum secretius: Hoc peccatum (maximè in infantibus) in maximas angustias Beatū coniecit August. Aquibus nos liberatos credimus esse beneficio doctrinæ doctorū scholasticorū potissime. B. Thomæ patroni & magistri nostri. Qui plura de hoc negocio scire cupit ipsum consulat qui multis in locis copiose saris hac de re pertractauit. Nos de effētia ac natura peccati huius & de modo contrahēdi illud & qua via in nos fuerit transfusū hæc pauca & per transennam pronostra ingenij paruitate in lucem prodidimus. Que rogam⁹, obsectamus q. boni equiq. cōsulat christianus lector. De effectibus eius cōsulto nihil volui mus dicere. Consulant qui de istis plura desiderant illos qui in particularib⁹ tractatibus vel opusculis de hoc negocio specialem prouinciam assumpserunt. Nos ad literam Pauli nos cōtinemus: satis. n. ab ea in hoc negocio occupati recessimus. Dicit ergo Paulus.

Per vnum hominē Peccatum, adde tu, originale in hunc mundum intra.

Addimus autem originale vt alia excludamus peccata tā mortalia quā venialia. Nec etiam (quod diligenter adnotare debes) Per illud peccatum Adæ quatenus erat personale mors in hunc mundum intrauit; sed quatenus originale fuit. Quia sic erat peccatum Patris & filiorum. Alio enim modo tantum erat patris & non filiorum. Vnde iniusta res esse videtur quod propter delictum patris moriatur filius innocens & immunis a culpa Sic enim intelligitur locus ille: Anima quę peccaueri, id est, homo qui pecc. ipsa, id est, ipse morietur. Filius enim non portabit iniquitatem patris, Intellige, quæ est solius patris: qualis est illa iniquitas quam quis per peccatum actuale cōmittit. Peccatum meum, dicebat David. contra me est semper: non contra meos filios, sed contra me. Ex istis colligitur hunc locum Pauli nullo modo posse intelligi nisi de peccato originis & non de peccato actuali. Nam de venialinulli dubium est: eo quod ex eo non consequitur mors. Et sic interpretata est iam Ecclesia istū locum in decretis conciliorum. Quare qui aliter exponunt patrocinari videntur Pelagio hæretico patrono & authori illius erroris: qui negat dari tale peccatum originale: & exponit istum locum (quo ipse iugulatur) de peccato personali filiorum Adę. Quod falsissime & nullo modo ad mentem Pau. sic exponi potest. Nā si de peccatis posteritatis Adæ intelli

Ezech. 18.

Psal. 50.

intellexisset, profecto non dixisset Per vnū hominem. Quis rogo est iste vnus homo? Quare qui sic hūc locum exponunt sacram scriptutam in suum prauum sensum torquent. Quinimo magnam vim & violentiā ei faciunt. Ideo nos qui matrē Ecclesiā in interpretāda sacra scriptura sequi cupimus, firmiter vt securum ducē sequimur: credamus hic Paulum de peccato originis loqui & non de alio. Et nisi timor tædij nos retraheret, quasi infinitos glossatores huius loci tam græcos quā latinos qui de peccato originis illū locū suntinterpretati, in medium adduceremus. Sed inre tam explorata & à catholicis adeo receptanon opus est multis testibus. De hæreticorum autem aut eorūdem fautorum expositionibus nihilnos curamus.

Sequitur.

Intrauit.

EXtra mundum peccatū erat antea, si poste aintroiuit. Quod. n. ā nouo intrat aliquo, antea extra erat. Mundi autē nomine non intelligit Paulus machinam ex cœlo & terra conflatam, sed istam partem inferiorem quam oculis vsurpamus. Quoniam prius fuit & intrauit peccatum in mūdi partem superiorem, nempe cœlestem regionem quā in nostram terrestrē de qua nunc Paulo quitur. Huius nominis (mūdus) multiplex & varia est significatio, etiā apud Paulum, vt notum est versatis in eius epistolis. Sed quomodo intrauit, vi, an sua sponte? Respondetur, sua sponte. Nam sicut primus homo voluntarie peccauit: ita peccatum sua sponte intrauit in mundum, etiam si Dæmone suggerēte. Qui licet suggerere poterat: cogere tamen illum hominē nō poterat. Liberum namque homo habebat arbitrium quod cogi nequit. Nemo. n. vi peccare dicere potest cum nihil sit tam voluntarium sicut peccatum. De quo dicit. B. Aauguſt, quod si nō esset volūtarium nō esset peccatū. Nec Diabolus & si sit fortissimus leo potest nos cogere & necessitare ad peccandum. Tentare quidem bene potest: quod & facit sēper (nam ideo dicitur tentator) sed vim facere & necessitatem ad peccandum inferre minime potest. Quod autē dicatur tentator patet ex illo Matth. 4. Tunc accedens tētator &c. Neque, sicut pulchre docet. B. Tho. omnia peccata hominum fiunt ex Diaboli suggestione. Quomodo autem ista suggestio fiat à Dæmone exponit egregie. B. Basilius in duobus opusculis, altero in quo docet rebus caducis & secularibus nō esse adhærēdum: altero vero vbi declarat & exponit Deum non esse authorem malorum. Legat qui volet.

Sed rogabit nos forsitan aliquis, quare Paulus in re tam difficili nec rationem aliquā, nec testimoniū aliquod Prophetarum adducit ad probandū esse in nobis peccatum originale? Quod si vtrunque vel alterum adduxisset rationem videlicet aut authoritatem sicut solet facere in alijs rebus; firmius quod hic dicit fuisset. imo, qui modo inficiantur eaque hic à Paulo dicuntur, pomptissimo animo ea credidissent ac recepissent. Respondere ad hoc possumus primo de ratione dicentes quod nulla rationehumana ostēdi potest hoc peccatum. Ex reuelatione, traditione, & scriptura sacra habemus & certi sumus dari tale peccatum & non esse rem anobis fictam & excogitatam. Dicis, Vbi est sciptura ista? Paulus ad Galat. 3. dicit, Cōclusit scriptura omnia sub peccato. Et supra testimonio Dauid dicit. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Dicis iterum, Hoc verū est: sed non dixit qua via, quōue modo contrahatur à nobis. Fortassis istud reliquit faciendum doctoribus, sicut sunt etiam, multa alia spectantia ad fidem nostram quæ Spiritus Sanctus reliquit enucleanda successu temporis ab illis, quos

Mundi significatio multiplex & varia.

Quæst. an diabolus possit inducere necessitatē ad peccandum D. Tho. 1. 2 q. 80. a. 2.

Respon.

Respon.

quos

quos ipse dedit esse doctores in Eccle sia: ad quos scripturatum & rerum dif ficillimarū explanatio spectat. Satis si bi esse Spiritui Sancto visum est quod scriptura diceret omnes esse peccato res. Qui sermo non poterat in vniuer sum intelligi de peccato mortali, sicut verificatur si intelligatur de peccato originali, à quo iugo neminem scimus esse exemptum (cadent in retiaculo e ius peccatores omnes) nisi de iure vnū cum scilicet, qui daturus erat nobis iu gum: non illud graue super filios A dam, sed aliud suaue super filios suos. Graue namque iugum est peccatum originis, & onus, quod neque nos, ne que patres nostri portare potuimus nisi gratia Christi adiuti. Diximus au tem de iure vnum excipi à iugo, ser uituteque originalis culpę, quoniam de gratia & priuilegio ac pietate non dubitamus Deum & posse, & aliqua ra tione debuisse alium illi, Christo scili cet, adiungere socium: vt iam non sit bonum hominem esse solum, sed o porteat quod Deus faciat illi adiuto rium, in hoc sibi simile: sint q. duo in carne & anima abillo graui peccati iugo liberi & exempti. Nec mihi dicas Quomodo tunc verificabitur illa Pau li scriptura quæ dicit omnia esse sub peccato comprehensa? Respondeo quod saluabitur eo modo quo & illa vulgata, omnes in Adam peccauerūt. Et quia de illa Pauli scriptura quæ ha betur ad Galatas, Id quod sumus, volu mus & placet nobis hic reddere certio rē lectorē illū qui ignorat, quod scrip tura nō vsurpatur pro scriptura mor tua & atramento exarata sed pro scrip tura viua quæ est ipsemet Deus. Nam ii ferius casu, vt dicit Apostolus, Deū cōclusisse omnia sub peccato. Vnde si diligens & acutus fuerit lector, colligere poterit quanto fecerit Deus sacrum scripturam, cum id quod ipse fecit de cretum fecerit esse per scripturam. Nec mirum. Nam tantę est authoritatis sua scriptura quantæ ipsemet. Et ideo nil mirū si Paulus in vno loco dicit Deū conclusisse omnes sub peccato & in alio dicit id factum esse per sacram scri pturam. Ecce igitur quomodo Pau lus non dixit, qua via venit ad nos & transfunditur iste morbus: sed conten tus fuit ostendere primo morbum, & deinde medicum à quo solo talis mor bus curari poterat. Infirmo parum prodest scire quomodo in infirmitatē ceciderit: magis prestat scire quamcito do quoue modo & quo medicamine curāda sit. Et licet homini medico nō parū prestet & intersit scire quibus de causis ęgrotauerit ęgerta: tamē Deo me dico parū vel nihil interest eo quod vi omnia sunt nota & aperta: nuda sunt omnia & aperta in oculis eius qui sa nat omnes infirmitates nostras. Et in de est quod Christus magnus & cœlo medicꝰ ex illis prope infinitis infirmis quos sanitati restituit, nec vnū rogauit vt diceret ei quæ & qualis esset eius in firmitas: quomodoue illā incurrisset. Iam sibi satis cōstabat hoc. Quod quę rebat erat de infirmi voluntate: an cū sanari vellet infirmus sanus fieri: nō quod eā ignoraret, sed quia ab ipso ęgri ore hoc audire optabat. Et sic illi qui trigin ta annos habebat in infirmitate, expe ctāti aquę motū illius piscinæ quę erat Hierosolymis, dixit, Vis sanus fieri?

Dicanius ergo per vnū hominē, non per duos intrasse peccatum in hūc mū dum. Dicat modo Pelagius, Si intrauit in mundū per quas rimulas intrauit? Iridet nos ille nequam & haereticus homo, sed nō irridet nos sed antiquos patres. Imo & sacta concilia & Eccle siam catholicam quæ semper crescit istam peccati cuiusque. Quin & Paulus & Apostolum Paulum videt, ne dicā & Spiritum Sanctum qui per os Pau li loquutus est & Ecclesiæ suę reuelauit se cretū istud, quod nulla ratio naturæ at tigere poterat. Vnde ipsemet Adā & qui erat in statu naturæ & in statu legis scriptæ & multo melius in statu legis gra tię media quadā reuelatione in Christo

Tc nitos.

Conciliatio Pauli cum se ipso.

Psal. 140.

Ad Heb. 4 in cap.

Ioan 5.

Ad Gal. 3.

Duplex scriptura.

Ingens laus sacræ scripturæ

nitionem & notitiam peruenerunt. Quoniam per lucem naturæ deprehendi non poterat. Nil enim est in humanis quod ad viuũ imago & idea huius rei esse possit. Vnde iniustũ est improbare & impugnare illas similitudines, quæ adducũtur à doctoribus ad declarãdũ negotiũ hoc, quia nõ faciũt euidentiã: quoniã nõ adducũtur vt clare, perspicue & euidẽter istud ostẽdãt, nec intẽtio doctorũ qui illis vtũtur talis vnquam fuit: sed tantũ ad hoc faciũt vt per illas manuducamur nos & in aliquantulã cognitionẽ huius tam abdite & profundissimę rei peruenire possimus. Quare non satis queo mirari viros tam doctos & eruditos (quales illi sunt qui has similitudines & exempla improbant) non consideasse, quod exempla quæ adducũtur ad aliquid declarãdũ, nõ debẽt adæquari p omnia illis rebus quarũ sunt exẽpla & similitudines; nã satis est adæquationem fieri in eo in quo fit similitudo. Quod si exempla quæ adducũtur à doctoribus alicui non placent, excogitet ipse aptiora & placebunt nobis.

Nũc rursus ponderemus hæc verba plena sunt enim & pregnantia.

Nota de exẽplis.

Per vnum homi. pecc. in hunc mundi intra.

HVnc locum nõnulli conati sunt reuocare indubiũ: forte vt facerẽt p errore Pelagianorũ. Qui more hæreti. quãdo nõ possũt negare scripturã, quæ eos ferit, ꝺprauãt & ꝺtorquẽt in aliũ sẽsum qui eos non feriat nec tangat. Sic est de hac Pau. senten. quam vidẽs Pelagius ex diametro destruere suũ errorem confugit ad hoc vt diceret Paulũ hic loqui de peccato actuali & non de originali. Quę glosa nec scripturæ, nec mẽti Pau. germana, nec cõsentanea literæ. Primo nõ: quoniã non apparet quod sit illud peccatũ actuale primum in quo omnes peccauerunt & ex quo mors deriuata sit ad omnes. Vnde hoc refugiũ ptæter id quod falsũ est ex eo etiã multa incõmoda sequũtur. Falsitatem autẽ refugij ex eo cõcludimus, quoniã si sermo sit de peccato actuali sicut disputat B. August. contra Pelagianos, nõ debebat Paulus dicere peccatũ habuisse introitum per vnũ hominẽ sed p Dæmonẽ quẽ magis peccãtes imitãtur. Neq. obstat illud quod scriptũ est Oseæ 6. Ipsi autẽ sicut Adã transgressi sunt pactũ: quoniã non loquitur hic scriptura ꝺ transgressione peccati actualis: sed sicut supra diximus quod nos cũ illo comedimus & trẽsgressi sumus nõ formaliter & expresse sed quatenus eram⁹ in illo. vt aliqui ex nostris dicũt, secundũ quod eramus in pacto quod fecit Deus cũ primis parẽtibus nostris. Sed quia hæc res de pacto nõ bene audit apud omnes, respõdem⁹ aliter dicẽtes secundum quod vna erat Adę & omniũ hominũ volũtas: & secũdũ quod Adã pro se & p nobis accepe rat iustitiã originalẽ quã pro se & pro nobis peccãdo amisit. Quę amissio sicut & trãsgressio nõ soli Adę impingitur & imputatur sed nobis quoq. & nõ solũ ad pœnã, sed etiã ad culpã. Nõ igitur ullo pacto locus iste Pau. intelligi potest de peccato actuali per imitationem, sed de originali per traductionem.

Absurda vero quæ sequuntur hæc sunt. Primo in paruulis baptisma nihil deleret: quia paruuli per imitationẽ & exẽplũ nõ peccauerũt. Nec morirẽtur p peccato qula nullũ habẽt. Tertio qui discederẽt ab hoc mũdo etiã nõ baptizati recto tramite ad gloriã conuolarent. Legite vos curiosi lectores plura alia incõuenientia apud B. August. & alios. Nobis satis sunt dicta. Nos pro explorato quidem habemus tale dogma hæreticum esse: negare videlicet peccatum originis. Et nõ solũ hoc, sed etiam dicere quod hic locꝰ Pau. nõ sit intelligẽdus ꝺ peccato originis. Quia iã hoc defi-

definitū est in con. Tri. & Milleuita. Vnde iam nō est nobis liberum aliam dare intelligentiam. Vtinam idipsum esset in multis alijs scripturæ locis.

Et per pecca. mors.

ECce consonantiam & ordinem inter duo maxima mala quę patimur in hoc mundo, peccatum & mortē. Ordo cōgruus est. Ab homine itur ad peccatum: & à peccato ad mortē. Homo est causa peccati: peccatum vero mortis. Peccatum non causatur à morte: (post istam nullum est peccatum) nec homo à peccato. Peccatū non causat hominem licet gignat peccatorem. In
Psal. 50. peccatis concepit me mater mea. Hęc sunt duo mala quæ hæreditario iure aduenerunt nobis ex nostro prothoparente: quorum alterum culpam, alterum vero pœnā pręsefert. Dices forte, igitur tantū sunt sequuta duo mala ex peccato primo. nā Pau. duo recēser & nō plura. Resp. multo plura esse mala quā duo: sed Pau. duo tantū hic adnumerauit quę sūt præcipua & prima sub quibus cuncta alia mala cōprehendūtur: scilicet priuatio gratię, expoliatio iustitiæ originalis quæ sub peccati nomine cōprehensa sunt ab Apo. Cęterū aceruū malorū & molestiarū quæ pœnæ sūt corporib' nostris sub mortis nomine cōculcauit. Totsūt nā q. molestię erūnæ & miseriæ corporū vt paruo numero nequeāt cōprebēdi. Idcirco sub eo malo quod omniū maximū est (puta morte) cōtenta sunt reliqua omnia corporis mala. Mors nā q. ab omnibus malis huius vitæ nos liberat: à quibus
Ad Ro. 7. liberari maxime Apost. optabat dicēs. Infælix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Et per pecc. mors.

PRoxime & immediate mors peccatum sublequuta est. Nec mirū. Nā pœna culpā mox sequi debet: etsi nō in exequuti ne, tamē in obligatione & reatu. Al usit elegātissime noster Pau. ad illud quod Deus primo parēti minatus est. Cap. nāq. 2. Geneseos. cōminatus est Deus hāc pœnā trāsgressoribus sui prę cepti, illis & nobis in illis cōtentis dicēs. In quacūq. die comederis ex eo morte morieris. Hębraismus est hic: quē loquēdi modū quidā sic interpretati sunt. Morte morieris, hoc est geminā experieris mortē, alterā corporis alterā animę. Sed cū mors animę non sit aliud nisi ipsum peccatū, nō videtur hæc expositio ad Dei mentē accōmodata esse. Nam mors animæ non est pœna peccati sed ipsummet peccatū. Id circo forsan germanior explanatio est si istud referamus tantū ad mortem corporis quę est pœna peccati. Geminatio autē illa vocabuli potius posita est ad magis certificandā cōminationē quā ad geminandā mortē. Q. d. In quacūq. die comederis morte morieris, hoc est certissimè & absq. dubio mortis obnoxius & addictus: morti, inquam, corporis. De qua alibi dixit Pau. corpus mortuū est propter pec- Iosta. cap 7.
catū. Et hic ad hācmet mortē nūc alludens dicit sic. Et per peccatum mors: scilicet corporalis. De ista namque hic Paulus loquitur quæ est effectus peccati. Ex his in primis confutatur alter error Pelagij hæretici qui nō fuit contentus falso asserere Paulum non loqui hic de peccato originis & quod deterius erat, negare ipsum peccatum originale: sed etiam loquens de morte quæ condigna peccati est pœna audet effrōs homo ille dicere quod Adam non est mortuus ex peccati demerito sed ex necessitate & cōditione naturę, quæ composita erat ex quatuor qualitatibus cōtrarijs. Qui error in duobus concilijs refutatus fuit & condēnatus. Miser homo qui nec Deum in Genesi loquētē, nec hic Pau. clare dicētē mortē causatā fore a peccato noluit intelligere: sed in meridiana luce vt cæcus

parietibus hærere & palpare voluit. Nõne clare loquutus est Deus quãdo dixit: Morte morieris si præceptũ meũ transgressus fueris? Et nonne Paulus hic palam clamat pœnam peccati esse mortẽ? Nec mirũ. Sicut.n. noluit intelligere Paulũ loqui de peccato originali (cõtra etiã omnium catholicorũ doctrinã) sic noluit credere (decreto diuino etiam monstrãte) mortẽ esse pœnã peccati: sed tergiuersatione vsus est dicẽs quod nõ morimur propter peccatũ. Sed cũ iam sit iure & mẽrito condẽnatus ab ipsa Ecclesia, relinquamus illum. Iam ipse expertus est pro qua causa & mẽrito morimur: sed proh dolor persistẽs in suo errore. Nec quem quã moueat quod sapientissimus Seneca scriptũ reliquit de remedijs fortuitorũ, mortẽ nõ esse pœnã sed naturam hominis, quia hæc loquutus est vt Philosophus ignarus sacræ scripturæ, peccati originalis, gratię & iustitię originalis: quæ sub pœna mortis seruanda tradita erat patribus nostris pro se & pro nobis conseruanda diligentissime. Et hoc, vt diximus, nõ minori quam sub mortis pœna corporis. Et si dictũ Senecæ excusare volumus ob viri tantã eruditionẽ, dicere possumus dictũ eius referendũ esse tãtum ad interna ex quibus conflatum fuit hominis corpus. Quia ex cõtrarijs cõstabat: & sic suapte natura corruptibile erat. Quomodo mors hominibus naturalis esse dicitur & non pœna. Veruntamen si consideremus illud donum quo Deus præseruauerat ab hac miseria naturali mortis hominẽ quod quidem donum nõ satis expẽdens & æstimans ac intelligẽs pro nihilo duxit videlicet p̃ pomi comestione non recusans præceptũ trãsgredi, iure in pœnam mortis prouolutus est & nos omnes secũ proiecti sumus. Vnde mors quę tantũ nobis natura erat, facta est iã pœna peccati vt benedicat: Et per peccatum mors.

Sed in quos quęso hæc inimica mors introiuit: & cur Deꝰ ab initio quando creauit hominẽ, non dedit ei corpꝰ immortale sicut dedit animam mortis omnino expertem? Nunquid animæ, quę ex suæ naturæ conditione immortalis erat, dandum erat corpus tale vt maior esset proportio inter materiam & formam quam sit inter corpus & animã? Respon. quod hoc nãtura hominis nõ patiebatur. Vnde multi (& alioqui doctissimi viri) putãtin ratione hominis non satis esse dicere: Animal rationale: sed adiungendã esse hanc particulam, mortale. Sed huic malo & morbo optimꝰ medicus Deꝰ Op. Ma. iam inuenerat optimũ præsidium atq. remedium, quod venit à foris scilicet ipsam iustitiã originalẽ quę præseruabat hominem à morte: non solum autem illum sed & nos si seruata fuisset & bene custodita. Et fortassis Propheta Oseas hoc vocauit pactum quando dixit: Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum. Data namque fuit illa iustitia hac lege & pacto, quod Adam seruaret præceptum Domini de non comedendo ex arbore scientię boni & mali. Quo transgresso & ipse & nos expoliati inuenti sumus illa iustitię tunica & viderunt se nudos partes nostri vnusquisque eorũ, dicẽs illud cant. 5 Expoliaui me tunica mea: quomodo rursus induã eã? Irreparabile dãnũ (saltim quod spectat ad mortis priuilegium) dum sumus in hac lacrymarum valle: vbi, quis est homo qui viuet & non videbit mortem?

Sequitur.

Et ita in om. ho. mors pertr.

Hæc verba satisfaciunt illi interrogationi quæ antea agitata est quãdo quærebatur a Paulo vt diceret in quos inimica mors ingressa est. Respon. In omnes homines. Quantũ latepatuit peccatum tantũdem diffusa est inimi

inimica & crudelis mors. Tantum nã que effectus latepatet quantum se diffundit causa: maxime illa quæ agit ex necessitate. Secus est de ea quę operatur voluntarie. Hæc agit quando vult.

Discrimẽ inter agens a proposito & ex naturę necessitate.

Inter doctos & eruditos notum est discrimen inter agens quod agit à proposito & illud quod agit ex necessitate naturæ: quod istud non agit quãtum vult sed quantum potest. In agendo omnes suas emittit vires, quando passum patitur. At vero agens voluntarium quod dicitur agens à proposito nõ hoc modo agit sed alio: puta vt sibi videtur, & provt vult. Istud experiri facile est in actionibus voluntatis & intellectus, quæ sunt duæ facultates, quarum vna agit per modum naturæ alia vero scilicet voluntas pro sua natiua conditione. Vnde voluntas quæ alicui bonum vult, non opus & necessariũ est vt velit ei tantum bonũ quantũ potest, sed quantum ei placet & lubet. Quod si requiras quor sũ hæc doctrina quę ab instituto Pau. videtur esse peregrina & inaccommodata. Respondemus hæc ideo à nobis dicta esse vt intelligamus, quod cũ peccatũ originale sit peccatũ naturę & nõ personæ, actio eius est per modũ naturę. Et sic ista diffusio siue cõtractio est nõ per modũ volũtatis ex parte Adami, quia non fuit in sua volũtate includere vnum & excludere aliũ: sed omnes incluſit quia peccatum erat naturæ. Deus autẽ bene potuit ab hac macula liberare quemcunq; voluerit tametsi hæc macula veniat a natura. Neq; tũc dicẽdus esset Deꝰ destructor naturę: quoniã ipse nõ facere tenetur vim naturæ. Imo illi naturæ particulare beneficiũ esset quod præseruata esset à corruptione & macula quã cõtrahere debebat. Expoliare n. naturã a macula nõ est eã destruere: quoniã sic nõ exoliatur aliqua perfectione: quinimo liberatur ab imperfectione, in quã reuera debebat incurrere. Suspẽdere n. Deũ alicui naturæ effectũ nõ est eã destruere: sicut factum est in igne in camino qui nõ combussit pueros illos tres inibi positos. Præseruare aliquẽ à macula originali nõ est destruere illius naturã sed illã illustrẽ ac nobilẽ efficere. Vnde stãte tota natura humana infecta & maculata, fieri potest quod reperiatur in aliquo individuo immaculata nõ secũdum debitum sed per gratiã & priuilegium. Non. n. est de essentia naturę humanę etiam si per generationẽ natura lẽ cõmunicetur & propagetur) quod habeat illam maculam. est tamẽ (stãte lege quę primo homini collata fuit) natura omnis quæ per mixtionẽ seminis propagatur & cõmunicatur obnoxia illi macalę. Et hoc firma fide tenere debemus: non autem quod natura humana in quouis individuo sit actu maculata. Neque hoc voluit nobis innuere Apost. hic quando dixit, per vnum hominẽ peccatũ in hunc mundũ intrauit. licet mũdi nomine intellexerit vniuersum genus humanũ. Neque quando addidit: In quo, nẽpe peccato, omnes peccauerunt. Nam, vt non minus docte quam elegãter doctissimus Melchior à cano (ã diuinis ac humanis literis bene meritus) adnotauit: & ante eũ subtilissimus Caiet. sub ista regula generali (quæ nẽminẽ eximit) ex pressim absque fidei prejudicio eximere Deiperã possumus Virginem per singulare priuilegium. Quod. n. Apost. in hoc canone tam vniuerso innuere voluit fuit ostendere nobis ex peccato primi parẽtis omnes nemine dempto (qui tamen carnali propagatione essent geniti) astrictos esse necessitati contrahẽdi peccatũ originale, nõ tamẽ de facto cõtraxisse & actu habere. Alioqui si Paulus quando dixit, In quo omnes peccauerunt, intellexit quod de facto & actu omnes contraxerint: hæreticũ esset eximere Deiperam Virginẽ Mariã: & concilium Triden. non potuisset eã ab illa generali regula eximere.

Daniel 3.

De Locis cap. lib. 7.

Neque huic doctrinæ aduersatur q̃ quicunque est filius Adæ ex vi talis

generationis debet sub peccato originis cõcludi: quod vero de facto includatur nõ est necessũ. Solẽt ad hoc amplius persuadendum quidã adducere exẽplum de morte (tametsi nobis nõ multũ placeat: qui certo credim⁹ ab actuali morte neminẽ esse eximẽdũ) ramẽ aiũt illi quod sicut ad mortis debitũ omnes obligãtur: nõ tamẽ necessũ est vt quicũq. est filius Adę, actu eã patiatur & degustet: ita aiũt vsuuenire de peccato cui omnes debitores sunt, nõ tamẽ oportet quẽlibet ex hominibus actu illud habere, sicut nec actu mori. Pſal 88. Neq. hoc cõtrauenit Da. sentẽtiæ dicẽtis. Quis est homo qui viuet & nõ videbit mortẽ? Nã hãc exẽptionẽ à morte actuali & ab actuali pcto iure nemo cõse qui potest nisi sol⁹ Iesꝰ Chꝝs Marię filiꝰ. Vnde si quis aut⁹ esset asserere Mariã Virginẽ a se & suo iure exclusã esse ab ipso originis peccato, aberraret ꝓfecto & lõge esset a veritate fidei: quæ nulli nisi Chꝝo soli istud mẽritissime tribuit.

Sed lã ab hoc nos extricare cupimus negotio quod per transennã tantũ attigimus: facie mus autẽ si vnũ tantũ scrupulũ prius enodauerim⁹. Est autẽ scrupulus talis. Si nõ est necesśum credere omnẽ hominẽ habere originalẽ labẽ de facto & in actu, quomodo dicemus illũ qui actu nõ habet, esse obnoxiũ peccato? Quia vel fuit obnoxius antequã esset, vel postquam est: non quãdo est, quia iã ponimus illũ exclusum & prẽseruatũ esse: Neq. quãdo nõ est nullus n. dici potest obnoxius peccato priusquã sit. Nemo n. videtur liberari posse à malo antequã in illud incidat. Nõ n. medicus liberat hominẽ à febri nisi illam prius incurreret. Ad hoc respondemus liberationẽ à malo bifariã fieri posse altero modo à malo iam contracto (& sic dicim⁹ nos per baptismũ liberari à peccato originali) altero uero per prohibitionem à malo futuro in quod necessario incurrere debebam⁹. Illa prior liberatio præsupponit subiectum esse quod liberatur à malo: posterior liberatiõ non necessario exigit subiectum esse, sed est prẽcauere & prævenire malum ne apprehẽdat subiectum quando erit. Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Et sic si aliqua persona erat obnoxia alicui malo: v. g. homo alicui infirmitati, si medicus impedit ne veniat infirmitas, iste dicetur liberatus esse ab illa infirmitate: non quod iam haberet illam: sed quia necessario incurrere eam debebat nisi medicus prẽueniisset infirmitatem. Et sic Ecclesia in suis precibus Deum orat dicens: A fulgure & tempestate, à cęcitate cordis, ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis libera nos Domine. De qua cęcitate cordis, à qua tempestate & fulgure, & a quibus periculis orat liberari nisi a futuris & imminentibus? Et quãdo Christus docuit nos orare patrem dicẽs: quando orabitis sic dicetis: Pater noster qui es in cælis &c. sed libera nos à malo, de quo malo docebat nos orare vt liberemur? de illo solo quod iãhabemus? Minime gẽtiũ. sed etiã à futuro quod nos apprehẽdere poresł. Sic quãdo cõsideramus aliquã personã secũdum conditionẽ suæ naturæ abstrahẽdo ab esse & nõ esse in rerũ natura, nõ eõsideramus nisi illa quæ sunt naturalia: hoc est illa quę veniunt cũ natura. Et quia peccatum originale aliquo pacto est naturale (non quod emanet à principijs naturæ humanæ, nam sic non esset peccatum nec culpa: sed dicitur naturale quia traducitur cum natura) hinc est quod considerata natura illius qui prẽseruatur à peccato originali non curãdo an ille sit vel non, dicitur esse obnoxius peccato ex eo quod illa natura est obnoxia peccato: & non potest dici prẽseruatus & liberatus à peccato vt sic, hoc est, ex hac parte. Et fortassis si hęc distinctio diligẽter inspiceretur & consideraretur illa tam grandis concertatio & digladiatio de cõceptione beatissimę Virginis non tantum tumul

tum

tū in mūdo excitasset: & per hanc cōciliari possent dicta grauissimorū doctorū, quę videntur ex diametro pugnare, & forte pugnātia nō sunt. Nam si loquamur ād naturæ peccato, quomodo loquutus est Apo. ad Ephe. quando dixit, Eramus natura filij iræ: nō caret mysterio particula, natura. Nō n. aut̄s est Apo. absolute dicere: Eramus filij iræ: sed adiecit particulā, natura, vt doceret nos omnes (si ad naturā respiciam⁹) cōprehēsos esse, vno rāiū & solū dēpto, nimirū, Christo Iesu: qui nullo modo natura fuit filius iræ, cū esset filius Dei naturalis & nō naturali modo genitus & ex virili semine peccatorū cōcepti⁹. Dices forsan igitur cōfiteri possumus, Virginē quoq. Mariam fuisse filiā irępost quā ex ijs Pau. uerbis dicimus solū Christū fore eximendū R. dicētes quod si addas particulā illā, natura, non est cur inficiari debeamus ipsam quoq. fuisse filiā iræ: nō tamē dicenda venit absolutè & simpliciter filia iręsicut omnes alij sancti & nos. Neq. incōuenit in hoc çquare nobis Virginē Dei mairē omnibus & alijs peccatoribus sicut eā nō separamus in modo concipiēdi. Cōcepta namq. fuit modo naturali ex semine vitili sicut & reliqui peccatores homines. Vnde si Apost. in hoc cap. quādo dixit, in quo omnes peccauerunt apposuisset particulā illam, natura, nos ab hac cōtrouersia & labore leuasset: verū quia tantū dixit, in quo omnes peccauerunt, videtur quibusdam loquutū fuisse de facto & non secundū męritū Adæ qui peccauit, per quod peccatū męruerunt omnes eius filij concipi & nasci in peccato. Quod Propheta regi⁹ in persona omnium filiorū Adę cōfessus est dicens: in peccatis concepit me mater mea. Neq. obstat quod in peccatis dixit se esse conceptum rū quia iuxta hæbraicam veritatē legitur in peccato: tum etiam quia si dixit in peccatis, noluit tamē innuere se fuisse cōceptū in multis peccatis originalibus: sed ex eo quod ex originali pullulant alia peccata quæ virtualiter sunt in illo. Non tamē intendas lector bone quod alia peccata simul traducuntur cū originali. hoc fieri nequit præter primum Adę peccatum. D. Tho. consule. 1. 2. q. 81. ar. 2. Nam aliter iam dixisset Paulus, Per vnum hominem peccata in hunc mundum introieruni. Hoc autem nō dixit: sed per vnum hominem peccatum in hunc mun. intra. quia tantum intendebat loqui de originali, quod totum dicimus in hunc mundu intrasse: idest in posterioritatem. Quem introitū cordatè & prudenter a lectore vellem esse intellectum. Nam cum peccatum (vt communis est doctrina in schola) transeat actu & solum remaneat reatu: peccatum Adami actu nō transiuit ad posteros. Non solet enim accidens migrare ab vno subiecto in aliud idem numero: sed dicitur transisse ad posteros reatu siue męrito & efficienter. Ipse causa efficiens fuit non Deus, non Dæmon, non mulier. Adam enim infecit suo peccato totam naturam, ēāq. constituit Deo inuisam & ingrauā expoliauit q. cā priuilegio cōcesso toti naturæ humanę: quod erat donū iustitiæ originalis pro se & sua prole cōcessum, quod suo peccato & pro se & pro suis filijs perdidit. Et hęc deperditio causa fuit ob quam solū primum peccatum Adæ trāsfusum fuit & non alia. Siquidem per alia nō perditur nisi bonum personæ: per primū vero bonum cōmune toti naturæ. Et hinc est illud quod cōmuniter dici solet, videlicet Adamū primo infecisse naturā & subinde personam. A qua infectione quęcūq. singularis natura deriuata per propagationē & originē contrahit illā maculā. Nō illāmet numero, sed aliā eiusdē tamen speciei. Pater n. generat filium specie sibi similē & similē quoque in macula & defectu. Si vero homo aliquis per creationem vel quocū q. alio modo esset productus, nō tamē per generationem, licet esset eiusdem speciei cū Adamo & alijs hominibus:

vide D. Tho. 1. 2. q. 82. ar. 1 ad. 1

Cap. 5.

Psal. 50

non tamen homo maculatus esset, nec proprie & perfecte filius Adæ esset dicē dus. Quoniam macula originalis hoc vno solo modo contrahitur nimrum per seminum cōmixtionem. Et hanc ob rationem ab ista macula Christum Iesum & quēcunque alium hominem liberum facimus qui esset productus vel ex materia digiti, vel ex qua cunque alia carne humana. Nam illi soli contrahunt peccatum originis qui secundum rationem seminalem ab Adamo descendunt. Quæ ratio seminalis (si Diuo Thomæ credimus) non est aliud nisi vis actiua in generatione: quæ vis actiua tantum dicitur deriuari ab Adamo via generationis. Et hinc est, quod si virtute diuina aliquis homo formaretur ex carne humana vel osse (sicut Euaformata fuit) illa vis actiua non dimanaret ab Adamo & ex consequenti non in curreret originis peccatum. Iste enim homo tantum secundum materiam diceretur esse natus. Et cū nō esset in hac productione principium formale, nulla fieret contractio originalis peccati. Neque obstat quod pater qui generat non iam habeat peccatum originale: quia (vt. dicit B. Augustinus.) habet naturam vitiatam ab Adam & sicut pater accepit sic communicat illam filio. Vnde etiamsi pater careat originali peccato, transfundere tamen dicitur illud in suam prolē. Sed de his hactenus. Ad nostrum Paulum reuertamur.

Et ita in om hom. mors pertran. in quo. &c.

PErtransisse ait Apo. in omnes homines mortē. Sed quo pacto potuit mors rapere & pertransire in omnes homines, cum peccante Adamo duo tantum essent homines: ipse nimirū, & sua chara vxor? Si dixisset pertranseundam mortem melius haberet Pauli sermo: sed cum ait iam transactam ante quam sint, aliquantulum durus & horridus videtur esse sermo. Deº enim (vt videre est Gen. 3. in cap.) soli Adamo minatus est mortem ceu peccati pœnam dicens. In quacunq. enim die comederis morte morieris. Nec dicit Deus diffundendam esse mortem in omnes suos posteros, sicut hic explicat Apost. Neq. interim nos latet Paulum cum loquutus est hic de peccato deque morte, voluisse allude re ad istum textum Gene. Vnde quidam super Paulum adnotamentum istud non male apposuit dicens. Hic locus Pauli assumptus est ex Gen. cap. 3. Dixit enim Dominus: in quacunque die comederis ex hoc ligno, morte morieris. Hæc ille. Si igitur hic locº de sumptus est ex illo & Deus non dixit tam late diffundendam esse mortem, non caret mysterio quare Pau. sic fusse & late loquutus sit de morte. Nec etiam nos rursus latet (vt de loco citato aliquid dicamus) quam varie sit ex planata particula illa, morte morieris, ab explanatoribus. Non ignoramus quod scriptum reliquit anima totius sacræ scripturæ sanctissimus pater Hieronymus qui versionem Simmachi hoc loco prefert nostræ vulgatę: propterea quod ille sic vertit. In quacunq. die comederis mortalis eris. Non desunt tamen qui per verbū (morte morieris) asserant geminatam esse mortē & significatam esse binam mortem, alteram videlicet animi & alteram corporis. Et licet Adam in eodem me die quo comedit in alteram harum duarum nempe animi mortem inciderit: alteram tamen corporis non tam cito expertus est, sed tantum addictus fuit huic morti & eius necessitatibus obnoxius, eam tamen expertus est quā do vitam finiuit. Sed vtcunq. hæc particula enodetur quoad nostrum attinet propositum parum interest. Nos enim solū de diffusione mortis in omnes homines sermonem habemus. Non est existimandum citra mysteriū sic hoc loco loquutum fuisse Apostolum

qui

qui nec iota vnum habet in sua scriptura quod vacuum sit à mysterio. Est igitur (vt paucis dicamus) mysterium tale. Cum intellexisset palam Apostolus mortem causatam & ortam fuisse non vndecunque, nō ex Deo (de quo scriptum est) Deus mortem non fecit: sed subortam esse à peccato Adami tā quàm ab eo causatam: voluit ipse ea loquendi phrasi & modo vti loquens de morte, qua vsus fuerat quando loquens de peccato dixit, illud per vnū hominem intrtoisse in vniuersum mūdum ran omnem hominem. Et quia mors iudiciduus peccati comes est, eodem modo dixit pertransisse mortē quo & peccatum: & quia peccatū pertransiuit in omnes ita & mors.

Intentio Apost. hoc loco erat ostendere omnes homines & totum genus humanum concludi & sub peccato & sub morte. & sic ostendit æqua lanee & pari passa mortem currere cū peccato. Effectus eius est & cum eo tecurrens. Adam peccauit in prima sui conditione & factº est obnoxius morti & nos cum illo peccauimº & morti quoque obnoxij: iustum & æquum erat vt qui fuimus socij in peccato simus quoque & in pœna. Ipse in illa met hora quando peccauit, hoc est, inobediens fuit, mortuus est in anima quando recessit ab eo Deus & gratia quæ sunt animi vita: & nos quoq; simul omnes mortui fuimus. In alia autem morte nempe corporali ille præcessit nos: quem sequimur nos successu temporis cum modo vnus, modo alius doletēr & laborioſe efflat spiritum suum & ingreditur viā vniuersæ carnis. Omnes morimur & quasi aqua dilabimur. Non est igitur intentio Pauli dicere quod per peccatum primi hominis mox contraxerint omnes homines mortem: sed quod mox facti sint necessitati moriendi obnoxij. Nam ante peccatum homines non habebant mortalia corpora sed immortalia. In die enim quo Adam prꝛuaricatus est Dei mandatum mors genita fuit. Vnde si Adam non peccasset nec illū nec nos mors rapuisset. Et hoc confirmat decretum concilij, Milleuitani dicēs. Quicunque dixerit Adam primū hominem mortalem factum ita vt siue peccaret siue non peccaret moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret non peccati mẽrito sed necessitate naturæ: anathæma sit. Cęterum huc Pelagij error exploditur palam per hæc verba Pauli & per illa quæ dicit in 8. cap. huiusmet epistolæ. Dicit enim sic. Corpus mortuum est propter peccatū. Quid clarius dici potuit? Per hæc locà dementia pelagij adeo oppugnatur vt nullo modo possit defendi & colorari. Siquidem Apost. clarissime loquitur de morte quæ sicut pedisequa sequitur peccatum. Neque (sicut supra diximus) obstat quod clarissimus philosophus Seneca dicit, mortem naturam hominis esse non pœnam. Vno enim modo mors naturalis est homini & altero pœna. Corpus enim hominis si consideretur vt conflatum est ex contrarijs suapte natura est corruptioni obnoxium, & sic mors est naturà & nō pœna. Si vero homo consideretur quatenus ornatus erat dono iustitiæ originalis, quę eum à morte seruabat per esum ligni vitę (hęc enim iustitia originalis ab omni corruptiuo tam interno quam externo præseruabat corpus hominis) sic inquam, remota & ablata hac iustitia originali per peccatum iure consequuta est mors tanquam condigna peccato pœna. Neque hic venari debemº quid causę fuerit quod Deus nō dederit primo homini in prima sui conditione corpus suapte natura incorruptibile. Ad laborem vocatus fuit homo & ad coronam ad quam exigitur certamen, non tantum animę sed etiam corporis. Porrō corpus expers corruptionis, expers quoque est & laboris. Et ideò consentaneum erat & idoneum quod tale ei corpus adaptaretur quod laboribus & pœnis esset

subij

ctum & corruptioni.

Ex his quæ diximus liquido colligimus, mortem cęteroſq; defectus corporales eſſe effectus originalis peccati. Quod conſectarium non vtcunque recipiẽdum eſt ſed firma fide amplexandum. Et non ſolum effectus ue rumetiam effectus pœnales. Primum ſic ſuadendum eſt. Naturæ tanto ſicut non ducit nos in cognitionẽ originalis iuſtitiæ vel peccati ſed fides: ita non oſtendit nobis effectus illius. Ignorata cauſa oportet effectus prorſus eſſe ignoratos. Si enim interrogemus philoſophos qui tantum naturæ lumine ſunt præditi, vnde nobis obuenant iſti defectus: in ipſam naturam retorquebunt, ex conditione naturæ dicent prouenire: ſicut ferocitatem ī leone & rabiem in cane, ſic ſenectutem infirmitatẽ & mortem dicent vſuuenire hominibus. Non enim per naturæ lucem aliam ſciunt eſſe cauſam. At q fidei lumine ſunt illuſtrati aliam inuencrunt cauſam nẽ pe peccatum. Illumerrorem aſſequuti ſunt non tantum qui philoſophi erant ſed etiam alij: inter quos fuit Philo Iudęus, Ioſephus, & Eucherius Lugdunẽſis. Ioſephus dicit mortẽ non aduenire homini per peccatum ſed per accelerationem ſenectutis & mortis. Eucherius vero ſuper illa verba: In quacumque die comederis ex eo morte morieris: palam dicit hominem non incurriſſe corporalem mortem per peccatum ſed tantum animę. Hæc opinio non ſolum erronea ſed etiam hæretica eſt contra ſcripturam & Eccleſiæ deciſionem. Vnde videmur cogi nos illũ locũ Geneſeos de vtraque morte non tantum de morte animæ, ſed etiã corporis interpretati. Vtramque enim minatus eſt Deus homini mortẽ ſi comediſſet ex ligno & fructu vetito. Vnde magna cõiectura colligitur, quod ſi nõ comediſſet, corporalem mortẽ expertus minime fuiſſet. Eſt & alia coniectura quæ ſumitur ex illis verbis Gene. 3. Nũc ergo ne forte mittat manum ſuã & ſumat etiam de ligno vitæ & comedat & viuat in æternum, emiſit illum Deus de paradiſo voluptatis. Igitur illud lignum conſeruatiuum erat vitę lin æternum & præſeruatiuũ a morte. Præterea reuerſio in puluerẽ per mortem fit: hæc autem reuerſio Adamo inflicta eſt in pœnam peccati, vt in litera perſpicuum eſt. Igitur certiſſimum eſt mortem & alios defectus corporales qui ſunt ſequuti ex ſubſtractione iuſtitię originalis, ſequuta fuiſſe ex peccato tamquam pœnam condignam ſicut etiam ipſa iuſtitia originalis ſubſtracta fuit in penam. Sed quid dicemus de Chriſti morte deq, ſanctiſſimę matris ſuæ? De Chriſto quidẽ eum mortuum fuiſſe propter diluendum peccatum, non ſuum (quo omnino carebat) ſed noſtrum (vt ſcriptura ſacra in multis vtriuſque teſtamenti locis teſtatur) perſpicuum atque manifeſtiſsimum eſt. Vnde nota diligenter quod licet Adã non poſſit dici cauſa peccati in Chriſto: tamẽ poteſt dici cauſa mortis eius. In noſtro peccato Chriſtus (eum non eſſet ex Adam ſecundum rationem ſeminalem) non potuit habere partem. ſed bene in pœna illius, nempe morte voluit habere partẽ, non modicam, ſed magnam. Neque ſi diceremus totam, aberraremus. Ipſe quippe dicit. Torcular calcaui ſolus & de gentibus non eſt vir mecum. De beatiſſimæ virginis morte alia ratio habenda eſt. Nam licet credi poſſit (& pium eſt ſic credere) conceptã eſſe abſque peccato: tamen eam a morte eximendam eſſe, Deo Op. Max. non eſt bene viſum, qui nec proprium & vnicum ſimulq; primogenitum filium ſuum Ieſum ſuperbenedictum à mortis nexibus non eximit. Nec par ratio eſſe videtur de exemptione à peccato & à morte: nam exceptio à peccato multo magis in gloriam Dei patris redundat, in excellentiam filij, & in honorem matris.

ide D. Th. 1.2. q 85. ar 5

Ig. 9.

Inquo om. peccauerũt.

Forſitan

FOrsitan oculato lectori prima fronte videbitur non in suo loco hūc textū fuisse collocatum. Aptior locus ei forte datus fuisset si Paulus dixisset. Per vnum hominem peccatū in hunc mundum intrauit, in quo omnes peccauerunt. Non enim debuit Apostolus interponere alium textum de morte dicens & per peccatum mors: & sic in omnes homines mors pertrā sijt: subiungens postea: in quo omnes peccauerunt. Respondemus quód tametsi istud aliquam apparentiam videatur habere. tamen Apostol. istud sine causa non fecit. Postposuit autē hæc verba scilicet: in quo omnes peccauerunt, vt obuiam iret & occurreret cuidam obiectioni siue querimoniæ quā quis (etsi non multum sapiens) ād Deo formare poterat existimans Deum in punitione primi peccati fuisse vel ministrum. vel saltim crudelem, qui pro culpa vni⁹ hominis pœna mortis multauerit quasi infinitos homines: & feciſſe contra illud quod ipse iustissimè statuerat, nimirum quòd filius nō portaret iniquitatē patris, sed anima quæ peccauerit ipsa sola moriatur. Nunc vero dicit Apost. propter vnius hominis peccatum, pertransisse mortem in omnes homines. Istud videtur esse iniustum. Occurrit Apost. nunc dicens: In quo omnes peccauerunt. Q d. Nulli istud videatur durū & iniquū quod dixi, nempe pro vnius hominis peccato mortem ingressam esse in omnes; quādoquidem in illo peccato omnes peccauerunt. Et est perinde ac si diceret. Non fuit peccatum tantum vnius, sed omnium hominum: & ideo nihil mirum si mors pertransiuit in omnes. Sicut omnes communicauerūt in culpa, ita communis illis fuit & pœna. In quo, inquit, omnes peccauerunt. Singula hæc verba venunt exponenda & expendēda: & primo de relatiuo, quo, quid referat non est vnus consensus. Sunt qui referunt ad peccatum, vt sit sensus; In quo, scilicet, peccato, omnes peccau. Alij vero ad primum hominē dicentes: In quo, primo homine videlicet, omnes peccauerūt. Sed quod attinet ad Pauli mentem, nihil interesse videtur siue ad authorem peccati, siue ad ipsum peccatum referas: semper enim ex æquo ostenditur peccati originalis amplitudo & extēsio, quod erat intentio Apostoli in hoc loco. Et hac ratione peccatum originale mērito dicitur grauius omni actuali mortali, eo quod omnes inficiat. Et hoc etiam nomine nequiuit reparari, nisi per illum qui erat in satisfaciendo infinitæ virtutis: qualis nullus purus erat homo neque Angelus. Quare oportuit hui⁹ peccati reparatorem esse Deum & hominem, vt ex vno pati posset & ex alio satisfacere non solum ad iustum, verum etiam supra. Depinxit igitur hic Apost. delicti grauitatem vno atque altero modo: primo ex pœna quę respondet illi nēpe morte, quę omnīū terribilis terribilis nūcupatur. Secūdo grauitas ostenditur in eo quòd cunctos maculauit, infecit, deprauauit, corrupit & perdidit. O grande malum, o ingens pernicies, o magnum hominum detrimentum. Iugum non leue, sed graue super omnes filios Adam. O infoelicem ac miserum hominem.

Emphasin habet particula, omnes. Non dicit plures, non plerosque, non multos. Terribile verbum. Omnes terret quod christus dixit, multos esse vocatos pauços vero electos. Decem etiam fuisse virgines, inter quas quinque solum prudentes erant reliquę vero quinq. fatuę. Res est quę terret: sed mitigat quod saltim inter decem quinq. erāt prudētes. Non omnes dixit fuisse fatuas sed partim fatuas, partim prudētes. Terret item quod diluuium mundum deleuit sed consolatur & lenit quod animæ octo saluę factę sunt in archa. Terret casus ille & infortunium quod filios Iobi inuasit, sed tēperat casum quod emansit vnus qui nūciaret. Atqui Apost. nec vnum eximit ā

Multi ex Multis.

casu

casu & lapsu primi parentis. Omnes inquit. Heu dolor: si nec vnus remansit, quis nunciabit nobis tantum casū tamque triste factum? Dicat Sapiens: Eccle. 7. De viris, inquit, inueni vnum: de mulieribus nullam. Hic vnus, Iesus nimirum qui saluator omnium erat futurus, per naturam relictus est solus vt casum patris Adami & filorum eius perse metipsum in mundum veniens nunciauit nobis quando dixit Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant. Ab hoc vno solo speranda erat toti mundo salus & vita. Nam qui omnes suos filios ad mortē destinauerat, primus parēs à morte ad vitam reuocare minime poterat. Porro hęc vna particula (omnes) est quę hic multos torquet & forsan detinet ne ab tam vniuersa & generali regula aliquis vel aliqua eximi & excipi possit qui omnino sit filius Adæ. Paulus clamat: omnes peccauerunt. Dura vox omnes, à qua nisi Ecclesia permitteret aliquem eximi, forsan Apostolo reclamaret: nunc autem ea dissimulante & tacite approbante nulli deuoto Dei parę Virginis durum ac graue esse videri debet, si pro Regina cæli & mundi Domina dicamus non fore positam hanc tam grauem legē: sed pro omnibus alijs tam viris quam fœminis. Vnde sicut dicere hanc virginem liberam esse ab hac lege non modica pietas est: ita ab ea alium vel aliā velle eximere magna temeritas (ne dicam impietas) esset. Quod ęque Reginę conceditur, alius præter Regem sibi arrogare non debet. Ipsa prima fuit & vltima erit quæ hoc tam celebri & magnifico priuilegio gaudebit, si legi iam ab Apostolo promulgatæ standū sit: quam duraturam credimus vsque in finem mundi.

Dicit igitur Apostolus. In quo omnes peccauerunt. Omnes homines vtriusq. sexus, nedum præteritos & præsentes, sed etiam futuros. At insurgis dicens. Quo modo effusum est in illos qui non erant quando ipse peccauit? Hoc opus, hic labor est. non tamē credere parato. Licet namque fide teneamus & eadem confiteamur nos peccati macula maculatos esse: veruntamē quomodo, Adamo peccante, omnes peccauerimus non est facile enodare. Quod. n. huius rei intelligentiam detinet & moratur, illud primo est. B Augustini commune axioma, quod sic habet. Peccatum adeo debere esse volūtarium, quod nisi tale sit totam peccati admit rationem. Quomodo igitur ānte quā essemus peccauimus? Quod si dicas ex Adami delicto in nos deriuatum esse peccatum originale & hāc esse patris nostri hæreditatem: bene habet, sed cur non alia eiusdem, vel parē tum nostrorum nō hæreditamus pec cata? Adde tu quod si hæredes facti sumus delicti, par erat vt venię & remissionis quoq. essemus hæredes: at Ade Sapie. delictum condonatum ei fuit: igitur & nobis. Ad hæc nos occurrere debere ratio ipsa nos cogit. Non. n. hæ rationes tam apparentes insolutæ manere debent: paucis tamen nos ipsos nunc de re tam difficili expediemus. Nā de hoc peccato exactiorem tractationem polliceri audemus in illo tractatu, quē molimur de vario hominis statu (altissimo tamen nobis vitam concedente.) Ad primam igitur obiectionē venientes dicimus & respondemus, sicut responsum fuit à B. Augusti. ipsi Pelagio, qui se armauerat hoc ipso argumento. Responsio B. Aug. talis fuit, Quando Pelagius contendebat nihil ibi esse voluntarij, ac ex consequenti nihil peccati, inficiatus est B. Augustinil esse voluntarij: sed dixit voluntariū esse voluntate Adami patris nostri per quam patratum fuit peccatum: & hāc ipse putauit sufficere ad rationem peccati. Aliter scholastici theologi occurrere solent dicentes, geminum esse voluntarium aliud expressum & proprii aliud interpretatiuum. Ex parte primi parentis, fuit proprium & expressum: ex parte vero filiorum interpretatiuū.

Coot. Faul.

Sicut

ecōparatio.

Sicut enim in recipienda iustitia originali & alijs dotibus, Adami voluntas nostra quo que fuit & reputata est, ac si omnes expresso consensu præsentes fuissemus & consensissemus: sic e contra quando illa dona suo peccato ipse amisit & nos cum illo voluimus illam donorum amissionem. Hoc solitus erat illustrare theologorum princeps D. Tho. cum in scholis sacram theologiam profiteretur: hoc, inquam tali exemplo explanabat de membris scilicet nostri corporis, quę propriæ voluntatis expertia sunt: tamen cum persona peccat, & ipsa quo que peccare dicuntur: eo quod persona & eius membra vnica voluntate peccare dicuntur. Et licet hoc exemplum ad vnum & per omnia haud sit simile, nil refert. Non oportet exempla talia esse omnino, qualia sunt illa quorum sunt exempla. In hoc tantum tenet exempli ratio, quod sicut per vnicam personæ actionem profluit peccatum ad membra ita ad nos qui sumus membra primi parentis, deriuatum est peccatum primi Adami via generationis. Et ideo omnis homo qui nascitur per viam cōcupiscentiæ reus est illius peccati. Neq. si perspectissime hunc locum Pauli inspiceremus, ad hoc intelligendum multis nobis opus esset exemplis. Sunt nāque Pauli verba perspectiora & clariora, quam quæ indigeant exemplis. Neque qui adducunt idcirco culpādi veniunt. Si n. Apost. non adduxit nil mirum: cum doctis & peritis negocium illi erat. Clare loquitur Apostin hac sua sententia dicens. Per vnum homi. &c. Vnde ex hac sentētia colligat lector primo quod quando Apost. dixit, per vnum hominem pec. in hunc mundū intra. loquitur de peccato originali, nō actuali. Nam primum actuale nō fuit peccatum Adami, sed Dæmonis & mulieris. Secundo hoc originale deriuatum esse in omnes, sicut deriuata est ipsa mors & aliæ pœnæ: quæ nō fuissent nisi præcessisset peccatum. Tertio colligat etiam doctus lector originis peccatum in nobis habere proprie culpę rationem: à qua omnes denominamur formaliter (vt dicitur) peccatores. In quo, inquit, omnes peccauerūt. Vnusquisque autem à suo. Nec inconuenit numerice tot confiteri peccata originalia, quod indiuidua in natura humana. Si principium & authorem peccati originalis inspicimus vnum tantum illud esse dicimus. Cæterum ad illud quare scilicet nō hæreditamus alia peccata sicut originale, dispar quidem est ratio: quoniam alia peccata non fuerunt ab Adamo patrata gerente vicē cōmunis personę: in primo vero peccato representabat totam naturā quā ipse infecit & maculauit. Et ideo istud transfunditur in totam progeniem. Et ex his apte respondetur ad tertiam obiectionem de condonatione, per quam condonatum fuit Adæ quatenus erat peccatum personæ, non autē prout erat naturę.

Iam tempus est vt huic negocio coronidem imponamus: quod factum dabimus, si prius pro huius textus cōplemēto dixerimus, quid causæ fuerit quod Apost. prius ostendit mortem effusam esse in omnes homines & deinde peccatum: cum peccatum non intrauerit in mundum per mortem, sed vice uersa per peccatum mors. Ordo videtur esse retrogradus & inuersus. Et etiam hoc loco quærere quis posset quare cum ex peccato primi parentis, non tātum vnum malum sed innumera sint consequuta: Apost. tantum de vno, nempe morte, mentionem facit. Vt autem ab hoc posteriori auspicemur, intelligat acutus lector, mortis nomine Apostolum intellexisse omnia alia mala & detrimenta quæ nos contigerunt. A morte autem incepit ostendere eius diffusionem & dilatationem in omnes homines: eo quod istud notius esset nobis. Notius namque est cōmune esse omnibus mortem quā peccatum originale. Si quidem illud experi-

mea

rimento verum esse scimus: nec est nobis necessaria ad hoc siue fides siue aliqua ratio vt persuasum sit hoc nobis: Nullaenim est tam barbara natio, tamque agrestis quæ sua sponte non videat omnes morti esse obnoxios. Nō tamen omnes causam huius rei agnoscūt esse peccatum. Sed agnosce tu homo christiane, qui plane scis à peccato genitam esse mortem. Vide magnam Dei misericordiam: qui peccatum animaduertere noluit alia pœna, quam illa quam iam tecundum naturę nostrę conditionem volentes nolentes pati nos oportebat. Ipse vero ob nimiam suam clementiam ac misericordiam statuit nobis in pœnam peccati. Profecto tantum scelus tamq. ingens culpa vlta non fuit morte tam quam pœna condigna. Ad suam respexit Deus naturæ conditionem, secundum quā ad veniam propensissimus est, & non ad hominis maximam iniquitatem: quam si obseruasset, quis debitam pœnam sustinere potuisset. Iam tā agnoscamus peccatum, non solius primi hominis, sed & nostrum, & dicamus: Peccauimus cum patribus nostris: iniquitatem fecimus, iniuste egimus. Misericordias tuas plane confitebimur easq. in æternum cantabimus. Sis pater misericordiarum & Deus totius consolationis. Sis benedictus omnia per ęcula. Amen.

Sequitur.

Vsq. ad leg. n. pecc. erat. in mund.

VNus est hic Pauli locus inter alios difficilis: cuius difficultas ortū habet tum à serie & nexu huius textus cū superioribus, tum etiam propter varias interpretationes: quas interpretes (etiam doctissimi) huic loco prębēt. Primo quidem series & nexus ad superiora abditissimus est & vix apparet. Secundo tam variè hic textus à tractatoribus discentitur vt plures sint expositiones, quam verba. Hęc igitur duo reddunt hunc locum obscurum. Sed diuina freti ope & D. Pau. suffragio adiuti pro nostra virili conabimur locum difficilem reddere clarum. Admonemus tamen prius lectores (ne eos multis obruamus (vt patres & maiores nostros consulant & in retrogent circa hunc textum. Legant Origenem, Ambrosium, August. & alios multos: quorum dicta vel omnino tacebimus vel per transennam tantum de eis dicemus. Secus enim, fieri haud posset, quin prolixiores essemus.

Quantū itaq. ad seriem & nexum attinet, si lector oculos conuertat ad ea quæ proximo in textu Apost. diseruit, comperiet rectam esse horum verborum cum præcedentibus seriem. Dixerat & proposuerat in præcedentibus Paulus tria: primo peccatum ortum & originem habuisse ab vno homine scilicet Adamo; secūdo per illud mortem in mundum intrasse; tertio & vltimo omnes in Adamo peccauisse. Ex ijs autem tribus secundum, specialem difficultatem habebat: quomodo videlicet mors in pœnam peccati Adæ ingressa sit in hunc mundum & dominium suum exerceat in omnes homines. Siquidem mors videtur proprietas naturæ, & non pœna peccati. Viuētia omnia mixta morti subiecta sunt: quam non degustant in pœnam peccati, sed pro conditione naturæ. Hoc igitur est quod hic Apost. intendit demonstrare, mortem scilicet inflictam esse homini in pœnam peccati. Statim enim consummato peccato, addictus fuit primus homo huic pœnę, quando ei dictum est. Puluis es, & in pulue- Gen.
rem reuerteris. Perinde valēt hæc verba, ac si ei dictum esset. Hæc pœna tuo respondebit peccato propter quod morieris. Iam ergo apparet nexus ad superiora. Verum quia aliquis dicere poterat peccatum non semper fuisse in mun-

mundo, cum nec lex semper fuerit in mundo: occurrit huic cauſioni dicens peccatum fuiſſe etiam ante legem, tametſi non imputaretur. Fuit enim à principio mundi. Non enim incepit quãdo Moſes incepit dare legem. An te iſtum ſtarum legis iã erat. v. g. in ſtatu naturæ qui fuit prior ſtatu legis Moſeos. Dicis forte: Moſes tradidit hoc peccatum hominis & ante illum nullus alius publicauit, ſaltim publice. Fatendum eſt iſtud: ſed ex hoc non conſequitur fuiſſe Moſen inuentorem illius peccati. Non finxit ipſe, ſed iam inuenit ſparſum & diffuſum per totum mundum. Declarauit Moyſes peccatum imputatum fuiſſe ante legẽ mortu, & iam regnaſſe mortem antequam eſſet lex. Igitur per peccatum mors ingreſſa eſt in hunc mundum.

Habita recta ſerie textuum, accedere oportet ad ipſa verba textus explanda. Dicit ergo.

Vſque ad leg. n. &c.

DE qua lege hic ſit ſermo non eſt unus conſenſus interpretum. Quidam legis nomine naturalem legem intelligunt. Alij officium & vſum rationis, vt Origenes, qui vult, vſque ad legem, idem pollere quod vſque ad rationis vſum. Ante talem autem vſum nemini imputatur peccatum. Quod tantum verum exiſtimamus, ſi ſermo ſit de peccato actuali: ſi vero de Originali, ſec⁹. Infans vnius diei ab iſto nõ eſt mundus. Alij, nẽpe Auguſt. & Chryſoſt. iſtud ad vtramque legem, videlicet naturalem & ſcriptam referunt: nam in vtraque ſiue ſub vtraque peccatum fuit in mundo, quoniam à neutra lege oboleri potuit. Reliqui legis appellatione Euangelicam intelligivolunt. Siquidem peccatum axacte abolitum & extirpatum non fuit ante aduentum eius, ſic quod remiſſis peccatis, aditus pateret ad vitam ęternam. Sed pace & bona venia tantorum virorum dixerimus, hę explanationes licet acute ſint excogitatę: tamen à germana Pauli mente alienæ eſſe videntur. Proinde nomine legis aliam nõ debemus hoc loco intelligere quam Moſayca. De peccato enim loquitur hic Apoſt. pro eo tempore quo lex Moſayca non erat, ſed tantum naturalis, poſtea loquuturus de peccato ſub illa lege ſcripta. Dicit itaque: Vſque ad legẽ enim pecc. erat in mun. hoc eſt, ante legem Moyſi. Q. d. Non incepit ſimul cũ lege Moyſi: ſed prius fuit peccatum in mundo quam eſſet lex ſcripta. Patet. Lex naturę fuit prior lege ſcripta, peccatum fuit in lege naturæ: igitur priuſquam lex Moſeos. Minoris propoſitionis teſtes ſunt Cain & alij qui in illo ſtatu peccauerunt & mortui ſunt. Vnde patet quod peccatum in nullo ſtatu fuit, in quo non ſit illud ſequuta mors: nec è contra, vnquam fuit mors quin fuerit peccatum. Vnũ tantum ſtatum ſperamus in quo nec peccatum nec mors erunt, ad quem perduxit nos Chriſtus benedictus per ſuam mortem. Præceſſit igitur peccatum tempore Moſayeam legẽ: & hoc eſt quod dicit vſque ad legẽ fuiſſe peccatum in mundo. In ſtatu legis naturalis vtrunque peccatum erat & actuale & originale. Quomodo autem remittebantur non eſt præſentis loci & temporis. Tantum intendit Apo. probare fuiſſe & non aliud nunc. In illo autem ſtatu eſſe originale omnino ignotũ & ignoratum non eſt credibile. Nam ſi Deus prouidit illi ſtatui de remedio cõtra peccatum originale, non eſt verò ſimile eſſe prorſus ignotum morbum, vbi parata erat medicina. Aliquorum ſententia eſt quod communiter non cognoſcebatur ab omnibus, ſed tantũ reuelatum fuiſſe aliquibus patribus: quam reuelationem vel Deo vel Adamo tribuunt. Quidquid ſit hoc certũ eſt peccatum fuiſſe in illo ſtatu.

Confule D. Tho & reliquos theolo.

Porro particulam excluſiuam, vſque qui-

quidam intelligunt (vt illorum vocabulo vtamur) terminatiue: hoc est, vsq. ad terminū legis Moysi, qui terminus fuit Iesus Christus finis legis. Alij vero vsurpant exclusiue, hoc est, excludēdo legem Moysi. Et hoc credimus affine magis esse Apostolicæ menti & sensui: qui hoc loco loquebatur de peccato tantum infra statum legis naturalis excludendo legem scriptam. Vnde in hac consideratione obuiam iuit illis, qui poterant obijcere ei peccatum nō fuisse in statu naturæ, & per consequēs non fuisse causam mortis; quia vbi nō est lex nec præuaricatio: & cum tunc non esset præuaricatio non poterat esse peccatū: soluit Pau. dicēs quod licet nō esset in reputatione & æstimatione, hominū nihilominꝰ tam ē erat in Dei reputatione. Nonne reputauit Deus fratricidium Caim, quando dixit Vbi est Abel frater tuus? Sed rogas nos forte acute lector dicens: Quare Apostolus exclusit statum legis scripiæ? Respōdemus breuiter quia de statu peccati sub lege scripta iam Apostolus erat statim loquuturus inferius. Gradatim voluit Apost. agere de cognitione peccati: & quia in veteri lege fuit maior & plenior cognitio, ideo prius egit de statu peccati & mortis sub lege naturæ, & postea de eius statu sub Mosayca lege. Quanta autem curam habuerit Deus de paruulis in lege scripta & quo modo prouiderit eis de remedio, videre licet Leuit. 12. vbi præcipiuntur fieri certæ ceremoniæ in pueris nouiter & recenter natis. Dicitur siquidem ibi: Cumque expleti fuerunt dies purificationis suæ siue pro filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum & pullum columbæ, siue turturē pro peccato, scilicet, originali. Sic enim exponit hunc locum B. Augustinus.

Leuit. 12.

Lib. de quæst. super Leuit. cap. 4. tom. 4.

Sequitur.

Pecc. au. nō impu. cum lex non esset.

QVandam obiectionem diluit hic Apost. quæ formari poterat contra proxime dicta verba. Affirmauit Pau. peccatum fuisse in mundo ante quam lex esset. Potest nunc aliquis insurgere dicens, Peccatum non puniebatur, imo nec cognoscebatur, quia non erat id per quod cognoscitur, nimirum ipsa Mosayca lex. Quomodo igitur ru Paule dicis fuisse ante legem? Respondet Apost. dicens verum esse, quod quantum ad imputationem, peccatum non erat. Iam hic locus iure à nobis, qui officio interpretis fūgimur, requirit, vt dicamus quid sibi velit verbum, imputabatur, & quid peccati appellatione intelligere debeamus. His duobus exaratis hic Pauli textus restabit perspicuus & declaratus. Dicamus ergo prius quod est istud peccatum quod appellat non imputatum. Duobus itaque modis potest dici peccatū non imputatum: primo modo quod non est punitum. Peccat quis furans, vel homicidium parrans, videt iudex, dissimulat nec punit, hoc peccatum dicitur non imputatum. Alio modo dicitur peccatum non imputatum, quando est iam remissum & condonatum: Hoc modo regius Propheta dicebat Beatus vir cui nō imputabit dominus peccatum. Hoc est, cui dominus remisit peccatum. Hoc secundo modo nō vsurpat Apost. verbum imputare, sed primo modo: videlicet pro eo quod est peccatum esse parratum, & commissum, & non esse declaratum iudicio & punitione dignum. Sed interim rogas, de quo peccato loquitur Apost. de originali aut de actuali? Quod est hoc peccatum quod dicit ante legem non fuisse imputatum actuale, vel rantum originale? Inter interpretes, veteres potissimè digladiatio est, de quo peccato sit sermo. Alij de originali quod à patre nostro Adamo hæreditamus, alij de actualibus peccatis, quę homines commiserunt contra ius naturę, putant esse intelligendum.

Psal. 31.

Nos

Nos priori sentẽtiæ nos subscribimꝰ: tũ quod doctissimi Chryso. sit, tũ etiãquia textui est magis germana. Paulò .n. antea loquutus fuerat Apo. de originali quod dixerat intrasse in mũdũ per vnũ hominẽ: in eodẽ peccato pseuerat nũc dicẽs: dẽ fuisse p quod mors regnauit in mũdo. Quare p certo credendũ est Pau. loquutũ fuisse de peccato originali: de quo optime cõclusit fuisse ante legẽ, quoniã non est ortũ ex lege, sed ex Adamo venit. Sed animaduertere oportet hic diligẽter, ne decipiaris, quod, peccatũ ante legẽ non fuisse imputatũ, bifariã intelligi valet, scilicet, à Deo, vel ab hominibus. Multa mala sunt quæ mũdi homines eorũ patratoribus nõ imputãt, habẽtur .n. pro non malis: cũ reuera sint mala. Heu quã pauci reputãtur à mũdanis peccata venialia & multę vanitates hoc nostro tẽpore: curare cutim, splẽdide & laute comedere, bibere: indui vanis & prẽciosis vestibus, iocari passim & cachinnare, scurrã agere, die toto ludere, ociosũ manere, verba turpia & vana proferre, cũ impudicis mulieribus cõuersari, hæc & alia multa similia quis imputat militibus & adolescentibus? Quis non dicit licere illis? Quis de his accusat illos? Tantũ abest vt accusent vt non desint multi qui horũ partes defendere conẽtur dicẽtes, isthęc permittẽda esse iuuenibus p ętate illa. Hæc peccata quidẽ si ab hominibus nõ imputantur à Deo tamen quiexigere debet rationẽ de omni verbo otioso, imputãtur. Quando igitur Apo. dicit, sed peccatũ nõ imputabatur: de imputatione hominũ intelligẽdũ est, nõ de imputatione Dei. Apud Deũ tẽper imputatur peccatũ: nõ tãquã mox puniẽdũ vt cõmissũ est, sed tamquã suo tẽpore iudicãdũ & puniendũ. Ipse n. dicebat. Ego cũ accepero tẽpus iustitias iudicabo.

Psal. 74. Hoc autẽ tẽpus fuit quãdo hominibus data fuit lex: nã antea homines non exactam & legitimã attingebant peccati naturã & rationẽ & maxime peccati originalis. Cuius natura nõ agnoscebatur lumine naturali, sed tantum quadã reuelatione patribus aliquibus facta. Si autem cũ Beati Ambrosij hunc Pauli textum extendere audemus ad peccata etiam actualia: dicere possumus quod de peccatis actualibus homines quędam imputabant, quædam vero nõ. Furtum, adulterium, homicidium & alia similia imputabantur: simplex fornicatio, oscula, tactus impudici & huius generis alia nõ reputabãtur peccata. Quod si requiras, cur illa, & nõ ista. In prõptu est ratio diuersitatis, quoniã scilicet illa priora crimina pacẽ & quietũ Ilatũ recip. perturbãt, hęc autẽ posteriora minime, Et hoc tẽpore multi sunt simplices, qui credũt simplicẽ fornicationẽ nõ esse lethale crimẽ. Dicũt nãq. nulli ibi fieri iniuriã quãdo soluta alteri sui copiã facit. Sed nũc qui talia credũt & fatur, anathematis sentẽtia mẽrito feriuntur. Dicamus ergo quod iuxta cõgnitionẽ peccati erat maior vel minor imputatio. Cum igitur in lege scripta plenior facta fuerit peccati cognitio quã antea, sic maior imputatio fuit sub lege Moseos quã ante. Vnde inferius dicturus est Apo. Peccatũ nõ cognoui, nisi p legẽ: Qui locꝰ illic explanabitur fusius. Sed audiamꝰ quam assignat Apo. rationẽ, quare ante scriptam legem peccatum non imputabatur. Cum lex inquit, nõ esset. Existimat Apost. non esse imputandum peccatum lege non existente quæ phibebat illud. Ad hoc alluserat supra dicens, non esse prævaricationẽ vbi non est lex. Insurgis tu modo, igitur ante legem peccatum imputari poterat, erat namque lex naturæ quæ docet malum fugiendũ, bonum vero prosequendum. Nõne superius Pau. dixit eos qui legem scriptam non habebãt naturaliter ea quæ sunt legis facere? Et rursꝰ, qui sine lege, inquit, peccauerunt, sine lege peribunt. Igitur hæc ratio quã hic assignat Apost. infirma, imbecillis & inualida est. Nõ cõcludit

Cap 7.

Vu vali-

valide propositum, scilicet non fuisse imputatum peccatum eo quod lex nō existeret. Respondemus sic. Renera hoc argumentum cogit nos, vt dicamus in præsentiarum Apostolum tantum dedisse nomen legis ipsi legi Moysi & non alteri: naturalem autem non reputauit hic legem esse, licet alibi sub nomine legis amplexus fuerit tam naturalem quam scriptam. Quando & quoties legem gratiæ contraponit legi, legis nomine vtramque inuoluit: quando vero de statu peccati Apost. loquitur, legē naturę à lege scripturæ dissoluit & separat. Et ideo cum res sic se habeat, recte colligit Apost. peccatū nō imputari cū lex nō esset: lex, inquā, scripta. Vel alio modo respōdere possumus dicētes, quod licet in lege naturę esset peccatum & imputari posset: hoc tamē non competebat de per se illi legi, sicut legi scriptę, quā data opera Deus dedit ad cognoscendū peccatū & imputandū. Lex autē naturę nō tā á proposito data fuit ad hunc finē. Et ideo Apo. imputationem peccati attribuit legi scriptę, nō autē legi naturali. Et hanc nostrā dissolutionem argumētū (absit iactantia verbo) existimamus multo esse aptiorē. Possemus & tertio alio pacto istum dissoluere nodum dicentes, quod peccatū in mūdo fuit & ante & post legē, sed nō ita manifesto cognoscebatur ante legē scriptā, sicut ipsa posita. Hęc. n. fuit nuncia quę in sui principio peccatum primi parētis ppalauit, vt in sacra pagina intueri omnibus licet. Vnde data scriptura nemo erat qui prętēdere posset peccati ignorantiā. In lege autem naturę notitia & cognitio peccati primi hominis valde modica & imperfecta erat, & apud paucissimos manifestū tale peccatum. Et forte à paucioribus cognoscebatur quod mors (quā passim cernebāt duo rare mortales) esset pœna illi⁹ peccati. Et ideo in ea ætate nō dicebatur imputari peccatū nec mors peccato. Neq. obstat quod De⁹ ante legē scriptā nescio qnas fecerit vindictas peccatorū: diluuiū videlicet in mūdū mittēs & Sodomitas igne de cęlo eremans: hoc in quā nō obstat, quia in his vindictis nō punituit De⁹ peccatū originis, sed nefāda peccata actualia. Adde tu etiā quod illa Dei tā dura punitionō adhęsit hominū memorię indelebiliter: cito. n. deleta fuit ab hominū memoria, & homines ad peccata reuersi. Quod si dicas, Data lege Moysi & promulgata, non defuerunt qui peccabāt: imo forte nō dfuerūt quidā insani & insipiētes qui nō reputabāt peccatū: respōdemus, & primo d insipiētibus quod d illis nulla debet esse nobis cura: nā illorū quidā dixit nō esse Deū; Quid igitur mirū si huius farinæ homines peccata reputēt nō esse peccata? Quod antē data & promulgata lege nihilominus fuerint peccata & peccatores, hoc nō est mirū, quoniā nec naturalis lex nec scripta sic præualere cōtra peccatū potuit vt omnino illud in exiliū mitteret. Nec ob id mnneris, data fuit sed ad ostēdendū peccatū & dignū esse punitione & morte tam quā pęna propria. Vnde fortassis Deus in lege Moysi tot pęnas apposuit & tā frequēter minat mortē: vt homines intelligerent peccatū dignū esse pęna & nō quauis, sed pœna mortis. Durius n. punitur peccatū in lege scripta, quā in alijs legibus. Propter quod Deus qui summe clemens est, in ea lege appellatus fuit Deus vltionum.

Ex ijs quæ dixim⁹ (vt nosipsos colligam⁹) ostēsa est distātia inter legē naturę & legē scriptā: & etiā cōueniētia in existētia peccati. Cōuenientia n. fuit quia in vtraque extitit semper peccatum & mors eius pœna. In punitione factum est discerniculum: in lege naturæ non erat imputatio peccati ab hominibus etsi à Deo, in lege autem scripta tā a Deo quam ab hominibus & peccatum & mors imputabantur. Sed iam videmus peritum lectorē nos interrogantem, quorsum quidē Apo. proposuit in hac sua epistola & peccatum

Bina inuentio humana & diuina.

catum primi parentis & varios peccati ſtatus? Nonne cõtentus eſſe debebat in vno nẽpe priore? Quid op' fuit oſtẽdere diuerſos peccati ſtatus? R. Iã ſæpe dictũ eſt & ſæpius repetere nõ erubeſcimus, nihil ſcilicet in Paulo citra cauſã & rationẽ eſſe poſitũ. In præſenti autẽ Duplex cauſa fuit: altera vt per hos ſtatus notũ fiat nos nedum à peccato, ſed etiã ab ipſa exuperãtia peccati, quę fuit ſub lege, fuiſſe liberatos. Secunda cauſa fuit vt hinc nãciſceretur occaſionẽ Apoſt. docendi nos quod quemadmodũ gratia Chriſti nos liberos effecit ab ipſa abundantia peccati: itanos eximit & liberauit à iugo legis, quod eſt occaſio quod augeatur peccatũ. Propter has duas rationes fecit iſtud Apo.

Sequitur.

Sed regnauit mors ab Adã vſq. ad Moysẽ: etiã in eos qui non peccauerũt in ſimilitudinẽ præuaricationis Adæ qui eſt forma futuri,

DE duobus mentionẽ cũ feciſſet ſuperius Apo. nimirũ peccato & morte, dixiſſet q. alterũ nẽpe peccatum cauſã fuiſſe mortis: poſtquam igitur dixit peccatũ anteſcriptã legẽ fuiſſe, ſermonem habet de ipſa morte quæ cõcomitata eſt peccatũ à tẽpore Adæ vſq. ad Moyſen. & primũ quod de ea dicit eſt eã videlicet regnaſſe, habuiſſeq. regnũ & imperiũ. Sed dicis. Quorsũ iſtud dicit Apoſtolus? R. Ne putaret aliquis peccatũ illud omnino nõ fuiſſe imputatũ. Hic textus tẽperamentũ & moderatio ſuperioris eſt: ideoſubiũxit quod regnauit mors, illa nimirum quæ venerat ab illo peccato. Hæc regnauit toto illo ſpacio tẽporis quod fuit ab Adamo vſq. ad Moſẽ. Nõ igitur peccatũ penitus mãſit inultũ, iã erat vltio & vindicta. Nõ dicit Apo. mortẽ in mũdo fuiſſe, ſed regnaſſe. Emphaſis eſt in verbo regnauit. Nõ tantũ eſt eſſe, ſed cũ dominio & imperio. Qui dominãtur alijs ſuã poteſtatẽ, & etiã vi exercẽt in illos: cui poteſtati velint, nolintq. ſubditi parere cogũntur. Mortis autẽ regnũ durauit vſq. ad Moſen qui per legis traditionẽ mortis ſuſtulit regnũ. O hominis potentiam, o vires plus quã humanas, quæ tantũ tyrannũ à mũdo fugare potuerunt. Ipſa n. mors, vſurpato regno, tyrannice regnauit ab Adã vſq. ad Moyſen. Sed quo pacto occupauit mundi regnũ? Quomodo tã potens fuit? quibus militibus occupauit. Nõ armis, ſed aſtu & dolo more pertuſſimorũ latronũ qui cũ accedũt ad domũ aliquã depredandã, videtes oſtium occluſum vndequaq. hac aſtutia vtuntur vt per feneſtriulã paruã vel paruũ foramen per quod magn' latro ingredi nequit trãſmittant puerũ latrũculum qui ingredi poteſt vt ingreſſus domũ oſtiũ aperiat. Hoc aſtu & hac fraude vſa eſt mors quando mundũ inuadere voluit. Ipſa nõ eſt ingreſſa primũ, quoniã nec poterat: tranſmiſit peccatũ quaſi latrunculũ quod aperuit oſtium morti. Hac n. analogia vſus eſt Apo. quãdo dixit mortẽ ingreſſã fore in mundũ per peccatũ. Sic ingreſſa eſt tyrannica mors in homines. Ingreſſa vero regnauit ab Adam vſque ad Moſen. Morte igitur ſic regnãte, Deus qui legitimus rex mũdi erat, videſ mundũ occupatũ à tyranni ca morte decreuit eã profligare, ſicq. miſit ſtrenuũ ducẽ ſuum, Moyſen ſcilicet qui occupatos ab hoc tyrãno ad iura veri regis eos reuocaret, legeſq. illis ſubminiſtraret, quo miſeri homines parte ex aliqua liberi eſſẽt à regno mortis & peccati. Et cũ magna eſſet peccati & mortis vis vt legis vires ſuperaret; dedit De' legi tãquã manus adiutrices ipſos Prophetas qui legi opẽ ferrent. Qui Prophetę contẽplãtes partim potentiã tyrãni & partim vires ſuas impares: verũ regẽ ac mũdi dominũ in cœlo agentẽ ſuos nũcios miſerũt ad illũ, vt ipſe perſonaliter veniret ad de bellandũ vincẽdum q. tã potentẽ tyrannũ, qui in

iusto titulo detinebat eius castrũ. Rogãtibus ergo istis & assiduis, importunisq. precibus vrgẽtibus, quãdo venit plenitudo tẽporis, venit princeps noster carne nostrã indut⁹, velut alter Dauid pugnatur cũ⁹ Goliat fortissimo. Visus est morti ante tẽpus ad duel'ũ aduenisse. Amplius regnare putabat, sed sua spes frustrata est. Sic & principes mortis ipsi Christo dixerũt: Quid tibi & nobis Iesu fili Dei? venisti huc ante tẽpus torquere nos. Sic nescia mors secundũ suã opinionẽ nõ existimabat suũ regnũ tãcito auferẽdum. Sicq. omnes alios homines prẽter Christũ tapere cupiebat: Christi autẽ mortẽ nõ optabat, sciens quod Christi morte ipsa prtuãda erat suo dñio. Dixerat nãq⁹ Christi mors ipsi morit. O mors, ero mors tua. Si regnasti ab Adã vsq; ad Mosẽ iã ampli⁹ nõ regnabis: ille vitę auctor auferet a te regnũ. Interim tamẽ lex vicunq. hanc mortis tyrannidem repressit quia totã pessundare non poterat. Nam ex toto nõ fuit deuicta donec venit Christ⁹ Iesus, qui soluit prætiũ patri æterno nõ pro se, sed pro omnibus qui captiui tenebantur. De eo scriptum: Tu quoq. in sanguine testamẽti emisisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua.

Matt. 8.

Ose. 13.

Cæterũ cũ varius sit mortis significatus, tractatores huius loci varij sũt alter cãtes de qua morte prẽsẽs sit intelligẽdus locus. Sũt qui volũt Pau. loqui de morte spirituali quæ nihil vel patũ discriminatur ab ipso peccato. Mors existimata est regnare eo quod regnabat peccatũ. Nam ante legẽ datã homines nõ reputabãt peccatũ tãquã Dei offensiuum. Vnde accepta omni licentia & perfricata frõte, sese præcipites in peccata dabãt. Nõ n. existimabãt homines peccata puniẽda esse a Deo & ideo securi⁹ peccabãt. Et si ad hac morte loquatur Pau. (quod nõ credimus) sensus esset regnauit mors culpę, hoc est peccatũ. Hũc nõ esse à Pau. intentũ sensũ ex eo credimus, quod Pau. duo fecit distincta ista, peccatũ videlicet, & mortẽ, sicut causã & effectũ. Alij vero referũt hoc ad mortẽ temporalẽ quæ naturæ cõmunis est. Omnes n. tã qui fuerũt ante legẽ quã qui eã sunt sequuti moriebãtur. Sed dices forte, & nũc etiã post Christi aduẽtum moriuntur. Verũ est, sed nunc homines christiani minus eã timent, quia de resurrectione magnã spem habent, quam resurrectionẽ illi non nouerãt. Accedit huc q̃noq. quod nunc homines qui digni sunt vita ęterna citius connolant ad illam.

Porro de hoc regno mortis quãtũ attinet ad eius durationẽ lis est inter doctos an debeat particula vlq. vsurpari iuclusiue, vel exclusiue, vt dicunt. Sunt qui vnũ, sunt qui aliud affirmant. Abũdet vnusquisque in sentu suo.

Sequitur.

Etiam in eos q. nõ pec. in simil.

EXplorata duratione regni mortis & peccati, nũc aperit latitudinẽ, cõmunitatẽ & extẽsionẽ mortis, quamũ fuerit effusa. Sed obijcis dicens, Quid istud dicere opus fuit? Nũquid iã Apo. dixerat supra, mortẽ pertrãsisse in omnes homines, & in illos sparsã fuisse absq. alicuius exẽptione? Resp. insequentes communem modum dicendi interpretum in hoc loco dicentium, Apo. addidisse hęc verba propter paruulos qui nõ peccauerũt propria voluntate, hoc est, actuali peccato sicut peccauit Adã & nos peccam⁹. Sed est hic dubiũ lõge mat⁹ & dissolutione difficil⁹ videlicet an in hoc textu vulgata editio sit fida & fidelis. Facit dubium authoritas Beati Ambrosij tanti doctoris, qui existimat depraua tam esse hanc lectionem. Audacter enim ac confidenter asseuerat, negationem esse appositam ab aliquibus, qui assueti sunt corrumpere scripturas ad sua dogmata stabiliẽda. Nam in antiquissimis exemplaribus non

bus non habetur particula, non, quod probat per testes fide dignissimos Tertulianum, Cyprianum & Victorinum. Cæterum cum tam græca quam latina exemplaria, quæ extant nunc, habeant dictionem, non, æquum non iudicamus eam expungendam à vulgata editione nostra. Sed vt beati Ambrosij lectioni deferamus, non erit inconueniens (cum etiam Origenes idem sentiat) in hoc textu formare duplicē lectionem, præferentes tamen vulgatam quæ magis fauet doctrinæ Eccle. sic de peccato originali, quæ inuoluit quoque pueros qui alias peccata cōmissionis nulla perpetrarunt: & hæc lectio magis quadrat. Nam Paulus exaggerando hoc dixit: quæ exaggeratio non quadrat nisi appōsita negatione. Quid enim mirum quod regnaret mors in illos qui peccata actualia cōmiserant sequentes primum parentē in peccando? Nam de iis vere dici posset, ipsi transgressi sunt pactum sicut Adam. At vero permultum exaggeratur peccatum originale, quod etiā illos qui pro ætate peccare non potuerūt, adhuc cōprehēdat sicut eos qui actualiter peccauerunt. Isti igitur qui ætatē peccādi nō habēt sunt, qui nō peccauerūt in similitudinē præuaricationis Adę.

Peccatū puerorū nō fuit simile peccato Adæ: quoniam peccatū puerorū est originale: peccatū vero Adę in eo est actuale & sic nō fuit simile. Vel alio modo, dicūt aliqui q̄ est dissimile quod in Adamo fuit proprie peccatū, in paruulis vero nō est proprie peccatū, sed secundū quod pueri virtute erāt in Adamo quādo peccauit ipse. Et quia ab illo descēderunt p seminalē rationē, sicut sūt ei similes in natura corrupta, ita & in præuaricatione per quam tota natura fuit corrupta. Præuaricatio autē Adę grauior fuit quę totam naturā vitiauit. Vnde licet peccatū originale deleatur in filijs per susceptionem baptismi, vt autē vitiauit totā naturam nō deletur. Alio qui semel deletū in vno nō remaneret in alio. Et sic pater qui iā esset mūdatus à peccato originali, nō generaret filiū cum tali labe & macula. Vnde certo credendum est, patrē Christiānū generare etiā prolem suam in peccato originali: qui nō generat vt filius Dei est, sed generat tam quā filius Adami. Donec. n. viuimus filij Adæ & Euæ sumus exules in hac lacrymarū valle. Sed quid dicem⁹ de multis adultis qui dum viuerēt non peccauerunt mortaliter? quomodo regnauit in eos mors? Respondemus idē esse iudiciū de istis & de pueris. Ethic locus quadrat & posit⁹ est etiā propter istos sicut propter pueros. Isti nō peccauerūt nisi originaliter & venialiter: a quo neminē excusat Ioan. dicēs. Si dixerimus quia peccatum nō habemus: ipsi nos seducimus & veritas in nobis nō est. Propter autē peccatum veniale nō dicitur regnare mors, sed ꝓpter originale & mortale. 1. Ioan. 1

Ex hoc textu facile destruuntur multi errores: & primo destruitur eorum qui negant in pueris esse peccatum originale. Secus non regnasset in eos mors. Secundo illorum qui putabant peccatum originale non esse dignum punitione & morte. Tertio destruitur etiam & conuincitur illorum error qui dicebant Apostolum loqui de peccato per imitationē. Quomodo pueri infantes, & iusti qui nō peccauerūt mortaliter imitati sunt Adamū? Illi nō poterāt, & isti nolebāt illū imitari: in vtroq. tamē trāsfusum est Adami peccatū, & per cōsequēs obnoxij morti vtrique sunt. Ista duo genera hominū fuerūt Adamo per propagationē, non autem imitatione. Demū qui curiosi sunt vatiarū lectionū, aduertāt codices græcos. Nā apud quædā exēplaria hic textus legi solet absq. particula, non, & absque dictione, etiā: sed nobis magis sequenda est nostra vulgata quæ recipit has duas particulas, ex quib⁹ magis cōstat Pau. argumētū hoc loco esse a minori ad maiꝰ. Q. d. Si regnauit mors in ijs qui non peccauerūt

Nota

mortaliter: igit multo magis in omnes alios. Minus n. videbatur quod mors regnaret in illos, qui similes tantum fuerūt peccato Adami propagatione, non etiam imitatione.

Qui est for. fuit.

DVos depingit hic Apo. Adamos & alterū dicit alterius esse formā & exēplar. Sed quis est futurus Adā? an aliū speramus? Nō sunt nisi duo Adami, alter est primus homo de terra terrenus, alter vero est Christus homo de cœlo cœlestis. Sed dicis hic, quādo Pau. hęc verba protulit, secūdus Adamus nēpe Christus iā erat præteritus & non futurus. Plane fatemur: sed non appellauit Apo. illū futurū p respectū ad tempus quo hæc verba proferebātur, sed respectu illius tēporis quo primus parēs erat in mūdo. Tūc Christus futurus erat secūdus Adā: & ille erat typus & figura secūdi Adami. Quādo n. aliqua duo inter sese similitudinē habēt, vnus benè potest dici & esse figura & typus alterius. Sed quomodo in proposito sit istud, cū inter primū & secūdū Adamū magna sit distātia & in multis ingēs discretio? R. in primo Adamo reperiri aliquid vel aliqua similia cū secūdo & nō nulla dissimilia, ex quibus conflari potest admirabilis & illustris antithesis inter hos duos Adamos. Sed similia dicere incipiamus (nā d dissimilitudine lōgū habet Apo. sermonē in textu). Primo. Secūdus ergo Adamus similis est primo in eo quod quemadmodū ille formatus fuit de terra absq. opere humano: sic secūdus, Christus scilicet, de beatissima virgine Maria. Secūda similitudo est quod sicut ille fuit caput, prīcipiū & origo omniū hominū secūdū carnē: sic quoq. Christus radix & principiū secundū fidē. Tertia quod sicut Adamus ille fuit author prævaricationis & corruptionis totius humanę naturæ: sic Christus secundus Adamus fons & author reparationis. Quarta sicut ex Adamo illo educta est costula ex quā formata fuit Æua: sic de Christi latere orta est Ecclesia: de quo latere fluxerunt sanguis & aqua, & ipsa quoque Ecclesię sacramenta per quæ salua facta est Ecclesia. Non sicut in arca Noe vbi paucæ saluę factæ sunt animæ hoc est, octo tantum. In Ecclesia autem octo pluſquam mille factę saluę sunt animæ. Hæc similia annexa habent alia dissimilia. Prima dissimilitudo per illum venit ad nos peccatū & mors: p secūdū gratia & vita. Deinde ille nocuit ipsis etiam infantibus qui ob ętatem peccare nequibant: secundus profuit non solum infantibus, verum etiam adultis peccatoribus. Tertio sicut per illum omnes nascimur filij iræ: sic per istum renascimur filij Dei. Quid plura? qui plura cupit, legat Paulum primo Corinthiorum cap 15. Obseruet interea diligens lector quomodo in sacris literis malum potest esse figura boni: & potissime quando est aliqua similitudo aut in causando, aut in effectu: & etiam quādo illud quod est malum aliquando fuit bonum. Exempla sunt nobis Salomon & Samson qui fuerunt Christi figura: quorum alter in senectute sua prauum habuit animum: alter vero infœlici morte vitam finiuit.

Ex hoc textu diligens lector hæc sex colligat á verbo, vſque ad legem ad vltima vſque verba, scilicet, qui est forma futuri. Primo tempus & existentiam peccati in illis verbis: vſque ad legem enim peccatum erat in mundo. Secundo ignorantiam peccati, ibi, Peccatum autem non imputabatur. Tertio causam huius ignorantię, cum lex non esset. Quarto conditionē ibi, sed regnauit mors. Quinto tempus regnādi ab Adā vſque ad Moysen. Sexto extensionē peccati & mortis: ibi, etiā in eos qui nō peccāsimi. prę. Ex ijs constatus est status peccati & mortis. Et si huic statui volumus statum gratiæ & vitæ con-

trapo-

traponere, sic dicere debemus. Tēpus & existētia gratiæ vsq. ad legē & in ea erat gratia Christi in mūdo. Secundo ignorātia huius gratiæ, quę velata fuit gestis Prophetarū, & per legem non fuit agnita. Tertio causa huius ignorationis erat quia nondum apparuerat Christ⁹ gratię auctor & annunciator. Gratia per Iesum Christum facta est. Quarto actio quando vita regnauit & operata est salutem. Quinto tempus huius operationis ab Adam vsque ad Mosen & vltra. Sexto extensio vsque ad illos qui non sunt iustificati in simi litudinę pœnitentiæ.

Sequitur.

Sed non sicut delictum ita & donum. &c.

HÆc est tertia pars huius cap. secundum illos qui capita in partes principales distribuerunt: in qua excellentiam gratię Christi amplificat & extollit. Ordo congruus sane est. Nā post quā Apo. referauit beneficia quę per fidē recepimus, cōmendantq. charitatē Dei erga nos, & deinde naturā peccati originalis & eius extēsionem exposuit maxime exagerās & pōderans detrimētā & mala illius quę patimur: postremo loco ratio exigebat vt nos doceret quāta esset exuberantia & copia gratiæ Christi. Et hoc fecit vt cognoscerem⁹ quāto potētior fuerit secūdus Adam⁹ Chīus in reparando, quā fuerit primus in destruēdo. Quare mox subiūxit: Nō sicut delictū ita & donū. Per quę verba nos intelligere vult, quod si Adam fuit forma & typ⁹ Christi, nō tamē in omnibus inter eos esse cōuenientiā. Inter figurā & figuratū. Siquidē nō tantū nocuit primus, sicut profuit secundus.

Porro licet hic Pau. locus in verbis & scriptura breuis sit, doctrina tamē sensu & mysterio plenus est: & forte quo breuior. eo difficilior. In comparatione positus est. Comparatio autem iure exposcit vtriusq. rei cōparatæ pōderationē. Cōparatæ res sūt, primi parētis delictū, & ex alia parte donū siue gratia Christi. Præmiserat Apo. similitudinē inter primū & secūdum Adamū dicēs, quod per peccatum primi Adami mors ingressa fuerat in mundū in quo regnauit ab Adā vsque ad Moysen: sic ex iustitia secūdi Adami vita gratiæ ingressa est in hunc mundum & regnauit. Ex hoc poterat aliquis obijcere dicēs inter istos duos Adamos maximā esse identitatem. Comparatio siquidē in identitate & diuersitate posita est: & quæ omnino sunt idem incomparabilia sunt, sicut quę prorsus sunt diuersa. Idemutatem declarauerat Apost. per illam similitudinem: restabat nunc vt diuersitatem & differentiam ostenderet inter istos duos Adamos, quam istis verbis aggreditur dicere.

Sed non sic. delict. ita & do,

EST n. hoc loco aduersatiua particula, sed, docēs nō omni modo identitatē esse inter illos, sed in multis esse diuersos & differentes: quas differentias prosequitur ostendere Pau. in sequēti bus clausulis. In præsenti autem textu docet quod ruina causata à primo homine non est eiusdem efficientię cum reparatione quam fecit secundus homo Christus: quia donū siue gratia superat delictū Adæ & excedit illud. Donum n. Christi immēsum est: pœna autem causata à peccato, quę fuit mors, nō est immēsa sed certa. Hūc excessū gratiæ Dei & Christi agnoscebat Propheta Regius dicēs: Miserere mei Deꝰ secundū magnā misericordiam tuam. Psalm. 15.
Cuius defectum impius & blasphemꝰ Caim Deo tribuit quando dixit: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam mę rear. Mentitus est in caput suum. Gen. 4.

Sed hic locus nobis negociū facessit Prima frōte videtur esse contrariū: nā

plures sunt qui damnantur, quam qui salui fiunt. Quomodo igitur non sicut delictum, ita & donum? Ad hoc respõsio esse potest, istud non prouenire ex defectu doni: quod cum tale sit gratis conceditur omnibus. Quod si nõ omnes amplectũtur, illorum culpa fit. Nõ est culpa dantis, sed recipere nolentis. Accedit huc quod delictum vnum fuit, cui omnes addunt alia: hæc autem omnia per vnum donum Dei & Christi cõ donantur. Originale quidem semel, aliavero toties quoties ingemuerit pro eis peccator. Iam ergo patet quod nõ sicut delictum, ita & donum: cuius probationem mox apponit Apo. dicens.

Sequitur.

Si n. vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abũdabit.

Et nõ sicut per vnũ peccatum, ita & donũ &c.

DEclarat Apost. quod donum gratiæ Christi excedat delictum Adæ. Dicit, Si n. vnius delicto multi mor. sunt. Vide lector docte quomodo soli Adamo tribuit peccatum originale. Nam dicit, vnius delicto. Vnius, Adami scilicet. Vnus homo fuit causa. Et peccatũ significat quoque vnum fuisse. Nam non dicit, si enim vnius delictis, sed si enim vnius delicto. Vbi palam insinuat peccatum originale vnum esse & non plura. In Adamo vnum, & in quolibet nostrum quoque vnum numero propter vnitatem subiecti, & in quouis singulari homine. In natura autem absolute considerata vnum secundum speciem. Analogia autem infirmitatis corporalis manuduci possumus ad hoc intelligẽdum. Multæ sunt ægritudines specie differentes quæ emanant à diuersis causis vt optime tradunt medici. Aliæ eueniunt ex superabundanti calore, aliæ ab excessiua frigiditate, aliæ ex læsione pulmonis, aliæ ex nimia cerebri frigidirate, aliæ deniq. ex eo quod iecur vel hepar male habent. Harum autem specierum ægritudinis quælibet in subiecto posita non est nisi vna numero. Cæterum cũ peccatum originale quẽdam ægritudo & corruptio fuerit cuius causa vna fuit (nimirum priuatio iustitiæ originalis) ista vna est specie in tota natura humana, in quolibet vero singulari vna numero.

D. Tho. 1. 2. q. 83. ar. 1.

Analogia pulcherr.

Multi. mor. sunt.

QVid effecerit delictũ vnius hominis, docet hic Pau. Fuit namq. hoc delictum tantæ potentiæ & efficaciæ quod constituit multos mortuos. Quo modo poterat Apost. nos docere clarius mortem causatam fuisse per peccatum primi hominis quam istis verbis? Multos dicit mortuos propter illud peccatum. Sed dicis, Quod sunt isti mortui? Profecto tot quot peccauerunt in illo peccato. Nam peccatum necessario mortem comitem habuit: & multitudinem generis humani secũ traxit. Dicunt aliqui in vocabulo, multos, latere mysterium: Nam, inquiunt, non dixit omnes mortuos esse propter delictum vnius hominis, sed multos, quoniam, inquiunt, Paulus nõ fuit ausus asserere omnes fuisse mortuos per Adamum. Sed cur non est ausus? Respondent, quia forte voluit præseruare beatissimã virginem Mariã. Sed salno omni honore & priuilegio (quod debetur Virgini Marię) hanc fuisse Pauli mentem non est quod credere debeamus, nisi tamen diuinare velimus. Siquidem etiamsi dixisset Apost. per peccatum vnius hominis plures fuisse mortuos, poterat ab his verbis eximi beata Virgo. Et magis miramur quod dicant Apost. non fuisse ausum. Nam antea fuit ausus quando dixit. Per vnũ hominem peccatum in hunc mundũ intra-

intrauit, & per peccatum mors & ita in omnes homines mors pertransijt. Rogamus lectorem, vt attendat si Paulus audet dicere mortem sparsam fuisse in omnes. Quod antea tam palam pronunciauit semel; quare recusare debebat secundo? Non intedit in hoc loco Apost. assignare differentiam & dissimilitudinem in multitudine hominum: sed in virtute, potentia & efficacia inter efficientiam delicti, & efficientiam gratiæ Iesu Christi. Inter efficientiam delicti, & gratiæ est comparatio: dicitque Apost. multo maiorem esse efficaciam & virtutem gratiæ reparatricis, quam fuerit lapsus primi hominis. Maior enim virtus esse dicitur in reparatione vnius rei, quam in compositione ipsius. Et hinc orta est illa doctrina B. Augustini, recepta a patribus in schola, quę docet maius opus esse iustificationem impij, quam sit creatio cæli & terræ, non solum ratione termini, eo quod iustificatio terminetur ad esse spirituale, creatio vero ad esse temporale; sed etiam ratione potentię. Vbi enim maior est difficultas maior exigitur vis & potentia. Difficilius quidem est rem omnino demolitam ad pristinam conditionē & statum reducere, quā eam de nouo fabricare. Quo nomine ipsa iustificatio sortita est inter opera Dei primatū. At quod potētior sit gratia, quam peccatum, nemo est qui nō videat. Ipsa expellit peccatum. Non est igitur delictum vnum vnius hominis potentius, quam sit ipsa reparatrix gratia alterius, videlicet, Iesu Christi. Etiam si rem extendere volumus si comparemus statum gratiæ Euangelicę cum statu iustitię originalis, ille reperietur perfectior, & excellētior, gratia siquidem. Hęc potēs est ad nos conseruandos in bono, stabiliendos, atque confirmandos. Hunc effectum non habebat iustitia originalis: nec largitum est istud primo homini. Si igitur status gratiæ reparatricis superat ipsam iustitiā originalem multo magis excedet statum peccati. Non obstāte igitur quod per delictum sint multi mortui: semper tamen non est tantum delictum quantum est donū.

Multo ma. grā.

MVlto magis, hoc est, multo maiore virtute, potentiaq. gratia Dei & donū, in gratia vnius ho. Iesu Christi in plu. abun. Contra illa duo mala quorum causa fuit primus parens contraponit Apost. duo beneficia, nempe gratiam Dei, & donum. Ille fuit causa peccati, & mortis: Christus gratiæ & doni. Et licet ille duorum nempe peccati & mortis extiterit causa, & iste quoque duorum, nempe, gratiæ & iustificationis: non proinde consequitur primum & secundum Adamum pares esse. Nam (gratia sit Deo) præstantius est donum gratię nobis collatum ad saluandum, quam fuerit Adę delictum ad perdendum. Perdidit iste omnes filios suos eo quod cum illo inobedientes fuere (omnes dicimus, quotquot ratio seminalis eius fecit filios; alios vero si essent minime) at Christi gratia potētior fuit & etiam latior quātum ex parte sua est, Christo enim data est plenitudo gratię, de qua accipere possunt omnes quotquot voluerint. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen illud (in quo oportet nos saluos fieri) saluus erit: & nemo secluditur ab hac salute, nisi ille qui noluerit in Christū credere. Quod si roges de qua Christi gratia nobis sermo sit hic: respondemus audacter dicentes tā de illa quæ nos Deo gratos facit, quam de illa quā schola mærito gratiam vnionis appellat. In Christo vtraque infinita est & immensa tametsi illa quę nos Deo reddit gratos in esse tantum gratiæ, altera vero vtroque modo. Quare bene colligit Apost. dicens. Multo magis gra. Dei & do. in gra. vn. ho. Iesu Christi &c.

Vide D. Tho de gratia christi lib. 3.

Non

Non nos latet ex interpretibus multos esse qui hoc loco differentiæ nihil posuere inter gratiam & donum, dicētes, gratiam & donum perinde valere ac si Apost. dixisset gratuitum donum. Nam Christus nec gratiam vnionis, nec alteram mæriti suffragio est consequutus: sed gratis vtraque sibi collata fuit. Et licet hæc vera sint, tamen nos duo significata esse per hæc verba credimus, vnum per gratiam & aliud per donum: per quę duo (vt ante nos acutissime adnotauit Caiet.) intelligenda veniunt omnia munera & beneficia tam interna, quam externa collata toti generi humano: quæ multo præstantiora sunt quā illa beneficia, quæ Deus contulit homini dum in florido illo esset statu. Et licet qui acceperūt Christi gratiam eam non exceperint cum iustitia originali: tamen maius aliquid in vltimo die se receptures sperant quam fuerit illa iustitia originalis amissa per peccatum primi hominis. Reformabuntur enim corpora nostra configurata claritati corporis Christi, vt dicit Apost. ad Philip. In præsenti autem vita bene nobis est si compatimur Christo, vt postea possimus cum eo conregnare. Istud melius est quam frui illis delitijs paradysi quibus fruebatur homo primus.

D. Th. 1. p.

Cap. 3.

In plu. abun.

Bifariam vsurpari potest verbū, plures: potest enim esse particula cōparationis, & potest accipi non comparatiue. Ex interpretib⁹ multi nos admonuerunt non esse accipiendam cōparatiue. Alij vero, vt Origenes, & Ambrosius non recusarunt asserere accipiendam esse comparatiue dicentes, crimen Adæ diffusum fuisse in multos, Christi autem gratiā in multo plures. Beatus autem Augustinus (quem sequuta est theologorum schola) non vult vt dictio, plures, accipiatur comparatiue sed absolute: & sic intelligit Pauli comparationem istam, scilicet, quod si delictum Adę vagatum est in multos, multo magis gratia Christi abundare potens sit, maxime quantum ad sufficientiam, & non solum quoad numerum personarum vel delictorum. Sed reuera si diligenter Pauli mentem venari volumus, ipse non intendit hic facere comparationem in numero personarum. Optime quippe nouerat ipse multo plures esse qui non sunt fruiti gratia Christi, quā qui ea potiti sunt: Maior numerus est illorum qui non receperunt, quam qui receperūt, Sed sicut iam diximus, comparatio posita est & versatur circa maiorem, vel minorem virtutem & vim: quę virtus & vis pensatur hic non quod pluribus sit applicata gratia, quam peccatum: Bene sciebat Paulus gratiam redemptionis non esse applicādam pluribus, quā peccatum, etsi Christus venerit ipse omnium hominum (nō Angelorum) redemptor. Vnde beato Augustino certissima res est (quem mærito sequutus est beatus Tho. & sui discipuli) Quod si primus homo non peccasset, ne vique verbum diuinum carnem nostrā assumpsisset. Quod si hoc modo à quibusdam non existimetur certum: tamen hoc inficiari nequeunt, videlicet quod modo ipse tantum venerit propter nostram salutem & non Angelorum clamante Ecclesia & dicente, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis.

Porro illa vltima verba ponderanda veniunt, In gratia vnius hominis Iesu Christi, in plures abundabit. Prima fronte redundare videtur altera harū particularum. Satis erat Paulo ostēdere superabundasse gratiam Dei & non opus erat addere superabundasse in gratia vnius hominis Iesu Christi. Tū quod Christus etiam Deus erat: tum etiam quia videtur insinuare non esse sufficientem gratiam Dei, quod dicere blasphemia esset. Respondeo, quod

versa-

versatis in Paulo fuisque epistolis, nihil opus est ad memoriã reducere assuetum Pauli morem, cum loquitur de excellentia gratiæ perpetuo memoriã & mentionem de Christo facere. Nec mirum, quando ipsa gratia & Christo est connaturalis & non nisi per Christum venit ad nos. Præter hoc altior alia causa in hoc loco Paulum mouit adponendum istud: Est autem causa (si non fallimur) ista, quia dixerat gratuito Dei dono nos liberatos à malis, quæ obuenerunt nobis ex peccato Adæ, fuisse ne quisinde ansam sumeret putandi modis omnibus gratis factũ fuisse istud, non intercedente etiam iustitia Christi (qui pro nostris peccatis fuit copiosa satisfactio) ideo mentionem fecit de gratia Christi. Q. d. nos saluos factos fuisse, Deo condonante & Iesu Christo satisfaciente. Et sic ex parte patris æterni gratiosa fuit nostra redemptio, ex parte autem filij soluentis de toto rigore, iustissima redemptio & satisfactio. Vel si magis vis dicas additum esse, in gratia vnius hominis Iesu Christi, quia ipsa gratia Christi nobis meruit tãtam nostri miserabilis casus reparationem.

D. Th. 3. p. q. 1. ar 2.

Cæterum quod dixit Paulus gratiam abundasse, abundantia hoc loco pro exuberantia accipienda est. Abundantia maiorem personarum multitudinem designare videtur: at vberantia denotat maiorem & efficaciorem virtutem & efficaciam. Et in hac exuberãtia facta est collatio & comparatio inter peccatum & gratiam ab ipso Apo. In vigore & virtute est comparatio. Neque insurgat aliquis contra nos dicens, igitur gratia nõ fuit latior & amplior, quam peccatum: quantum spectat ad multitudinẽ? Nam in fine mũdi minor multitudo hominum reperietur habentium gratiam, quam eorũ qui peccauerunt. Inuenientur siquidẽ omnes maculati Adę macula sola vsta (vt pie creditur) excepta Virgine. At hominum non habentium gratiã permagna reperietur multitudo. Inconueniens sane videtur vllo modo dicere, gratiam Dei & Iesu Christi esse angustiorem quam fuerit vnius hominis delictum. Infirmum enim videtur esse illud medicamentum, quod non curat nisi paucos infirmos, maxime quando eodem morbi genere laborãt. Ad hoc dicimus quod quia hęc argumentatio nos cogit aliquid dicere de virtute & excellentia gratię, dicimus plane gratię virtutem tantam esse, vt nedum intentione, verum etiam extensione superet ipsum Adæ delictum. Nam licet hoc effusum sit de facto ad omnes mortales: hoc ideo fuit quia omnes mortales (vt superius diximus) illud voluerunt saltim voluntate interpretativa: at id ipsum fuisset si omnes voluissent gratiã Dei & Christi quæ ad multo plures extendi potest, quam sit extensum peccatum. Nam ad Angelos vsque extendi potest, qui labe peccati originalis immaculabiles sunt. Sed quid ad Angelos recurrimus quos paũlo ante redemptionis Christi fecimus extorres? Veniamus ad homines. Non ne gratia Dei (de Christi autem gratia ante Adę peccatum nihil nunc dicimus) extensa est ad patrem nostrum Adamum & ad eius coniugem & matrem nostram Æuam? & tamẽ isti duo originalis peccati maculam nõ habuerunt. Forte respondebis hoc verum esse in duobus tantum, sed præter illos esse ingentem multitudinem hominũ qui maculati sunt & ad illos non peruenit Christi gratia. Fatemur, sed cedo cuius culpa? an Dei datoris? absit, absit; sed sua ipsorum factum est culpa.

Deniq; vt nil desideres lector candidi de d excellẽtia gratiæ Dei Op. Ma. discutiendus remanet vnus solus scrupus. Est autem talis: Si gratia Dei vincit peccatum debuit restituere homini omnia illa quæ per peccatum fuerunt ablata & deperdita: at qui per peccatum obnoxij facti sumus duplici morti, nempe, spirituali, & corporali: gratia autem

Chri-

Christi licet vitam spiritualem nobis dederit, tamen à temporaria morte nos non liberat, non igitur efficacior fuit Christi gratia, quam peccatum. Ad hoc paucis respondemus dicentes alium fuisse finem in primæua hominis conditione & creatione, & alium in re creatione & reparatione: In illa animus fuit Deo non tantum condere hominem secundum naturam tuam conditionem, sed præter illam multis dotibus supernaturalibus voluit eum ornare: inter quas dotes vna & excellentissima erat ipsum posse non mori, quod proueniebat à iustitia originali, quę erat donum sanans ipsam naturã humanam: ac proinde iure à theologis aliquando adnumeratur inter dona naturalia, interdum vero inter gratuita. Quantum attinet ad immortalitatem nihil refert siue numeres cum natura, siue cum gratia. Naturalis dici potest eo quod data sit simul cum natura: supernaturalis vero, quia non ab internis principijs. Data tamen homini fuit vt remaneret sensualitas subiugo rationis, & ratio lubens Deo pareret, & deniq. vt immortalitate gauderet, Velle autem hic discutere an idem esset cum gratia nec ne, esset præsentis argumenti lineam exilire, & res permiscere, quod vitio haud caret. In præsentiarum nobis satis est dicere, quod Deus habens rationem illius status in nocentiæ, quem maxime decebat procul esse à morte & iuxta conditionẽ illius status ornare hominem immortalitate, voluit illum ornare tali dono. Cęterum postquam homo peccauit, suum statum mutauit in alium, & ideo nil mirum, si mutato statu, mutata est hominis conditio: vt qui prius poterat non mori, postea effectus sit morti obnoxius. Neque obstat quod si consideretur animę nostræ conditio (quę suapte natura est immortalis) condecens erat sortiri tale corpus, qualis erat ipsa anima, nempe immortale & incorruptibile: quia iustum & æquum erat vt homo inobediens & diuini mãdati transgressor experiretur illam pœnam quam Deus illi comminatus est, hęc autem fuit priuatio immortalitatis. Quod eleganter noster Apo. in hoc eódem cap. reseruit dicẽs. Et per peccatum mors. Vnde curet hic adnotare diligens lector quod cum multæ aliæ sint pœnę quas homo per peccatũ incurrit præter mortem, de hac sola fecit Apost. mentionem. Sunt autem pœnæ siue vulnera quæ consequuntur ex peccato (si dochissimo Bedę credamus) quatuor: quas legere potetis apud Lucã in eo. Sic nos quatuor pœnas præter illas assignamus. Prima gratię deperditio & priuatio. Secunda expoliatio iustitię originalis. In corpore duę aliæ: erumnæ, morbi, languores & alij labores per quos corpus affligitur ac molestatur. Sed alia est pœna istis longe maior & crudelior videlicet ipsa mors: & de hac specialem mentionem facere voluit Apost.

Ad rem igitur nostram redeuntes (aliquantulum enim digressi fuimus) dicimus quod quando Christus lapsum & ruinam naturæ humanæ gratia sua ipsa non liberauit nos à morte naturali: nec restituta nobis fuit iustitia originalis, sed restituit nobis ius in gloriam & sempiternam illam vitam, quã per peccatum perdideramus. Et ad hanc solam respectus habitus est in reparatione naturæ. Sed dicis, cur non? Hoc enim requirit argumentum. Nunquid dicimus gratiam validiorem & efficaciorem? Vbi est hæc efficacia? Plane fatemur Christi gratiam non nos reduxisse ad immortalitatem: non propterea tamen hoc aliquid de efficacia & valore gratię Christi detrahit. Sic namque conueniebat statui naturæ lapsę mortalitas, sicut statui naturæ integræ expediebat immortalitas. Quomodo quæso macerari potuisset laboribus, erumnis, vigilijs, & ieiunijs corpus hominis, & pro peccato satisfacere, nisi relictum fuisset in sua naturali conditione se

ne secundum quam mortalis est? Et quomodo agnouisset se in cinerem & puluerem reuersurũ nisi immortalis esset? Bene igitur & cum illo, & nobiscũ hac ratione actum est.

Sequitur.

Et non sic. per vn. pec. ita & don.

POstquam Apost. absoluit primam collationẽ gratiæ & peccati, ad secundam transitum facit. Tres namq. apponit Paulus collationes siue comparationes, quarc, prima absoluta, aggreditur secundam. In illa ostendit nõ adeo efficax fuisse Adę peccatum, cum Dei donum & Christi gratia: nunc in secũda explicat in quo Christi gratia & donum efficacius fuerit ad salutẽ, quã Adę crimen ad nocumentum & perniciem. Est autem differentia siue comparatio posita in hoc, quod peccatum Adæ plurimos perdidit, cum tamen esset tantum vnum: gratia autem Christi nõ ab vno solo peccato nos liberat, sed ab omnibus. Principio pro intelligentia huius secundę collationis, quo germaniori textus habeatur sensus, animaduertere nobis cordi est quod ferme ab omnibus (maximè græce callẽtibus) adnotatum est: videlicet, quod in exemplaribus græcis non est scriptum peccatum, sed loco eius ponitur peccator, sicq. dicitur. Et non sicut per vnum peccatorem, ita & donum. Consule tu erudite lector exemplar græcum. Hæc verba truncata sunt. Nam Apost. voluit dicere donum nõ esse tale, quale peccatum per vnũ peccatorem. Noster autem interpres vsurpauit pro peccatore peccatum & dixit. Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum.

Cæterum miratur Caiet. dicitq. se nescire quó errore factum est, vt pro eo quod legendum est: Et non sicut per eum qui peccauit, legatur, Et non sicut per peccatum. Sed pretermissa contẽtione de exemplari græco, non satis perspicimus quomodo in vulgata editione est error, eo quod mutata est lectio græca. Nam quod ad sensum spectat, parum interest. Non enim variatur sensus. Et attenditur comparatio ex parte termini à quo peccati, & ex parte termini à quo gratiæ & doni: dicitq. Apost. nõ esse tale donum quod venit ab vno iustificatore, quale est peccatum, quod venit ab vno peccatore: nam maior est iustificatio, quam condemnatio. Sed dicis, condemnatio, & iustificatio non sunt formaliter oppositę: damnationi opponitur saluatio & non iustificatio. Respon. dãnatio bifariam cõsideratur: altero modo pro executione vltimæ pœnæ, altero modo pro reatu culpę cui respondet vltima pœna. Et secundum hoc directe respondet & contrariatur iustificationi.

Notet lector quod excessus huius cõparationis hinc dependet, quod damnatio processit ex delicto vnius hominis in omnes alios, qui virtute continebantur in illo: gratia vero processit ex multis delictis, non solum ex originali, verumetiam ex actualibus: & processit non solum vsq. ad remissionem, verumetiam vsque ad collationem iustitiæ qua sumus iusti coram Deo. Vnde manifeste constat secundus excessus gratiæ super peccatum: qui quidẽ per effectum ostensus est sicut primus per causam. Quare mærito subiunxit Apost. dicens

Sequitur.

Nam iudicium quidem ex vno in condẽnationem: gratia autẽ ex multis delictis in iustificationẽ. Si. n. vnius delicto mors regnauit per vnũ, multo magis abũdantiã gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Iesum Christũ, &c.

Probat

PRobat quod dixit. Particula, nam, causam dicit. Iudicium ex vno: nō homine, sed delicto. Ex vno delicto fluxit iudicium Dei & emanauit: quod iudiciū in Gen. expresse habetur. Qui præteritum textum legerunt per vnū peccatum & non per vnum peccatorem, aptius declarant ex vno peccato, & non ex vno homine: qui vero per vnum peccantem, melius interpretantur ex vno homine quam ex vno peccato: tametsi quoad sensum in idem veniat intelligentia textus, siue dicas iudicium condemnationis factum esse ex vno homine siue ex vno peccato. Porro hæc condemnatio fuit in corpore & anima simul. Sic per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem. Iste homo Christus fuit qui non solum ab illo vno delicto nos eripuit & liberauit sed ab omnibus delictis commissis & cōmitendis. Redēptio Christi facta est pro toto ipso mundo, non pro parte tantum.

Hic Pauli locus Pelagij frōrem percunt qui falsissime contendit Paulum loqui de peccato per imitationem. Nā aliter non dixisset Paulus, ex vno delicto, sed ex multis.

Et caueat lector ne ex hoc quod Paulus hic dicit, videlicet, sumptum fuisse iudicium de illo vno peccato (nimirum originali) existimet non esse sumendam quoque vltionem & vindictam de alijs peccatis, quę nostra spōte per nos ipsos committimus: de omnibus sumet Deus vindictam, etsi non æquam: maiorem quidem de actualibus mortalibus. Quare cautus etiam lector sit ne durius & rigurosius intelligat verbum, in damnationem. Non enim loquitur Apo. de illa damnatione quæ debita' est peccato actuali mortali, non de illa, de qua dicturus est Christus: Discedite à me maledicti, & ite in ignem æternum: sed de illa condemnatione qua dignum est ipsum originis peccatum, cum quo ipse Apost. contulit ipsam gratiam quæ de omnibus triumphat peccatis quemadmodum etiam sacramētum baptismi, quod singulariter & specialiter destinatum est in remedium originalis maculę: quod si aliam inueniat, ipsam quoque mundat & delet. Quare qui suscepit ipsum non habet necesse cum Dauide dicere: Amplius lauā me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.

Peccatū originis non est dignum cruciatibus & pœnis inferni, sed coelo negatur.

Psalm. 50.

Si n. vn del. m. reg. per vnum.

CVm Apo. supra nō solum de morte, verum etiam de regno mortis mentionem fecerit: ideo ad hoc respiciens, huic regno mortis contraponit regnum vitę: in quo qui prædicti sunt gratia Christi per ipsum regnabunt in æternum & vltra. Quasi dicat. Mors regnauit, sed nō in æternum regnum eius fuit, sed destructum & demolitum est: sed homines habentes Christi gratiam regnabunt in sempiternum. Nā participes gratiæ, erunt & uitę æternæ. Et hoc non attingēt homines per seipsos, sed pillā exuberantiā gratiæ Christi quæ vicit & superat peccati vites & vim: & ideo regnabunt contra regnum mortis in æternum, quia iam amplius non erit mors, nec prima nec secunda.

Cæterum cum hęc Pauli verba sint aliquantulum intricata, si reducantur ad formam, paulo clariora reddētur. A fine petitur hęc ratio Q d. Paulus. Res pensanda est ex fine, sed donum consequetur maius prœmium quam peccatum supplicium: igitur donum maius est delicto. Dicit ergo. Si vnius delicto. vnius hominis, videlicet Adami, mors regnauit per vnum, scilicet hominē Adamum, multo magis regnabunt homines habentes abundantiam gratiæ, hoc est remissionem peccatorum: & habentes donum iustitiæ, hoc est, iustificati regnabunt in vita: nō ista temporali, sed illa æterna, vbi omnes

nes sunt reges. Et hoc fiet etiam per vnum hominem, nempe Iesum Christum. Confert Iesum Christum cum Adamo, qui ex infirmitate regnare fecit mortem medio peccato (Peccare namque infirmi hominis est) Christus autem per potentiam, non per infirmitatem regnauit. Vnde multo magis potest facere vt regnemus. Si causam cõsideramus, primus homo purus homo erat; secundus, homo & Deus. Potentior causa efficatius operatur. Et rursus ille per vnum delictum: secundus per multa dona. Et tertio, ex fine: Ille mortis temporalis extitit author: iste vitæ æternæ. Ego vitam æternam do eis. Et alibi: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.

Ioan. 10.

Ioan. 8.

Ponderandum est verbum, abundantiam. Quia donum Dei est multiplex & multiplicis efficatiæ. Plus nãq. Christus nobis contulit, quam amisimus in Adamo. Notet etiã lector quod Paulus sæpe, & passim repetit peccatum superari à gratia: quod non temere facit, sed ne magnitudine peccatorum desperemus, & Caimo similes simus, cui mentita est sua iniquitas: quam existimauit maiorem Dei gratia & venia. Non audierat miser homo ille Paulũ clamantem, nosque inuitantem ad fiduciã & confidentiam de diuina misericordia. Adeamus ergo, air, cum fiducia ad thronum gratiæ Dei, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Regnabunt.

NOn dicit regnant: nam licet iusti hic Deo seruientes regnare dicantur (quia seruire Deo regnare est) tamen perfecta & consummata possessio in alia vita erit.

Sequitur.

Igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per vnius iustitiã in omnes homines in iustificationẽ vitæ. Sicut enĩ per inobedientiã vnius hominis peccatores cõstituti sũt multi: ita & per vni' obeditionẽ iusti constituẽtur multi. &c.

PArticula, igitur, hoc loco triplici officio fungitur: est collectiua superiorũ, est explicatiua, est & conclusiua: colligit: explicat, & concludit. Confert Apost. Christum cum Adam, docet que quomodo conueniant. Istud vt faceret Apost. æquum erat. Nam iam antea exposuit quomodo secundus Adam superabat primum. Neque quã modo facit collationem superfluam aliquis existimet repetitionem: nam colligit supradicta. Sunt qui dicunt Apostolum hic assignare quartam cõparationem. Sed nihil refert siue dicamus esse quartam, siue collationem eorum quæ supra dixit: quę supplenda erant, cum essent truncata. Supplet igitur hic Apost. alterum membrum quod deficiebat in illo loco, scilicet, Sicut per vnum hominem &c. Dicit ergo. Igitur sicut per vnius delictum &c.

In præteritis comparationibus vsus est Apost. his duobus vocabulis, scilicet multi & plures: & nunquam dixit omnes: nunc clarius & generalius loquitur de Adę delicto & Christi gratia dicens: Igitur si per vn. del. in om. ho. in condem. Q. d. Sicut delictum Adæ vagatum & sparsum fuit in omnes homines (vt eius effectus mors, palam ostendit) ita gratia Christi in omnes homines abundauit. Hic oportet lector bene pedem (vt dicitur) fistere, & primo quidem obseruare quod doctissimus adnotat Caiet. Videlicet, Paulum hic quando dicit, in omnes homines, per vnius delictum, de ijs, qui sunt puri homines loqui, ad differentiam Christi: qui

qui etiã homo vere fuerit & est, non tamen purus homo, sed Deus & homo. Secundo obseruare oportet circa hanc particulam, omnes homines, quod hic Pauli sermo non videtur ei se fauorabilis illorum opinioni (imo multum contrarius) qui præter Iesum Christum, aliam subtrahunt personã ab hac ram generali regula. Nam iam Paulus non dicit venisse condemnationem in multos, vel in plures, sed in omnes: nullum eximens de filijs vel filiabus Adæ per seminalem rationem genitis. Vnde si hæc verba vt sonant & litera Christi clamat, accipianturq; præter Iesum Christum (propter rationẽ iam sæpe à nobis dictã) nullus esset excludendus. Et hunc Pauli locũ magni faciunt qui contendunt Virginem beatam cum cæteris alijs hominibus esse adnumerandam. Sed (si nos non fallimur) licet Pauli argumẽtum vehemẽter vrgeat, & huic opinioni suffragari videatur: tamẽ non sic nos cõstringit, quin aliquis sit euadendi relictus locus. Non enim magis nos premit nũc, quam quãdo dixit, in quo omnes peccauerunt. Hic omnes, & illic omnes dicit. Vnde sicut ab illo loco doctores, qui in virginem pijssimi sunt, & nulli parti pertinaciter hærere volunt, inuenerunt modum euadendi: Sic euadere possunt ab hoc Pau. loco, qui vel idem est, vel maxime affinis illi. Et ideo eodem modo quo vnus glosatur locus, potest & alter glosari. Et sicut cõcilium Triden. declarauit, nõ esse suæ intentionis vbi de peccato originali agitur, comprehendere sub illo decreto beatam virginem Mariam. ita dicere possumus intentionis Di. Pau. non fuisse, sub hoc textu eam comprehendere: etiamsi absque exceptione alicuius sententiam de peccato originali protulerit, dicens. In omnes homines in condemnationem. Nam hic Paulus delege communi loquitur: secundum quam omnium esse debebat condemnatio. Hęc autem lex omnium stare potest cum alicuius particularis priuilegio.

Vel aliter respondere possumus, dicentes, quod hęc propositio Aposto. duas habet partes, & eodem modo debet intelligi prior pars, quo & posterior. Posterior pars est. Sic iustitia Christi in omnes homines in iustificationem. Ex ęquo loquitur Pau. de peccato Adę, & iustificatione Christi. Sed certum est per iustitiam Christi non omnes de facto fuisse iustificatos, sed sufficientiam habere iustitiam Christi ad iustificandos omnes homines: sic etiam peccatum illud Adæ sufficientiam habuit ad omnes inficiendos, & ex consequenti damnandos. Et iuxta hanc sufficientiam dixit Aposto. per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: quoniam secundum illud delictum omnes męrebantur condemnari. Sufficiens quidẽ fuit Adæ delictum ad hoc, sicut Christi męritum ad omnes iustificandos, si omnibus fuisset applicatum: & non stetit per Adamum quod Virgini non applicaretur suum peccatum, cum esset eius filia naturali modo genita. Vnde quod virgo fuerit immunis à peccato, hoc non debet patri suo Adamo aut matri suę Æuæ: sed soli filio suo Iesu Christo. Ipsa iure dicere potest illud Dauidis: Pater meus & mater mea dereliquerunt me: sed Dominus assumpsit me. Assumpsit me, inquit, in matrem: ac proinde hac gratia me ornauit, qua sola ego sum prædita. Ex ijs liquido constat, quod cum Adam fuerit caput omnium hominum, eius demæritũ fuit omniũ, sicut Christi mæritũ est omniũ hominũ, ramquã caput naturæ humanę. Cõditio capitis est, influere posse in omnia mẽbra: quod si nõ influit, nõ est capitis culpa, sed mẽbrorũ: quę vel non sunt disposita, vel incapacia sunt influxus capitis. Caput. n. naturale in mẽbrum abscisum non influit. Psal.

Sicut

Sicut. n. per ino. vn. ho. pecc. const. s. m.

MVltoties Apost. inculcauit in superioribus & de vnius hominis delicto loquutus est, solum illud appellãs Adæ delictum, sed non dixit quale esset: nunc autem in hoc textu interpretatur in specie quale fuerit: dicitq. inobedientiam fuisse, & præcepti cõemptum. Sed iam nos interrogat acutus lector, quid causæ fuerit quod cũ in hoc transgrediendo præcepto fuerit esus fructus vetiti non appellauit ipsum gulam & non inobedientiã. Vel saltim debuit illud peccatum appellare superbiam, sicut dicitur Ecclesiastici 10. Initium omnis peccati superbia. Non quidem si externum spectes actum, sed penes internum; eo quod peccator non vult subijci diuinis præceptis. Quod maxime vsuvenit nostris primis parentibus, qui noluerunt parere diuino præcepto de non edendo vetito ligno: sed audientibus illis (à patre tamen mendace nempe Dæmone) quod aperiendi essent oculi eorum si comederent, nihil cuiãtes de præcepto à Deo dato comederunt. Ad hoc respondemus dicentes, peccarum primi hominis fuisse superbiam, gulam, & inobedientiam: Mẽrito tamẽ Apo. illis duobus omissis voluit appellare peccatum Adami inobedientiam. Et ratio est, eo quod esus & comestio illa non ex sua cõditione mala fuit, sed tantũmodo quia inhibita a Deo. Vnde ratione obiecti nullã malitiã habebat: sed mala erat, quoniã fuerat prohibita & vetita. Et quia inhibitioni magis videtur inobediẽtia quã gula pugnare, ideo appellauit Adami peecatũ inobediẽtiã secũdũ quã primus parens noluit diuino subijci regimi, sed ipse sibi ipsi voluit prouidere: quasi notãs Deum, qui haud bene prouiderit ei. Et hoc forte voluit Dẽniõ persuadere quãdo dixit illis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij scientes bonum & malum. Et propterea Apo. primũ peccatũ appellauit inobedientiã: Non tamen negans si mul fuisse elationem & gulam. Quorsum autẽ interdixit Deus primis parẽtibus nostris esum illius arboris, non est præsentis loci & temporis dicere.

Pecca. const. sũt multi.

IAm quid sequutũ fuerit illam inobedientiã mox explanat. Ingens malũ, grãde nocumentũ: multos effecit inobediẽtes. Clatius. Multos, inquit, illa inobediẽtia effecit & constituit peccatores. Sed quomodo cõstituti sunt multi peccatores? Respo. Deriuatũ est illud peccatum, illa inobediẽtia ad multos. Hinc eollige, quomodo nõ tantũ pœna, sed etiã culpa & reatus deriuatus est ad filios Adç, quia cõstituti sunt peccatores. Ipse nãq. Adã præceptũ recepit nõ pro se tantũ, sed & pro suis filijs. Sic namq. impositum fuerat ei. Quare trãsgrediẽs ille & factꝰ rebellis oẽs nos effecit transgressores & rebelles. Vnde si solũ illud peccatũ fuisset ipsius Adç, non dixisset Apost. per illud eonstitutos fuisse multos peccatores. Neq. hęc constitutio facta est per imitationem sed per contractionem. Perinde. n. valet hoc loco peccatores cõstituti sunt multi, ac si dixisset constitutos esse in peccato originali. Sed dicis, Quare nõ dixit omnes constitutos esse sed multos? Nũquid illa inobediẽtia nõ oẽs constituit peccatores? Quare ergo nõ dicit omnes, sed multos? Sunt qui dicunt particulam multos idem valere hoc loco quod omnes. Alij vero dicunt quod Pau. nõ dicit per Adã omnes cõstitutos esse peccatores, sed multos: neq. per Christũ omnes cõstitutos esse iustos, sed multos. Collationem aiunt hic esse inter multos & multos. Sed rogas forte dicens: Quare Pau. nõ est ausus dicere omnes sed multos? R. Fortassis quia cõparatio hæc de exequutione erat: & in exequutione iustitia & obediẽtia Christi extẽsa est nõ ad omnes, sed ad multos: inobediẽtia autẽ pri

mi hominis in exequutione extēsa est ad omnes: Exequutioni nāq. demandatū fuit peccatū primi hominis quoad omnes, quia omnes peccarūt. Sed Christi mēritū & iustitia eius nō est demādata exequutioni in omnib⁹ sed in regeneratis tātū. Et ideo quia Apo. cōparabat obediētiā Christi cū inobedientia Adę quoad exequutionē noluit dicere cōstitutos esse omnes per illam Adami inobedientiā peccatores sed multos. Si vero loquamur de obedientia Christi secūdū efficatiā & sufficientiā extēditur etiā ad omnes homines, sicut & peccatum & inobediētia Adæ.

Et notet lector diligēs, q̄ sicut inobediētia Adę absq; p̄prio actu nostro cōstituit nos peccatores ita gratia Christi & ei⁹ mēritū cōstituit pueros iustos absq. illorū p̄prio actu. Sec⁹ potētius esset peccatū, quā fuerit gratia Christi: quod nō est dicēdū. Imo si loquamur de illa generali iustificatione Christi qua nos iustificauit, illa quoq. facta est absq. p̄prio nostro actu. Nūc autē quādo iustitia hic applicāda est nobis & vnicuiq. nostrū dū sumus adulti, nō fit absq. proprio nostro actu iuxta illud. B. Au. pro loquium dicētis: Qui fecit te sine te, nō saluabit te sine te &c. Mor⁹ nāq. liberi arbitrij exigit ad iustificationē impiorū.

D. Tho 1.2. q. 113. ar. 5.

Ita & per vn. obe. iu. const. multi.

EC ōtratio describit Apo. Christi iustitiā dicens eā fuisse inobedientiā De illa loquitur ā qua alibi dixit: Christ⁹ factus est obediēs vsq. ad mortē. Et ipsemet Christus cōfessus est dicēs: Sicut mādatū dedit mihi pater, sic facio. Porro quātū distātiæ sit inter primi hominis inobediēūam & secundi obediētiam, solus Christus qui obediens fuit explicare valet. Nā quā infēsa Deo fuerit illa inobedientia, quāq. gratissima Deo patri Christi obedientia, ipsi duo sciunt: Angelus, aut homo nullus æstimare valet. Quemadmodum .n. nostrā inobediētiā satis deplorare nequimus: sic nec pro dignitate Christi obedientiā enarrare. Quis nō stupeat quādo audit, quod qui in forma Dei erat patri suo p̄ omnia æqualis, factus sit obediēs vsq. ad mortē crucis? Perpendat qui nosce cupit nostræ inobedientię culpam, perpendat, inquam, Christi obedientiā: & qui hāc optat rimari pri⁹ in nostrā oculos mittat magnā inobediētiā. Cūviderit huius grauitatē intelliger illi⁹ stupendā mageſtatē. Si desideras, lector bone, intueri quātū fuerit obedientia Christi grata, metire ex offēsione inobediētiæ nostrę. Quātum nobis obediētia Christi p̄fecerit disces, si vis, ex dāno & malis, quæ inobediētia nobis accumulauit. Attēdāt igitur hoc loco ij quib⁹ obedire incūbit, & nō legni cura hæc Pauli verba pertrāseant. Intelligāt q̄ obediētia facit iustos, inobediētia autē peccatores. Christus ne perderet obediētiā, haud recusauit pdere vitam. Cōmonemur hic Pau. verbis quā sit ātestāda inobediētia & ei⁹ cōtraria amplectenda. Nā a iustitia inobediētia posita est ad Iesu Christi imitationē, qui cū nō esset mortis reus, patri tamē dixit, si nō potest hic calix trāsire nisi bibā illū, fiat voluntas tua. Pudeat nos cū Deus factus sit obediens esse rebelles: sed soluam⁹ illi obediētiā in baptismo tot modis debitā ac p̄missā. Quod si fecerimus, vitā nos dabit ęternam.

Ex his quę dixim⁹ poterit lector colligere, q̄ si Adā peccasset solo peccato superbię & elationis & nō peccato inobediētię, quę cōsumata fuit p̄ comestionē fruct⁹ vetiti, nō descēdisset ad posteros ei⁹ peccatū, nec habuissemus originale peccatū. Nā Apost. hic hoc peccatū attribuit inobedientiæ & non superbiæ: ametsi inobedientia secū involuat elationē. Inchoauit Adā peccatum suū, vt author est B. Augu. ab elatione. Nā noluit subesse & obedire magis voci Dei, quā vxōtis. Vnde ei dixit Deus. Quia obedisti voci vxoris tuę, & comedisti de ligno ex quo p̄ceperā tibi ne comederes: maledicta &c. Incepit igitur pec

Sup. Gen.

Gen. 3.

tur peccatū primi hominis à superbia sicut & peccatū Angeli. Quinimo peccatum hominis initiū habuit ab infidelitate. Dubius fuit homo de cōplenda in eū pœna minata, quam postea vere expertus est.

Præterea verbū, constituti, suā etiam emphasim habet. Hęc constitutio nō est facta per peccatū actuale. Nā licet peccatū actuale homines efficiat peccatores (& vere tales sunt qui mortaliter peccāt) tamē hoc fit per propriā culpam: non autem per inobedientiā, nō per inobedientiā alterius. Pau. autē loquitur de cōstitutione peccatoris p inobedientiā alterius. Vnde cōstat eū loqui de peccato originali, & non de actuali vt falso quidā putāt, in hoc Pelagio fauētes. Nā hoc est discriminis inter peccatū originis & actuale, quod p illud potest quis ante quā sit natus dici cōstitutus peccator: at per peccatum actuale minime. Oportet. n. hominem prius esse natū (imo ad annos discretionis deductū) priusquam possit cōstitui peccator. Vn delicet pueros (etiā in infātia degētes) subijciamus peccato originali; tamen mortali macula pollui & contaminari negamus posse. Cum igitur hic dicat Apost. per inobedientiam alterius multos esse constitutos peccatores: manifestū est eum loqui de peccato originali & non actuali. Neque hic obscure loquitur Apost. sed satis clare & aperte. si qui oppositum sentiunt oculos aperire volunt.

Nota istud lector,

Discrimen inter peccatū originale & actuale,

Sequitur.

Lex autem subintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abūdauit delictū, superabundauit & gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiā in vitam æternā, per Iesū Christum dominum nostrum.

VNde pēdeāt hæc Pau. verba & quibuscū cōnexionē habeāt, inter interpretes nō est cōcordās sentētia. Nō nulli pendere volūt ab illis verbis quā do dixit, vsq. ad legē peccatum erat in mūdo. Declarauit. n. statū peccati ante legē. Interpositis autem quibusdam similitudinibus & dissimilitudinibus, rursus reuertitur ad statum peccati sub lege: dicitque: Lex autem subintrauit &c. Alij dicunt Apostol. apposuisse hæc verba, propterea quod antea dixit legem nedum non esse iustificatricem coram Deo, sed etiam ire inducē tricem: quæ lex cum esset data à Deo istud redundare videbatur in Dei in iuriam; à qua volens illum vendicare dicit ad quid superuenerit lex: quæ non potuit euellere peccatum, quod per vnum hominem fuerat seminatum in totum humanum genus. Dicere poterat quispiam. Quorsum igitur lege illa opus erat? Respondet in illum finem esse datam vt abundaret delictum. Acutissima responsio, sed intellectu difficilima; de qua cito dicemus, vt veniat intelligenda. Nos vero (si post istos aliquid dicere licet) existimamus Apost. hic nouam comparationem, non inter peccatū & gratiam (nam istud iam factum erat) sed inter abundantiam delicti quæ fuit in lege, & inter abundantiam gratiæ Christi. Duo sunt in hac clausula verba scilicēt abundauit, & superabundauit, inter quę fit collatio & comparatio. Est autē comparatio hęc, cuiusdā tacitæ obiectionis dissolutio. Dicere poterat aliquis maiorem esse peccati abundantiam: eo quod lex intrauit vt abundaret & augeretur peccatū. Respondet Apost. quod licet istud sit verū, nihilominus tamen gratia Christi superabūdauit: quia vbi abūdauit inquit, delictum superabundauit & gratia. Cæterū omnia verba huius text' sigillatim expendēda sūt. Et principio nos scire oportet, quid appellatione legis intelligēdū sit; an intelligere debeam'

scriptā vel aliam. Doctissimo Origeni nō placet vt appellatione legis intelligatur lex vetus Moysi data: sed illa quæ pugnātiam habet cum lege spiri t'. Hæc lex.n.nō modica occasio peccādi est. Et ratio quæ tantū doctorē mouet ad negādū, loqui hic Apo. de lege Moysi hęc est. Nequit.n. intelligere quomodo p aduentū Mosayę legis a būdauit delictū: nā iā abūdauerat ante legē. Nōne, inquit, iā omnis caro corrūperat viā suam? Nūquid terra maculata fuit sāguine, quādo Caī fratrē suū occidit? Nōne in Sodoma abūdauit pecca tū etiā illud nefandū? Et multa alia peccata in mūdo erāt ante Mosayę legis ingressū. Igitur nō loquitur hic Apo. ā lege Mosayca. Verūtamē huic interpretationi nō suffragatur Chry. Aug. aut alius ex patribus hūc locū explanātib': sed vnanimi cōsensu Pau. de lege scripta loqui dixerūt. Hic planus sensus multo germanior est intētioni Apo. quæ est cōparare peccatū cū grā Christi, in statu quo homines fuerūt sub lege scripta: qui stat' dicit augmēti peccati. Nā aduc niēte lege auctū est peccatū. Et ī cerjā præcessisset multa peccata, nihilo minus tamē maior abūdantia peccati fuit, data lege. Et de hac omnes ferme interpretantur,

Subintra.

ALiqui legūt, superuenit B. Chry. dicit. Pau. nō fuisse ausū dicere legē datā fuisse, sed subintrasse: vt insinuaret legē illā nō fuisse exhibitam vt perpetuo maneret, sed tātū ad tēp'. Æstimāda aliquātulū est hęc ratio ob tanti doctoris præstātiā: tametsi Ioan. (imo & Christus) palā dixerūt legē datā fuisse à Mose, vt legitur in Euāgelio Ioannis. Quare forte aliā enargiā suboluit Apo. in verbo subintrauit. Forte quia sub multis velaminibus & figuris data fuit. Nō tamē clanculo & secrete ingressa est. Nam in monte, & magno cū strepitu, & coram omnibus fuit promulgata.

Ioan. 1.

Mysteria legis erant occulta.

Sed rogas, Ad quid subintrauit? Audi Paulum. Vt abundaret, inquit, delictū. O nequā introitus. Ille dicebat clamās, mortē per fenestras fuisse ingressam: & Paulus peccati abundantiam esse inductam per legē. Siste paulisper bone Apost. Male sentire videris de Moysi lege, quam tu alibi plurimi facis. Si lex subintrauit vt delictum abundaret, ānō quæ est lex, & ipsa quis quæso tulit illā. Nullius sane bonæ legis est, intendere malum, sed bonum. Hoc laqueo irretiti & capti fuerunt, qui existimārūt legē esse malā: abutentes hoc loco Pau. & prauē intelligētes Apo, mētē, qui nihil mūs cogitauit, quā prętēdere legē taxare. Nā licet, data lege, prāuenerit peccati abūdantia, ĩstud tamē nō effecit ipsa lex, quæ data est ad coērcēda peccata. Lex. n. nō dicebat, cōcupiscе vxorē proximi tui, vel rem alteram: sed è cōtra, hāc & alias concupiscentias refrænabat. Quod si, inducta lege, concupiscentia minus effrēnis est effecta, sed peiūrior, & magis dissoluta, hoc hominū vitio factum est. Hic nāq. est genius hominū qui voluptuosę viuere volūt, vt cum eis aliquid prohibetur, tunc vehemētius in illius rei cōcupiscentiā exardescāt. Nā recte quidā de hominib'. huius farinæ dixit: Nitimur in vetitum negata q. cupim' sēper. Sūt nāq. isti homines fluuio similes: cui si opponimus obicē & impedimētū tūc fortius & maiori conatu premit, & conatur destruere impedimētū: nec cessat donec obicē de medio tollat. Stāte. n. obice, maiori desiderio fluere cupit: quia videt suum fluxum impedimentum esse. Sic homines quādo apponitur aliquis obex illis ne pro suā libidine fluānt in suas cōcupiscentias, impetuosius in illas feruntur. Quod si quis à nobis requirat causam huius rei: sciat eam esse vnam inter multas, quod prohibita ab humano animo, apprehenduntur tamquā aduersa & cōtraria, dicer. reuera ipsa in se bona sint aliquando, saltim delectabilia, vel bona apparentia. Vt cum medi

Hic,

cus cu

cus cupiens sanare ægrotum prohibet illi potum vini: tunc eger apprehēdit istud tamquam suę voluntati contrarium: quo fit vt ardentius peroptet vinum, facta prohibitione, quam faciebat ante. Et cum sit innata omnibus libertas, & prohibitio tollat voluntatem libertatemque, tunc appetens prohibitum, videtur pugnare pro sua libertate tuenda: & hinc fit ardentior cupido rei vetitæ. Nemo.n. est qui nō cupiat recuperare suam libertatem. Quod si dicas: Lex non prohibebat bona, & conducentia, sed mala, & nociua: fatemur, sed qui cupit, non respicit si sunt talia necne; sed tantum prospicit ac considerat, quod sibi prohibita est res illa, & ablata ab eo libertas illius rei quæ ei erat oblectamento: nihil curās quod illi erat nocitura. Et ideo quantum prohibitio tollit libertatis, tantū suppeditat appetentię.

Sed forte insurgis dicens, Si lex habet hunc effectum, nimirum facere abundare delictā: quomodo alibi dicit Apostolus legem sanctam, & mandatum sanctum, iustum, & bonum? Nōne hęc adinuicem pugnantia videntur? Accedit huc, quod. 1. ad Corint. capit. 15. ait idem Pau. legem esse peccati virtutem. Si est peccati virtus, quomodo est sancta ipsa Moysi lex? Et si auget peccatum, quomodo iusta est & bona? Ad hoc respondemus dicentes, quod cum Pau. hic dicit legem subintrasse vt abundaret delictum, nō loquitur cū omnibus hominibus: sed cum prauis, & perperam institutis. Ij sunt qui capiunt occasionem augendi peccata ab ipsa lege: quam occasionem non dat illis lex, sed est occasio accepta. Vnde quia passim in hac epist. peccati occasionem tribuit Apost. legi, cautus esse debet lector, vt sane istud intelligat, de occasione accepta & non data. Nam cum proprius scopus & finis legis, sit ostendere peccatū & illud prohibere: quomodo posset ex esse author vel causa peccati? Vnde dicit B. Augustinus. Bona est lex, quæ dū concupiscentiā vetat, omnia mala prohibet. Si lex prohibet homines peccare, quomodo faciet illos peccare? Lex tūc peccatū esset. Hoc noluit intelligere nequā ille Manichęus: qui impudētissime dixit legē à diabolo fuisse tradītā. Est igitur lex (quę in se bona est) iniustis, impijs & peccatoribus ruina: eo quod ipsi ab ea accipiūt occasionē peccādi. Sicut. n. Deus arborē bonā fecit, ęquumq. dedit præceptum vitam prębens, at Dæmon inuidens hominis fælicitati, sua astutia, & nequitia, ab illa arbore, ab illoque vitali præcepto accepit occasionem, & induxit Adamum media ipsa Æua ad peccandum, transgrediendumque illud præceptum: sic mali & pessimi homines ab ipsa lege (quæ sancta & bona est) occasionē peccandi & ansam accipiunt. Erit necalumniandus is qui arborem illam creauit præceptumq. apposuit? Quis istud dicet? An qui dedit præceptū & legem de non edendo, author illius peccati dicendus erit vel occasionem dedisse? Nihil sane. Sed occasio accepta fuit, non data: Sic philosophandum est de lege, quę occasione accepta, nō data, dicitur virtus & augmentum peccati. Vnde hęc peccati abundātia non est ascribēda legi, vel authori eius, sed vitio hominū: neq. qui voluit dare legē, voluit hunc dare legis effectū. Est nāq. hic effectus præter intētionē & legis, & eius latoris: quoniā nō ad hoc dedit Deus populo suo legē, vt abūdaret delictū. Neq. oportet vt quicunq. vult antecedens, velit omne illud q̄ quocūq. modo sequitur ad antecedēs illud: sed vult id quod ęque necessario, & ex intētione sequitur. Neq. deflorat legis candorē, quod ex lege mali & prauicapiant de linquendi occasionē: nā & ipsi Pharisæi exipso met Christo Iesu (qui sūma bonitas erat) ruendi occasionē accepērūt. Illis. n. Christus in ruinā posit' erat, & insignū cui erāt contradicturi, & lapidem ac petram scandali. Vnde si

Iuferius. ca. 7.

aduenientelege(quæ data erat ad vitanda delicta)peccatū non solum nō fuitextinctum & mortuum (vel saltim coercitum)sed etiam à mortuis visum est fuisse excitatū,viuificatum q. & nouū assumpsisse vigorem, istud nō fuit factum culpa legis,sed vitio hominū: quorum ex deprauata natura congenitū est,magis eniti in vetita. Quod ex multis docet hoc vnū:scilicet,cōcupiscētia vxoratorū aliquorū: qui magis appetūt fœminas (etiā non pulchras) quā formosas vxores ꝓprias,eo quod illarū vidēt se priuatos. Priuatio vero stimulus est appetit⁹.Sed quod talis sit appetit⁹ in natura malè edomita, nihil mirū(hæc u.prona est ad malū) sed ꝙ in statu naturę cōpositę &elegāter disposite,mater nra illa Æua tātā habuerit de vetita arbore cōcupiscētiam,ne queo satis mirari.Nō.n. adhuc ꝓna erat natura ad malū. Forte istud non tā factū est à mulieris cupidine, quā à Dæmone cōcupiscentiā insufflāte, vt hominē inabyssū miseriarū proijceret. Ipse nāq.mēdatio delusit ac decepit Euā,dicēs:Iuquacūq. die comederitis ex eo,aperientur oculi vestri: & eritis sicut Dij,scientes bonū & malū. Ecce vnde forte creuit in muliere tam ingēs vetiti fructus cupido.

Neq.hic est loc⁹ quęrēdi, quāobrem De⁹ (qui ꝓtæscius erat futuri euētus) arborem illā in paradyso collocauit, ex qua tota nostra perditio ꝓfluere debebat. Huius rei causā qui scire volet ab scholasticis istud exposcat theologis: qui sicut ꝺ illa quæstione,scilicet, Quare Deus creauit quē certo sciebat esse peccatutū,rationē reddūt:sic de ista.

Cęterū ꝺ particula ista,vt quæ anceps & amphibola est in scriptura,nihil dicim⁹:eoquod vix est vn⁹ ex toi tārisque Pau.euarratorib⁹,qui nō animaduerterit,dictionē,vt,hoc loco nō dicere causā,sed cōsequutionē.Nō.n. sācita fuit lex quo faceret abundare peccatum: sed non obseruata creuit & auctum est delictum,tū numero,tum dæmerito;plura fuerunt peccata & grauiora. Nam scienti legem, & non facienti, maius peccatum est, & pluribus venit vapulādus plagis: Vnde colligat acut⁹ lector ex ijs Pau.verbis.duo hæc: alterū ꝙ Iudæi nō poterāt se extollere supra gētes,ex eo quod eis data fuerat lex.Nā ipsi per eā acceperūt occasionē qua fierēt deteriores, & magis peccatores.Nō tamē possūt excusare à lege, vel illā infamare.Nō.n.culpa fuit legis sed ipsorū,qui trāsgressores fuerūt. Secūdū quod colligitur, est defect⁹ legis, quæ habēs abūdātiā peccati,illos à tyrānide & dñio peccati non valuit liberare.Quo nomine ꝺea se extollere & superciliū habere, iniustū erat. Poterat nāq.Gētilis Iudæo insultare dicēs. Tu gloriaris de lege,in qua effectus es grauior peccator.Ab ea.n.tu accepisti occasionē grauiora cōmittēdi delicta.Erubescere pot⁹ deberes,vt qui abusus fueris lege,quæ bona & sācta erat.Intētio legis á te neglecta fuit.Illa intendebat cohibere peccata tua:tu vero ea multiplicabas,iuxta tuā antiquā consuetudinē.Quod datū est tibi pro antidoto:tu in venenū cōuertisti.Nō est culpa ascribēda legi quæ tibi vt pedagogus & medicus data est.Culpa haud dāda est medico,sed ægroto,qui pharmaco ꝓperā est vsus.Insurgat nunc aliquis ex Indęis &reclamet dicēs:Si in lege scripta hoc est defect⁹,nēpe esse peccati occasionē pari ratione hūc defectum attribuere oportebit omni legi,siue sit diuina,siue humana. Siquidem cum omnis lex doceat bonum, & prohibeat malū:ipsis prauis hominibus & peccatoribus (nam bonis nulla lex est mali occasio sed boni)suppeditabit peccādi occasionē.Quod si quis admittat(vt ratio cogere videtur) iā fit consequēs quod Paul. dixit, subintrasse videlicet legem vt abundaret delictum, fore intelligēdum in vniuersum de omni lege,& non dūtaxat de lege Mosaica.Et sic poterit Iudæus, & excusare suam legem,& cōtorquere in gentilē quod ipse in eū obiecerat.Nā si Iudęo lex Moysi occasio fuit peccandi, erit

quo

quoque & lex naturę Gentili. Sicut. n. illa vetabat & prohibebat peccatum, ita & lex naturę: quę perpetuo in auribus hominum clamat dicens. Declina â malo & fac bonum. Ostendebatq. bonum & malum: iuxta illud: Signatũ est super nos lumen vultus tui Domine. Et quod de lege naturæ dicimus, idipsum de lege gratiæ dicere valemus. Non enim lex bona esset vlla, si non prohiberet malum. At vbi est prohibitio, ibi mox maior cupido, maiorq. occasio trãsgressionis. Igitur hic defectus per omnem vagatur legem. Non igitur soli scriptæ legi venit imputandus, sed videtur esse communis omni legi. Et forsan hæc ratio tantam vim ac robur apud doctissimum Origenẽ habuit, vt coactus fuerit (relicta omni lege) confugere ad legem peccati: ad illam inquam de qua maxime Apost. in persona omnium conquerebatur clamans. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quę est in membris meis.

I. Sed quia in hac sententia solus relictus est, & aliam patrum orthodoxorum schola amplexata est, ab hac nos nec latum vnguem declinare volumus: sed eam merito insequentes, tam in hac re, quã in omnibus (vt par est) pro nostra ingenij tenuitate, propositæ obiectioni obuiamibimus. Et primo quidem iacimus hoc fundamentum, scilicet quod quemadmodum vna res nõ multum laudandavenit ab eo, quod ciuis euenit ex accidentis similiter etiam vituperio dari haud debet per illud quod præter intentionem & per accidens quoque consequitur & adipiscitur rem illam. Illustremus istud hoc familiari exemplo. Est quidam vir bonus studiosus, discendiq. peritus, fiante quam esset bonus & peritia donatus, erat pecuniosus & factus studiosus & literatissimus. si laudetur & commendetur ob pecuniarum copiam, quam antea habuit nõ magna est cõmẽdatio: quoniã viro studioso & bono accidit pecunia magna. Ex accidẽti erat. Si vero postea pauperrim' efficiatur nõ ob id venit vituperio dãdus; vtrũq. n. exacidẽti factũ est & abũdãtia & penuria: & idcirco nec ex vnovenit laudãdus, nec ex alio vituperãdus. At dicis, Quorsum istud? R. eo dictũ esse vt intelligamus, quod ea quę legi cõpetunt ex accidenti, eius bonitate denigrare nõ possunt: quoniam hęc potius ex hominum cõditione & vitio prouenient, quam ex ipsa lege. Sic in proposito nemo offendi debet si audierit nos dicentes ex omni lege consequi posse occasionẽ peccãdi: quia nõ est vitiũ & defectus qui conueniat legi per se, sed præter eius intentionem & ex accidenti contingit illi. Vnde quod hic ex instituto & proposito pronũciauit Paul. de lege scripta, adaptari potest quoq. & aliis legibus; nõ tamẽ æqualiter nec ex æquo. Nã licet hominũ æquale sit ingenium, & eiusdem sint naturæ sub quacunq. lege (legis, n. mutatio non mutauit hominum naturam) tamen sub diuersa lege homines diuersum fuerunt sortiti statũ: pro cuius status diuersitate maior vel minor potuit esse peccandi occasio. Vnde cum sub statu legis scriptæ viguerit maior peccandi ansa & occasio, hinc factum est vt Apost. quasi aliquid peculiare tribuerit legi Moysi occasionem peccandi dicens: lex aut. subin. vt abund. delict.

Sed iã merito quis nos rogare potest, vnde habet hęc lex, præter alias, hoc speciale? Cui præsto respõsio datur dicẽdo, quod si cõferamus legẽ naturę cũ Mosayca, maior fuit occasio in lege scripta: eo quod maior erat boni & mali cognitio, per quã homines facili' poterãt declinare malũ & prosequi bonũ. Deinde lex pedagogus hominũ fuit & magistra ceremoniarũ: vnde facili' poterãt fugere idolatriæ maculã. Præterea in lege scripta maior erat multitudo præceptorũ p quã plura erãt vetita; ex quib' augebãt occasio peccãdi. Nã

manabant quatuor fluuij: sic in parady so Ecclesiæ, mortuo Christo tãquam a fonte emanauerunt septem, riuuli hoc est septem sacramenta. Et sic sacramenta sunt riuuli. Cæterum si nostra sacramenta considerentur, & cõparentur cum sacramentis vet. legis fontes sunt Saluatoris. Nam sicut fons continet in se aquã, ita sacramenta no. legis in se continent aquam gratiæ: & non solũ aquam, sed a quas. Vnde Propheta dicit, Hauritis aquas: quoniam præter gratiam gratificantem, alia dona conferunt hæc sacramenta. Et ideo & dicuntur riuuli, & fontes. Sed quorsum Propheta sacramẽta appellat fontes aquarum, quæ Sponsa appellauit cellam vinariam? Introduxit me rex, inquit in cellam vinariam. Vinum. aquę præponderat. Quid cõmune habet aqua cum sacramento nostro? Nõ est credendum à casu comparata fuisse sacramenta à Propheta ipsi aquæ, cuius multæ sunt conditiones symboli zantes cum sacramentis gratiam causantibus. Aqua primo quidem abluit & purificat. Quid tam cõmode istud præstat, sicut sacramenti aqua? Hæc illa est de qua Deus per Ezachiẽlem dicit: Effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus in quinamentis vestris. Nota, mundam: non turbidam: non putridam, sed claram; non amaram sed dulcem. Deinde a quarum virtute est sitim extinguere & sedare. De qua aqua Christus Ioãnis 4. dixit. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Qui frequentat sacramẽta nouæ legis sitim earum rerum quæ mundi sunt non habet. Non sitit honores mundanos, non appetit gloriã vanam, non ambit magistratus, non cupit diuitias: nec denique alterius cõsimilis rei sitim patitur. Præterea aquę est vis alia nempe ignem extinguere & calorem fugare. At & hanc vim habent sacramenta. Nam concupiscentiæ ignem in nobis refrigerant & quoadpossunt extinguunt. Postremo absque aqua sterilis est terra & infrugiferas sic anima nostra absque sacramentis magnam patitur sterilitatem, nisi rigetur aquis sacramentorum. Istæ sunt aquæ ad quas idem propheta inuitabat dicens, Omnes sitiẽtes venite ad aquas gratię bibendas, potandas q. His aquis refectionis sitim extinguetis & ardorem sedabitis. Apte igitur Propheta sacramenta no. le. appellauit fõtes aquarum. Neque obstat quod spõsa vocauerit ea cellaria vinaria. Nam sicut gratia in scriptura sacra designari solet per aquam ita & significari per vinum. Sicut enim comparatur aquæ propter virtutem refrigerandi, sitim ex tinguendi & abluendi, quas habet aqua: ita etiam comparatur vino propter virtutem, quam habet vinum. Hoc enim lętificat cor hominis, confortat & nutrit bibentem. Hæc omnia elegãtissime prestant nostra sacramenta.

Sed de his forte longior effluit oratio, quam volebamus. Oblata occasio de sacramentis loquendi, nostrum effecit solito prolixiorem sermonem: quod æqui bonique consulere debet amicus lector, postquam intellexit quod nostra oratione ostendimus, nimirum, nostra sacramenta quæ adiuncta fuerunt legi gratiæ, non esse eius grauamina: quin potius magna præsidia & iuuamina. Et proinde cum in lege Euangelica pauca sint præcepta, ab ea non potest tanta sumi occasio ad augenda peccata: Quo nomine, licet appellata fuerit iugum, & onus: non tamen graue sed leue. Vnde quia aduenientelege veteri creuit prævaricatio (quia iram operabatur, vt dictum est supra) ideo illa lex on⁹ erat graue. Lex autem noua non operatur iram: quoniam ex sua parte auxilium præstat ad euitandum peccatum. Verum tamen est, quod cæteris paribus grauiora sũt peccata in lege noua. Et ideo peccans in ea maiori dignus est pœna, vtpote ingratus maioribus beneficijs. Cæterum excusare leges humanas omnino ab oc-

Cap. 4.

D. Tho. 1. 2. q. 108. ar. 2. ad 2.

ab occasione mali non possumus. Qui tamen iustas & bonas condunt, non multam dant mali occasionem. Sed ve illis qui multas & iniustas faciunt leges. Sed forte dices, qui fieri potest, vt lex ciuilis & humana non cõferat magnam mali occasionem, cum ipsa non præstet nec subministret opem & auxilium gratiæ, quemadmodum facit ipsa lex noua Christi, quæ iustificatrix est? Respondemus quod lex humana habet aliud remedium, nempe gladiũ. Per timorem quippe coërcet homines à malo exteriori (nã de interiori nulla est illi cura. Hoc legi diuinę reseruatum est, quæ cohibet manum & animum; humana vero lex contenta est si externa opera sint composita.

Vbi au. abun. delict. su. perabun. & gra.

CVm in prætetito textu visus fuerit Pau. aliquo pacto Iudæorum gloriam diminuere, & legem Moysi aliquantulum extenuare dicendo, quod lege subintrante, sequuta est peccati abundantia: mox proipsa lege, proque Iudæis quibus data erat, respondere videtur, ostendens, in quem finem permissa fuerit hæc abundantia delicti in lege, quæ sancta & bona erat. Ille primatius scopus & finis fuit, vt superabũdantia gratiæ Christi, quę consequuta est, ostenderetur. Quæ superabundantia gratię licet absolute loquendo ossẽ di potuisset sine abundantia peccatorũ; tñ cũ gra sit medicina quæ dã peccatorũ curatiua, oportuit prius præmitti abundantiam peccatorum: sicut oportet prius morbum præesse, quam à medicina curari. Et quanto maior efficitur morbus & increscit, tanto efficacior valor & virtus medicinæ demonstratur (nam validum, firmum & fortẽ morbum non quæuis medela sanat, sed medicamen validum, forte & efficax) oportet vt non firminoris virtutis, quinimo maioris esse debet, si depellere morbum debet. Volens ergo Deus efficaciam & vim suæ gratiæ patefacere, legem dedit, ex qua (licet præter intentionem dantis) sequuta est grandis & magna peccati abundantia: hoc Deo permittente factum est, vt ipsemet Deus qui solus poterat curare tantum morbum, in eo sanando superabundantiã suæ medicinæ, hoc est gratię, ostenderet. Cuius vim & efficaciam ostendit Apost. his verbis, Vbi autem abund. delictum super. & gra. Q d. Nihil perdidit genus humanum, nihil amisit Iudaicus populus, si subintrante lege abundauit delictum. Nam hæc abundãtia sublata, & ad nihilum redacta est, per exuberantiam gratiæ superuenientis. Ac si dicat. Fœlix delicti abundantia, quę deleta est per tantam exuberãtiam gratiæ Christi. Abundauit delictũ, esto, sed superabundauit amplius gratia.

Ex his clare conspicis, lector bone (si oculos aperis) quorsum Pau. tractaturus de gratia Dei & Christi (quam in superioribus diximus subiectam huius epist. materiam) miscuerit tot & tanta de ipso peccato. Hoc namque fecit (vt ante nos subindicauit acutissimus interpres Cardinalis Caiet.) vt ex tractatione peccati, magis clarescerent diuinæ gratiæ Christi. Et ideo Apost. non incongrue de peccato egit quatenus versatum fuit & viguit sub diuersis statibus: nempe ante legem Moysi, & subsista lege. Ex his duobus statibus, manifestata est gratia Christi contra peccatum, superabundantia gratiæ contra abundantiam peccati. Et hoc fecit Apost. vt Romani, & nos quoque intelligeremus vtroque modo fuisse per Iesum Christum liberatos a peccato. Vis autem Paulini argumenti hoc loco talis est. Si gratia potens fuit ad vincendum peccatum, abundãtia gratiæ poterit quoq. vincere abundantiã peccati. Et vlterius, multo igitur magis superabundantia gratię potentior erit in nihilum redigere abundantiam

delicti

delicti. Vide Pau. palmam & victoriã, triumphumq; tribuentem gratię Dei. Cur non? Cui alteri hæc victoria debebatur? Quis mortem, quis infernum, quis Dæmonem euincere poterat nisi gratia Christi? Ipsa de his maxime triũphanit. Quid non poterit, quid non valebit, quid non præstabit, quid non assequetur qui gratiam est assequutus? Quis es tu Paule? Apostolus. Prædicator Gentiũ. Vas electionis. Vnde es talis? A gratia. Quid potes p gratiã? Quid? omnia possum. Quomodo? Respondet: Gratia Dei, sum id quod sum. & ea nihil non possum.

Porro hanc superabundantiam gratiæ metiri possumus, tam ex parte Dei, quam nostri. Ex parte sua; quoniam nedum cum inimici ei essemus in gratiam suam nos recepit, sed multis alijs beneficijs ac donis donauit: vsque ad illud, quod sui regni nos participes effecerit & hæredes. At ex nostra parte quis non videt quam abundantissima fuerit erga nos gratia, tribuens nobis non solum vnius originalis delicti remissionem, sed etiam omnium, etiam grauissimorum? Nam licet ruina tantum fuerit per vnum peccatum: tamẽ condonatio & remissio non vnius solius delicti, sed omnium facta est delectio. Certe tempus nos deficeret si vellemus numerare omnia illa beneficia quę consequuta fuerunt istam delicti abundantiam: quibus caruissemus, nisi vbi abundauit delictum, superabundasset gratia. Forte homines sicut naturali conditione Angelis sunt inferiores, ita gloria & honore nec superiores nec pares illis fuissent: sed tam in conditione naturæ quam gratiæ & glorię semper inferiores: nunc autem posita hac gratię Christi superabundantia, si homines lege naturę sunt inferiores, gratia & gloria excedere & superare illos possunt. Nam sicut in natura humana superabundauit delictum pluſquã in Angelica (cum illa tota corruerit, nõ autem Angelica) tamen vbi abundauit delictum superabundauit & gratia? Hanc superabundantiam agnoscebat Apost. quando dicebat. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahę apprehendit. Et alibi. Nescitis quoniam Angelos iudicamus? Credibile valde est Angelis quosdam esse homines gratia & gloria compares: & forte aliquos (non tamen multos) Angelis in hoc prestantiores. De Christo quidem homine, deq. matre sua sanctissima, nulli catholico dubitare licet. Verum enimuero quod attinet ad gloriã accidentariam, fœliciores sunt homines ipsis Angelis. Et etiamsi horum nihil esset in homine, sola illa gratia vnionis & hypostatica vnio ad sublimandum & efferendum hominem supra angelos omnes quam sufficientissima est ad de qua, & ob quam forte ausus est dicere Apost. quod vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Hæc namque est summa gratia, & quę maritissime hoc nomine gaudet, quæque iustissime meretur dici superabundãs gratia. Magna Dei gratia est rerũ creatio, magna earũdem conseruatio & gubernatio; & alia est maior, hominis scilicet, ad Dei imaginem efformatio, & gratuitorum multorumq. donorum communicatio: sed ista datur alia excellentior, eleuatio, videlicet hominis, ad claram & apertam beatissimæ triadis visionem: Cæterum istis omnibus gratijs aliam scimus (quam agnoscere omnes debemus) multo nobiliorem. Rogas, & quænam hęc est? Pancis accipito. Illa est, qua naturam nostram humanam in vnitate personæ Deus suæ diuinitati vniuit ac copulauit. Gratia hęc nedum inenarrabilis est, verũetiã inexcogitabilis. Quis (inquit Isaias) audiuit vnquam tale? aut quis vidit huic simile? Noua gratia fuit isthęc super terram. Hoc illud est quod Hiere. cecinit dicens. Nouum faciet Dominus super terram: fœmina circundabit virũ. Hęc igitur est superabundans gratia: in quã apte possunt adaptari hęc verba Pauli.

Ad Heb. 2.

2. Cor. 6.

Isa. 66.

Cap. 31.

Nam

Nam Deus carnem nostram susceptit, vt abundantiam delicti mærito suæ incarnationis, omnino extingueret, atq; deleret. Quod factum esse in eodem puncto & instanti, quo verbum caro factum est, omnibus christicolis credendum venit. Nam Christus in primo instanti suę incarnationis se & sua omnia pro redemptione totius generis humani Deo patri obtulit: quam ipse nobis mæruit, & Pater æternus acceptauit. Vnde si mæritum Christi spectemus, ipse pro redimendo mundo non egebat alia operatione aut satisfactione. Quæ satisfactio etiam fuit pœnalis. Siquidem nouem mensium spacio in angustissimo vtero mulieris occludi, & manere, non fit absq. pœna. Quis carcer tam tenebrosus? quis locus tam abditus? Quod latibulum tam angustũ? Bene de eo prophetauit Dauid dicens. Posuit tenebras latibulum
Psal. 17. suum. Et quanto ipse magis perfectũ habebat vsum rationis, tanto magis ipsa reclusio ei molestior erat. Nam alij pueri & infantes non tam cito attingũt vsum rationis. Hęc igitur molestia reclusionis sufficientissima erat pro salus factione peccatorum totius mundi.

Hanc Christus dignatus est pati, vt mox inciperet significationem & ostẽsionem suæ immensę charitatis erga nos patefacere: quam nos agnoscere debemus, nisi ingratitudinis notam in currere velim⁹. Ipse infans vnius diei pro nostris incępit pati peccatis: & nos adulti eius passionis immemores sumus. O nostram miserandam cæcitatem, o ingratam hominum conditionem. Bene in nos quadrat quod scriptum est. Iustus perijt, & non est qui re
Isa. 57. cogitet in corde suo. Sed interim nemo in nos insurgat dicens: Si illa reclusionis molestia satis erat pro hominũ redemptione, omnia alia quæ Christus passus est in toto suę vitę curriculo, etiam vsque ad crucem inclusiue, fuisse superflua. Respondemus omni illa alia ex patris mandato & ex abundantiori redemptione, vt esset copiosa redemptio, & vt scripturæ impleren tur Prophetarum, Christum pertulisse vsque ad crucem: sed quoad sufficiẽtiam, minimę sanguinis guttæ satis erat effusio. Nihil igitur superflue actũ est, sed omnia pro nimio amoris ardore Christus complere voluit, vt vbi abundauit delictum gratia super abundantior esset.

Sed nescio an debeam dissimulare circa hunc Paul. locum & textũ, quod quidam concionatorũ extra Pau. mentem & intentionem hæc eius verba exterminant & extrahũt. Nam aliqui de eodem met Apost. Pau. verificari vòlunt, dicentes quod in eo abundauit delictum, & superabundauit gratia. Nonnulli Apostolorum capiti Petro accommodant. Alij Mariæ peccatrici. Quidam Aegyptiacę mulieri: reliqui Dauidi Propheteː & tandem quisque pro suo voto. Sed Pau. horũ nihil minus excogitauit: nam non de personis loquitur, sed sermo eius in comparatione & collatione duorum statuum positus est, vt ex antecedentibus constat. Comparat Apost. effectus gratiæ cum effectib⁹ peccati, dicitq. multo plures & excellentiores esse effectus gratiæ: Quare quæ Apostolus protulit de statu, non sunt restringenda ad certas personas. Neque refert, quod concionatores sic vtantur hoc loco: nam cum aliud sit munus cõcionatoris, & aliud interpretis, illi interdum non curant, nec seipsos astringunt ad authoris mentẽ in citãdis sacræ scripturæ testimonijs: sed tantum præ oculis habent id quod ad suum facere putant institutum. Vnde latior datur concionatoribus campus, quam interpretibus: qui ante omnia debent authoris mentem & intentionem habere suos ante oculos. Aliter respõderi posset ad hoc dicendo, quod ex concionatoribus quidam (de mei similibus loquor) parum candide allegant scripturas in ambone, & interdum volunt extendere cœlum sicut

A fine sc. ficim interpretis aliud vero concionatoris.

pel

pellem, quod non fit sine dedecore sacræ scripturæ, & offensione peritorũ auditorum. Putant namque magnam vim ingenij ostendi, si ad quoduis propositum quemlibet locum scripturæ adaptent. Suo accommodatus sit locus, sine nop. scripturam (vt ita loquamur) per capillos trahentes. Sed iam diximus, istud non faciunt verbi diuini præcones qui docti sunt, beneque meriti de sacris literis, quos solos deceret esse Euangelicos concionatores. Sed ad nostram rem reuertamur, dicentes docte & acute Apostolum cõclusisse suum institutum, quod erat ostendere triumphum gratiæ de peccato. Nec mirum. Nam longe potentior debebat esse secundus Adam Christus ad saluandum, qui fuerit primus ad perdendum. Supra iustus hominis delictũ abũdare debebat alterius gratia & donũ. nã nõ sicut delictum ita & donum.

Qui qualesq. esse debeant euãgelici cõcionatores.

Vt sic. reg. pec. in mor. ita & gra. reg. p. iust. in vit. æter.

EXplorat Apost. effectum abundantiæ gratiæ. Sicut, n. peccatum fecit regnare mortem ab Adam vsque ad Mosen: ita gratia fecit regnare vitam. Sicut n. mors est effectus peccati (vt antea diximus) ita & regnum peccati causa fuit quod regnaret mors. Nunc dimisso regno mortis, transit ad regnum peccati. Nec temere. Nam antea loquebatur Apost. de peccato ante legem, in quo tempore non dicebatur regnare peccatum, quia non cognoscebatur. Mors autem maxime cognita erat, quia indies eam experiebãtur, licet non putarent esse pœnam peccati. Postquam autem venit lex, prebuit de peccato cognitionem, abũdauit delictum, cœpit regnare peccatum. In Diaboli regno regnat peccatũ in regno autem Christi regnat eius iustitia & gratia. At stipendium regni peccati est mors, non solum corporis, sed etiam animę. Hæc est merces quã militibus suis præbet & elargitur peccatũ. At hoc regnum destruendum erat. Sed per quem? Non per alium nisi

Per Iesum Christũ Dominum nost.

PEr strenuum ducem, qui suis seruis non mortem sed vitam donat æternam & sempiternam.

Sed heu dolor, sunt plures, qui malunt Dæmoni & peccato inseruire, & sub eis militare, quam sub Christi vexillo. Sed qui sunt hi? Illi qui Christo dicunt, Nolumus te regnare super nos. Recede à nobis: viam scientiarum tuarum nolumus. Illis minatur Deus per Hiere. Dicens. Seruietis Dijs alienis die ac nocte, qui nõ dabunt vobis requiẽ. Suis autem Christus requiem promittit dicens. Inuenietis requiem animabus vestris. Quis igitur tam cecus & rationis inops est, qui si regnat in eo peccatum, non velit tam durum, crudum, & tyrannum regem deserere? Excutiat à se tam graue iugum. Iam non sumꝰ sub statu Mosaycæ legis in qua regnabat peccatum. Iam statum suberamus gratiæ nacti sumus. Non flocci facimus tot tantaque Christi beneficia absque nostris meritis nobis collata. Moueat nos tantæ gloriæ præmium quod suis seruitoribus paratum habet. Impellat nos ad exeundũ à nobis peccatum tam prompta & larga Christi condonatio, per quem facta est nostra redemptio. Recordemur quod qui facit peccatũ seruus est peccati, quod cum consummatum fuerit generat mortẽ. Deo inseruiamus qui dabit nobis vitã æternam,

Per Do. no. Ie. Chri. mẽ. Explicit quin tum ca- put.

Luce 19. Iob. 21.

Hiere. 16. Matth.

QVID

CAP. VI.

QVID ERGO DICEMVS? MANEBIMVS IN PECCATO VT GRATIA ABVNDET? ABSIT. QVI ENIM MORTVI SVMVS PECCATO, QVOMODO AD HVC VIVEMVS IN ILLO? &c.

VBI Apost. in elapso proxime capit. docuit & manifestis argumentis ostendit, abundantiam gratiæ Christi, per quam liberati fuimus à peccatis omnibus: in hoc 6. cap. modo eius propositũ est, prosequi, continuare & amplius enodare exuberantiam gratiæ Dei & Iesu Christi. Neque hæc tractatio ei vitio vertit debet: etiamsi sit de eadem re. Nam in 5. cap. istud effecit in ordine ad peccata præterita, nunc vero in hoc 6. de eadem exuberãtia sermonem instituit, sed in ordine ad peccata futura: ad quę cuitanda non minus efficax est Christi gratia, quam fuerit ad delenda præterita. Ideo, sicut per opẽ illius potuerunt nostra delicta deleri, sic hac eadem nos adiuuante, possumus futura vitare peccata. Et quia exuberantia, siue abundantia peccati, non tantũ poterat esse circa præterita peccata, sed etiam circa peccata futura; ideo Apost. doctissime (vt solet) ostendere voluit exuberantiam gratię & circa præterita & circa futura peccata. Hoc autẽ priusquam explicare incipat, in frontispicio huius cap. sollicitus fuit mox, quandam calumniam (quam ei calumniatores impingere poterant) ãse procul pellere. Dicis, Quænam hæc est calumnia? Respond. Hæc est. Qui de Paudoctrina non bene sentiebant, ei impingere poterant, quod falsam dogmatizasset doctrinam quando dixit, quod vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Nã ex hac doctrina, mox consequi videtur, Paulum licentiam fecisse peccatoribus, vt multiplicarẽt peccata, ad abundantiorem faciendã gratiam. Occurrit nunc Apostolo, huic obiectioni, siue calumniæ, dicens. Qnãdo ego dixi, gratiam superabundasse vbi delictum abundauit, nemo existimet me consequenter velle dicere, bonam esse in peccato perseuerãtiam, vt maior abundet gratia. Nemo ex meis verbis accipiat hanc licentiam. Ego quidem hanc licentiam nec concedo, nec concedere possum. Absit à me tãtus error. Cum dico superabundasse gratiam, non est meus animus asserere, abunde fore peccandũ, & in peccatis perseuerandum; quò abundantiorem gratiam recipiamus, sicq. magis liberalitas, magnificentia & beneficentia Dei erga nos augeatur, ac illustretur. Absit à nobis tanta insania. Nam hæc superexcrecentia & abundantia gratiæ, non est orta à peccatorum mẽrito: sed ab opitulantis auxilio. Ab hoc n. pullulauit gratię abundantia in nobis. Quare nequis vel animo calumniandi, vel ignorantia sylogizandi recte, rali vtatur ratione, eam reselli ac destruit hoc loco Apost dicens.

Quid ergo dicemꝰ Man. in pecc? Absit.

Resp.

CÆterum opponet se aliquis dicẽs, voluntariè ab Apost. esse agitatam hanc

hanc calumniam: nam iam cap. 3. eam profligauerat, quando dixit, se non docere facere mala vt inde eueniant bona. Iam. n. ab hac calumnia tunc se purgauerat. Hæc. n. duo in vnum & idem veniunt. Non igitur repetere opus erat. Respondemus primo, quod quando vna res est non modicę importantię quod bis, aut ter, quaterque & multoties repetatur, inconuenit nihil. Nō n. est hoc apud grauissimos authores insuetum: neq. ab scriptura sacta omnino alienum reperitur. Namque in ea repetitio eiusdē rei rationisq. absq; vitio fit. Aliter respondere possumus, dicentes, quod licet hę duę rationes magnam inter sese habeant affinitatē, & ex vna videatur sequi alia apud homines habentes obtusos oculos, & prauos sensus (Nam si vbi abundauit delictum, superabundat gratia; mala facere dicebant quidam, nobis fas erit, vt veniat hoc bonum, quod est abundātia gratiæ, & perseuerantia quoque in peccato). Horum. n. vtrunq. summa blasphemia, est, & neutrum recte colligitur ex prædicatione & sermone Apost. quia nihil tale ipse vnquam somniauit. Et qui ei istud imponebant, tam quam consequens ex eius doctrina, allucinabantur; & illorum argumentatio friuola erat, & vitio paralogismi laborabat. A non causa ad causam argumētabantur. Nam perseuerantia in peccato, non sequitur ex abundantia gratię: imo eius oppositum. Nam si gratia tollit & fugat peccatum, abundantia gratię magis fugare & tollere debet peccatum. Qui igitur ex abundantia gratiæ colligere volunt, vel esse faciendā mala, vel persistendum esse in peccato: isti prauum & peruersum habent iudicium. His dictis responsum damus illi obiectioni allo modo, dicentes, Apostolum non superflue adiecisse hāc præoccupationem in principio huius cap. licet iam antea dixerit, non esse facienda mala vt inde eueniant bona: nam istud dixit circa aliam materiam Nunc autem in alia versatur materia. In 3. cap. versabatur in nostro mendacio, & iustitia Dei. Mendatium. n. nostrum est materia iustitiæ & gloriæ Dei: non tamen sequitur, quod mendatium nostrū, & alia mala nostra sint media licita ad augmentum gloriæ & iustitiæ Dei. In hac materia versabatur Apost. 3. cap. In hoc 6. cap. non est in eodem subiecto, sed in alio: videlicet, In efficatia doni Christi; non absolute, sed respectu peccati. Et quia in 5. capi. dixerat, vbi abundauit delictum superabundasse gratiam, excludit hic errorem, qui oriri poterat ex his verbis per perā intellectus. Et ideo sicut in 3. capit. se purgauit Apost. ab ista calumnia (etiam sine aliqua nota) tursus in hoc 6. cap. de cōsimili potuit se expurgare & liberare. Sicut namque illic Apost. nulli copiam faciebat operandi mala vt inde euenirent bona: sic neque hic facultatem concedit. vt perseueret quis in peccato: quin potius docet, abstinē dum esse a peccato.

Cęterum, qnod attinet ad seriem & nexum horum verborum cum prę cedenti cap. series clara & manifesta est; Vtinam sic esset vbique. Dixerat Paul. in calce elapsi cap. quod vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Ex his verbis velut ex fonte quodā, pullulat hæc quę hic agitatur quæstio. Venit huc quoque, quod in prętcrito cap. dixit; quod posit peccatum ipsum, multa aduenerunt nobis bona. Dubium esse poterat, num manendū sit in peccato, vt gratia abundet. In manifesto igitur est huius cap. series cum superiori. Congruè igitur proponit Apost. quęstionem dicens. Quid ergo dicem'? Manc. in pec. vt abun. grā? Q. d. Apost. Cum Deus magnificetur ex abundantia gratiæ; erit ne nobis bonū permanere in peccato, quò Deus magis commendetur, magnificeturq.? Absit. Breuis responsio. Vno tantum verbo, quod multā habet emphasim: Execrabilis & horrenda responsio est.

digna

digna sane tali interrogatione. Pro qualitate .n. interrogationis, exhibenda est responsio. Cū igitur interrogatio horrenda esset, talis illi respondere debebat responsio?

Sed iam scire cupiet lector, quid sit manere in peccato. Bifariam istud vsu venire potest: altero modo dicitur quis manere in peccato, qui de illo pœnitere non vult, nec curat: non tamen addit peccatum peccato, sed vni, fixe & inflexibiliter hæret. & addictus est. Altero modo dicitur quis manere in peccato, quando multiplicat peccata, quasi coaceruans & agglomerās peccata. Et hoc secundo modo intelligit Paulus manere in peccato, quando dicit, Manebimus in peccato vt gratia abundet? Hoc est, Abundabimus in peccato, vt gratia superabundet? Nec refert, quod non dixit, in peccatis: sed, in peccato. Ille namque dicitur abundare in peccatis, qui addit & apponit iniquitatem super iniquitatem, & pecatum peccato. Et animaduertat lector etiā, quod verbum, dicemus, perinde valet ac si dixisset, faciemus. Ac si dicat. Si peccatum facit abundare gratiam, quid faciemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Dicere quidem nefandū esset: sed multo nefandius istud facere esset, & opere complere. Vel alio modo hāc interrogationē intelligere possum⁹: ita vt fiat in persona iustificatorū. de quorum numero Paulus vnus erat, & sic adnumerat se cum illis. Et tūc manere in peccato, nihil aliud sonat, quā vlterius viuere in peccato siue reuerti ad peccatum. Et sic Apost. in hoc loco, relapsum prohibere videtur, & perseuerantiam persuadere iustitiæ. Et hic nobis sēsus magis arridet, eo quod cum præcedentibus affinior sit. Nam iustificati, cautius se debent custodire & gratiam sibi à Deo elargitam cōseruare sicut Christus paralytico dixit; Vade & amplius noli peccare: ne tibi aliquid deterius contingat. Est namque relapsus, pernicioſior, quā lapsus & prima ruina: & maiori dignus est pœna, qui semel egressus & liberatus à peccati tyrannide rursus relabitur, quam ille, qui, in peccato non condonato persistere & permanere vult. Iste namq. Deo minus debitor est iuxta illud: Cui minus dimittitur, minus diligit, Vtrunque malum est, & manere velle in peccato, nolleque ab eo emergere; & relabi in peccatum, atq. ad vomitum redire: sed semel comparata iustitia in ea persistere oportet.

Ioan. 5.

Luc. 7.

Simile.

Sequitur.

Qui. n. mor. sum. pec. quom. adh. viu. in illo?

ADinngit Apost. rationē eius quod proxime dixit, videlicet, non esse manendum in peccato. Hæc est prima ratio, quæ sic habet. Qui mortui sunt peccato, non viuunt in illo: atqui nos sumus peccato mortui, quomodo igitur ad huc viuemus in illo? Sunt qui particulam. n. ex hoc textu expungendā volunt, tamquam superfluam: sed nū merito, non apparet. Solet namque Apost. frequentissime ea vti, quando vnus textus est ratio alterius. Cum igitur hic assignetur ratio, ob quam non est nobis manendum in peccato: non vane apposita est particula enim, quæ rationem designat. Probat autē à posteriori, per effectus exuberantis gratiæ. Ac si dicat. Esse mortuum peccato, est effectus gratiæ exuberantis: nos sumus mortui peccato (at mortuus peccato non debet manere in eo) igitur non est manēdum nobis in peccato. Argumentum optimum & efficax est, quod in similitudine mortis naturalis positum est. Sicut. n. quod est mortuū alicui (vt v.g. pater qui est mortuus filio) iam amplius nō viuit filio: sic mortuus peccato est ille, qui non vivit peccato amplius nec ei interuit, nec desiderijs peccati obedit, aut obsequitur.

Vnde

Vnde eleganter & doctè dixit Origenes, quod sicut ille dicitur viuere Deo, qui secundum Dei voluntatem viuit: ita ille dicitur viuere peccato, qui viuit secundum voluntatem peccati. Quod hic in hoc 6. cap. paulo inferius dixit Apo. clamãs, vt vltra nõ seruiamus peccato. Hic dicit non esse manẽdum in peccato. Quę duo idẽ pollẽt sicut nõ manere in peccato & mori peccato.

Porro mortuũ esse peccato duplici ter intelligi potest: altero modo, si peccato sit ablatiui casus. Tũc tẽsus est: Mori peccato, hoc est, propter peccatũ: ita quod peccatum sit causa mortis; sicut prędcedẽti cap. docuit Apost. peccatũ fuisse mortis causam. Et hũc sensum alienum fore à Pau. mente hoc in loco facile credimus: tametsi per istum sensum, persuaderi possit fuga peccati. Fugiẽdum quippe est id omne, quod vita priuat, & mortem generat. Cunctis namque animantibus, innatum natura est, mortem fugere. Atqui peccatum mortis causa est (nedum corporis sed etiam animæ) Igitur si mortem incurrimus peccato, desit, propter peccatũ non debemus velle viuere in eo. Volunt tandem docti interpretes, vt peccato, sit non auferẽdi, sed dandi casus. Et tunc sensus est: Nos, qui sumus mortui peccato ipsi, quomodo illi viuere debemus? Phrasis & modus loquẽdi est, viuere & mori alicui rei pro eo q̃ est fructificare, & nõ fructificare. Qui viuit alicui fructificat illi, qui autẽ moritur vel mortuus est illi, non fructificat, nec viuit ei. Morsetenim aduersa est illi vitę: & è contra. Vnde si vnũ inest, alterũ inesse nequit. Quare si quis diceret se mortuum esse ipsi peccato, & fructificaret peccato, is reuera non esset vere mortuus peccato. Si n. arbor aliqua à terra auulsa, rursus folia, flores vel fructus daret: non esset dicendum verè fuisse mortuam, quia rursus fructificat. Sic homo qui semel est mortuus peccato, si ei fructificat, non est credẽdũ illũ fuisse mortuũ peccato: quoniã sicut à morte ad vitã non est regressio, ita à morte peccati ad eiusdẽ vitã non debet esse regressus. Rursus, qui vere mortuus est, immobilis manet: qui igitur mortuus est peccato, amplius non debet ad peccatũ moueri, sed immot⁹ manere in vita spirituali debet. Istud igitur est hoc loco mori peccato, & nõ mori ꝑ peccatũ. Quare, forte nõ apte dixit quidã, hũc datiuũ græcũ, reddi posse per ablatiuũ. Sed rogabit curios⁹ fortassis lector, de quo peccato loquatur Apo. de originali, an de actuali. Dicãt alij, quod eis magis libuerit: quod nostra opinio fert, huiusmodi est. Paulũ absolute loqui hic de peccato, tã de originali, quam de actuali. Nam licet originale semel tantũ homo contrahat, & semel ablutus illa labe & contagione, secũdo non possit maculari & coinquinari: tamẽ propter concupiscẽtiã effrænem, & fomitẽ, dicitur natura remanere corrupta, & nõ omnino mundata, ab omni illo: ꝙ aliquo modo habet rationẽ peccati originalis: vt est fomes ipse. quẽ falsissime Lutherani, appellãt peccatũ originale: nos autẽ tantũ effectũ peccati originalis. Fomitis autẽ duo sunt effectus: vt elegãter Angelicus doctor annotauit. Alter est propensio ad malũ, alter tarditas siue detardatio ad bonũ. Vnde qui regenerantur, & per baptismũ moritur peccato originali: licet dicatur mortu⁹ esse peccato, nõ tamẽ dicitur esse mortuus fomiti: quia nõ tollitur, quãuis eius rabies & furor sit satis mitigatus. Et quãtum ad hoc non dicitur homo baptizatus omnino esse mortuus peccato. Dicis; Ergo non est verus Pau. sermo dicẽtis: Qui n. mortui sum⁹ peccato, quomodo amplius viuem⁹ in eo. R. verũ esse Pau. verbũ Nã (sicut nũc dicebamus) fomes nõ est peccatũ. Et ideo licet qui eũ habet aliquo modo viuat ei: non dicitur tamen viuere peccato: secundũ autem Lutheranorũ errorẽ, qui existimant fomitem esse peccatum, diceretur homo viuere peccato.

Yy For

Fortassis propter ista quę modo diximus, non male existimatū est à quibusdam, Apost. hoc loco nomine peccati intellexisse naturā corruptam, quę incitat nos ad malum. Cui, quando ei nō morē gerimus, sed rationi (quę ad optima deprecatur) obedimus: tūc viuere dicimur: quando autem innatę concupiscentiæ, & effręni, siue naturæ corruptę obsequimur, tūc tęporis morimur. Vnde, sicut qui ratione viuit moritur concupiscentiæ: sic, qui huic viuit mòritur rationi. Et sic dicunt aliqui, Apost. vsurpasse hic nomen peccati, pro hac natura corrupta. Quæ licet reuera ipsa non sit peccatum, est tamen effectus peccati, vt dictum est de fomite. Nobis autem magis grata est intelligentia, quę hic peccatum refert, tam ad peccatum originale, quam ad actuale. Qui enim mortuus est vtriq. peccato, in neutro viuere & permanere debet. Viuit autem peccato originali (etsi deleto) qui sequitur fomitem & concupiscentiam effrenem, & non viuit secundum dictamen rationis. Qui istius modi homines, sunt, hominis peccato mortui officium non exercēt. Ille hoc munere præclare fungebatur, qui dicebat, Castigo corpus meū, & in seruitu tē redigo. Et qui clamabat dicens: Mortificate membra vestra, quę sunt super terram. Et alibi: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Et reliqua huius generis. Cęterum desęipso periculū faciat, quisquis putat se esse mortuum peccato, Scrutetur acutè, an opera sua sint hominis mortui vel viuētis peccato. Diligenter inuestiget, cui fructificat; virtuti, aut vitio. Intus & foris seipsum conspiciat, & videat cui mercenarat: concupiscentię, vel rationi. Attendat, si placent ei adhuc illa, quæ dum esset in peccato, grata habebat: quod si ita esse offendit, ingens conie ctura est, se prorsus non fuisse peccato mortuū. Sicut. n. ille, qui cupit cibos noxios & saluti aduersos, quosdam langueret cupiebat, signū nō leue habet, q nō sit plene sanus effectus (distēperātia. n. humorū, adhuc manet, sic qui cōcupiscētias priori vitę appetit & sectatur, is nō potest esse mortuus peccato. Homo. n. vere mortuus nihil earū voluptatū sibi dēsiderat, & amat ad quas dū viueret suspirabat, anhelabatq. Qui moritur, omnes corporis functiones amittit, sic qui vere mortuus est peccato, ab omnibus peccati functionibus, expoliatū esse oportet. Sic Pau. illū de pingit dicēs. Expoliātes veterē hominē Sicut. n. turpè esset homini qui sanitatē recipit, per medicū & medicinam á morbo grauissimo & mortifero, mox velle relabi & eandē ęgritudinē incurrere (sic. n. & medico & medicinæ iniuriam faceret (sic peccator semel à peccati morbo per Iesum Christū (peritissimū medicū) & sanguinē eius curatus, medico & medicinæ magnā iniuriā irrogat, si rursus peccato viuere velit.

Insurget fortassis quispiam dicens, Si nō expedit nec fas est nobis perfistere in peccato, vt gratia abundet; cur igitur Deus optimus medicus, tā diu passus, est hominē permanere in statu peccati? Nūquid, vt gratia eius abundātior appareret? Nonne Deus sustinuit multo tempore, quasi peccatis hominū cōniuens & dissimulans? Cur ad eius imitationem nō licebit nobis quoq. istud facere? Respon. Non est hesitandum, hanc expectationem peccati & dissimulationem, factā esse à Deo summa cum prouidētia & magno Dei cōsilio. Non. n. sustinebat Deus peccatum, vt in hoc nobis normā & regulā similiter faciēdi traderet. Non. n. Deus tamdiu sustinuit peccatum, vt abundantiam gratiæ reciperemus. Nemini siquidem dedit Deus spacium peccandi: sed sustinebat peccatum, expectās illud decretum certum tēpus, in quo recipere debebat peccatum medelā & remedium. Hoc. n. remedium ab æterno in mente diuina erat præparatum, exhibendū autē suo tempore definito. Interim autem, dum hoc tēpus expectabatur, ne

pec-

1. ad Cor. 9.

Ad Col 3. I nferius hoc eodem cap.

Simile.

Ad colos. Simile.

Isa.

Eccle. 9.

peccatum rueret in suum effectū, hoc est in mortē æternā, misericors Deus sustentabat illud, dissimulans illud. Sed postiam exhibitam sanitatem & medelam, non est iam ista ratio dissimulandi & sustentandi peccatum. Habuit se vero Deus in isto facto, sicut peritus medicus: qui ægroto permittit & dissimulat aliquid, dum expectat tempus curandi illum. Porro illo iam sano effecto, iam illud strictissime prohibet ei ne relabatur in consimilē ægritudinē. Sic prudētissimus medicꝰ Deus vbi iā effecit hominē sanū, & gratiā ei contulit, permittere nō vult, vt homo rursus peccet, aut perseueret in peccato: sed vt se in statu gratiæ conseruet. Dicis, Si rursus homo peccauerit, Deꝰ occasionē habebit amplius ostendēdi abundantiā suæ gratiæ. Nō amat Deus hāc occasionē, qui nō vult peccatorū mortē. Neq. bonus esset medicꝰ reputādus, qui cuperet aliorū morbos & infirmitates, vt ipse peririā suæ artis ostēderet. Sic Deꝰ (qui bonus imo sūmè bonus est) nec ante peccatū hominē peccare voluit, nec posito peccato illud dissimulauit, quo sua gratia maior & copiosior appareret. Nō. n. vult Deus mala, vt Inde eueniant bona. Quā doctrinā sequutus Apo. abominatus est illos, qui cōtrariā psuadere volebāt dicētes, manēdū esse in peccato, vt magis cōmēdaretē Dei gratia. Perinde. n. est hæc ratio, ac si quis diceret infirmādū esse, vt virtꝰ medicinę ostēdatur & illustretur. Quis nisi mētis inops ista diceret?

Egregia ana logia.

Sequitur.

An ignoratis fratres,

quia quicūq. baptizati sumus in Christo Iesu. in morte ipsius baptizati sumus? consepulti enim sumus cum illo per baptismum, in mortē: vt quomodo Christus surrexit à mortuis, per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus &c.

ASsumptū sui syllogismi probat hic Apo. Ratiocinano eius talis erat. Qui sunt mortui peccato, ij amplius nō debēt in illo viuere. Hęc ex se nota est, nec indiget probatione. Eā indubitatā agnoscūt, qui callēt conditionem eorū, quæ sunt oppositā secundū habitum & ptiuationē Assumptio, talis erat. Nos sumus mortui peccato. Hanc assumptionē probat hic Apost., quoniā nō erat ita nota, vt maior propositio. Declarat autē eam hoc syllogismo. Qui sunt baptizati in morte Christi sūt mortui peccato: nos tales sumꝰ, igitur. Primam propositionē probat dicens,

An ignora. fr. qu quic. bap. su. &c.

PRobās Apo. suā intentionē, incipit cōmendare sacramētum baptismi: q̄ omnū ianua & aditus ad Christianismū, primus & potissimus est. Per istud nāq. sacramentū, initiamur ad fidē Christianā & adoptiui filij Dei efficimur iuxta illud. dedit eis potestatē filios Dei fieri. His qui credūt in nomine eius, qui nō ex voluntate carnis, neq. ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Hi vero sunt, qui regenerantur ex aqua & Spiritu Sancto in baptismate. Ioan. 1.

Neq. quisquam nobis sit molestus, dicens, quorsum nunc misceat negotiū baptismi, quando tractaturus erat de abundātia gratiæ (nā istam nos superius diximus assumptam fuisse tractandā. Nemo miretur nostrum Apostolum in hoc. Nā sicut de Christi morte tractat: ita etiam (& męrito) de baptismo. Siquidē tā per Christi mortē, quā per baptismi sacramētū manifestatur abūdantia gratię. Et ideo recte immiscet, ista abūdantia autē gratię tam in morte Christi, quam in baptismo, tam est manifestata, vt superfluū sit in hoc occupari. Mors enim & passio Christi est vniuersalis & genèralis medicina omnium peccatorum: á qua baptis- De dignitate baptismi legę qui volet D. T 3. p. q. 69. Respon.

mus habet virtutē,tollendi omnia pec
D.Tho.3.p. q.69.ar.1,2.& 4. cata.Et nedū hoc,sed etiā liberatur ho mo per baptismū ab omni reatu pecca ti: per quē etiā confertur gratia cū vir tutibus,suscipientibus illum.

An ignoratis &c.

NOn intendit Apo:arguere Roma nos,de ignorātia baptismi. Nā tūc iā vsus baptismi frequētissimus erat a pud illos. Et creditu facile est,quod mi nistri baptizantes,ipsos baptizandos in struebāt & docebāt,quēnā esset baptis mi significatio,& cuius rei esset typus: nēpe,mortis & sepulturę Christi quę dā repræsētatio. Dicis; Cur igitur Pau. dicit; An ignoratis? Modus & phrasis Respon. loquendi est,Quando aliquis manife stissime scit aliquid,dicere ei solemus; Nūquid tu ignoras hoc? Q.d.scio te nō ignorare. Sic quādo Pau.dixit,An ignoratis,dicere voluit,scio quod vos non ignoratis: quoniā hæc res quā dico vo bis,tā manifesta est,vt à vestrū nemine ignorari debeat. Est.n.istud vnum vel præcipuū,quod quicunq. est baptiza tus scire debet & tenetur. Fortassis si hic adesset Apo.nō vnū, sed quā plu res inueniret qui hoc ignorāt. Nā cū infantes & clingues fuerint baptizati, postea adulti effecti ānullis edocti fue rūt. Magna inhac re incuria est. Vigilēt ij quibus incumbit. Nostra tantū cura erat,nacta hac occasione,exhortari illos ad quos pertinet. Et si non leuis pu dor est baptizatis istud nescire,non mi nor culpa est eorum qui docere tenē tur. Pudeat igitur baptizatū istud igno rare,&pudeat quoq.doctorē istud nol le docere. Illum ignorantia non excu sabit,& istum negligentia accusabit.

Quia quicunq. bap.su.

BEne & iuste se adnumerat Apo.in ter baptizatos. Nā ab Anania bapti Act.8.1 zatus fuit vt habetur in Apo. actibus. Sed cū addit,quicunq.satis aperte insi nuat,ali quos fuisse qui nō erant baptizati:vel erāt, non baptismo Christi,sed Ioannis baptismate, qui peccata non tollebat,nec gratiam conferebat, sed tantum quædam præparatio erat. Qua re baptizati hoc baptismo,rebaptizan di erāt. Porro,in primitiua Ecclesia is mos obseruabatur;vt nomen Iesu ce lebrius haberetur,quod quidē oppro brio erat,propter crucis mortem:iux ta illud quod Pau, dicebat ad Corint. 1.ad Cor.1 Nos prædicamus Christū crucifixū, Iu dęis quidē scandalū,Gentibus autē stul titiam. Vnde Act.8.cap.palam dicitur, quod viri& mulieres baptizabantur in nomine Iesu Christi. Quamquam bap tizari in nomine Iesu Christi, duobus modis cōtingere potest(vt periti theo logi animaduerterūt)Hoc est, in virtu te Iesu Christi,vel in nomine Iesu Chri sti:idest sub hac forma;Ego te baptizo in nomine Iesu Christi,Baptismum au tem semper factū esse in virtute Chri sti,nullus debet in dubium reuocare:at an sub ista forma vnquam datus fue rit,ex peritis theologis, nonnulli dubitaueruni. Tametsi turpe videatur, his qui sunt de familia & schola Tho mistica, istud inficiari. Di. Thom. illo rum dux, palam confitetur, & cum eo qui illustres sunt theologi. Porro, nunc in controuersiam ducere, an si fieret modo sub hac forma baptis mus,verus esset, necne; tametsi dum scholastice ageremus, quæ nobis pro babilior sententia videretur, diximus: modo quoniam Pau. interpretem a gimus,consulto (& absque nota) ab hac,& similibus nos continemus quę stionibus. Omnes remittimus illis, qui quartū librū Magistri sententiarum in terpretantur. Ibi.n.est de his,accōmo dus disputādi locus. Nostra hic inten tio tantū est dicere, quomodo vsurpa uerit Apost. verbum, baptizati sumus in Christo Iesu. Non n.accipit baptiza ri in Christo Iesu,secūdo modo pro eo quod est baptizari sub hac forma,Ego te bap

te baptizo in nomine Iesu Christi: sed pro eo quod est induere Iesũ Christũ, sicut alibi dicit; Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Induere autem Christum est, per baptismum incorporari Christo. Nam per baptismum morimur cum Christo, & cum eodem sepelimur. Eũ. n. locum baptismus in nobis habet, & gerit: quẽ habuit crux Christi, & sepultura (licet noster baptismus mors sit in nobis spiritualis non corporalis, in Christo autẽ è cõtra) Ille carni mortuus est: nos autẽ peccato, & à prava vita resurgimus ad vitam spiritualẽ. Ad Gal. 3.

Illudq. voluit nobis Apostolus insinuare quãdo dixit, nos baptizatos in Christo Iesu fuisse, & nõ aliud. Quod hac ratione facile persuademus. Quoniã eodẽ modo dicit nos esse baptizatos in Christo Iesu, quo dicit etiã baptizatos esse in eius morte. Vtrũq. exẽplaria græca esse rũt per accusatiuũ, & noster interpres vertit per ablatiuum, dicens. Quicũq. baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sum⁹. Certũ quippe est quod Apostolus nõ baptizabant dicẽtes; Baptizetur seruus Christi in nomine Iesu, in morte q. eius. De morte hactenus nullus dixit, nec cogitauit, q̃ sub istis verbis fieret forma baptismi. Quare quando Pau. dicit nos baptizatos esse in Christum & mortẽ eius, aliud nihil voluit dicere, nisi quod ad istũ finem baptizamur, vt incorporemur Christo efficiamurq. mẽbra eius, veluti capitis nostri: & participemus eius mortẽ, hoc est, virtutẽ mortis eius. Nam licet omnibus (sacramẽtis nouæ legis, cõmune sit nos reddere participes passionis Christi (à qua ipsa virtutẽ accepere) tamen hoc magis ad viuũ repræsentatur nobis per sacramentũ baptismi; quã p alia sacramẽta. Nã ille ceremoniæ & ritus, qui fiũt in baptismo sulcipiẽdo, magis ostendũt mortẽ & sepulturã Christi sicut est trina immersio. Licet (vt docte docet B. Tho.) hęc nõ sit de essẽtia & necessitate baptismi. Ad baptismum nãq. p se exigitur ablutio aquæ, quę est d necessitate sacramẽti. Mod⁹ autẽ ablutionis p accidẽs se habet ad sacramentũ. Ecclesia autem diuersis excausis aliquando vsa est vna, aliquando tribus. Nunc autem qui tantum vna vteretur baptizans, grauis criminis reus esset.

Neq, his quę diximus obstat, q̃ sacramentũ Eucharistię est etiã manifestatiũ passionis & mortis Christi. Nãistud alio, & alio modo fit. Nã in baptismo fit cõmemoratio mortis Christi, quatenus homo Christo cõmoritur, & in nouã vitã regeneratur (Baptismus. n. quæ dã regeneratio nouę vitę est) In Eucharistia autẽ fit commemoratio mortis Christi, quatenus Christus passus datur nobis quasi paschale cõuiuiũ: iuxta illud Pau. Pascha nostrũ immolatus est Christ⁹. Et sic aliter repræsentatur nobis passio Christi p baptismũ, quã p Eucharistiã. Vnde baptismus videtur hoc habere specialiter, q̃ per ipsũ repræsentatur mors Christi, tam quã sacramentũ magis simile morti & sepulturę Christi. Facit ad hæc etiã q̃ ille qui modo baptizatur in nomine Patris, & filij & Spiritus Sancti, aptè dicitur esse baptizatus in nomine Christi: quod falsum esset, si intelligeremus formaliter (vt dicũt). Tamẽ, si intelligamus in nomine Christi, hoc est in virtute & efficatia Christi: verũ est, & nobis fatendũ. Vnde, forte Pau. nõ apposuit illas duas particulas, in Christo Iesu, in morte ipsius, ad differentiã baptismi Ioannis (sicut supra nos diximus, secundũ sententiã aliquorum, etiam peritorum interpretũ) sed ideo adiũgit illas particulas, vt sublimet & extollat baptismũ, quẽ nouiter Christus instituerat, scilicet; In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti. Hunc. n. baptismũ, vel sub hac forma præcepit Christus Apostolis prædicandũ. De alia forma baptizãdi, nõ est expressũ in sacra pagina præceptũ: quid quid sit de huius rei reuelatione Apostolis facta. Nõ tamẽ per ista quę diximus, intẽtionis nostræ est, velle negare magnũ interuallum inter baptismum 1. Cor. 5.

Christi,& Ioānis:sed ad maiꝰ mysteriū insinuandū posuit. Non.n. tam rudes erant Romani,qui nō intelligerēt,quā tū differētię esset inter baptismū Christi,& Ioānis:cuius baptismus defuncto Ioanne euanuit.Baptismus verò Christi(licet ante mortem eius inceperit) post eius tamē mortem in vsu fuit,& ad finem vsque mundi durabit.

Ioan.3. ct.4

In mor.ipſ.bap.ſum.

APerit quid pręferat Christi baptiſmꝰ.Nō aliū baptismū,sicut pręferebat & typus erat Ioānis baptismus: qui figurabat baptismū Christi.Specimē & cōfigurationē gerit baptismus Christi,eius mortis.Ab ea nāq. emundādi habet vittutē.Sed rogas; In quo baptiſmꝰ Christi habet similitudinem morti Christi?Contēplate ritū & ceremonias quę fiūt in baptismo,& ipsę te edocebūt.Harū significationes egregiè explanatas inuenies,apud D: Tho. in 3.p.Nos prudētes & scientes, missas eas facimus,in gratiā breuitatis.Notet tamē interim aeutꝰ lector, q baptiſmꝰ exterius repręsētat mortē Christi,& interius exprimit,p effectū,quē Christus facit.Morimur.n.peccato,& priori vitæ,sicut Christꝰ mortuus reuera fuit corporali & tēporali vitæ,amplius nō reuersurus ad eandē.Nā q mortuus est peccato mortuus est semel. Sic nos semel tātū baptizamur, vt vnicā tantum Christi mortē tepresentemus.Vnde etiāsi baptismus nō secū afferret characterē,nō esset nisi semel recipiēdus.Secus representaret geminatā fuisse Christi mortē.Neq. homo capax est plusquam semel recipere baptismū. Quare merito damnātur rebaptizatores.

Respon.

Sequitur.

Consepulti.n.su. cū illo per bap.

PRoxime post mortē,sequi adsolet sepultura.Vnde de illo epulone dicitur,apud Lucā dicitur;Mortuus est diues & sepultꝰ est in inferno.Sic Pan.hoc loco post mortē apponit sepulturā.Q. d.Nō modo sumꝰ baptizati in morte Christi,verūetiā & cōsepulti:ad hoc videlicet,vt recipiētes baptismū, & mortē,&,sepulturā Chtisti exprimamus,& repręsentemus.Et hoc fieri debēt perimentes peccatū, & illud sepelientes. 16.cap.

Obserua verbū cōsepulti.Nos nō appellauit cōbaptizatos,sient nos appellat consepultos;hoc est,cū Christo sepultos.Nā nos nō eodē baptismo quo Christus baptizati sumꝰ. Ille baptismo Ioānis:quē Ioānes illi prębere recusabat dicēs;Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?Cui Christus.Sine modo:sic.n.decet nos implere omnē iustiā.Tūe acquieuit Ioānes,& iussus adimpleuit quod ei imperabatur. Et sic nō dicimur nos cōbaptizati cū Christo.Et ex hoc collige lector amice,verē legē expletā fuisse per baptismū & inchoatā per baptismū: nō per illū qui fuit finis legis tantū,non inchoatio nouorū sacramētorū.Baptismus Christi fuit ianua & initiū sacramētorū nouæ legis,per quē nisi quis prius ingrediatur,ad alia acceſsū habere nō poterit,siue sit puer,siue adultꝰ.Sed dicis;In quo exprimimꝰ sepulturā Christi,quando baptizamur?Sepelri non est aliud quā sub terra reponi. Quādo baptizamur,non sub terra,sed aqua submergimur:nō semel,sed ter:ad representādum illud triduum, quo Christus mānsit in sepulchro nouo, in quo nondū quisquam positus fuerat. De quo vaticinatus est Propheta Isaias dicens:erit sepulchrum eius glorioſum ,Licet enim Christus mortuus fuerit ignominioſe,tamen sepeliendus erat honorificè.Quo in facto secrete insinuata est differentia bonorū & malorū:nā illorū gloria in morte & sepultura incipit, & ibi malorū & superborū potētia & manis gloria finitur. Vidi impium, inquit Isa.11. Psal.36.

quit Propheta, superexaltatū. Vbi? & quādo vidisti eū, Propheta? Quādò vi uebat. Sed trāsiui, & ecce nō erat. Quo modo non erat? Non erat in sepulcro? Erat quidem; sed non in sepulcro glorioso. Nā sepultura asini sepult' est. Hiere,22, Psal,9 Ibi omnis gloria superborum finita est. Perijt memoria eorum cū sonitu. Vel aliter. In sepulchro glorioso positus est Christus, quia iā ipse erat totus glorioſus, quantū spectabat ad expetiē tiā dolorū. Vnde sicut iā mortu' in cruce, dirę lāceę dictū nō sensitrita corp' eius in sepulchro recluſū, nihil doloris expertū est. Et hęc est vna cōditio corporū glorificatorū, si adiungas eiscarē tiā corruptionis: quę corpori Christi nō defuit, sicut scriptū est. Nō derelinques animā meā in inferno, nec dabis sanctū tuum videre corruptionem. psal,15

Sed dicet aliquis. Pau. non dicit, nos cōmortuos fuisse Christo per mortē, sed tantū cōsepultos. R. Satis aperte dicit, quonlā sepeliri cōditio est mortuorū. Hiſtū qui sepultura indigēt, mortui nimirū, nō viui. Omnes qui sunt Christo cōsepulti, sunt quoq. & cōmortui; quod Apo. explicuit per id quod adiūgit, dicēs; in morte ipsius. Sed vide, ingenioſe lector, q̄ licet in morte corporali prius sit mori quā sepeliri (nā omnes nos & Christus quoq. pri' fuit mortu' quā sepultus) sed in morte spirituali, quādo morimur peccato, prius sepelimur, quā mori mur. Et ideo Apo. per sepulturā probauit nos mortuos esse peccato. Nā baptism' nō presupponit homines mortuos esse peccato, quinimo vt suā virtutē ostēdat, exigit homines viuentes peccato: quos ipse facit mortuos peccato. Mors peccati est baptism': qui suffocat omnia peccata. Qua re aptè figuratur per mare rubrū. Qua re, elegāter ad notāt hic interpretes differentiam & dissimilitudinē inter mortem & sepulturam Christi, & nostrā. In eo primum locū tenuit mors sepultura secundum: in nobis verò è contra sepultura præcedit mortem. Nam sepulti p baptismū, morimur peccato. Sed obseruāda est alia differētia, nempè, quod inter Christi mortē & eius sepulturā, aliquod interm ediū fuit temporis spacium. Non. n. simul mortuus fuit & sepultus. Nam (vt Euangelistæ narrant) cum iam esset sero, venit quidam homo dives, nomine Ioseph; qui accessit ad Pilatū, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus Iesu. Et accepto Ioseph corpore, inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo. At in baptismo, nos simul sepelimur & morimur peccato. Nullum est inter hęc duo tēporis interuallū. Neq. illa trina immersio, quæ fit in nostro baptismo, significat, quod oporteat nos expectare tres dies, quos Christ' expectauit priusquā resurgeret. Non. n. hoc præsefert trina immersio, sed vel mysteriū trinitatis; vel alios tres dies quibus Christus fuit in sepulchro, licet nō integros. In memoriā igitur illi' tridui fit hæc trina immersio, nō ad significandū q̄ oporteat nos expectare & prestolari tres dies, quādo baptizamur, vt refurgam' á peccato, siue à morte peccati. In nostra si quidem spirituali resurrectione, nō est sicut in Christi resurrectione; In hac. n. vt fides humanitatis Christi & mortis eius ostenderetur, oportuit fuitq. conueniens, inter mortem, sepulturam q̄, & resurrectionem aliquā moram esse. Si nam que mox post mortem resurrexisset, videri poterat quod eius mors nō fuisset vera, nec ipsa etiam resurrectio vera. Et ideo interuallū temporis fuit necessarium. In spirituali resurrectione nostra nō oportet, quod inter ipsā & sepulturā qua in bapusmo sepelimur atq. morimur peccato media ta liqua morula (vt dictū est) quomodo simul morimur peccato, & sepelimur, resurgimusq. ad vitam spiritualē & nouam. Neq. ex hoc colligas nostrā corporalem resurrectionē ita cito debuisse fieri. Nam licet Christus sit caput & nos mēbra, inter hæc duo nō opor-

Nota lector

Baptismus mors peccati,

tet esse conformitatem nisi in natura, non autem in virtute. Præstantior. n. est virtus capitis, quam membrorum. Quando ramẽ resurgimus à peccato, concipere debemus spem perfectæ & finalis resurrectionis. Nam sicut Christus resurrexit perfecta resurrectione: ita & nos quoque resurgemus, vt corpora nostra sint configurata claritati corporis illius.

Vt quo Christ. surr. à mor. per glo. pa.

POstquam Apost. declarauit modũ quo morimur peccato, nimirum; per susceptionem baptismi: nunc docet nos & admonet, & admonẽdo declarat, vt post acceptum baptismũ (quo recipitur ad instar mortis & sepulturę Christi) quales esse debeamus. Talis inquit, qualis Christus fuit, postquam surrexit à mortuis. Sed dicis; Qualis surrexit Christus à sepulchro? Respõdetur; Ad vitam. Dicis; Istud certum est: nam mortuus ad vitam resurgit, nõ ad mortem. Sed ad quam vitam? Lazarus ad vitam resurrexit, & filius viduæ, & filia principis. Isti surrexerunt; sed ad conditiones prioris vitæ: Christus verò minimè, sed ad vitã gloriosam: & hoc per gloriam Patris dicentis. Exurge gloria mea, Filius gloria erat Patris. Et quod de Lazaro, filio viduæ, & filia Principis diximus, idipsum (eum Beato Augustino) dictum esse volumus de resurrectione illorum, qui surrexerunt cum Christo. Cui opinioni subscripsit se D. Thom. licet alteri Thomæ; scilicet Caietano, contraria opinio magis arrideat.

Respon.

Psal. 56.

3. p. q. 53.

Cæterum quod attinet ad particulã, per gloriam patris, non nos præterit, glosatam esse ab ipsis interpretibus vario modo. Quidam per Patris gloriam intellexerunt diuinitatem Christi, per quam Christus surrexit à mortuis: & per hanc diuinitatem (quam ipse à Patre suo recepit) semetipsum excitauit à mortuis. Et forte hac de causa appellauit Apost. gloriam patris, & non gloriam Christi. Per hoc enim insinuauit, Christum esse Deum, & qui haberet gloriam patris; hoc est diuinitatẽ Patris: per quam potuit propria virtute resurgere à mortuis. Et hoc significare nobis voluit Christus quãdo dixit; Nemo tollit animã meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Resurrectio quædam animi est recuperatio. Propria igitur virtute Christus resurrexit. Neque proinde consequitur, quod Pater non suscitauerit illum, sicut dicitur Acto. 2. Quem Deus suscitauit à mortuis, solutis inferni doloribus. Et inferius cap. 8. dicturus est Apo. Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis. Aliquando scriptura resurrectionem Christo attribuit, aliquãdo Patri. Et hoc facit, vt nos admoneamur, vnã & eandem esse Patris, & Christi virtutem. Vnde hæc duo se consequuntur; quod Christus sit virtute patris suscitatus, & propria etiam. Neque quando Christus postulauit à Patre resurrectionem suam dicens; Resuscita me, seimpotentẽ esse affirmauit: sed confitebatur vires naturæ humanæ, secundum quas resurrectio nequit fieri. Virtute n. creata, nequit fieri resurrectio: quoniam à morte ad vitam virtute naturæ, non est vlla regressio. Non potest anima semel separata iterum vnire sibi corpus, licet possit desiderare illud. Et sic Christus quatenus homo postulabat suam resurrectionem, non autẽ quatenus Deus: qui (vt talis) & alios, & seipsum propria virtute à mortuis suscitauit.

Ioan. 10. D. Tho. 3. q. 53. ar. 4.

Alij explanant, per gloriam Patris; hoc est, propter gloriam Patris. Resurrectio Christi magnam Deo Patri attulit gloriam. Hoc est, summè glorificatus est Pater, per triumphatricem Christi filij sui resurrectionem. Nam tũc de morte, peccato, & Dæmone triumphauit. Vbi est mors victoria tua? æquum

1. Cor. 15. & Isa.

& as.

Exod.15. & ascensorem proiecit in mare.

Ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

VIde lector, & contemplare Apostoli artificium mirabile. Declarat quo modo debemus assimilari Christo, & eius resurrectioni: Nam in eius resurrectione aliqua sunt quę nos imitari possumus, aliqua vero inimitabilia. Quod propria virtute resurgamus nos à peccato, sicut Christus à morte surrexit; istud nostræ nō est facultatis. Nam fide tenemus, hominē non posse resurgere à peccato, sine Gratia Dei, Ideo propria virtute non fit nostra spiritualis resurrectio. Item est aliud in Christi resurrectione, quod nos nequimus imitari; videlicet, quod nos resurgamus à peccatis ad vitam gloriosam, sicut resurrexit Christus. Nā nos in præsenti vita non possumus comparare conditiones vitæ gloriosę: solum eas in spe habemus, non in re. Non igitur à nobis requirit Apost. has conditiones: quas certo ipse sciebat in hoc sæculo nos non posse adipisci & consequi. Dicis; Quid igitur requirit & exigit Apost? Respond. Virę nouitatem, Vitam nouam. Vt efficiamur noui homines, expoliati à vetustate peccati per baptismum. Ita & nos, inquit, in nouitate vitę ambulemus. Sed quæ est hæc nouitas vitæ? Quas depoſcit leges, ac conditiones vita noua? Contraria officia & contrarias actiones illis quas vita verus habebat. Sicut exhibuistis, inquit Paulus, membra vestra seruire immunditię & iniquitati, ad iniquitatem ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitię, in sanctificationē. Et qui furabatur, iam non furetur. Qui mœchus erat, & lasciuus: fiat continēs. Qui auarus, fiat hilaris dator: qui ferox, & crudelis: fiat mitis, qui voluptati & comessationibus deditus, fiat abstinens & ieiunans: qui honorū cupidus, fiat eorum contemptor. Hoc modo inchoamus vitam nouam, & expoliamus veterem hominem à nobis. Excorianda est pellis vetus nostra, & procul pellenda à nobis, & hac expulsa super inducere nouam.

D. Tho. 3. a.

Inferius hoc eodem cap.

Cæterum quia hoc locó Apost. nō dixit quomodo erat induēda hæc pellis noua, & uetus excorianda, nouatores hæretici falsissime arbitrati sunt, nouam vitam & pœnitentiam non esse aliud, quam abstinere se & cauere à peccatis præteritis. Hanc pestiferam doctrinam hauserunt isti à duce suo illo nequam Luthero: qui impudentissime docebat, primam pœnitentiam esse, tantum nouam vitam, & cessationem à peccato: nec esse necessaria ieiunia, disciplinas, luctu met planctum: abstinentiam a carnibus, induere cilicium, & alia huius generis. Sed noluit hic libertus carnalis amator considerare, quod si pellis erat excorianda nobis, hoc haud fieri posse absque dolore & clamore. Deflenda & ploranda sunt prius peccata præterita, & recogitandi sunt anni nostri in amaritudine animæ nostræ. Non igitur tantum sufficit credere culpas nostras esse condonatas per mortē Christi, & postea mutare mores nostros in melius: sed oportet peccata nostra deplangere. Sic namque beatus pater Gregorius definiuit pœnitentiam, dicens eā esse, quę præterita mala plangit, & plangenda rursus nō perpetrat. Aliud igitur requirit vera pœnitentia, præter veteris vitæ expoliationem & nouæ induitionē. Requirit namque lamentum, & fletū: vt in vero illo pœnitentiæ exemplo, Magdalena, nobis intueri licet: quæ stans retro secus pedes domini Iesu, lacrymis cœpit rigare pedes eius. Ad nostram rem regrediamur, dicamusque Apost. cum hortatur nos ad nouam vitam, non esse suę intentionis, profligare à nobis lamentum & pœnitentiā prioris vitæ. Et si hic non fecit mentionē, ideo fuit, quia hic loquebatur de remissione peccatorum, quæ fit per sacramen-

Quæ sit vera pœnitentię ratio.

Luc. 7.

cramentum baptismi. Et de his deletis peccatis, nulla nobis restat faciēda pœnitentia. Omnia sunt deleta, & quoad culpam, & quoad pœnam. Inter omnia sacramenta, hoc solo gaudet baptismi sactamentum priuilegio quod remouet peccata, quoad culpam, & quoad pœnam. Sacramentum autem pœnitentiæ, quoad culpam, sed non tollit totam pœnam (saltim regulariter. Vnde, si mox quis suscepto baptismo moreretur, recta via ad cœlum cō uolaret. Vnde, qui migrat à veteri vita ad nouam per baptismum, ei satis est, vt in nouitate vitæ ambulet, & in hoc Christo conformetur; in vita scilicet noua, non autem in vita gloriosa. Nouitas vitę est imitanda, vita gloriosa à nobis imitari non potest. Porro nouitas vitæ Christi in hoc debet à nobis imitari, quod sicut ipse non est reuersus ad vitam, quam antea habebat: sic nos semel mortui peccato, non debemus amplius ad illud reuerti. sed eo extincto, debemus ducere vitam nouam, eunies semper de virtute in virtutem.

Sequitur.

Si enim complantati sacti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc sciētes, quia vetus homo noster simul crucifixus est. vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui.n. mortuus est iustificatus est a peccato. &c.

POstquam Apost. prosequutus est, & declarauit duo illa, videlicet, alterum, quod mortui eramus peccato, alterum vero quod erat nobis facultas ambulandi in nouitate vitæ: posset modo aliquis insurgere contra Apost. dicens. Tu Paule negocium ambulandi in nouitate vitæ tam quam facile reliquisti nobis. Sed reuera longe difficilius est, quam tu facis. Nam nos experimur ambulare in nouitate vitæ esse quam difficile: quod tu quoque expertus es. Alioquin non clamasses, nec in illam vocem prorupisses, dicēs. Video aliam legem in membris, meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quid sibi vult ista vox, nisi ostendere, in nobis remanere veterem hominem post baptismum, vel saltim aliquā reliquiam veteris carnis? Quod si ita est (sicut experientia edocemur) quomodo tu Apostole requiris ab alijs vt ambulent in nouitate vitę? Quod in te ipso præstare nequis, exigis in alijs? Exte ipso metire alios. Hæc obiectio suspicionem facit de effectu baptismi, quem Pau. dixit causari ab eo. Si.n. verè morimur per baptismū, caro prorsus mortua esse deberet. Volens Apo. huic occurrere obiectioni illa duo quæ dixit supra, nempe, nos mortuos esse peccato, & factam esse potestatē vt possimus in nouitate vitæ ambulare, probat: & hoc facit sumpta quadam metaphora rami insertu in aliam arborem. Est autem metaphora talis. Ramus ab vna arbore præcisus & in aliā translatus, iam non viuit priore vita sed vita noua; nempe, vita alterius arboris, cui est insertus. sed nos per baptismum inserti sumus Christo, abscisi à peccati arbore, igitur iam non debemus viuere peccati vita, sed Christi. Et vt hæc analogia & proportio insertionis clarior habeatur, considerandum est, quod Apost facit duas arbores huc; altera est passio & mors Christi, altera vero gloriosa eiusdē resurrectio. Istis duabus arboribus nos ramquam rami præcisi à prima arbore, hoc est à primo homine, qui est homo vetus) inserimur, quando baptizamur. Et sicut per mortem eius sumus mortui peccato (& hoc medianie baptismo) ita eius-

Inferius in quocap.

Respon.

iusdem virtute inserimur alteri arbori, videlicet, resurrectioni Christi: cuius virtute data est nobis facultas ad ambulandum in nouitate vitæ. Nam sicut Christus per suam resurrectionem nouam est adeptus vitam: ita & nos. Hãc autem facultatem nobis fore datam, manifestè probat sequenti textu, cum ait.

Hoc scien. qu. vc. ho. nost.sim.cru.est vt dest.cor.pec. vt vlr. non ser. pecc.

Declarauerat Apost. duo munera, quæ nobis aduenerunt per baptismum, nempe, primum, in morte Christi baptizatos esse, secundũ vero, Christi resurrectioni esse insertos & complantatos: nunc ostendit tertium, scilicet, esse etiam crucifixos. Primum munus accepimus ad abluendam culpã, secundum ad fructificandum, tertium autem ad concupiscentiam mortificãdam. Et semper versatur Apost. in analogia plantationis. Nam sicut insitus ramus sic moritur, vt nulla remaneat in eo virtus propria præter virtutem arboris cui inseritur (moritur namque ramus priori arbori & vitiilli cui insertus est) ita facta analogia in spiritualibus, nos sumus rami abscisi ab arbore infecta, & inserti morti Christi, qui est altera arbor. Necessarium est nos mori priori arbori, & viuere secundæ: ex qua secunda arbore virtutem & efficaciam habemus fructificandi, iuxta naturam arboris cui inserti sumus. Et proinde ait Apost; Hoc scientes, quia vetus ho. nost. &c. Hoc scientes, hoc est, scire debentes. Accipit hoc loco Apost. scire pro eo quod citra dubitationem credere debemus. Sic. n. vsurpauit Iob vocabulum scire quando dixit; Scio. n. quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum. Sunt tamen aliqui, qui hunc locum tantum verificari volũt in Apostolis, & in alijs viris apostolicis, qui hoc quod dicitur hic sciunt per experientiam: vulgus autem fidelium, licet sint iustificati, hoc tamen per experientiã non sciunt, sed firmiter credunt. Vnde, si Apost. loquitur in persona sua, & cæterorum Apostolorum, tunc sensus est; hoc scientes, nos scilicet, qui experti sumus. Si verò sermo extendatur ad omnes fideles, isti sciunt certitudine fidei. Nam non omnes fideles experiũtur hos fructus, sicut experiebatur Paulus & cæteri Apostoli: in quibus erant primitiæ Spiritus sancti.

Quod vet. ho nost. sim. crucifixus est.

Apost. passim in ore suo habet in suis epistolis veterem hominem ac nouum: vtrum autem perpetuò in eadem significatione vsurpet, aliorum relinquimus iudicio. Si beato Hieronymo fidem damus quando Paulus ad Ephesios. 4. hortatur Ephesios, vt deponentes veterem hominem (qui corrumpitur iuxta desyderia erroris) induant nouum, qui secundum Deũ creatus est: ibi per veterem hominẽ, inueteratum á malitia debemus accipere. Eius hæc sunt verba. Veterem hominem quem præcipit deponendum, inueteratum à malitia arbitror appellari. Hic est homo qui indesinẽter versatur in desiderijs erroris, & nunquam cessat a vitio. Qui nequaquam dicitur corruptus, sed corrumpi: quod per singulos dies, horas, puncta, & momenta corrũpitur, & violatur. Hactenus Hieronymus. In hoc autem loco, aliomodo videtur loqui de homine veteri: quem dicit cum Christo fuisse crucifixum. Vnde, ex interpretibus alij per veterem hominem primum, Adamũ scilicet, intelligunt qui vetus homo dicitur, sicut Christus nouus homo, secũ

dum

dum Deum creatus. Neque hic secundus & nouus homo creatus dictus est, quod non fuerit natus. Absit tantus error. Sed hoc verbo vsus est, eo quod (quēadmodum beatus Hieronymus dicit) in magnis operibus atq. facturis verbum creationis assumitur. Et cum Christus nouus homo magnum Dei opus fuerit, merito dictus est creatus. Alij vero hic, per veterem nostrū hominem intelligi volunt illum, & talem hominem, qualem primus Adamus generat; nimirum, hominem in peccato originali natum cum fomite peccati, & effrēni concupiscentia: & deniq. cum omnibus alijs reliquijs, quæ consequuntur peccatum. Talem isti depingunt nostrum veterem hominem, Nō nulli vero non intelligunt ipsum peccatum, sed tantum reliquias peccati, quæ causatę fuerunt ex peccato: vt est, fomes, propensio ad malum, prauus habitus, & alia id generis.

Verum, horum quicquid veteris hominis nomine intellexeris, plane nihil aberrabis. Nobis autem ille est vetus homo, quisquis nascitur ex Adamo, filius iræ. Nā secundum corpus, pergit in interitum: quemadmodum senectus, proxima est morti. Scriptum est; Quod antiquatur & senescit, prope interitum est. At secūdum animam qui nascitur filius iræ, retinet & secum affert imaginem veteris Adę, qualis fuit in illo iā perpetrato peccato. Is quicū q. sit, vetus homo est: etiāsi sit infans vnius diei. Caueto interim hic docte lector ne confundas hanc diuisionem de homine veteri & nouo, cum illa, quæ est hominis interioris & exterioris. Nam homo vetus & nouus, simul stare nequeunt, interior autem & exterior, simul coire possunt. Homo exterior dicitur, ipse homo secundum vitam animalem (quæ in vsu corporalium sensuum posita est) interior homo est, idemmet homo secundū partem rationalem: qui homo operatur per facultates immateriales. Neque ij duo homines sunt, sicut Manichei falso intelligebant; sed vnus & idem, secūdum varias considerationes.

Dicit ergo Paulus, veterem nostrum hominem fuisse cum Christo cruci affixum. Non igitur vnus tantum homo, nempe nouus, crucifixus est; sed duo vnus nouus, & alter vetus. Ille, vt tolleret peccatum, iste, vt moreretur peccato. Vterque crucifixus est, sed diuersa de causa: simul tamen facta est crucifixio, Simul, tēpus designat. Q.d. Apo. Eodem tempore quo Christus crucifuit affixus, & nos. Significat etiam, simul, societatē. Socij illi fuimus in cruce. Nec dicit; Mortuus est, sed crucifixus Licet enim qui cruci affigitur, vt obeat mortem ibi apponitur: tamen inter crucifixum, & mortuum, aliquid interest. Habent se enim hęc duo, quasi medium & finis. Vnde, in symbolo fidei prius dicitur, crucifixus; deinde mortuus & sepultus. Paulus autem nō dicit veterem hominem in cruce fuisse mortuum, sed fuisse crucifixum. In quo denotauit Apost. quod licet nos simus mortui peccato, vetus tamē homo noster non est mortuus, sed crucifixus. Qui crucifixus est, à suis viribus impeditus est. Impediūtur manus, brachia, pedes ubiæq. suis officijs: sic vetus homo quando crucifixus fuit cū Christo, debilitatus est, & impedita remansit vetustas: sed non omnino extincta. Peccatum fuit prorsus extinctum, remansit tamen fomes; cruci tamen affixus. Et sic post baptismum remanet concupiscentia debilitata. Quod autē non sit prorsus extincta, solus ille dubitare potest, qui eius non sentit molestias. Quod vero fomes non sit omnino sublatus, istud factum est ad virtutis exercitum, humilitatis fomētum, & ad mæriti maius augmentum: & per consequens etiam glorię incrementū. Satis nobis est, quod nō imputatur ad peccatum, nisi adsit noster consensus.

Cæterum huius crucifixionis Christi typus & figura quam elegantissima illa

ad Heb. 8.

illa fuit, quæ habetur Num. 21. de serpente æneo in ligno suspenso: quem suspendit Moses iussu domini: de quo ipsemet Christus mentionem fecit, Io. 3. dicens, Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitã æternam. Sicut enim serpens ferox est & venenosus (ob quæ duo nos solet terrere & eum exosum habemus) sic modus quo Christus fuit affixus cruci, videtur scandalo esse sapientiæ humanæ & carnalibus oculis. Si locum contemperis: publicum offendes, non in deserto, sed in medio terræ. Si societatem, inter duos facinorosissimos latrones homicidas, Si eius habitum conspicias, nudum inuenies: & (vt quidam volunt) vt egressus fuit de vtero matris. Si manus pedesque intueris, eos clauis fossos & confixos reperies. Si caput consideres spinis coronatum offendes. Quid igitur mirum si hic serpens terreat, pauoremque incutiat humanæ sapientiæ? Isaias quando vidit Deum in gloria & maiestate sua non est stupefactus: at quando vidit hunc serpentem sic in cruce positum, exclamans dixit: Domine quis credet auditui nostro? Existimauit hoc futurum esse hominibus incredibile, & impossibile ad persuadendum. Sed neminem terrere debet huius serpentis aspectus. Tantum namq. abest vt venenum emittat, vt ipse contra omne venenum permultum valeat. Quos momorderant serpentes, per aspectum ænei serpentis legimus curatos: at qui peccati morsu lesos se esse sentiunt & agnoscunt, mentis suæ oculos in serpentem nostrum Iesum crucifixum suos conuertat, & mox sanabuntur.

Isa 6.

Notalector Isai. 23.

Num. 21.

Vt destru. cor. pecca.

QVoniam corpus peccati nobis erat impedimento, ne ambulare. mus in nouitate vitæ, remouendus erat hic obex, vt facilius ambulatemus in vita noua. Qui facili negocio cupit in aliqua via ambulare curat & operam dat, vt impedimenta itineris remoueantur. Corpus peccati graue est, vetustati obnoxium, & corruptioni. Corpus autem corruptibile aggrauat, ne ambulet celeriter in vitæ nouitate. Scriptũ quippe est; Corpus quod corrumpitur aggrauat animum: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Apostolus aliquando nominat corpus peccati, aliquando corpus mortis: quę duo per similitudinariam rationem & loquutionẽ veniunt accipienda. Congeriem vitiorum appellant aliqui peccati corpus. Sicut n. ex congetie membrorũ coalescit corpus vnum (manus, pes, vel alia pars, nõ est corpus sed pars corporis: sed aceruus membrorum omnium) sic singulum peccatum nõ est corpus peccati, sed omnia corpus totum. Alij, per corpus peccati intelligunt ipsam massam, non carnem & ossa, Tota enim massa naturæ humanæ fuit corrupta per peccatum, & homo secundum suam naturam relictus est ex illa massa conflatus indigẽs gratia Dei. Et forte corpus peccati idem pollet quod ipsum peccatũ. Et ideo destruendum est corpus, non quatenus corpus est. Non enim destruere debemus manus, oculos, linguam, iracibilem & concupiscibilem, nisi quatenus aliquid peccati sunt; hoc est, quatenus promouent nos ad peccandum, & quatenus sunt peccati occasiones. Et hoc est quod Christus docebat dicẽs: Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscide eum, & proijce abs te. Fiet autem hæc destructio, per continuam carnis nostræ mortificationem, crucia figentes eam cum vitijs & concupiscentijs, veluti faciunt illi, qui sunt Christi; hoc est, cum eo crucifixi. Et denique si de corpore peccati loqui volumus citra metaphoram, corpus peccati in hoc loco appellare possumus

Simile.

Sap 9.

Matth. 5.

modo cõstrinxerat se Christus, satisfacere pro nostris peccatis. Sufficientissima quippe erat vna satisfactio, nec eam oportuit iterari: hæc vera sunt, sed non constat an sint huius loci: vbi non est loquutus Apost. de sufficientia vnius satisfactionis, sed de non perseuerando in peccato. Rursus etiam, quod aliquantulum videtur durum, est dicere, Christum fuisse iustificatum à peccato: qui sermo, vel numquam, vel rarissime reperitur in epistolis Pauli de Christo: tametsi ad sensum datum sermo verus sit, sed non est proprius & vsitatus. Et prima fronte vtver ba sonãt horridus sermo videtur. Qui n. peccatum non fecit, non est dicendus iustificat' à peccato, nisi à proprio loquendi modo egrediamur. Quare, ad has angustias fugiendas melius est cum beato Chrysost. intelligere hæc verba de nobis, & de quolibet nostrũ. Vnde dicit Chrysost. De quolibet homine, hoc ait. Non igitur intelligendũ est hoc de Christo.

Sequitur.

Si autem mortui sumus

cum Christo, credimus, quia simul etiam viuemus cum illo. Scientes, quod Christus resurgens ex mortuis, iam nõ moritur; mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. &c.

CONfert Apostо. efficaciam mortis Christi, cum efficacia resurrectionis, in ordine ad nos. Sicut enim mors Christi effecit nostram mortem: ita & resurrectio eius, nostram causauit resurrectionem. Argumentum sumitur ã minori ad maius. Potentior est vita ipsa morte. Vnde, ex Christi resurrectione spẽ nostram corroborare possumus. Et non solum spem de resurrectione à peccato per nouã vitam: sed etiam de resurrectione in vitam æternã. Dicit ergo;

Si au. mor. sumus. &c.

PRo; quia autem mortui sumus cum Christo, credimus; fidem & fidem & spem habemus, & magnopere confidimus, quod simul etiam viuemus cum illo. Ac si dicat Apost. Quia socij suimus Christo in morte, confidentia non modica nobis est, quod socij etiam erimus in vita illius. In vita dicimus, hic gratię, & in alio sæculo gloriæ. Intellige tu lector candide illud, non æqua lance, sed facta proportione. Mors Christi facta est, non peccato suo, sed priori vitæ: nempe, mortali & passibili: nostra autem mors facta est peccato, nõ autem vitæ mortali & passibili. Mors Christi non nos liberauit à vita passibili. Christus n. resurgens seipsum liberauit; nos vero reliquit in vita mortali ac passibili. Quando autem dicimus nos commortuos Christo intelligimus nos peccato mortuos: illũ nempe Christum mortuũ primæ vitę.

Viuemus cum illo.

SEd quomodo fiet istud, si Christus in cœlo viuit vita immortali & impassibili; nos vero in præsenti sęculo vitam ducimus morti, corruptioni, famisiti & alijs miserijs obnoxiam? Respondemus, vita bonorum in præsenti mũdo bene potest esse cœlestis, secundũ imitationem: si conuersatio nostra sit in cœlis. Nostra vita dici potest nõ terrestris, sed cœlestis: non per omnia, sed secundum quãdam participationem & imitationem.

Scientes qu. Christ. resurg. ex mor. iã nõ mori.

Perse

PErseuerat Apostol. & nouis medijs pro virili sua conatur ostendere, esse nobis factam facultatem, vt possimus ambulare in nouitate vitę: Et ad hoc nunc enarrat & recitat conditiones & qualitates vitæ Christi, à mortuis excitati. Prima igitur conditio est, quod resurgens; hoc est, semel excitatus à morte, iam non moritur. Suffecit vnica mors, vel semel mori. Quod dicit, ad differentiam illorum, qui excitati à morte semel, secundo, & vltra mortui sunt. De quibus iam habitus est sermo supra; non est opus secũdo repetere. Si Christus vere excitatus est & resurrexit, vere quoque mortuus est. Vnde exploditur error & hæresis illorum hęreticorum, qui somniarunt, Christum tantum secundum similitudinem fuisse mortuum, & nõ vere. Verè resurrexit, vereq. mortuus fuit. Hoc est, vere separata fuit anima sua à suo corpore, quando dixit; Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Spiritus enim pro anima ponitur (vt acute docet beatus Gregorius in lib. moral.) Excitatus igitur Christus à mortuis, iam non moritur. Vna morte fuit contentus, vt nobis excitatis à morte peccati prębererem exemplum, vt vna quoque simus contenti nos morte; & sic excitati semel à peccato, vlterius non peccemus. In hac prima cõditione Christum imitari debemus.

Secunda conditio est talis.

Mors illi vltra non domin.

SIcut Christus secundo non fuit mortuus: ita & libetatus est à dominio mortis. Sed mortis dominium geminũ est; alterum habemus dum homo viuit & subiectus est laboribus, erumnis, infirmitatibus, & alijs huius farinę pœnis & miserijs. Hæc namque à dominatione mortis procedunt & scaturiũt veluti riuuli à suo fonte. Aliud est dominium mortis quod speratur post resurrectionem generalem: sed istud, solos apprehendet malos & impios. Nã licet tam boni quam mali resurgent, & amplius non morituri, nihilominus tamen, iniquos mors semper depascet illos: & fugiendo ab illis, torquebit eos. Sed quæstionem habet verbum illi vltra non dominabitur. Siste Apostol. Vîderis insinuare Christo aliquando mortem fuisse dominatã. Cedo quãdo dominata est ei? Nonne ipse dicebat (buccis plenis) potestatem habeo ponendi animam meam? Si dominata est, quomodo Christus factus est inter mortuos liber? Nonigitur dicendũ est, mortem vnquam dominatam fuisse Christo. Dominium mors à pecca to mutuo accepit: Christus peccatum non fecit, quid igitur illũ subiecit mortis imperio & dominio? Ab hoc cauillo & nodo poterit se expedire breuiter qui volet, si dicat, nemini debere esse mirum, si dicamus Christum fuisse subiectum morti corporali & eius dominio: cum esset homo mortalis, sicut & cæteri. Nam formam serui accepit, & habitu inuentus est vt homo. Hocque factum est, propter abolenda peccata nostra. Sicut enim Christus in multis alijs nobis assimilari voluit; sic etiam in conditione mortalis (quæ tã coniuncta est naturæ humanæ (noluit à nobis degenerare: præsertim in ijs, quę criminis notam nullam præseferebant. Cæterum, Christus resurgens à mortuis, ab vtroque dominio voluit esse liber, Imo ipse dominatus est morti, quando tunc absorpta est mors in victoriam. Et cum ipse esset caput nostrum, & nos membra illius, ipse hoc dominium nobis cõmunicauit; sicq. nos quoque post resurrectionem (præstante hac resurrectione Christi) liberabimur ab vtroque dominio.

Ex his iam colligis lector acutè, quo modo Apost. à Christo ex mortuis excitato remouet duo: alterum est ipsa mors actualis, alterum vero est dominium

nium mortis in eum. Neque satis vi-ũ est Apostolo, excludere mortem: quia hoc priuilegium non tantum erit Christi post generale iudiciũ, sed cõmune omniũ. Verũtamen eximi à dominio mortis, non erit cõmune omnibus. Nã qui passuri erũt, & suas daturi pœnas, in illis remanebit dominiũ mortis. Cruciatus.n. & pœnę, ad mortis dominiũ spectant, qui cũ nõ sint habituri finẽ in æternũ dominio mortis subditi erunt.

Quod enim mor. est pc. mort. est sem.

SAtis est clarus hic Apo. Per proprias causas, cũ mortis, tũ vitę declarat illas duas supra recitatas conditiones. Litera perspicua est, præter hoc, quod quidã lectionẽ græcã magis approbãt. Vbi.n. nos legimus. Quod.n. mortuus est peccato, græce legitur, quod, n. mortuũ est peccato. Vtrumuis apte dici potest. Nã si legamus mortuum, intelligẽdum est corpus: si vero mortuus: sensus est, quod ipse Christus mortu' fuit Mori.n. tam de toto, quam de parte altera, nimirum corpore, apte prædicatur. Dicimus.n. corpus mortuum, & etiam Christum mortuum. De altera vero hominis parte, nempe, anima, minime: cum ipsa sit suaptenatura immortalis. Ac proinde vulgata lectio non est expungenda, & græca amplectenda: quamquam græcizantes græcam præferant tanquam meliorẽ. Sed cum sensus idem sit, nõ multũ interest, siue legas, mortuus, siue mortuũ. Nobis tamẽ clarior videtur lectio vulgata. Cum .n. antea loquutus fuisset Apost. de resurrectione, de toto Christo dixit; & loquutus est: licet secundum partem quæ obierat mortẽ, cõueniat ei resurgere. Sicut, n. mortuus est secundũ corpus: ita resurrectio corporis est, non animæ. Non resuscitatur, nisi quod mortũ fuit. Tamen quod mortuũ fuit peccato, non fuit tantum corpus: sed etiã Christus vere dicitur fuisse mortuus peccato, hoc est, ad expianda peccata mundi. Et sic hanc expiationem peccatorũ nõ solum ascribere debemus corpori eius (quod vere mortuũ fuit) sed etiam ipsi Christo, secundum carnis cõditionem. Nam aliter, mori nequaquã poterat. Mori carnis conditio & proprietas est. Et hoc confirmat illa beati Petri doctrina, in sua. 1. canon. dicẽtis: Christo igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini. Quia qui passus est in carne, desijt à peccatis, vt iã nõ desyderijs hominũ, sed voluntati Dei quod reliquum est viuat temporis. Vides quomodo in hac doctrina mutuo respõdent sibi & quadrãt hæc duo fundamenta & bases Ecclesiæ? Sed hic locus Petri (tametsi nõ sit ex nostro instituto nunc) non est leuiter percurrendus. Idem.n. est scopus, eademq. intentio. Vterque intẽdit animare illos, qui qui professi erãt mortem peccati per baptismum. In eo.n. quicunq. recepit, professionem facit tanquam commoriens Christo (vt supradictum est) sicq. cessare debet à peccato, sicut Christus cessauit à vita priori. Et sicut hic venit in vitam nouam (prisuna relicta) ita & nos oportet nouã induere vitam, extincta priore. Quod autem Petrus dicit, scilicet, quod Christus desijt à peccatis, intelligere debemus: nõ suis sed nostris: quę tamẽ super dorsũ eius posita fuerunt, iuxta illud: supra dorsũ meũ fabricauerũt peccatores. Non.n. Christus solũmodo in cruce positus, peccatoris (etiã magni) typũ gerebat: sed reuera vt talis in eo puniebantur magna peccata (licet reuera ipse talis non esset) sed soluebat quę non rapuerat, sed hoc semel tantũ facere placuit: nã & ei, & nobis satis fuit semel mori; & sufficiẽtissima vnica hostia fuit. Et sicut semel tantum peccato mori voluit, sic & nos, & eum imitemur, semel tantum moriẽdo peccato à quo resuscitati per seuerare debemus in vita noua, abea nullatenus recedentes, sed perpetuo

Psal. 128.

permanẽtes: hĩc vitam cõsiderantes, eamque magni facientes, sicut diuinẽ nos admonet sanctus ille pontifex leo dicens. Agnosce o christiane dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterẽ vitam degeneri cõuersatione redire. Christus semel tantum voluit mori, & nos quoque sic facere oportet. Sed quid, si semel, bis, ter quaterque nos mori cupimus, & de facto morimur? nũquid proficiet nobis amplius crux Christi? Nunquid Christus vnam tantum habet benedictionẽ sicut Patriarcha Iacob? Absit ne istud dicamus. Proficiet quidem crux Christi, sed cũ nostra. Nõ solũ sua, sed & nostra opus erit. Expiantur namque nostra crimina semel sine nostra cruce, puta in baptismo; at si nouam vitam relinquamus, & ad veterẽ reuertimur, nostra hęc quæ superuenerint crimina oportebit super nostra ponere dorsa: & nostrã pœnitentiæ portare crucem. Nõ debemus iterũ aliã expectare mortẽ Christi (ei. n. satis fuit semel mori) Quod. n. mortuus est peccato, mortuꝰ est semel. Neq. proinde desperare debet peccator: nã per mẽritũ illius vnius hostiæ sibi promittere potest peccator veniã, & gratiã, Per pœnitentiã venire potest in gratiam & Dei Patris, sicut exemplo nobis fuit filius ille prodigus: qui in se reuersus, ausus fuit etiam reuerti in domum patris, dicens tamen; Pater peccaui in cœlum & coram te.

In sermone natalis Domini.

Locaris.

Neq. obijciat nobis hic aliquis, quod ausus est nouatus hęreticus attentare, dicere quę; videlicet, relapsis post baptismum nullum esse relictum remedium pœnitentiæ. Quem errorem hausit ex illo loco Pau. perperã intellecto quẽ Pau. in epist. ad Hęb. habet: scilicet; impossibile est, eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus Sancti: gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi: & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habẽtes. Insanus & miser homo, si beatum Hiero. Augustinum & alios consuluisset, in tam prauũ huius loci errorem haud incidisset, Sed nolens Pauli mẽtem verã in illis verbis scrutari, & ipse prolapsus est in talem errorẽ & hęresim. Apostolo. (vt Aug. egregius testis est) tantum negauit, renouationẽ & nouam illã vitam, quam cõparamus per baptismũ. Nam cum baptismus nõ possit suscipi nisi semel (cum sit irreiterabilis) per illum non possumus, nisi semel, consequi purissimam, & innocentissimam illam vitam, Sicut. n. mors Christi (quã repræsentat sacramẽtum baptismi) reiterari non potest: ita vita illa nouа habita beneficio mortis Christi & baptismi, semel perdita. secundo recuperari non potest. Et sic peccator ad hanc nouã vitam nequit renouari, Vnde Apo. illic, nõ negat peccatoribus pœnitentiã sed iterationẽ baptismi diffitetur & inficiatur. Quare ex hoc loco (nisi extorte) non licet colligere, illos qui post acceptum baptisma peccãt, nullum habere remissionis remediũ: sed hũc locus illos ferit, qui contendebant, reiterandum esse baptismum, vt remissio esset peccatorum: quod falsissimum est. Vnde colligere potest acutus lector, q̃ peccata quæ cõmituntur ante baptismum, aliter expiantur & remittuntur, quam illa quæ sequuntur baptismum

Ad Hab. 6.

Porro hic error, cum sit tã falsus tãq. nostræ catholicæ religioni cõtrarius ipse ipsũ reprobat. Vnde, in eius cõfutatione immorari nolumus. Est sane hæc hęresis vehementer diuinæ misericordię erga nos cõtraria. Et fortassis in inuentore eius & sui similibus verificata fuit. Nec merentur locũ habere pœnitentię, qui omnem locũ penitentiæ excludunt. Iudicium. n. Dei manet illos absque misericordia, qui auferunt à peccatoribus Dei misericordiã. Sunt enim plusquam millia loca in sacra pagina, quibus extirpari potest hæc insania. Consulat qui volet, doctissi-

tissimum Alphonsum à Castro: qui tã copiose, & docte de hac re disserit, vt nullũ reliquerit addendi locũ. Nos ad alia properamus: quod antequã faciamus, lectorẽ admonemus, vt diligẽter cõsideret, quomodo Apost. nõ recusauit, de Christo loqui eodẽ modo quo de nobis loquutus est. cũ dixisset nos mortuos fuisse peccato, (quod citra iniuriam nostrã dicere potuit) non estvertus, idipsum de Christo domino nostro constanter & audacter effutire. Quod si quis nostrum assueratsset, forsitan correctionis reum se fecisset. Sed si rem intime & acute penetremus, inueniemus Apost. nõ indebite de Christo fuisse loquutum. Nam licet loquutiones videantur similes esse: sensa tamen longe sunt diuersa. Ipse quidem mortuus est peccato; hoc est, mortuus est pro tollendo peccato. De eo nãq. dixerat magnus ille Baptista: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi, Ad hoc venerat in mũdũ, & istud fuit causa & finis mortis Christi (maxime talis mortis quam ipse passus est.) Nãlicet Christus carnẽ assũpserit mortalẽ, tamẽ ex debito naturę nemo tenetur pati mortẽ crucis. Hęc. n. mors debita erat peccato; hoc est, nõ poterat per alterius, nisi per Christi mortẽ expiari & deleri peccatum: nec expiasset quiuis alius homo, quantumcunq. iustus, & pius. In hoc n. sensu dixit Apo. Christũ mortuũ fuisse peccato, & pro peccato. At nos, & mortui fuimus peccato, & pro peccato. Pro peccato: tãquã eiº condignã pœnã soluẽtes. Nã mors peccati nostri pœna est. Morimur autẽ & peccato, quãdo per lauacrũ regenerationis Christo cõmorimur: per cuius mortem nostra mors animę mortua fuit. Nõ igitur idẽ fuit nobis mori peccato, quod & Christo: qui si mortuus est, hoc fecit, vt solueret debitũ nostri peccati. Nos vero si morimur, pro nostris merito morimur delictis. neq. ad expurgandum peccatum nostrũ, sed vt mundemur à peccato. Mors Christi in cruce morientis mors iustificans erat à peccato: at nostra in baptismo est per quam iustificamur à peccato.

Sed addit Apost. particulam, Semel, quorsũ, si putas? Vt intelligeres efficaciã & sufficientiã mortis Christi: qua vna sola factũ est satis necessitati naturę, & redẽptioni. Mors vnica erat, necessitas moriendi bina. In hoc bene conuenit inter nos & Christum. Quoad statum illum de semel moriendo, ipsum æquauit nobis. Nos semel, & ille semel. Vnica Christi mors sufficiẽs (imo superabundans) fuit ad abolenda peccata, tam pręterita, quam futura. Quare non oportuit ipsum bis, aut ter gustare mortem: sed sufficit semel. Respon.

Quod aut. vi. vi. Dëo.

Ioan. 1.

NEcesse quippe fuit, mox addi hæc verba post illa, in quibus dixit Christũ semel fuisse mortuũ. Nã quia dixit semel mortuũ, suspicari poterat aliquis an remansisset mortalis nec ne, Docet nũc Pau. nõ remansisse mortalem: sed immortalem: nã viuit Deo, Q.d, Vita Dei viuit, quę est prorsus nescięs mortẽ. Vita Dei, vita indefectibilis est: & ideo qui viuit Deo, indefectibilẽ vitã possidet. Quare Christus viuẽs nõ vt prius, immortali viuit vita. Iure igitur donatus est Christus vita immortali, post quam semel fuit mortuus. Nulla vrgebat eũ necessitas amplius moriẽdi: nõ naturæ necessitas (quæ nõ cogit nisi semel mori) neq. nostræ miseriæ remediũ, quod satis efficax exhibitũ est, per vnicam mortẽ crucis. Igitur Christus exurgens à mortuis, immortalis remãsit, & inęternũ Deo viuit. Et per hæc bene exploditur error illorum (vel potius insania) qui non verentur asserere Christum iterum passurum esse in futuris sęculis: quod modis omnibus impossibile est: Nisi rursus assumeret carnem mortalem. Nam viuens vita Dei, impassibilis est.

Sequitur.

Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato: viuentes autem Deo, in Christo Iesu &c.

COlligit Apost. quod præcipue intẽ debat. Respondet autem tacitę interrogationi. Nam poterat dicere quispiam Paulo. Quid ad nos spectant ista quæ de morte, resurrectione, & vita Christi hactenus recitasti? Cuius rei gratia enarrata sunt? Respondet Apo. dicens. Vestri gratia, fratres mei: hæc dicta sunt: vt existimetis & cogitetis, vos ipsos (non alios sed vosmetipsos dere vestra mihi cura est) mortuos esse peccato, sed Deo viuentes. Q.d. Qualem depinxi Christum (nimirum semel mortuum peccato & viuentem Deo) tales vos esse volo, cupio & desydero Quare nollem vos in hoc desides & vecordes esse. Quod vt non sitis, hoc vobis do concilium, vt cogitetis, imo existimetis, vos iam non viuere peccato, sed illi mortuos esse. Ac si dicat Christum in hoc imitari debetis, tamquam illius membra: prius morientes peccato. Nam nisi mortui sitis prius peccato, nequibitis viuere cum Christo. Iam ego vos docui, effectum & efficaciam mortis Christi: volo vt nunc ostendatur in vobis effectus. Fiet autẽ hoc, si eritis versantes in cogitatione vestra, mortem Christi, & eius resurrectionem. Non tãtum cogitatione, sed & opere: vt vestra cogitatio fructuosa sit. Gemina n. est cogitatio: altera quæ tota manet apud cogitationes, altera excogitatio est, quæ foras egreditur, & in praxim venit, Illã reperimus apud illos, qui tantummodo oppleti sunt bonis desiderijs. sed pigras habent manus. Hanc vero agnoscimus apud alios qui suas excogitationes actibus & operibus suis exprimunt. Isti sunt, illi, qui nõ modo mortui sunt peccato, sed etiã reputãt se mortuos esse peccato: & ostendunt in vita, & actionibus suis. Qui vero tantum credunt in mortem & resurrectionem Christi, & operibus contradicũt: isti speculatiue tantũ excogitant se mortuos esse peccato, sed nõ viuunt, nec suis actibus reputãt se mortuos: alioqui non peccarẽt. Nã in istis reditus est ad mortem, & adhuc ipsa mors dominatur illis. Apost. autem nõ loquitur de hac excogitatione, sed de illa, quę est cum fructu melioris vitæ: qualem habemus, quoties non redimus ad mortem, & Deo viuimus. Sic enim imitatores Christi sumus: qui tãtũ semel mortuus fuit, & Deo viuit.

In Christo Iesu.

IN quo debeat esse ista existimatio docet Apo. Non in nobismetipsis, non in virtutibus nostris, sed in Iesu Christo; hoc est in virtute Iesu Christi domini nostri, Ipse. n. per redemptionem quam in proprio sanguine consumauit, nostri dominiũ lucratus est, & nos seruos suos iure optimo effecit. Servi autem conditio est, vt non sibi, nec alteri, quã domino suo viuere debeat. Imo totus quãtus est, domini sui est. Vel aliter.

In Christo Iesu.

PErinde valet, ac si dixisset, ad similitudinẽ Iesu Christi domini nostri, qui semel mortu⁹ priori vitæ, amplius ad illã nõ est reuersus, sed nouam vitam indutus, eam continuo conseruauit. Sic vos, mortui peccato ad exẽplar Christi, non debetis iterũ operari peccato, sed nouæ vitæ, quam assequuti estis, per mortem & resurrectionem Iesu Christi, operam dantes semper, vt vestri mores & vita, in praxi quadam viuant Deo, & non peccato.

Sequitur.

Non

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Sed neq. exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos deo, tamquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo. Peccatum enim nō dominabitur vobis. Non enim sub lege estis, sed sub gratia &c.

IAm se ostēdit Apo. hoc loco cōcionatorē: cuius partes sūt, post exhibitā doctrinā, exhortationes subiūgere quo auditor animetur, p bonorū operū praxī, exhibitā ac receptā doctrinā executioni mādare. Nō debet Ecclesiastes sēper in dicēdo occupatus esse: sed in exhortando. Hęc loquere dicebat Pau. suo discipulo & exhortare. Quod ipse alios docebat, nūc opere cōpler.

Ad. Tit. 2. Sedā rogas, vnde Apost. colligit hāc exhortationem. Particula. n. ergo, illatiua est. Ex quibus præmissis colligitur hæc conclusio? Est quidem hæc cōclusio, quasi quędam appēdix ex prębabitis collecta, & diducta. Dixerat nāq. in superioribus, quod exhibita lege cœpit regnare peccatum (quoniā lex subintrauit vt abundaret peccatum) sed nūc recepta lege gratiæ, in qua superabūdauit gratia, non est cur debeat regnare & dominari peccatum. Iam sumus cōplātati & insерti morti & resurrectioni Iesu Christi: & etiam consepulti & mortui sumus peccato, & denique vetus homo noster crucifixus est cum Christo: ex istis recte & pulchre in exhortatorium se conuertit sermonem dicens. Non igitur, cum hæc sic se habeant, par est, vt in vestro mortali corpore regnet peccatum, & dominium habeat. Et licet interpretum multi (& nos hactenus loquentes cum illis) hūc sermonem appellauerimus exhortatoriū nisi fallimur) magis credimus esse præceptorum. Nam licet Apost. nobis præcipere non potuerit, vt non sit in nobis peccatum, tamen ne regnet, præcipere poterat in mortuis peccato; hoc est, vt nō haberet in nobis dominium, & principatum. Nam hoc regnum iam fuit extirpatum & destructū, per mortem Iesu Christi, perq. eius resurrectionem. Nihil igitur impossibile requirebat Apo. à Romanis: quinimò rem iustissimam. Si. n. liberati sumus à regno peccati, totis viribus conandum nobis est, ne peccatū recuperet amissum dominium in nobis. Sed quis est iste rex quem Aposto. præcipit, vel exhortatur non regnare in nobis? Iam patefacit dicens esse peccatum. Et quod est regnum eius? Quæ regina, & qui sunt regnicolæ eius? Regnum, infernus; regnicolæ, peccatores: regina, superbia Ancillæ istius filiæ superbię: Inanis gloria, iactantia, inobedientia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, præsumptio & reliquæ. Sed nomine peccatiin præsentiarum quid debeat intelligi, non bene conuenit inter interprætes. Aliqui appellatione peccati hic intelligunt fomitem, & concupiscentiā: eo quod pullulet à peccato, & in fomite cognoscitur peccatū. Sed dicis: Fomes est à Deo: quomodo igitur poterit appellari peccatū? Quod sit à Deo, hinc patet: quod pœna est. Solunt aliqui dicētes, fomitē esse à Deo, qua pœna est; non autē quatenus inclinat ad peccatum. Vtcunq. sit, reuera fomes non est peccatum: nam nō posset esse in eo, qui habet gratiam. Nihilo minus tamen sortitus est nomen peccati, ex eo quod ex peccato venit, & ad peccatū inclinat. Seruit nobis vice speculi, ad consiciendum peccatū. Est quædā nota siue signum, quod sumus, vel fuerimus peccatores. Delebitur autem hic caracter prorsus, quando corpus nostrum mortale vestietur immortalitate. Et quia hic fomes (quē Apost. nominauit peccatum) non tollitur per baptismum; nonnulli hęretici ausi sunt dicere, quod per baptismum non tollitur peccatum: nescientes distinguere inter fomitem & peccatum.

Sunt veruntamen alij quibus placet, ꝙ in præsenti loco peccati vocabulũ accipiatur, secundum suam legitimam significationẽ & non pro effectu peccati: licet alibi (vt videbimus) sic vsurpauerit Apost. Hic autem non cogimur; peccati vocabulũ expoliare à sua natiua significantia: secundum quam, antea dixit Paulus; Amplius non sertulamus peccato. In hoc n. loco certum & perspicuum est Apost. non esse loquutum d̃ peccato pro fomite, sed de peccato prout quædam culpa est. Harum porro expositionũ, vtrã probes, per multũ nõ interest: dũmodo intelligas, rem fœdissimã reputaram esse ab Apost. peccati dominium. Nec mirũ: Nã quid absurdius vlusq. quã peccatũ regnare; siue pro fomite, siue pro alio peccatũ vsurpes? Si regnaret in Dæmonibus (qui non fuerunt Christi sanguine lori (nil mirum: sed quod regnet in his, pro quibus sanguis Christi effusus est, hoc sane horrendũ est. Cęterum interrogas dicẽs: Si peccatum rex est, vbi renet suũ solũ? Respon. Apost. In mortali corpore, in carne. Cato est fedes, & solũ peccari. Hoc adiectum maguam coniecturam præbet, Apo. loquutum fuisse de peccato, pro fomite. Hic namque in carne est, & in corpore mortali, & corruptibili. Nam in immortali nihil tale reperitur. Interroga corpus mortuum si habet stimulos si luctam, & agonem cum spiritu: si cõcupiscentias, si carnis ardores; Si irascitur, si percussum, repercutit, si vindictã sumit, si denique aliqua passione agitatur. Hęc & similia in corpore mortali facile reperies: at in corpore immortali nihil horum offendes. In illo regnat peccatum, in hoc non.

Insurgis protinus tu dicẽs: Quid faciemus nos, nostriq. similes, cum nostra mortalia sint corpora, si in corpore mortali habet peccatũ tuũ solũ, & in eo regnat? Nihil aliud nobis restat, nisi, vt clamemus eũ nostro Apo. dicentes: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Nõ oportet nos animo despõdere. Nã si peccatum regnat, ex nostra socordia & culpa prouenit. Nõ. n. regnat, nisi cũ cõsentimus. Vis vt nõ regnet? noli cõsentire: vis vt regnet? ptębe cõtensũ. Dicis (Nõ possũ resistere. Hoc ne dixeris. Subter te erit appetitus tuus: & tu dominaberis illius: In tua erit potestate. Audi doctissimũ Origenẽ, sic dicẽtẽ. Nisi esset in nostra potestate, vt nõ regnet peccatũ in nostro corpore, præceptũ vtiq. nõ dedisset. Vbi vides quomodo tantus doctor cõfirmat nostrã sentẽtiã quã diximus supra sermonẽ Apo. esse potius præceptoriũ quã exhortatoriũ. Præceptũ vtiq: inquit nõ dedisset, Apo, supple. Addimus etiã hic, ꝙ auxilio fauẽte diuino excutere à nobis possumus hoc regnũ peccati: si cõcupiscẽtijs eius simus inobediẽres, & illud in nobis regnare haud permittamus: audientes concilĩ quod Spiritus Sanct' reliquit scriptum, dicẽs. Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ cõcupiscẽtias eius, dabũt te in gaudiũ inimicis tuis. Quod in Sampsone satis luculenter verificatum fuit.

Sed interim obserua, corporis mortalis meminisse Apost. Eo. n. fecit, vt nos eõmonefaceret, hanc mortalitatẽ per peccatum corpori nostro fuisse indictã & cõmunicatam: vt inde dehortaretur peecato non esse obediendum. Sicut namque non est gustandũ, quod gustatum affert mortem (quod vtinam nostri ptimi parentes intellexissent quando de fructu interdictæ arboris gustare voluerunt) ita, nec illi obediendum est, cuius obedientia mortẽ traducit. Vel aliter. De mortali corpore facta est mentio, non quod non esset satis manifestum (experientia etiam attestante) corpus nostrum mortale esse, sicut cętera brutorũ corpora: sed vt nos doceret, ꝙ sicut à peccato accepit corp' mortẽ, ita & peccatũ suas vires & robur accipit à corpore Et fortè hæc causa est vna ob quam viri sancti tãtopere per optant

Respon. Inferius le- quenti, cap.

optant, & cupiunt exonerare se ab hoc mortali corpore, quod multas animo. infert molestias. Aggrauat. n. illum, te pugnat spiritui, sollicitat ad regnum peccati, & pro sua virili, quoad potest, captiuum ducit. Quid igitur mirum si animus ijs, & aliis flagitijs vulneratus, cupiat expoliari & liberari à tanta corporis molestia? Quid miramur si videmus iustum septies in die cadentem? Si Petrum negantem, si Iudam argēti cupidum Christum vendentem? Si Matthæum auarum? si Magdalenam lubricam? Nobiscum. n. adhęc impelentem portamus ipsum, nimirū, corpus mortale. Patres nostri nondum habentes tale corpus prolapsi fuere: quomodo stabimus nos, mortali corpore iudui? Quare, nō immerito recordar' est De' quia homo caro erat: & talis, quę cōcupiscit aduersus spiritū, Caro etenim infirma, ad lapsum quam facillima est.

Sed neque exhib. membra vestra arma iniq.

POsteaquam Apost. monuit nos, vt daremus operam ne peccatū regnaret in nostro mortali corpore (quod est corpus peccati) & hoc negando ei obedientiam in concupiscentijs corporis (non quatenus sunt naturales sed quatenus sunt quasi arma peccati) nūc aliam vult à nobis subtrahere obedientiam. Habet autem obedientia duos actus: internum scilicet & externū: per quos regnare potest peccatum in nobis. Per internum consensum & per opus externū. Excluso illo priori, nunc excludere intendit & alterum dicens.

Sed ne. exhi. mem. vestra arma iniq. peccato.

HOc est ne detis membra vestra peccato, tāquā arma. Non est tanti roboris, nec tātas habet peccatū vires, vt nos existimamus. Si haberet, nō op' ei esset á nobis mēdicare arma. Quod cū facit sane se imbecille ostendit esse, & sine nobis parum posse. Vndeconijcies, non multum graue atq. difficile esse, superare peccatū: nisi tu arma ei ministraueris. Quod si feceris, tuū hostem domesticum armabis aduersus teipsū.

Sed quæ sunt, & qualia hæc arma? Organa, & instrumēta corporis. Et, vt qui dā volūt, organa animi; quibus vtimur ad aliquid operandum, Operamur manibus, pedibus, oculis, auribus, corde, lingua & ore, Arma autem nobis tam in malum, quam in bonum, deseruire solent; aliquādo ad patriam tuendam, aliquando ad eam expugnandam. Interdum ad tuendum amicum: interdū vero ad necandum inimicum. Sic mēbris nostris vtimur, aliquoties pro nobis, aliquoties contra nos. Oculus. n. à natura nobis datus est, ad ipsam lucem intuendam: quod si tu eum conuertis ad videndam pulchram mulierem, eāque concupiscendam, iam tu oculo abuteris. Iam tuus oculus effectus est arma iniquitatis: nam mœchatus es eā, in corde tuo. Abusus es oculo tuo, qui tibi nō est datus, vt impudicè videres: sed vt videres. Et eodem modo existimato de lingua, de manibus, alijsque mēbris; quibus si quis abusus fuerit, ipsa mēbra faciet arma iniquitatis. Hęc arma intendit hic Apo, destruere: non vt naturæ organa sunt, sed quatenus peccati & concupiscentiæ sunt arma. Nam arma nostra non debent esse carnalia, sed spiritualia. Respon.

Sed exhib. vos Deo tam. ex mor. viuentes.

SIcut antea dixit regnare peccatū per obedientiā & consensum, secundū actū interiorē, & postea secūdum actū exteriorem: nempe, faciendo mēbra arma iniquitatis: sic etiam nunc duo dicit exhibenda Deo primo seipsos tanquam; hoc est, voluntatē. Quę non accipitur hic tantum pro altera facultate

sed pro toto homine. Ipsa. n. est domina, & regina, quæ reputatur totus homo. Nam hæc est, quæ hominem reddit siue bonum, siue malum. Cuius voluntas mala est, & homo: & è contra. Ipsa cum dominium habeat nostrorũ actuum, teliquę facultates hominis huic præstant famulatum. Exhibenda est igitur Deo primo nostra voluntas. Sic fecit Apost. quando dixit: Domine quid me vis facere? Me ipsum prę beo; hoc est, meam voluntatem. Sed addit; Et membra vestra. Nolebat præ bere Petrus membra quando dicebat: Non lauabis mihi pedes inæternum. Sed præbuit postea, nedum pedes, sed & caput: quando audiuit; Petre si non lauero te, nõ habebis partem mecum. Pedum nomine affectus, manuum vero, operą; capitis autem appellatione intentiones intelligere debemus. Hęc tria præbuit Petrus Christo lauanda: sed vltroneus ne, an timore percussus dicat, qui scit. Exhibemus autem, quando vltro, non per illatam vim aliquid præbemus. Quod autem Deo nos, & nostra membra exhibere debeamus, multis de causis facere renemur. Nos, Quia ipse fecit nos, & non ipsi nos, Membra nostra, quoniam ipse dedit nobis, ad naturę fuuctiones, & ad corporis ornatum, & tandem ad sui gloriam. Dominus dedit mihi linguam, dicebat quidam, ego autem in ipsa laudabo eum. Magnus profecto pudor est, membra quæ dedit Deus, facere arma iniquitatis. Nonne grandis fieret iniuria mortali regi, si ille ensis, quo tex aliquem armauit militem, tribueretur hosti & inimico regis? Nunquid posset tex iure conqueri de illo, qui dedit? An non esset dignus hic, qui militari priuilegio priuaretur? Sic qui membra peccato exhibet (præter id quod vilificat ea) etiam Deo largitori grandem iniuriam irrogat. Et qui hostibus reipub. (etiam clanculo) arma suppeditaret: nonne patriæ tamquam traditor habẽdus esset? Quis ibit inficias? Et qui concupiscentijs exhibet membra sua, quid aliud facit nisi arma præbere Christi immanissimo hosti? Non sic, non sic, inquit Apostolus sed exhibete vos, & vestra arma Deo, tamquã ex mortuis viuentes. Hoc est, sicut iustũ est, illos facere, qui ex mortuis surrexerunt. Vel; Exhibete vos Deo tamquam ex mortuis viuentes, ideſt, per quem à mortuis ad vitã traducti estis.

Act. 5.

Ioan. 13.

Quid sit exhibere.

Ecclc vlt.

Similc.

Similc.

Et mem. ves. ar. iust. Deo.

SIcut iniquitas & peccatum sua habet arma, ita & iustitia. Sed vide, quod antea dixit Apost. membra nostra esse arma iniquitatis, nunc autem appellat arma iustitię Deo. Ex quo cõsurgit manifesto, esse in nobis libertatẽ & facultatem, vt bene vtamur nostris membris, & malè. Bonus vsus & malus, penes nos sunt. Vnde Christus dicebat; Vide ergo ne lumen quod in te est tenebræ sint. Si lumen, quomodo tenebræ? & si tenebrę, quomodo lumen? Pet nostram voluntatem lux fieri potest tenebra, & è contra: Quando dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Vtrumuis. n. in nostra relictum est potestate. Sicut liberi sumus in malum vita & in bonũ. Et ideo eadem membra nostra bene, & male, exhibere valemus. Si in Dei obsequiũ, illorum bonus est vsus: si autem peccato accommodamus ea, ipsum armamus in nostram perniciem. Tunc vsus nequam & malus est.

Luc. 11.

Refer.

Sed quid sibi vult, iustitiæ vocabulũ hoc loco, in cuius obsequium dicit Apostolo. tradenda nobis esse Deo membra nostra? Sunt qui per iustitiam, omnem virtutem intelligunt, secundum quam, tam Deo, quam hominibus: propriumius tribuitur sicut per iniquitatẽ intelligunt omne vitiorum genus, siue contra Deum, siue contra proximum ita non ineptè iustitię nomine, omnis

virtus

virtus intelligi potest. Sunt & alij, qui appellatione iustitiæ hic, eam iustitiam intelligere volunt, quam Christus operatus est in nobis, per effusionem sui pretiosissimi sanguinis. De qua iustitia sermonem habuit Apostol. supra 3. cap. Sed dicis: Hæc iustitia quomodo est aduersa peccato? Resp. In hoc aduersa sunt, quod peccatum (vt diximus) cum sit imbecille, nostris armis indiget, vt opere compleatur: iustitia autem Dei robur & vim confert nobis, tantum tra, quam extra: & ideo non indiget nostris membris, nisi tamquã instrumentis. Vnde, quando Deus dicit: Fili præbe mihi cor tuum: non petit, vt indigeat: sed vt ei robur & virtutem tribuat. Veruntamen quia Deus in nobis non sine nobis operatur, exhibenda sunt nobis membra nostra Deo, sed mortificata super terram.

Prouer. 23

Sed aiss: Ad quid exhibere debemus membra nostra Deo? Num vt nos ministremus ei arma, quo ipse pugnet aduersus nostros hostes pro nobis: an vt nos nostris mẽbris ei militemus? Nos potius indigemus armari ab eo, quam ipse à nobis: sicut ad Ephe. Apost. docet dicens. De cætero fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei vt possitis stare aduersus insidias Diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Armatura Dei est, quam ipse Deus dat, vel qua ipse Christus vsus est, ad debellandum Dæmonem. Nam hunc nos nostris armis vincere nequimus. Christi armis indigemus. Si igitur res ita habet, quod nos indigemus armari à Deo quomodo armabimus nos illum? Nõ est hic Paulus sibi ipsi contrarius. Nam vtrunque fieri potest. & quod armemur, & quod armemus. Armamur quidem à Deo, quia ab eo arma virtutum accipimus: & à nobis ipse armatur, quãdo nos, receptis illis virtutibus ab eo, pro eius nominis gloria strenuè militamus atq. pugnamus. Exhibeamus igitur nos, & membra nostra, (quibus ipse dabit virtutem & fortitudinem) ad pugnãdum cum hostibus nostris: quibus deuictis, largietur victoriæ coronam. Sed forsan multi excusationem ex eo accipiunt, quod incerta sit victoria, & varius euentus belli, & adipisci victoriam valde difficile est. Præuenit Apostolus hanc excusationem, & eam propulsat, animumq, militis christiani erigit & confortat, promittens potentiam & virtutem, ad resistendum peccato.

Cap. 6.

Respon.

Peccatũ enim (inquit) non domi.vo.

CVm non sitis sub lege, sed sub gratia. Q.d. Non est periculum, vt peccatum nos nolentes inseruitutem pristinam traducat. Non. n. sub lege literæ occidentis estis, sed sub lege viuificãtis spiritus.

Geminum negocium facessunt nobis hæc verba: vnum de qua lege sit Paul. sermo, alterum vero, quam efficatiam habeat eius ratio. Prius priori loco aggrediamur. Sed præsupponenda sunt nobis aliqua ad claram intelligentiam huius loci, sine quibus remanet obscurus. Primum est quod Apostol. in hac antithesi legis & gratiæ, non cõponit & confert, personas cum personis: sed statum, cum statu. Scilicet, statum legis, cum statu gratiæ. Nam non est dubitandum, tam in statu legis naturæ, quam scriptæ, aliquos fuisse, qui erant sub gratia: non tamen dicebantur esse sub statu gratiæ. Illi pauci non faciebant statum gratiæ: quoniam nondum aduenerat Christus, per quẽ gratiæ factus est status. Gratiæ status est Euange

uangelicus. Et ideo illi, qui precesserũt Christum, nõ dicebantur spectare ad ad statum gratię, sed ad statum legis: vel naturalis, vel scriptæ (etiamsi essent permulti in gratia.) Nam in præsentiarum esse sub gratia, non est, possidere gratiam, sed esse sub lege Euangelica: quæ singulari priuilegio nuncupatur lex gratię.

Secundum supponendum est tale, scilicet, multum esse, discriminis inter hęc duo, videlicet, esse sub lege, & tenere ad obseruantiam illorum, quæ sunt in lege. Nam primum de Christo annunciamus, cum Pau. dicente, ipsum factum sub lege: non autem dicimus, illum obligatum fuisse legi. Si circuncisus fuit, si in templo præsentatus, & cætera: ad has leges non tenebatur, nec astringebatur: tum quod ipse esset dominus legis, tum etiam, quod leges essent ad abolendum peccatum, cuius ipse immunissimus erat. Sed eas si seruauit, id fecit, vt nobis exemplo esset, & Patri morem gereret: qui voluit vt ipse pro nobis adimpleret, & de legis subiectione nos redimeret. Et sicut stat, Christum esse sub lege, & non teneri ad obseruantiam illius. ita & è contra, stat teneri ad obseruantiam alicuius quod est in lege, & non esse sub lege: sicut nos non sumus sub lege Moysi, & tamen tenemur ad obseruantiam ipsius decalogi, qui erat in illa lege, sed non vinculo illius legis. Itaque si colimus vnum Deum, si honoramus parentes, si non furamur, & cętera: ista nõ obseruamus ideo, quia lex moysi prę cipit ea, sed iussu legis naturalis, quæ non est abolita per legem Euangelicã, sicut lex Moysi. Et idem iudicium est de Gentibus quę obseruare tenebantur decalogum, & tamen non dicebantur esse sub lege Moysi. Itaque hoc loco sub lege esse, est esse sub legis iugo, & vinculo. Hoc modo è regione posita sunt hæc duo videlicet esse sub lege, & esse sub gratia: ita, vt positio vnius, sit alterius abolitio. Vnde, sic format Apostolus suam rationem, quasi velit dicere. Regenerati à Christo sunt liberi á iugo legis; in qua regnabat peccatũ: igitur peccatum in illis non dominatur, quia non sunt sub lege, sed sub statu gratiæ, per mortem Christi. Quando dixit, consumatum est, migrauit homo, ab statu legis Moysi, ad statum gratiæ. Et hoc beneficium debet christianus homo recognoscere Christo, inter magna alia. Non enim contentus fuit abundãtiam gratiæ nobis elargiri: sed à seruitute & iugo legis etiam nos liberos effecit, quod erat efficere nos liberos à tribus maxime. Primo ab statu abundantis peccati, secundo ab statu non habentis gratiam, & tertio ab statu in quo homines relinquebantur sibi ipsis. Et proinde, quod in illo statu regnaret peccatum & dominare tur illis, nihil mirũ erat: sed nobis, qui in nobiliori statu positi sumus, magnus esset pudor, quod peccatum haberet dominium in nobis.

Et pondera acute lector, verbum dominari. Non. n. dicit, Non erit in vobis peccatum, sed non dominabitur. Lex n. gratię non sustulit omnino peccatũ: sed tantum omnino dominium, quod erat sub lege Moysi. Tunc abundabat, & regnabat in lege gratiæ licet sit, tamen nec abundat, nec regnat, neque dominatur. Est peccatũ quasi sub freno gratiæ, qua regnante & dominante peccatum nec regnare; nec dominari potest, Et ratio est, quia sublata & abolita lege Moysi, mortuum remansit regnum & dominium peccati: quod remanet tantum in perfidis Iudæis, qui pertinaciter volunt seruare legem: nõ tantum secundum illam partem, qua lex Moysi includit moralia: sed secundum totam legem; hoc est, volunt seruare legalia, & ceremonialia. Et sic ad vnguem eam seruant, vt nec vnus apiculus prætermittatur. Isti nostrum Paulum audire nolunt, dicentem, nos iam non esse sub lege Moseos, sed sub gratia. Vnde colligitur Iudeorum insania:

qui

qui tantum beneficium sibi collatum à Christo eorum legitimo rege, agnoscere, nec recipere volunt: sed renuunt, dicentes; Nolumus hunc regnare super nos. ò dementiã, o cæcitatem. Malunt sub iugo grauissimo versari, quam summa libertate potiri: O dementes & stolidi homines, talpa cęciores. Si non vultis esse sub ea libertate, qua Christus vos liberauit: state, perseverate, maneteque sub peccati captiuitate: vt Sathan vos tamquam illius captiuos perducat ad suum domicilium, vbi captiui ligatis manibus ac pedibus, in tenebris exterioribus remaneatis detenti. Sed hos perfidos missos faciamus, & ad nos ipsos nos conuertamus; Deo gratias agentes, quod nos eripuerit ab illa lege: quæ etsi non esset mala, tamen homines (teste beato Augustino) reos faciebat, non adiuuando, sed iubendo. vnde qui sub illa erant, non in grana & amicitia Dei erant: quę duo nobis suppeditauit lex noua gratiæ: quę filios & non seruos efficit, & simul coheredes Dei. Hęc est illa lex, de qua Ioannes ille Euangelista cecinit dicēs. Lex per Moysen data est: gratia & veritas, per Iesum Christum facta est. Vide authores, & agnosces legum differentias. Dicis: Vtraque lex Domini erat. Fatemur, sed efficacia & energia vna, altera longe potentior. Illa peccata non auferebat, sed magis irritabat. Illa, etsi quid esset faciendum, quid vel cauēdum demonstraret, sufftragium tamen & adiutorium non prębebat. Illa quæ Mosayca præstare nequibat, abunde ac copiose lex gratię suppeditat. Illa Messiam promittebat; ista illum exhibuit. Illa morti Christum tradidit: hęc Christum ipsum à morte excitauit. Illa clamabat; crucifige: ista respondebat; nihil mali fecit. Illa, Barrabam petebat, & Christum dānabat: ista nullā causam mortis in eo inueniebat. Illa reum mortis inueniebat: ista vitę datorem ostēdebat. Illa denique illum crucifixit, vt malefactorē (si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum) ista per Centurionis confessionem filium Dei agnouit. Alta. n. voce clamauit: Vere filius Dei erat iste. Sed de his tantum hæc dicta sint in gratiã legis gratiæ, quæ nostra lex est. Quare eam commendantes, vi si sumus nosmet commendare.

Luce. 19.

August. De gratia & lib arb.

Ioan. 3.

Respon.

Cæterum sunt nouatores dogmatũ, qui eam magis se putant teddere cõmendatam, cum dicunt, legem gratiæ esse legem libertatis: & talis libertatis, quę nos faciat exẽptos à præceptis legis, maxime humanis. Nam secus, inquiunt. sub lege sumus, & non sub gratia. sicut Apost. dicit. Duo dicunt isti: alterum. legem Euangelicam esse legem libertatis, quod catholici lubenter illis concedere debent. Nam sicut esse sub lege seruitutẽ insinuat: ita esse sub gratia libertatẽ. Sed libertatem, sane intellectam: non illam quam cupiunt Lutherani: quæ carnis libertas est, non spiritus. Libertas autem spiritus, non liberat nos ab obseruantia mandatorum legis: neque hoc vnquam cogitauit Apost. quando dixit, regeneratos & christianos non esse sub lege. Nam de lege Moysi loquebatur, & non de lege naturæ. De qua lege, si formaliter & stricte loqui volumus, pręcepta decalogi non erant pręcepta huius legis: sed tantum ceremonialia, & iudicialia. Et per legem gratiæ nos esse liberatos ab istis pręceptis, citra incommodum admittere possumus. Sed si loquamur de alijs pręceptis, nempe decem decalogi, hæc non esse obseruanda. Paulus non somniauit. Sciebat, n. scriptum esse, si vis ad vitam ingredi serua mandata. Non ergo qui asserit seruanda esse mandata, legis gratiæ libertatem tollit, nec eam (vel vno capillo, quam Christus fecerit) efficit minus liberam. Libertas christiana, licet pauciora habeat præcepta quam lex vetus, non tamen in hoc ipsa consistere dicitur: sed vera & Christiana libertas est, liberum & exoneratum esse à peccatis. Lutherani autem libertatem ponunt, in eo quod

Pau.

Pau. dixit, nos nō esse sub lege, sed sub gratia. Sed miseri homines, non considerant, quod ex eo quia non viuimus sub Moseos lege, non propterea sequitur, quod simus ab omni lege liberi. Restat nobis lex fidei, gratiæ & Euangelij Barbarorum. n. hominum est, sine vlla lege viuere. Nos (Deo sit gratia) sub illa lege viuimus, non quæ solummodo præcipiat, sed quę gratiam præstat: quæ etiam præterita crimina condonat, & ad futura cauenda nos adiuuat. Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Ex his quæ dicebamus nobis facesseere negotium, perspicua lectori remanent. Nempe primo, quid debeamus hoc loco nomine legis intelligere. Ex ipsamet litera constat, intelligendam esse non aliam, quam Mosaycā. Vnde qui hoc loco interpretantur hunc textum de lege carnis quæ repugnat legimentis, videant an mentem Pauli teneant. Quamdiu. n. homo in præsenti vita viuit (nisi aliquo donetur speciali dono) sub hac lege viuit, & non est ab ea liber. Quoniam per baptismum omnino non tollitur hæc lex carnis. Neque qui in statu gratiæ sunt, ab hac lege eximū tur. Morse st, quæ ab ea nos liberos facit. Tunc. n. nobiscum cōmoritur hæc lex carnis. Quæ lex, cum reperiatur in omni statu post peccatum: ipsa per se non facit specialem statum, sicut lex naturalis, Mosayca & Euangelica: sed vagatur per omnem statum: in vno tamen magis vigens, quam in alio. Ad rationem autem quam adducit Apost. probans in statu regenerationis nō dominari peccatum, propterea quod sumus sub gratia, & non sub lege Mosayca: respondemus, dicentes, optimam esse & tanto doctore dignam. Quoniā cum comparatio fiat, non inter personas, sed (sicut dictū est) inter status: licet in statu legis naturę, & etiam in statu legis Mosaycæ, fuerit quoque gratia (non. n. ex toto illi priuati fuerunt gratia qui morabantur in illis statibus) verumtamen non habuerunt ratione status, aut ex vi status: sed ex participatione status gratiæ. Hæc autem participatio erat secundum fidem, ac deuotionem, quam habebant ad Christum vēturum. Et ideo tam lex naturæ, quam Moysi (quantum attinebat ad statum) erat sine gratia: tametsi aliqui particulares homines gratiam in se haberent. Vnde, ex his duobus, scilicet, non esse sub lege, & esse sub gratia, optime dixit Paulus, non dominari illis peccatum: quia non erant iam in statu, in quo abundabat peccatum & deficiebat gratia: sed in statu doni diuinę gratiæ. Ex hac enim parte prouenit, quod peccatum non dominatur super nos, nec super operationes nostras, sicut dominabatur super illos, qui erant sub lege Moysi. In qua, si nemo iustificabatur ex proprijs operibus, non est mirum. Ad introitum. n, gratię non suppeditabat. At, lex Euangelica, cum prębeat adiutricem gratiam, iustificatrix dicitur & est. Cæterum, videns Apost. id quod mox aliquis socors & ignauus poterat ei obijcere, preuenit in sequenti textu illius obiectionem. Sed dicis: Quid talis potuit obijcere, ipsi Apostolo? Respond. Fieri copiam peccandi, & facilē dari indulgentiam, si quis peccauerit. Sed Vnde istud? Ex eo quod Pau. dicit, nos iam non esse sub lege, sed sub gratia. Ex his verbis, poterant ignaui capere occasionem ad peccandum. Hanc autem obiectionem tamquam abhominandam reijcit, ac confutat dicens

Psalm. 18.

Sequitur.

Quid ergo peccabimus quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit, &c.

PRofecto nihil consequentiæ habet hæc obiectio. Potius erat oppositū colligendum. Nemo miretur. Nam nō in pro

in propria persona Apost, eam pronũciat, sed in persona illorum, qui secundum sapientiam carnis, sapientes se reputant. Qui nunquam cessant obstrepere, aduersus illam doctrinã, quę carni contraria est. Laborauit Apost. quo ad potuit, vt nos doceret iã esse mortuos peccato, & crucifixum esse veterem hominem, & extra peccati dominium esse. Et insurgit aliquis dicẽs: Peccemus, peccemus: quia iam dicit Pau. quod non sumus sub lege, sed sub gratia: quia lex quæ solita erat punire peccata, iam est abolita. Duo sunt, ex quibus solent mali accipere occasionem peccandi: alterum est, quando vident, id quod patrare volunt, nulla esse cautum lege: alterum est, quando sciunt, iam esse extinctam legem, quæ solebat illud vetare: Rebus sic stantibus dicunt mali ad inuicem. Venite, operemur hoc, vel illud, libere facere possumus, quoniam nulla est lex, quæ nos cohibeat: vel si erat, iam est reuocata, cassata, & abolita. Hoc secundo modo, videbanturisti argumentari, dicentes. Pau. dicit quod iam non sumus sub illa lege, quæ solebat punire peccata: ergo libere iam & impunè peccare possumus: quoniam iam nulla est lex, quæ animaduertat peccatum. Hæc erat cogitatio & confidentia istorum: sed toto cœlo aberrabant, putantes, quod postquam sublata erat illa lex quæ solebat punire peccata, homines impunè peccare possent. Magnus erat iste error. Nam licet lex gratiæ condonauit peccata, tamen impunitatem non promisit, sed ea etiam punit. Et sic liberati à lege Moysi, non tamen remãsimus liberi ad peccandum; ita quod liceat nobis impune peccare. Non ergo peccãdum est, quia liberati sumus nos regenerati à legis iugo. Hanc quæstionem non multis verbis Apost. sed vnico tantum pellit, & recutit, dicens.

Absit.

VErbum est, quo solitus est Apost. vti, quando abhominari vult aliquod dictum horrendum.

Dicat modo aliquis: quando tollitur aliqua lex, maxime si omnino cassatur, præcepta quę erant in illa lege, cassata esse dicuntur: ita quod, quę erant antea illicita, fiunt postea licita. Vt v.g. si tolleretur lex de ieiunãdo in quadragesima, maxime si totaliter, sublatum quoque esset præceptum, de non vescendis carnibus: quoniam hoc præceptum est adnexum præcepto de seruando ieiunio. Sic pari modo, sublata lege Mosayca, abolita videntur præcepta, quæ erant in illa lege: nam præceptis remanentibus, ipsam quoque remanere dicendum esset. Si igitur Pau. dicit, quod regenerati liberi facti sunt & exẽpti à lege Moysi: igitur & à præceptis illius legis, ergo qui transgrederentur illa præcepta, non peccarent. Et fortassis, hæc mota quæstio ab Apostо. hoc prætendit. Duobus modis istis occurrere possumus. Primo dicentes, quod in lege Moysi tria erant, scilicet, ceremonialia, legalia, & moralia: Cassata & abolita lege, cassata fuerunt illa duo prima, sed non tertium, quod erat decalogus. In decalogo autem quæ sũt prohibita, mala sunt ex suo genere, & ideo illorum transgressio semper est peccatum, in quacunq. lege fiat. Imo etiamsi nulla esset lex in rerum natura. Nam sunt suapte natura mala, & abominabilia: sicut est non colere Deũ, iurare vanè per eum, Sabbathum nõ sanctificare, non honorare parentes, occidere &c. Ista facere, vel alia omittere, quæ decalogus proponit seruanda, sine peccato fieri non potest. Porro alia erant in lege Moysi quę ex sua natura nec erant bona, nec mala: sicut erant ceremonialia, & illa quæ præferebant vmbram futurorum bonorũ: & hæc cassata lege & deficiente, ipsa deficiunt quoque. Ex solo. n. decreto illius legis vim obligandi habebant. Et ideo cessante illa lege, ipsa cessabant: &

qui

qui liberi erant à iugo legis, ab illis quo que exempti erant. Et in his argumentum propositum bene concludebat, In alijs minime.

Alio modo breuius respondere possemus, iuxta illud quod iam antea diximus, videlicet, quod præcepta decalogi non erant præcepta legis Moysi proprie, licet in illa lege à Deo essent iussa custodiri. Et ideo, licet regenerati non sint subiecti legi Mosaycæ, sunt tamen subiecti ipsi decalogo, qui à principio mundi originem habuit, duraturus ad finem vsque. Quinimo probabile satis est, quod ab ijs qui cœlico lę sunt (saltim quoad illa præcepta quę Deum tangunt) diligentius & exactius decalogus in cœlo obseruatur. Quis quęso negabit, Deum multo purius, & deuotius, & sanctius etiam, coli in cœlo à cœlicolis, quam à terrigenis? At & nomen eius, nonne in maiori honore habetur in cœlo, quam in terra? Vbi sunt illi, qui nunquam cessant clamare Sanctus, Sanctus, Sanctus: nisi in cœlo? Res est hęc vna tam perspicua, vt qui eam negaret, verberibus potius indigeret, quam verbis.

Ex ijs quę diximus, patet ignorantia illorũ, qui nescientes distinguere illa quę continebantur in lege Moysi, ex verbis Pau. inferebant, peccandum esse, quod reuera colligi non poterat, ex doctrina Paulina. Paulus non in vno, sed in multis locis hanc blasphemam doctrinam abominatus est. Et sicut de testatus est illos, qui dicebant facienda esse mala, vt inde venirent bona: & alios, qui, vt gratia abundaret, peccandum esse autumabant, sic hoc in loco detestatur illos & illorum doctrinã qui contendebant peccandum esse, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia. Paris blasphemiæ sunt, ista tria abominanda dogmata. Quare, vno eodemq. verbo, nempe, absit, detestatus est illa. Quam vim autem habeat particula, absit, ad negandum, nõ est necesse admonere hic lectorem. Res est satis nota, & passim habet Pau. hoc vocabulum in ore suo. Hoc tamen adnotare non nos piget, quod Pau. non solũ illos notauit, sed etiam tacite hos nostros nouatores hæreticos, qui contendunt omnia esse licita regeneratis, etiã peccare. Quæ blasfemia cum illorum alia comparanda venit. Vnde sicut Apostol. illis respondit per aduerbiũ horrentis, sic & nos istis extendentibus fimbrias libertatis.

Sequitur.

An nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis siue peccati ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiã. &c.

PRobat Apost. non esse peccandum hac ratione, quia liberi erant à iugo legis Moysi. Quoniam licet essent liberi ab illa lege, non tamen ab omni alia. Nam quando nomina Christo dederũt in baptismate, Euãgelicę legi se submiserunt, & seipsos effecerunt seruos iustitiæ. At quicunque se exhibet ad obediendum iustitię, seruus eius efficitur. Vos tales estis, quãdo baptizati fuistis, igitur vos serui iustitiæ estis. Ergo non debetis seruire peccato, sed iustitię. Q.d. Si quando eratis sub lege illa, seruiebatis peccato, quod tyrannice dominabatur: nunc potiori iure & ratione, seruire debetis iustitiæ. Nam si serui peccati seruiunt peccato: nunquid iustius est, quod serui iustitiæ inseruiant iustitię? Nam qui peccato seruiunt, ad mortem seruiunt: qui vero iustitię ad vitam. Vita autem iustitię opposita est peccato, & morti animæ. Nam peccatum cum consumatũ fuerit, generat mortem, animæ, scilicet. Apost. cõtraposuit peccato obedientiã. Et apte quidem. Quoniam sicut primum hominis peccatum factũ est per inobe

inobediẽtiam: ita in omni actuali quo que peccato, reperitur inobedientia mandatorum, E contra autem in iusti tia & obedientia, inuenitur obseruantia diuinorum mandatorum.

Non miretur hic lector, si Apost. è regione mortis non collocauit vitam sed iustitiam. Nam recta antithesis sic postulabat, vt morti contraponeretur vita. Vnde cum in Paulo nihil sit otiosum, credendum est, non temere esse factũ, Forte istud fecit Apost. quo insinuaret sermonem suum, cum loquebatur de morte, esse intelligendũ, non de illa, quę opponitur corporali vitæ: sed ꝺ alia quæ animi mors dicitur. Et quia hæc mors per vitium fit & peccatum (cui cõtraria iustitia, quæ est omnis virtus & vita animæ) ideo contra posuit morti animi, iustitiam, vitam animæ. Vita autem animæ in præsenti solet appellari iustitia, siue iustificatio. Quando homo est iustificatus, dicitur esse viuus; quãdo vero in peccato, mortuus. Peccatum mors animæ, iustitia vero, vita eius dicitur. Et ideo iam contra posuit morti animæ, eius oppositum, nimirum, iustitiam: quæ est vita animę. Voluit autem potius vti iustitiæ nomine quam vitę, vt ipsi intelligerẽt, quod ab operibus iustitiæ faciendis non erant de obligati, tametsi essent per gratiam à lege Mosayca absoluti. Et quia hæc obligatio clarius & apertius ostenditur per verbum institia, qnã per verbum vita, ideo maluit vti vocabulo iustitia. Nam nomen institiæ, in sua significatione, debitum inuoluit. Quæ ex iustitia fiunt, ex debito fieri dicuntur. Nõ igitur regenerati & Christiani per baptismum In obligati remanẽt, ad seruanda mandata, eo quod sint sub gratia. Imo huius doni causa, strictius, & diligentius ea seruare tenentur. Nam (sicut idem Apost. dicit) In hoc apparuit gratia Dei omnibus hominibus, vt scilicet, erudiat nos, quatenus abnegantes impietatem & secularia desyderia, sobrie, pie, & iuste viuamus in hoc sæculo. Per hæc verbã palam facit Apost. statum, quem sortitus est homo per gratiam Dei & Christi. Non est euectus ad statum libertatis carnis, sed spiritus, vt abnegata impietate, & secularibus desyderijs, vitam sobriam ducamus. Sed quæ est hæc impietas? Deserere verũ Deum, & adhærere Diabolo, & eius põpis. Hanc primum cum baptizamur, abnegamus impietatem. Abrenuncia-mus. n. Sathanę, & pompis eius. Et his tribus aduerbijs perfectum depingit Christianum. Perfectio christiana consistit, in eo quod est, bene se habere erga Deum, proximum, & seipsum. Primum, ad nos attinet; secundum, ad proximum; tertium, ad Deum: cui maximam debemus pietatem: proximo iustitiam, ad nosipsos ordinatur sobrietas. Hęc autem sobrietas nedum in potu ciboque posita est, sed in omnibus alijs rebus, quæ nos à libertate spiritus auocare possent, & ad carnis luxum traducere. Ad hoc nullum non mouent lapidem Lutherani, ad extendendam & ampliandam carnis libertatem: sicq. ebrietati & delitijs nullum apponunt frẽnum. Quibus contingit & vsuenit quod accidit illis, qui absque freno equos dòmare volunt. Caro nostra equus est, quæ absque frẽno dura est & vinea quæ non amputatur, vbi nõ dat fructus. Amputandi sunt palmites superflui sic à corpore & carne nostra superfluę delitæ resecandæ. Præterea hæc Pau. doctrina cõfundit & destruit pestulentissimum dogma hæreticorũ qui contendunt Dei gratiam cum peccato consistere posse. Nam vt hic docet Apost. Qui peccat seruus est peccati. Et si simul seruire quis nõ potest peccato & iustitię: quomodo poterũt gratia Dei & peccatum simul constare? Hęc non est tam Pauli, quam Christi doctrina; qui apud Matth. manifesto docuit, Impossible esse, vt quis duobus serulat dominis. Snnt autem peccatũ & Iustitia, duo dominia admodum contrarij. Quomodo igitur stabunt simul?

Respon.

Simile.

Simile.

Matth. 6.

Ad Tit. 2.

aut

aut quomodo aliquis simul inseruire eis poterit? Si obedit peccato, iam se eius seruum cōstituit: si autem exhibuit se ad obediendum iustitiæ, seruus est iustitiæ. Vana est ergo horum hominum imaginatio, & potius fictio, quam aliud: neque dignum est tam ablonū dogma, quod ab aliquo nominetur, nisi ab ipsis Lutheranis: qui soliti sunt consimilia effutire.

Sequitur.

Gratias autē Deo quod fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis. Liberati autē à peccato, serui facti estis iustitiæ. &c.

POsteaquam Apost. ostendit per voluntarias actiones, & per contraria stipendia, non esse seruiendum peccato, sed abstinendum: nunc alio medio idipsum conatur ostendere. Petitur autem hoc medium, a beneficio iam accepto. Est autem beneficium iam receptum, ipsa donatio libertatis. Vnde, sicut si quis seruus semel donat' liber tate, ipse secundo redigeret se vltro & sua sponte in illam primam seruitutē, a qua fuerat liberatus; profecto & sine dubio talis iniuriam irrogaret illi, qui liberauit illum, & pronihilo duceret receptum beneficium: à simili agit hic Apost. Quasi palam dicens. Si reuertimur ad seruitutem & captiuitatem peccati iniurij sumus Christo Iesu, qui redemit nos suo sanguine, a seruitute & captiuitate peccati: potissime nostra sponte reuertentes ad peccandum. Et sic, ingrati essemus, & nostro Redemptori iniuriam faceremus. Quod ne fiat peccare non debemus. Hoc prætendit Apostolus in hoc textu: qui satis ex se clarus est.

Dicit ergo: Gratias autē Deo, quia fuistis. pec.

AGratiarum autem actione auspicatur: vt admoneat nos, beneficium liberationis & redemptionis nō ob nostra merita factum esse; sed per gratiā Dei, pro quo debētur gratiarum actiones Has autem Deo agere est, ipsi beneficium receptum ferre acceptum. Quod autem aliqui interprætes mutauerint gratias, in gratiam, plurale in singulare, non est tanti momēti, vt in hac re remorari debeamus lectorem. Non apparet aliqua necessitas, quę cogat mutationem istam: neque aliquid mysterij insinuatur per singulare, quod non etiam denotetur per plurale: nisi dicat aliquis, ita haberi in græco, quod nō differemur. Sed in re tam parui momenti, declinare à græco, nō est grāde piaculum. Et communis loquendi modus) quē etiam Ecclesia obseruat) prevalere potest, & debet, exemplari græco. Et præter hoc, magnificentior & vberior videtur esse oratio, quæ gratias agit, quam quæ dicit; Gratia sit Deo. Nam cū dicimus; Agimus gratias Deo, quasi insinuare videmur, non vnam tantum sufficere gratiarū actionem, sed multas: quod nō insinuamus, cum dicimus; Deo sit gratia. Sed in his, abundet quisque in suo sensu: hoc tamen certum est, illis qui versati sunt in epistolis Pau. quod Apost. quando gratiarum actiones tribuere Deo vult, nunquam dicit, Gratia sit Deo, sed: gratias agimus vt ad Eph. 2. ad Thimot. 5. Debemus gratias agere Deo. Et 1. ad Thes salonicen. 2. Gratias agimus Deo, sine intermissione: & in multis alijs locis, quos requirat lector.

Sed quæramus ab Apost. qua de re agit gratias Deo Quod fuistis, inquit serui peccati. Absit, vt gratiarum actio referatur ad hæc verba, ita vt sensus sit, Pau. referre gratias, quod fuerint serui peccati. De peccato cōmisso non sunt dan-

dandæ Deo gratiç: sed bene de remisso. Nam etsi peccatum fit Deo permittere, nõ tamen Deo causante. Si Paulus mutasset verbum fuistis, in verbum fuissetis, dicens: Gratias autem Deo quod eram fuissetis serui peccati. &c. tunc clarius constasset, quod gratiarũ actio non erat referenda ad seruitutẽ peccati, sed ad egressum ab ea, de quo egresso gratias debemus dare Deo: & tanto maiores, quanto minus dignus est qui captiuus tenebatur sub peccato quam ille, qui crearetur in puris naturalibus. Nam licet, nec hic, nec ille ex meritis digni sint gratia, tamẽ captiuus in peccato minus dignus est. Quoniã peccator nõ solũ dignus nõ est gratia, sed etiã dignissimus est pœna: qua nõ est dignus is, qui caret gratia, & est in puris naturalibus. Vel alio modo, dicere possumus, quod Apost. nõ agit gratias Deo, quod fuerint serui peccati: sed quod cum prius essent serui peccati, illa seruitute expulsa & repudiata, ex corde præstauerunt obediẽtiam, in eã formam doctrinç, in quam traditi fuerunt. Vnde gratiarum actio non refertur ad primam partẽ huius textus præcise, sed ad totum textum. Ita venit intelligendus hic locus Pau. sicut ille qui habetur Matth. 11. qui ab ore Christi fuit prolatus. Dixit namque illic Christus. Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terrç, quia abscondisti hçc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Non enim gratias agit Christus Patri suo, quod abscondisset tamũ, sed quod abscondita a sapientibus huius seculi: hoc est, elatis, sint reuelata paruulis, hoc est, humilibus. Sic in præsentiarũ, non refert gratiarum actiones, quod Romani fuerint serui peccati: sed quod eum prius fuissent, mutati sint in libertatem iustitiæ Nam Romani antequam recipisseni hanc Pau. epistolam, iam edocti erant Euangelium. Sed rogas: quis fuit illorum doctor? A quo edocti fuerũt? Scriptura sacra hoc non narrat: sed iam cõmuni consensu

Matt. 11.

Ref.

à catholicis receptum est, à beato Petro & Barnaba fuisse edoctos. Vnde horum Romani, discipuli priusquam Pau. fuerũt. Neq. nobis cura esse debet quod ab hæreticis negetur hoc, postquã scimus, esse receptum iam tot sæculis à patribus orthodoxis. Hæretici tanta impudentia sunt præditi, vt nihil putent esse verum, nisi quod in scripturis est reseratum: quasi vero scriptura omnia gesta dicere debuisset. Satis fũt nobis scripturæ patrum orthodoxorũ traditiones, & doctrinç, testimonijs horum confirmare. Sicut enim. Euangelistę sacri non omnia Christi gesta commiserunt scripturæ: sic nec acta Apostolorum omnia demandata sunt scripturæ. Sed de his per transennam. Ad Paulum reuertentes, dicimus, eommẽ dari hic Romanos ab ipso Apost. eo quod obedierunt in eam formam doctrinæ, in quam fuerunt traditi, per illos primos preceptores, qui verbo docuerũt illos Euangelicam doctrinam. Neque hinc tu dicas, vel insufficienter fuisse edoctos per illos, vel epistolam hanc Pau. fuisse superfluam: nihil horũ recte colligitur. Nam Pau. hanc epistolam scripsit, ad tollenda iurgia & lites, quæ subortę erant inter illos duos populos: quos ad concordiam quantum potest, reducit. Ideo, non ociosè scripta fuit hçc epistola, sed necessario. Paulus nõ declarat hic quæ fuerit hæc for Ref.
ma doctrinæ. Non declarat hanc formam quoniã ipsi satis sciebãt formam quam perscripserant illis Petrus & Barnabas. Eridco non opus erat eam declarari. Doctrinæ autem nomine non aliam intelligit, quam Euangelicam; nam ad doctrinam Mosayeam iam habuerunt ipsi alios præceptores & doctores. Sed fortè nõ caret mysterio quod addidit dicens.

In quã. trã. estis.

VOs, scilicet. Nouus hic est loquendi modus. Nã doctrina solet tradi hominib', nõ è cõtra, homines doctri

reus apud Deum, & in eius indignationem incurrat. Et hinc recte à quibusdam colligitur, Apostolos ipsos, & ante, & post confirmationem, obligatos fuisse ad observatiam legis: à qua obligatione, nec etiam Virginem beatissimam, exemptam facimus. Ab observantia.n. præceptorū Decalogi Deus neminem eximit. Igitur quicunq. esset illorum alicui⁹ transgressor & violator, culpæ, & pœnæ reus esset. Sed hæc satis sint nobis: non opus est trahere moram in hæresi tam manifestè reprobata à Patribus. & in Concilio Triden. condemnata.

Ses. 9. Canone 23.

Sequitur.

Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut.n. exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationē. &c.

APost. in præteritis statuēdo doctrinā moralem, subintulit dicēs: Nō ergo regnēt peccatum, in hoc vestro mortali corpore: & quia hoc præceptū alicui videri poterat difficile, voluit vsq. ad præsentē locū ostēdere cius facilitatem: primo per hoc quod peccatū nō dominabitur nobis, & quia liberati sumus è iugo & seruitute legis (quę cauſabat dominiū peccati) deinde iusserat Apost. dicēs: neq. exhibeatis mēbra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tāquā ex mortuis viuentes, & mēbra vestra arma iustitiæ Deo: nūc hāc partē in præsenti textu tractat. Quā partē, ne quis existimaret, rē esse viribus nostris impārē dicit, quippiā humanum esse: hoc est, nō excedere nostras vires, neconus esse graue, sed moderatum, infirmitati carnis proportionatum.

Notent: stud per viscera Iesu Christi, & videant Apostolicum & christianū pectus, quiiubere & præcipere solent. Pau. non vult Romanis præcipere nisi leuia, & quæ humanas non superāt vires, non onera importabilia. Rationē habuit imbecillis carnis. Homo.n. secūdum carnē debilis & imbecillis est.

Alium intellectum potest habere particula hæc (humanū dico) hoc est, Humano modo loquor vobis. Quasi vt idē valeat, quod, secūdū hominē dico Vel tertio; Humanū dico: hoc est, vt leuiatis Deo, eo modo, quo homines solēt: Nō eo feruore & charitate qua solēt Angeli Deo seruire: quia hoc vos facere nō potestis, propter infirmitatem carnis vestrę. Illi sunt spiritus, qui prōptus est, vos carō infirma: & ideo propter hanc infirmitatem carnis, nō exiguo à vobis illā seruitudinem, quā Angeli Deo exhibent: sed quam homines præstare possunt. Deus.n. non exigit à nobis seruitutem iuxta mensuram magestatis & dignitatis suæ. Si sic exigeret à nobis obsequia, nulla condigna dare nos possemus, neq. ad hoc sumus sufficientes. Sacrificium, dicebāt Dauid, si voluisses dedissem vtique sed tu holocaustis non delectaberis. Psal. 50

Mea sacrificia non erūt tibi grata: tum quia manus meæ sanguine plenæ sunt, tum etiam quia munera nostra exigua sunt, si tuę magnitudinis ratio habeatur. Ex his explicationibus primam iudicamus esse meliorem.

Sicut enim exhi. mem. vestr.

NOn recusat Apost. reuocare ad memoriā ipsis Romanis, peccata illorū prēterita, etiā illa quę erāt carnalia, & sensualia: quinimo & venerea, quæ pudorem incutere solent, quādo alicui in faciem obiiciuntur. Sūt enim huiusmodi peccata, quæ præter reatū & culpā, quā apud Deum merentur, aures hominum castas offendere solent

Sed vide lector bone, quam honestè & modestè Apost. de eis sit loquutus. Nō dixit illos fuisse prophanos, luxuriosos carnales, impudicos, inuerecundos, & inhonestos: sed elegāti vtēs metaphora, appellauit illos homines, qui aliquando exibuerint corpora sua & membra ad perficiendam immunditiā. Hæc correptio (præter hoc quod honestis vocabulis & nominibus est generalis & vniuersalis satis. Nō enim obijcit illis immunditias suas in specie sed in genere. Multę. n. sunt species immunditiæ quasi silentio inuoluit hic Apo. fortè docens, & cōcionatores & correctores, in huiusmodi materia quomodo sese habere debeant. Adde tu quoq. & confessarios, maxime quādo de hac materia cū mulieribus colloquiū habēt. Nā etiāsi materia sit de rebus turpi, tractanda tamen castè, & honestè venit. Vnde sunt aliqui (& forte nō male) putantes, quod ideo Apost. præfatiunculam hanc posuit, humanum dicō propter infirmitatem carnis vestræ quasi dicat. Peccata sunt hæc secundū fragilitatem carnis.

Neq. propterea intelligas tu, Pau. velle dicere, hęc peccata licita fore. Nam licet quę ex vitiata natura contingunt, aliquam habeant excusationem: non tamen omnimodam. Et ideo, non intendebat Apost. illorum immūditias excusare à peccato: nā iā antea dixit, quod per eas effectu fuerāt serui peccati: sed ne videretur in illorū proprium vituperiū hęc obiectare, rē humanā appellauit. Nō quod non existimaret rē turpem esse: sed quia ex radice infecta illa proueniebant, aliquantulā excusationem habebant. Qui lacivias & peccata iuuenū leuiare & extenuare volūt solitisunt dicere, esse humanitates, quę in ætate iuuenili aliquantisper admittuntur excusationem: non autem in senili, vbi non est tantus ardor effrenis concupiscentiæ. Vnde dicebat quidam: Hæc ætas alios postulat mores.

Dicit ergo Apost. Romanis, quod quę madmodum ante conuersionem suā exhibuerunt membra sua ad seruiendū immūditiæ & iniquitati: ita postquam ad Deum conuersi sunt, illa exhibeant vt seruiant iustitiæ ad sanctificationē. Verbum, exhibere, studiū, & diligētiā præsefert, ad complendam immūditiā per exterius opus. Vt quando quis vult curare cutim, studium parat, & diligentiā adhibet, vel per se, siue per alios vt delicatos cibos habeat, & cibaria nimis prætiosa. quæ cum adeptus est, nō ad naturæ necessitatem vescitur illis, sed ad superfluitatem: iste dicitur exhibere membrum corporis sui, seruire peccatò, nempè gulæ. Non enim aliud intendit, nisi palato gutturi & vētri placere: de quibus alibi dicit Pau. Quorū Deus venter est'. Et quod dicimus de hac corporis parte, idipsum dictum est volumus de aljs corporis membris: de manibus, de oculis, de renibus de aljsque membris, quæ (honoris & pudoris gratia) non nominamus, quibus carnales homines peccata carnalia exercere solent. Ad Philip.

In presentia per immunditiam non quamcunque intelligit: sed illam, quæ in re venerea reperitur & exercetur: siue sit seruato naturæ ordine, siue non. Addit Apost.

Et iniquitatem.

INiquitatis nomine hic quidam intelligunt peccata spiritualia. Alij vero aiunt Apostolum ascendisse, & gradū fecisse, à specie ad genus. Iniquitas. n. dicitur genus, respectu omnium peccatorū. Ioā. n. dicit. Omne peccatū esse iniquitatē. Immūditia autē respectu iniquitatis est species non athoma & infima, sed quæ diuidi potest in alias species, siue sit impudenti, mollities, fornicacio, incestus, siue adulterium. Hæc autem & similia cum exercerent, iniuria fit corporeis membris. Vnde ideo 1. Ioan. 3.

Cor. 6. ideo alias dicit Apost, quod qui fornicatur, in proprium corpus peccat. Nã nostra hæc corporea membra non ad hoc Deus nobis largitus est: sed ad perficiendas naturæ functiones. Vnde, qui aliter vtitur suis membris, illis abuti iure dici potest: & de eo conqueri possunt membra, dicẽdo. Quare nos istis rebus turpibus inseruire facis nam in istum vsum siue abusum non sumus formata? Vndè, posset oculus) & suo itidem modo alia membra) de homine impudico querimoniam facere, dicẽs. Quare tu ò homo, vis, vt ego, qui sum oculus, impudicè respiciam mulierẽ? Tu mihi irrogas iniuriam: qui nõ sum tibi datus ad hoc. Istud non est meum officium & munus. Similiter & pedes conqueri possunt, quando iubentur currere ad effundendum sanguinem: dicunt pedes: Nos (Apostolo attestante) nõ sumus à natura ad hoc instituti: sed ad comprehendendum brauium currere debemus, sicut ad hoc nos hortatur Pau. dicens: Sic currite vt compræhendatis. O vtinam quando peccare

1. Cor. 9. desyderamus, in medium consurgerẽt membra nostra, reclamantia atq; renitentia, dicentiaq. Pecca tu homo si vis: nolumus, nos præbere tibi adiutrices manus, quoniam non sumus ad hoc destinata. Sed quid causæ est, quod istud non fit? Nos ad presens aliã nescimus causam, nisi quia in peccatore mẽbra sunt peccati quasi mãcipia effecta. Ad nutum obediunt domino suo: qui tyrannicè gubernat illa. Quare non absre Apostolo tanto conatu illos & nos admonebat, vt exhibeamus membra nostra seruire iustitiæ & non peccato.

Sed quomodo vult vt exhibeamus illa.

Sicut, inquit, exhibuistis mem. vest. ser. im. & iniq. ad iniq. ita n. exh. men. ser iu. in sanct.

SEruata proportione istud intellige re oportet. Nam nulla videtur esse gloria, no amplius seruire Deo, quam peccato. Nonne virtus maiori honore digna est, quam vitium: & iustitia, quam peccatum? Ita sanè. Sed Pau. nõ totũ quod debetur Deo & virtuti exposcit, sed vt habeant se & seruiãt mẽbra Deo, sicut solebant seruire peccato, quando erant sub eius seruitute. Ac si diceret. Ego ero contentus, si tantũdem opere exhibueritis iustiuę & Deo quantum exhibuistis peccato. Et hoc solum tũc exiguo à vobis, propter infirmitatem carnis vestrę.

Nota prudens lector, quod à nouitijs & nouiter conuersis ad legem Euãgelicam, non tot tanta q. sunt exigenda, quanta ab illis, qui iam in christianismo multos fecerunt progressus: sed pro virium sufficientia imponenda sunt onera. Vnde Origenes dicit: Le- Orige. ue præcepit: ea mentora seruire Deo, qua prius famulabamur peccato. Sed vt intelligamus quomodo sit nobis Deo inseruiẽdũ, intelligamus oportet, qualiter inseruiebant illi peccato. Primo, vltronei & voluntarij, absq. vlla vi & coactione: quæ voluntas libera significata est, per verbum exhibuistis. Q d. Vos sponte vestra deditis membra vestra, nullo cogente, sed vobis dicentibus: Venite ergo & fruamur bo- Sap. 2. nis quę sunt, & vtamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. Vino prætioso & vnguentis nos impleamus. &c. Secundo, non in parte, sed secũdũ totũ: nẽpè, corpus, inseruiebãt peccato quod significatũ est, per hoc quod dixit, mẽbra vestra. Nõ dicit mẽbrum, sed in plurali mẽbra: manus, pedes, oculos & reliqua alia. Nullũ seruarũt mẽbrum quod nõ esset peccato applicatũ. Tertio, inseruiebãt, nõ vni, sed omnibus peccatis: nulla erat peccati exceptio. Et hanc peccati generalitatem significauit Apost. in illis verbis, immũdnię, & iniquitati ad iniquitatem. Per verbũ, immũditia, intellexit (vt diximus)

peccata carnalia,& venerea: per iniquitatem,insinuauit peccata quæ committuntur contra proximum. Geminauit autem dictionem iniquitatis ad iniquitatem,vt denotaret,quod qui seruiunt iniquitati,iugiter adsolent addere iniquitati iniquitatem. Ecce quomodo seruiebant illi peccato: ita,inquit, exhibete membra vestra seruire iustitiæ. Pari modo,spontanè,& animo libenti, & voluntariè. Coacta seruitia non placent Deo. Voluntarie,dicebat Prophe
Psal. 118. ta rex,sacrificabo tibi. Demus Deo mẽbra omnia prompte,hilatiter,& gratãter: non vnum vel duo,sed omnia. Ser
Ad. Colos. 3 ui obedite Deo per omnia, dicebat Pau. & in omnibus,Hoc est,nõ in vna sed in omnibus virtutibus: in fide, spe & charitate. In sanctitate & iustitia, de manibus inimicorum nostrorum liberati,seruiamus illi semper: bonum facientes,& nunquam deficientes: spiritu feruentes,Domino seruientes. Sed in quem finem? Dicit Apost.

In sanctificationem.

APpositè Apost. contra immunditiam & iniquitatem contrapo
1. ad The. 4. suit sanctificationẽ: quæ in cordis mũditia & puritate, & in animi æquitate posita est. Non enim Deus nos vocauit ad immunditiam: sed vt simus sancti & immaculati coram eo. Tales igitur par est vt nos exhibeamus: sicut Iesu Christi seruos,non peccati mãcipia.

Sed insurgat aliquis, & dicat, quomodo membra nostra ex semine immundo confecta,possumus exhibere in sanctificationem? Respon. Vno,alteroq.
Resp. modo: priori,cessantes ab actibus immunditiæ & iniquitatis, & exhibentes membra nostra ad illa officia, ad quæ ordinauit natura,& tũc puraerunt nostra corporis mẽbra. Sciat vnusquisq. vas suum possidere in sanctificationẽ. Neq. in præsentiarũ Apost. a Romanis aliã exposcebat & precipiebat, nisi vt haberẽt suorũ mẽbror puritatem: quoniam propter infirmitatem carnis illorum istud exquirere satis visum est Apostolo, vt illi videlicet exhiberent membra sua,idonea ad studiosas actiones per agẽdas, quales lex Euangelica proponit complendas.

Sequitur.

Cum enim serui estis peccati, libẽri fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc, in illis, in quibus nunc erubescitis. &c.

DEpingit hic Apost. priorẽ statũ, atq. discurrit per illa mala & incõmoda quæ patiebantur in illo statu. Primò erant serui peccati: non vnius tantum, sed multorũ. Quod. n. vnum peccatũ habuisset dominium & imperiũ super illos, tollerabile erat: sed multis subiecti erant peccatis. Et hæc seruitus causa erat, quod exhibebant membra sua immunditiæ & iniquitati. Qui. n. seruit non est dominus suorũ membrorum: sed sicut ipse est seruus, ita & membra sua. Secundum malũ est, liberi fuistis in
Ibi. iustitiæ. Dicis: est libertas,& vocas eam secundũ malũ? Ita. Quoniam est iniqua: ad malũ & nõ ad bonũ valet. Sicut. n. datur optima & nobilis seruitus, ita datur pessima libertas. Optima & gloriosa seruitus est seruire Deo, quod est regnare. Esse autem exemptum à iustitia Dei, pessima libertas est, causata ab ipso peccato. Nam vnus effectus seruitutis peccati est, abducere peccatorem à seruitute iustitiæ. Sed cum peccatum non sit liberum, sed maxime captiuũ, verã libertatem peccatori præbere nequit. Dicis: Pau. vocauit hic libertatem
Resp. Faremur; sed (nisi fallimur) potius ironicè, quam verè. Nam hæc non est vera libertas, sed durissima seruitus. Replicas. Facio quid quid lubet. Esto Nõ. n. vere liber est ille qui quęcũq. cupit facit
Resp. sed

sed qui facit quę sunt rationi consentanea. Cū. n. homo rationi viuere debeat, libertas hac ratione venit regulanda. Vnde tanta debet esse libertas, quanta recta ratio dictat. Quando vero liberas egredi vult rationis terminos, corruptela est libertatis. Vnde, quò quis in suis optatis magis se conformat rationi, eo est maioris libertatis. Neque ratio maioris libertatis libranda venit, per hoc quod est posse peccare: quoniam hæc potentia potius est defectus & imbecillitas quam potestas. Alioqui, maior esset in nobis libertas, quam sit in beatis: imo quam in Deo super benedicto, quod nullus mentis compos dicere audebit.

Quem er. fruc. hab. t. in il. in q. nu. erubes?

PErseuerat hoc loco Apost. persuadere Romanis & nobis vnacum illis, vt expedita seruitute peccati, exhibeamus membra nostra, & seruiamus iustitię, & non immunditiæ & iniquitati: quoniam ex ista seruitute nihil boni reportamus. Q. d. Is qui seruit alicui, ex illa seruitute prætendere debet & spetare aliquid vtilitatis: quod si ita est, interrogo vos vt mihi dicatis, quem nam, & qualem fructum reportastis? Quem fructum vobis attulit, tyrannica illa peccati seruitus? Quę vtilitas aduenit vobis? Si vos nescitis dicere, ego mox aperiā vobis fructum. Sed quorsum Apost. vsurpat hoc loco fructus nomen? Hactenus de arboribus nullū fecit verbum. Fructificare enim ad arbores pertinet. Nō est mirum si Apo. sto. hic miscet sermonem de fructu: tū quia homo est arbor inuersa, sicq. de eo loqui possumus, quemadmodū de arbore, saltim quantum attinet ad hoc, quod est fructificare. Vnde hic sermo Pau. metaphoticus est, à fructificatione arboris desumptus. Tacite videtur hic Apostolus fingere duas arbores: quarum vna gerat typum peccari, altera vero iustitię & gratię. Quę figurat peccatum, est arbor expers fructus: quæ vero gratiam, frugifera est, & multum fructus afferens. Si quis igitur occuparetur in colenda & cultiuanda arbore infrugifera, non ne stultus reputaretur: & stultior si pro ista in frugifera relinqueret frugiferam? Infrugifera eradicanda venit: nam frustra ocupat terram. Nunquid Christi sententia est: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur? Si peccatum igitur arbor infrugifera est, quem fructum sperant ab ea miseri peccatores? Nunquid colligent de spinis vuas, & de tribulis ficus? Arbor à fructu agnoscitur. Intuete peccati fructus, & videbis qualis arbor sit. Vis homo peccator agnoscere tuum statum? fœditatem tui status ex fructu contemplare. Inuenies confusionem & pudorem: preter multa alia istis deteriora. Respondete nunc peccatores, qui peccatj serui fuistis: pro qua mercede inseruistis? Ostendite vestram laboris mercedē. Dicite, quem fruct. hab. tunc in illis in qui nunc erubescitis. Quia non respondent, tacite fateri videntur, se nullam mercedem habuisse: vel si aliquam, eam tamen nominare verentur, & erubescunt. pudor tenet illorum linguam, vt non audeāt respondere. Vide clare, lector candide quomodo peccatum facit obmutescere peccatorem. Matth. 7.

Resp.

Sed si peccatū est arbor infrugifera, quomodo quæris tu Apostole vt afferant tibi fructus ex arbore? Quis exigere solet ab arbore infrugifera fructus? Reuera si diligenter naturam peccati speculemur, inueniemus, ipsum non habere fructum. Nam fructificare opus esset actio fœcunditatem habens peccatū aurē nec est opus, nec actio. Peccare non est agere, sed deficere. Et iuxta hoc respondendū est interrogationi Apostolicę negatiuè, & non affirmatiuè. Quoniam propriè loquē

do nullum habet peccatum fructum: & si quem habet, amarissimus & venenosus est, & pariens mortem. Nihilominus tamē Apost. more fortassis peccatorum loquens, qui putant peccatū non esse arborem sterilem & infrugiferam omnino, adinuenit huic arbori etiam fructus: sed eos edat, qui volet. Simile. Fructus.n. sunt erubescētiæ. Quādo mulieres sunt prægnantes, optare solent fructus immaturos: quos nō audēt palam comedere, sed edunt clanculo & in abscondito: nam verentur in manifesto comedere, quoniam aspicientes statim insurgunt, dicentes. Non te pudet? Non erubescis edere tales fructus qui mortiferi sunt? Sic peccator peccati fructus palam comedere nō auder, erubescit (nisi sit aliquis qui perfricuit semel frontem) & tunc ne tantus sit rubor, quærit latibula. & ibi comedit peccati fructus: qui sunt voluptates, & oblectamenta, & impudici actus. Et hos fructus dicere erubescunt propter illorum turpitudinem. Et licet omne peccatum pro comite secum ducat erubescentiam (cum sit res turpissima & fœdissima) tamen venerea peccata maiorem pudorem præseferunt, salum apud castas aures. Illud primum comprobauit peccatum primorum nostrorum parentum: secundum autem ostenditur fore verum, per hoc, quod membra verenda magis abscondita & cooperta circumgestamus, ob verecūdiam. Sed consideratione dignum est quod dicit, scilicet.

Nunc erubescitis.

Q.D. Pudorem non habebatis, quando eratis serui peccati: sed nunc quando effecti estis serui iustitiæ: quod peccatum est præterirum, erubescentia præsens. Peccatum, etiam quando actu committitur, erubescibile est (nā res turpis est) sed peccator quo magis eo fruatur, excutit à se pudorē, &, elaudit oculos ne videat suam immunditiam, & criminis fœditatem. Et hinc fit. quod mox non erubescit: sed post quam in se est reuersus, & plene agnoscit suum peccatum, tūc incipit erubescere. Est enim peccator, quasi furiosus homo, qui furijs inuectus, vix considerat quid facit. Aliquando tantum vrget concupiscentia, vt ratio omnino videatur esse ligata: & sic, quod turpissimum est, ipse apprehendit vt pulchrum. Sed iam se data illa passione, & effectus sanæ mentis, clarius perpendens peccatum suum, incipit erubescentiam habere. Huius rei typum ad viuum dedit nobis, filius ille prodigus: qui luxuriose viuendo, dissipando q. bona sua, nullam habebat erubescentiam, at dissipatis bonis compos mentis factus & in se reuersus, erubescere cœpit, dicens: Quanti mercenarij abūdant in domo patris mei panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei &c. Submissis oculis, totusq. pannosus, pudore repletus, patri suo se presentauit. Et quod de isto diximus tu lector bone, de peccatrice illa Maria intelligere poteris: quę à seruitute peccati egressa, præ verecundia coram Christo stare ausa non fuit. Vnde beatus Gregorius de ea loquens, sic dicit. Quia semetipsam graniter erubescebat intus, nihil esse credidit, quod verecundaretur foris. Sed quomodo erubescebat intus? Respondet Gregorius: Quia considerauit quod fecit. Hæc consideratio est, quæ gignit pudorem, hæc est quæ excitat erubescentiam. Et cum in principio, quando peccator incipit peccare, hæc non sit, vel si est, tenuis & modica est: hinc fit, quod licet in peccato sit causa erubescendi, peccator tamē nō statim erubescit: sed quando intus se diligenter intuens, cognoscit quod fecit. Nihilominus tamen sunt nonnulli, quos à peccando & à malo retrahit ipsa erubescentia. sed non Dei, sed hominum. Sed de ista Apost. non loquit

Simile, Luca. 15. Luca. 7. D. Greg.

quitur sed de illa, quę sequitur & pedisequa est peccati: quę potius confusionem parit, quam laudem.

Sequitur.

Nã finis illorum mors est &c.

POstquam ostēdit ex seruitute peccati nullum fuisse consequutum fructum: ostendit nunc ipse illud quod sequitur ex peccato (Nam finis inquit, illorū mors est) Postremū & summū malum (quale est ipsa mors) hoc manet illis: qui immunditię exhibent mēbra sua. Hic est fructus, & nō alius, qui ex peccato colligitur. Vnde tacite sic videtur. Pau. argumentari. Scilicet, illa seruitus deserenda est, cuius finis ipsa mors est: at seruitus peccati ad mortē tendit, igitur deserenda est hęc, & seruitus iustitiæ amplectenda.

Sed expendamus sigillatim hæc Pau. verba, & incipiamus ab ipsa morte, discutiētes, de qua morte loquatur Apostolus de prima, an de secunda, aut de vtra que. Sunt qui putant, de secunda tantū loquutum fuisse Apostolum. Hic enim est finis accommodus & proportionatus peccato. Parum. n. est, pro peccato mortali, tantum amittere vitam temporalem & brevem. Omnem enim mortem (etiam iure) meretur, quod vis peccatū mortale. Nec assentimur illis, qui id ipsum putant & sentiunt, de veniali: quod iure suo, nulla morte dignum est. Sunt etiam alij, qui hunc Pau. locum extendunt tam ad mortem animæ, quam corporis. & de hac morte corporis, aliquantulum difficile est ostendere.

Sed si diligenter & accuratius perpendamus naturam peccatorum carnaliū ipsa nata sunt abreuiare vitā illorū qui se illis inordinatè dant, & plus iusto ea exercent. Non raro conspicimus multos homines ex sensualibus, ob nimiū voluptatis & turpitudinis vsum, obire mortem. Et experientia comprobamus, continentes & abstinentes lōgioris esse vitæ, Et animalia quæ minus cō tinentia sunt, breuiori tempore viuunt (vt dici solet de passeribus.) Vnde fortassis ideo loquens Apost. de fornicarijs dixit, quod qui fornicatur, peccat in corpus suum. Non solum quia illud iniuria afficit, sed etiam quia operatur ad corruptionem illius. Experientia videmus luxuriosos plenos esse morbo (quem vulgo vocant Gallicum) qui morbus illos diu viuere nō sinit. Et sic peccata carnalia & immunda pro fine habent vtramque mortem, animæ scilicet, & corporis. Sed dicis tu: Finis ille dicitur, cuius gratia aliquid fit, isti luxuriedili non intendunt mortem, nec eius gratia se constituūt seruos immūditiæ. Respondemus, neminem agere mortis gratia quicquam. Nam mors ineligibilis est per se: cum sit grāde malum. Vnde, quando Apost. dicit, nam finis illorum mors, hoc relatiuū, illorum, non est referendum ad illos, qui peccant, sed ad peccata. Nam homines peccantes non intendunt mortē, sed voluptatem & oblectationem in peccatis carnalibus: tamen ipsa peccata suapte natura tendunt ad mortem. Et ideo mors dicitur finis peccatorū. Vel aliomodo dicere possumus, quod licet peccatoris primarius finis non sit mors, & eam nolit, tamen cum velit illud, ad quod mors sequitur, aliquo modo eam vult. Hanc pœnam destinatam esse peccato scit: & nihilominus non se abstinet à peccato ob pœnam quā scit se recepturum. In quas rogo aures Christianorum non sonuit illa tuba, quæ clamat, anima quæ peccauerit, ipsa morietur? Et quam pauci sunt qui à peccatis se abducunt, & continent? Latro quando furatur, nunquid scit paratum esse sibi suspendium? Non furatur propter suspendium: illud aprehendit vt malum, veruntamen non cessat à furando. Iste primo furcam non vult

1. Corint. 6.

R.

Exech. 8. Simile.

sed

sed cum futtum optat & facit, non debet dici omnino istum nolle illam. Sic peccatori vsu venit circa mortem, quã aliquo modo vult, volens peccare, & Deum creatorem suum offendens.

Colligamus ergo & dicamus, quod si in seruitute peccati est magnum damnum: fructus nullus, & finis mors, tam corporis, quam animæ: quid restat, nisi vt peccato vale faciamus, & vela vertamus, & tamquam homines liberati a peccato & serui Deo facti, tales motibus & vita nos præbeamus, quales (qui liberauit nos Christus) effecit: nec retro respiciamus, vt illa vxor Lot: nec Genes. 19 tamquam immundi ad vomitum regrediamur, sed Apostoli consilium & admonimentum attentis auribus audiamus, qui sic dicit:

Sequitur.

Nũc verò liberati a peccato, serui autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. &c.

Posteaquam Apostolus suis coloribus depinxit statũ peccati, cum suis qualitatibus: hic describit & ostendit qualitatem alterius status, nempè iustitiæ. Et cum sint contrarij, contraria vt habeant oportet qualiates. Vnde manifesta apparet hic antithesis & contrapositio. De statu enim illo peccati dixit, quod erant serui peccati, & liberi iustitiæ: nunc directo, contraponit dicens.

Nunc ve. lib. a pec. ser. au. fac. Deo. &c.

Vide mutationem seruitutis. Q. d. è seruis peccati, iam nunc effecti estis serui Christi. Sed hæc seruitus vera libertas est. Nomẽ habet seruitutis: sed reipsa libertas est. Sicut domini dispares sunt: nimirum Deus: & Dæmon siue peccatum: ita & seruitus dispar est. Videat & attendat quiuis, cui militet, pro quo domino arma sumat, quod spectet stipendium; exuat arma tenebrarum, & induat se armis lucis, vt sit filius lucis, & habeat fructum suum in sanctificationem, & pro fine vitã æternam. Fructus erit sanctificatio, & finis non erit mors, sed vita: & nõ caduca & momentanea, sed æterna. Quod si tibi cura est de mercede, & stipendio eius qui seruit peccato, audi Paulum dicentem:

Sequitur.

Stipendia enim peccati mors. &c.

Sed antequam dicamus aliquid de hoc vocabulo stipendiũ (quod nõ vulgarem habet significationem) dicere expedit de fructu & fine illorũ qui seruiunt iustitiæ & ei membra sua arma dedere. Et primo vide excellentiã fructus quam habent seruientes Deo. Sanctificatio est hic fructus. Est autem sanctificatio cordis purificatio, quam propheta non modicè peroptabat dicens. Cor mundum crea in me Deus. Psalm. Hoc est Præbe mihi cordis munditiã. Quæ munditia non à solo Deo venit, sed adeã habendã oportet nos cooperari, licet Deus sit primus author puritatis nostræ, à quo sicut à fonte emanat omnis sanctitas & puritas, Deriuatur autẽ ad nos per opera iustitiæ procedentia à fide formata. Hic est fructus quem reportant qui Deo seruiunt. Sed addit Pau. finem dicens.

Finem ve. vi. æter.

Non idem est bonis fructus & finis. Alias frustra esset additus finis. Sed dicis; in arbore post exhibitũ fructum nihil

nihil expectamus. Functa est arbor munere suo in productione fructus: nec alium finem habet, nisi producere & facere fructus, quo facto quiescit arbor. Et vt bona sit, non exigitur aliud a bea nisi qnòd bonos proferat fructus.

Respon. Hec sunt vera de arbore naturali & propriè accepta sed hic Apost. discrimen ponere voluit inter arborem naturalem, & illam, quam appellant ener sam; hoc est. hominem. Illius non est a lius finis nisi fructus: & hic vltimus: isti us autem, nempe, hominis, vnum est fructus, & aliud finis vltimus. Dicis; & quis est hic? Respon. esse fruitionem, idest, percepilonem fructuũ. Fruimur fructibus quos fecimus hic cũ essemus arbores bonæ. Et sicut Apost. post fructum peccati constituit finem ipsam mortem eternam sic post fructũ iustitiç consequens erat vt constitueret finem non mortem sed vitam non temporalem sed æternam. Sed posset nos forsan detinere aliquis dicens Pan. hoc loco non cõcordare cũ Christi doctrina, qni æternam vitam non dixit esse positã in perceptione fructuum, sed in cognitione veri Dei, & missi Iesu Christi. si igitur posita est in cognitione & visione non videtur consistere in perceptione fructuũ. Hic scrupulus si exactè esset à nobis discutiendus magnam à nobis requireret diligentiam. Videtur. n. inuolueie illam satis rixatã quæstionem, videlicet, in quo actu consistat beatitudo nostra, si in amore, an in visione. in actu intellectus, vel voluntatis: & quomodo fruimur Deo, si per intellectum, aut per voluntatem. Scrutari hæc omnia hic, certè commentarij termin os esset transgredi. Vndè hic tãtum dicimus quòd Pan. vitam æternã appellauit fruitionem, Christus visionem: fruitio autem est ipsa visio. Nec mirum cuiquam docto theologo sit, cum audit nos dicere. visionem esse fruitionẽ: cum (teste doctissimo patre. Dominico à Soro) idipsum ante nos visum sit, egregio ac pio doctori Augustino: tamẽtsi: hic autor de hac re, varius in diuersis esse videatur locis. Neque refert, quod receptum sit, ipsum frui pertinere ad voluntatem; quæ nõ per se met ipsam fruitur, sed per intellectum. Sicut. n. voluntas vtitur alijs potẽtijs, nempe, sensitiuis (vt cum frui vult melle, vtitur gustu, & cum frui vult sonorosa musica, vocat auditum, & cũ frui vult imagine pulcherrima, suffragium accipit à visu, & sic de alijs) sic quando vult frui Deo (qui est summum bonum & proprium obiectum fruitionis) vtitur intellectu, ad fruendum illo. Sed de hac re qui maiorem & exactiorem cupit resolutionem, consulat illos duos illustres nostræ familiæ theologos, Patrem Dominicum à Soto, & Patrem Bartholomæum à Medina: qui de hoc negocio fusam satis habẽt tractationẽ: nos vnde digressi sumus reuertimur, animad vertentes, beatitudinem nostram (quam hic Apost apellauit vitam æternam quem admodum & Christus) in sacra scriptura alijs nominibus nuncupatam fuisse. Aliquandò dicitur gaudium. Intra in gaudium domini tui: aliquãdo gloria, interdum delectatio, non: nunquam visio: Visio, inquit Beatus Augustinus, est tota merces. Et non solun nominibus proprijs, sed & metaphoricis, Prãdium dicitur, cœna, bracium, corona, nuptiæ, paradisus, thesaurus, & reliqua id genus. Supẽdium (quod sciamus) minime accõmodatum fuisse beatitudini legimus. Est. n. stipendium obsonium; salarium, & sumptus, qui deputatus est militibus. Erat autem obsonium, merces vilissima. Olim præter obsonia nil aliud dabatur militibus, quibus ipsi cõrenti erant. Nunc maiori mercede donantur, & suis stipendijs non sunt contenti: sed quidquid rapere possunt, quasi iure suum esset sibi aceruant. Hoc non de bonis & generosis dictum esse volumus: nam ij contenti sunt stipẽdijs suis sicut Ioannes ille Baptista normam viuendi illis præscripsit, dicens; Estote contenti Luc. 3.

Domi Soto Bartho. Medi

stipendijs

stipendijs vestris. Quæ satis essent, solita nunc dari, si milites nostri temporis christiane militarent; & ab hoc hominum genere multi abusus abscinderentur. Quorũ fortassis causa est, eo quod in eligẽdis nunc militibus, nullus est delectus. Olim non sic erat: sed examen fiebat illorũ, qui pugnaturi erant vt apud sactam paginam legitur, priusquam ad compugnandum mitterẽtur.

Sed dimissa hac eatnali militia, de nostra spirituali sermonem habeamus, de alia. n. loquuti sumus, gratia analogiæ sumptę à militibus, qui vi armorũ iussa & præcepta Ducis complent, vili stipẽdio donati. Sic miseri peccatores peccato seruiẽtes, sua membra tamquam arma exhibentes, stipendij vice mortẽ reportant. Sed quæ mors est ista? an illa, quę animam à vita sua Deo, separat? Non solũ ista est mors, sed illa quæ ad pœnas inferni æternas traducit, perducitq; Vnde fortassis Apost. ob duas has crudelissimas mortes, dixit stipendia, & non stipendium peccati mors. O vilissimum stipendium, ó crudele salariũ, o iniqua merces. Clamat Apost. 1. Cor. cap. 9. ad Cor. Quis, inquit, vnquam, militat proprijs stipendijs? clamemus & nos: Quis militat promortis stipendio? Dicit Baptista: estote cõtenti o milites stipendijs vestris. Dicite, o miseri peccatores qui militatis propeccato; estis contenti stipendijs peccati? Hæc, duæ illæ recẽsitę mortes sunt: Faciunt ne vobis satis hęc stipendia? Spectamus vos tesponsuros; Nequaquam. Bene est: curigitur ab hac tã infelici militia nõ vos extricatis? que metees vos detinet? quẽ fructum spectatis? ægredimini igitur de seruitute Pharaonis, hoc est peccati. Pænes vos est status exitus Christo opitulante. Indignum est, Christi milites, sub vexillo Diaboli velle militare.

Sequitur.

Gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro.

Discernit hic Apost. inter prẽmiũ eorum, qui seruiunt peccato, & illorum, qui iustitię: quòd peccati, non est aliud præmium, nisi solũ stipẽdium iustitia verò, ptęter sanctificationem, habet vitam æternam, quæ per gratiam Dei bonis confertur. Sed quorsum hic de gratia mentionem fecit Apostolus? ex hoc verbo occasionem acceperũt Lutherani, dicendi, ipsam vitã æternã non haberi meritis, sed sola Dei gratia: & sic non ex operibus, quia alias, gratia iam non esset gratia sicut alibi argumẽtatus est ipsemet Apost. Et adde tu, quód Pau. sibi esset contrarius: qui ad Thimot. vitam æternam appellauit coronã. nõ gratiæ, sed iustitię, reddendã à Domino: hic autem vitam æternam ex gratia docet esse habẽdam. Hoc textu abutitur pernicioṫ Lutherus cum suis asseclis, volentes colligere ex hoc testimonio nullum esse operũ nostrorum meritum condignum vita ęterna, sed ex sola Dei gratia esse expectãdã nobis. Sed ęci videre nolunt, quod etiam clausis oculis videre possent. Dicant, ex hoc quod Pau. dicit, vitam ęternam dandam nobis, negat ne non etiã dandam ex operibus meritorijs? Vbi est exclusio in ijs Pau. verbis? Sunt ne gratia & opera bona adeò contraria, vt simul eõsistere nequeant? Respõdent, dicẽtes, dari ex operibus, & dari ex gratia, aduersa sunt apud Pau. Falsissimum est, si dari ex operibus sanè intelligatur veluti à catholicis doctoribus intelligitur, & pręcipuè à Beato Augustino: qui in lib. de libero arbitrio & gracia, hunc elegantissimè dissoluit cauillum. Ibi. n. docet, bonis operibus respondere vitã æternam, tamquam mercedem. Et sic, vita æterna est & ex gratia, & ex operibus siue meritis: Sed quia ipsa bona opera & merita, dona & munera Dei sunt dicitur vita æterna per gratiam dari. Vnde, cum Deus coronat merita nostra, nil aliud facit quam coronare sua. Et Beatus Hierony. in dialogo contra Pelagium, quid coronat, inquit, nobis Deus? Infeliu. cap. 11.

Deus? Respondet, quod ipse operatus est, Voluntatem nostram, quæ obtulit omne quod potuit & laborē, quo contendit vt faceret: & humilitatem, quæ semper respexit ad auxilium Dei Sed quia apud istos nouatores meriti vocabulum malè audit, & exosum est, patienter nos, expectabunt tantisper, vt dicamus, quod & quale sit illud meritum quod venit eliminandum, inter nos & ipsum Deum.

Vnde, scire expedit & necessarium est intelligere duplex meriti genus (preter illud cōmune in schola theologorum tam tritum) videlicet, de condigno; & congruo. Sed ipsum quidē condignū (quod veram & propriam meriti rationem habet) in duplici genere est: est vnū, cui ex sua vi, & de iustitiæ rigore, debita est merces & præmium: sic. quod citra iustitiam, tale meritum, suo premio frustrari nequit. Hoc meritum inter Deum & creaturam inueniri nequit. Sic. n. Deus operibus nostris nullam retribueret mercedem, nobis iniuriam non faceret, nec ipse esset iniustus. Quicquid. n. nos officij Deo præstamus, ei est debitum: nec est nobis alicui quod iusde iustitiæ rigore. Quæ recepimus à manu sua, reddimus ei. & si de hoc merito intelligerent, qui negant, bene se haberet res Nam cum istud initatur rigori iustitiæ, qui non potest esse inter Deum & nos, reuera istud non est admittendum. Aut est aliud meritum, quod non suapte natura dignū est mercede, sed si tribuitur, est ex largitate & promissione retribuentis & præmiantis, qui spopondit se daturum præmium. Et hoc potest esse inter Deū & nos, post quam ipse statuit, & fœdus nobiscum iniit (ex liberalitate tamen sua) te acceptaturum opera nostra: nō illa quæ fiunt ante gratiam, sed illa quę consequūtur ipsam, tanquam digna vita æterna. Et hoc quidem meritum dicitur etiam innuti iustitiq non tamen rigurolæ, sed illi, qua dicimus, iustum esse vt legis conditor, sit suæ legis observator. Nam sic stat verbo suo, & iustū se ostendit in promissionibus suis: quas si irritas faceret & inanes, iniustitia fieret nulli, sibi tamē ipsi in iuriam irrogare videretur; qui verax & fidelis est in verbis suis. & per ista concordari possunt, si quæ sunt Sanctorū dicta Patrum, quę apparenter videantur esse contraria. Qui negant meritū, de primo intelligunt quoniam istud euacuat gratiam: secundum vero minime. Hoc nostrum meritum ipsa gratia facit: tantum ab est vt meritum gratiam secludat. De hacre, nullus copiosius disserit, quā Beatus August à quo mutuo acceperūt, qui scripserūt theologi. Si hæc quę diximus, tibi lector nō sunt satis, recurre ad fontem, beatum August. qui in multis locis, de hoc non minus docte, quam copiose agit: nos ex occasione loquuti sumus, tantum vt ad cauillum illum Lutheranorum responderemus. Dicimus ergo, vitam æternā partim esse ex gratia, & partim ex operibus. Cæterum cum præcipua causa sit ipsa Dei gratia cui accepta debemus referre omnia opera nostra & cum Apostolo dicere, Gratia Dei sum id quod sū (quæ vana esset nisi nos ad iungeremus opera) dicitco Apostol. dicit, dari vitam æternam per gratiam; non quod si voluisset, non potuisset dicere, mercedem bonorum operū; esse vitam æternam. Noluit autem dicere Apost. stipendium iustitiq vita æterna, sicut dixit, stipēdium peccati mors: vt inter stipendia bonorum & malorum, discriminis ulum poneret. Stipendium malorū, ex solis demeritis prouenit: perditio tua ex te Israel tantum modo ex me auxilium tuum. Et hinc intelliges acute lector, quare Apostol. diuersō modo sit loquutus de præmio bonorum & malorum. Cum esset diuersum præmium, diuersus quoq. esse debebat sermo. Conueniunt tamen in fine: sic videlicet, quod vterque eorū est ordinatus à diuina sapientia & iustitia, & vterq. finis respōdet operibus:

D. Aug.

1. Cor. 15.

Osee 13.

mors

mors malis: vita, autem æterna, bonis operibus: iuxta quod nostra christiana religio confitetur illud, scilicet: qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui vero mala in ignem æternũ. Neq. hic paruulos includimus operari impotentes, qui per sacramenta, absque propriis meritis sibi comparant vitam æternam. adultos autem oportet cooperari gratiæ Dei, vt suæ militiæ stipendiũ & mercedem recipiant, vitam æternã. Hos hic admonemus, & ad memoriam eis reducimus, vt diligẽti cura caueant, ne existiment sibi dari hæc stipẽdia pro solis suis laboribus, nec suis viribus ascribant: nam ad rescindendã hanc occasionem, dixit Apost. hic. Gratia autem Dei vita æterna. Mali verò & qui seruiũt peccato, sibi ipsis tribuere possunt & debent suum stipendiũ. Nam ex propriis viribus mortem cõparant. Vnde merito dicere possunt, quod Sap. 1. scriptum est: impij autem manibus & verbis accersierunt illam mortẽ, scilicet. Quare, iure dicere possunt. Merito hæc patimur. Boni verò, aiũt: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Cõsiderantes autẽ gratiã, qua donati fuerũt, per quã ius habuerunt in vitam æternam (Eo. n. ipso quo quis habet gratiam dignus est vita æterna vt author est. D Tho.) hac ratione, nõ se debet confiteri seruum inutilem, sed cum Apost. dicere: Bonũ certamen certaui, fidem seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.

In symbolo Athanasij

Sap. 1.

1. p. q. 4. ar. 3.

Neq. hic locus Pau. pugnantiã habet cum illo, quem in 4. cap. reliquit scriptum, videlicet: Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: hic autẽ dicit, stipendium dari gratia & non debito. Conciliat hos duos locos elegãter beatus Tho. dicens. Opera nostra humana bifariam spectari possunt: altero modo secundum substantiam operum, & sic non sunt condigna vitæ æternæ & retributione, sicut inferius cõfitetur Apostolus, dicens non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: Alio modo considerantur opera nostra, prout procedunt ex gratia &, motione Spiritus Sancti & sic, in nostris operibus reperitur ratio debiti: illis sic consideratis, debita est vita æterna. Neque parui momenti est, sic habere Deum debitorẽ: quod multum nos mouere deberet, quò promptius, & liberius ei inseruiremus, certi de tanto tamque nobili stipendio, quale est vita æterna. Quamobrem, expensis vtriusq. seruitutis, videlicet, peccati, & virtutis stipẽdijs: illam deseramus, hãc vero cõplectamur. Terreat nos mortis peccati stipendium, ad illam fugiendã inciter & alliciat ad aliam nanciscendã eius stipendium, vita æterna. Recipiscamus vel sero, ipsos nos totos virtuti demus, membra nostra pro hac tuenda augenda q. semper sint præsto: nullum prorsus locum peccato relinquamus, pro Christo solo militemus. Per eiusenim merita nos confidimus & speramus adepturos nostrum finem, qui est vita æterna: sicut hic nobis spem facit Apostolus cum dicit:

Cap. 4.

In Christo Iesu Domino nostro.

Nõ nostris meritis, sed in Christo Iesu: qui nobis eã meruit. Simentũ quæris, do tibi Iesum: si iustitiam, exhibebo Christũ Dominũ. Ipse sit pro tanto dono benedictus, in secula seculorum.

AMEN.

CAP. VII.

An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quanto tempore viuit. &c.

Institutum Cap.

NON fuit satis nostro Apostolo quod hactenus de Dei gratia disseruit: dicens, nos peream liberatos fuisse a peccato, & eius seruitute. Nunc in hoc 7. cap. perseuerat & prosequitur, aliud docere christianę gratiæ beneficium, quod assequuti sumus ex dono gratiæ recepto. Est autem beneficium, solutio a lege Moseos, quod beneficium Iudæi Romæ erant, non gratanter recipiebant. Tanti.n. suam legem faciebant, quod eam esse mortuã, ęgro animo audiebant. Ex eo.n. quod lata esset à Deo, existimabãt perpetuo esse obseruandam: neque credebant, quod adueniente noua, sua vetus esset datura locum. Quare sine prçiudicio nouæ legis, eo tendebant, veterem quoque esse seruandam, & tamdiu duraturam, quamdiu ipsa noua. Et pro hac lite componenda, motus fuit Apostolus præcipue, ad scribendam hanc epistolam. Distulit autem vsq. in hunc locum dissoluendam: licet iam eam tetigerit supra qnãdo dixit: Non estis sub lege, sed sub gratia. Iam ibi diximus quod Paulus loquebatur de lege Moysi; Sed quia tantum dixerat, & non manifestauerat (impediuit.n. illum illa quæstio interiecta de peccandi libertate) qua expedita, nunc declarat, quomodo sumus a lege illa liberi & soluti. Cæterum, diuidi potest hoc cap. in tres vel quatuor partes principales: in prima ostenditur, omnes baptizatos liberos esse ab obseruantia legis veteris: & hæc

Diuisio cap.

metaphora petita à cõiugibus: qui vere matrimonij vinculo ligati sũt. In secũda parte docet, legem quidem non fuisse malam, iniustãque: sed bonam. mali tamen fuisse occasionẽ. Tandẽ docet, appetitum nostrum aduersarium esse legis rectitudini. Porro, nemo puter, Apost. hic aggredi nouũ negocium. Nam licet prima huius cap. verba, cum vltimis alterius, non habeãt nexum & seriem. Habent tamen cum alijs quæ dixit in 6. cap. videlicet cũ illis; non sumus sub lege, Quæ, sicut supra diximus, non fuerant exacte limata: quæ cum essent magni ponderis, pro litigio sedãdo inter illos duos populos, non parerat vt Apost. indiscussa relinqueret. Quare reuertitur nũc ad illam thesim relictã. Aggreditur autem sermonem suum, interrogando illos, qui legis partes agebant (etiam mordicus.) Hi Iudęi erant ob id que dirigit sermonẽ suum ad illos dicens.

An igno. fra (scien. n. leg. lo q.) &c.

Est autem hęc phrasis interrogandi Apostolo satis familiaris & propria quo suum propositum melius & efficatius concludat. Non modo in re dubia & abstrusa fieri potest interrogatio: verum etiam in re certa & expedita, & maximè quandò id quod rogatur creditur non esse ignoratum ab illis, à quibus requiritur. Quod hic Paulus interrogat, non ignorantię causa facit, Siebat.n. ipse id quod rogabat, iam scitũ & notum esse illis, quos interrogabat quod satis ostendit per parenthesim: quam adiecit dicens:

Scien.n.leg.loq.

Ac si

relata: quæ vno sublato, tollitur & alterũ. Mortuo patre, moritur & filius: nõ quà homo est, sed quatenus filius est. Sic quandò moritur mulier, moritur & vir, non quatenus homo est, sed in eo quò vir; hoc est vxoratus. Iam non dominatur huic lex coniugij, nec illi viuit: sed mortua est, quoniam nullum vigorem exercet in illum: quãdò homo viuit, & ipsa lex. Geminam. n. habet vim in hominem, quamdiu etiam ipsa viuit, directiuã, & coercitiuam: per illam ostenditur quid agendum, quidue fugiendum: per coërciuam infligũtur pœnæ. Et vtraque gubernandis rebus pub. necessaria est. Nam vt quidã dixit, Oderunt peccare boni virtutis amore, oderunt peccare mali formidine pœnæ. Lex. n. similis est igni, qui virtutem habet calefaciendi, & illuminãdi. sic lex illuminat mentem, & eam dirigit, & eãdẽ à malo præseruat, proponens malis parata supplicia. Vtroq; n. modo lex dominatur in homine: quãquam qui legem seruat timore & formidine pœnæ, ad instar serui operatur: qui non virtutis amore, sed solo pœnæ timore à malo se continet. Talis erat illa vetus lex Moysi, quæ homines à malo arcebat, potius timore, quam amore. Vtrum autem qui timore & nõ amore legẽ faciunt, illam compleant, nec ne: in alium locum reseruetur. Hìc autem Apost. de legis dominatu loquitur, quod dominũ satis manifestò ostẽdit, postquam lex exercet in illos suã coerciuam vim, amouendo illos à prosequutione mali, ostendendo & minãdo flagella & verbera & etiam puniendo aeriter illos qui minis noluerunt se continere à malo. Nam non sine causa lex gladium portat. Neque vere lex esset illa, quæ non valeret irrumpere in malos & prauos homines.

Simile.

Cæterum aliquantula controuersia est inter expositores, de qua lege hìc loquatur Apost. Sunt qui referunt ad legẽ naturæ. Nam Romanis omnibus non erat nota lex Mosayca. Alij dictũ putant, propter legem quã coniuges seruant mutuo in statu matrimonij: sicq; dicunt Apost. hìc ius matrimonij appellasse legem. Sed multò magis ad Apostolicam accedunt mentẽ qui intelligunt esse dictũ de lege Moysi quam ostendere volebat nõ esse seruandam, cum iam esset mortua & antiquata. Cuius rei gratia assumpsit præambulam illam propositionem; quæ dicebat, legem dominatum habere in homine, quandiu viuit. Hæc generalis est regula, quę ad omnem legem adaptari potest. Adaptat eam in proposito Apost. ad legem cõiugij, fortassis, quia existimauit aptissimum esse exemplũ & magis accommodum quam aliud, ad suum institutum ostendendum. Nã ex professo non erat hìc locus tractãdi de iure matrimonij. Poterat fundamentum suum aliter ostendere: vt in militia, in qua lex militi; tamdiu durat & obligat milites, quamdiu in illa lege viuunt. Et qui in palestra literaria militant, siue sint professores, siue studentes, quamdiu versantur in gymnasijs leges studij, in illos dominatum habent. In his multisq; alijs, virificari poterat Apostoli sentẽtia: sed ipse maluit eam ostẽdere in lege quę est inter cõiuges: quoniam per hoc exemplũ magis manifestatur conditio & natura legis veteris. Erat. n. lex illa consimilis cõditionis, cuius est lex coniugij. Lex coniugij talis est. Mulier despõsatur alicui viro, cui subijcitur vsque ad mortem viri: qui sponsus, arrã & pignus solitus est dare suę spõsæ. Hæc fieri solent in coniugio. Quæ omnia spõsus Christus ad vnguem cõpleuit cũ sponsa sua Synagoga: cui per Prophetam dixit; Desponsabo te mihi in fide. Et tamquam arrã dedit ei legem: cui sponsam fore subiectam voluit, vsque ad mortem sponsi Christi: quo mortuo, iam vlterius nõ dominatur lex. Nã tantũ modo spõsa alligata est legi sponsi, viuẽte spõso, quo mortuo est libera sponsa. Et hoc est quod dicit Apost. cum ait.

Osee. 2.

Sequitur.

Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur viuente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt nō sit adultera, si fuerit cum alio viro. &c.

PRobat suum fundamentū Apost. exemplo petito à muliere coniugata quæ per mortem viri soluitur a lege coniugij. Perinde valet dicere, Mulier quæ est sub viro, ac si dixisset, mulier vxorata. Hæc.n.est, quæ viro obnoxia est.

Quæ sub vi. est.

HOc est, sub potestate: sicut dictum fuit ei post peccatum; Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Mulierem dominari in virum non est permittendum: sub viro.n. esse debet, non supra illum. Mulier vxorata subdita debet esse marito, non sicut ancilla, vel famula, sed sicut cōsocia. Licet.n. vxor in eo quod mulier vel fœmina est, naturaliter subiecta sit viro (quoniam naturaliter in masculo homine magis abundat discretio rationis: quod intelligendum est regulariter, nā quosdam reperies tam inopes rationis & discretionis, & mulieres tam prudentes & sapientes, vt iudicari possint aptiores ad gubernandum, quam illi homines, sed hoc est in paucioribus) in generationis tamen officio, vxor viro par est. Subditus est enim tn hoc vir vxori: in domestica autem conuersatione, vxor semper debet esse subdita marito. Quod si aliquandō tes aliter contingat fortasse ipsi mariti sunt in causa: qui non respōdent, vt par est, muneri suo. Sed de his tractent qui hanc sortē sortiti sunt: nos Deo ingentes agamus gratias, qui nos per suam misericordiam a tāta sarcina eripuit & exemit, & in aliam multò leuiorem ac meliorem vocauit sortem.

Gen. 3.

D. Tho. 1. p. q. 92. ar. 1.

Dicit Igitur Apost. vxoratam mulierem alligatam esse legi. Coniugium appellat hic Apost. legē, cui vxorata mulier est non solum ligata, sed etiam alligata. Quę alligatura in duobus præcipuè consistit: primò in redditione debiti: quod sub peecati pœna viro suo negare non potest (nam sicut alibi declarat Apost. mulier non habet sui corporis potestatem, sed vir: qui consimili quoque alligatura constrictus est) secundò alligata est, quia viuente viro, ad alium non potest conuolare. Hæc secunda alligatura pariter compræhendit virum qui sua viuente vxore, alteri copulari nequit. De hac lege, & vinculis indissolubilibus loquitur Apost. 1. Cor. cap. 7. His autem, inquit, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio (non ego sed Dominus) vxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo recōciliari. Et vir, inquit, vxorem non dimittat. Hic locus Apost. si hîc esset explanandus, vt ipse exigit, magna nobis esset trahēda mora: est quippe multis & grauibus difficultatibus inuolutus. Disputationē inuoluit de diuortio, de fornicatione, & de discessione. Hæc nō possunt paucis absolui & declarari: & ideo reseruētur in locum suum proprium. Hic autē tantum adducta sunt, vt magis cognosceretur ipsa lex matrimonij. quæ ipsos alligat coniuges vsque ad mortem.

Si aut mor. fuer. v. c. so. à le. vi.

SOla mors est, quę soluit hoc vinculū: nam ad mortem vsq; durat. Sed cum mors gemina sit, altera ciuilis, altera naturalis: explanant hunc textum

aliqui, tã de vna, quam de altera mor-
te: sed diuersa conditione. Nam si præ-
cessit inter nuptos contubernium, sola
mors naturalis dissoluit: si autem nul-
lus fuit complexus, siue accessus, solui
potest per religionis alicuius professio-
nem. Sed mox consurgit hìc scrupu-
lus contra verba Pau, hęc, videlicet, alli
gatam esse mulierem, quam diù viuit
vir eius. Hoc videtur repugnare legi
veteri. In hac, etiam viuente viro, libe-
ratur mulier a lege viri: nimirum per
Deu 24 libellum repudij. Vnde Deutero. 24. di
citur. Si acceperit homo vxorem, &
habuerit eam, & non habuerit gratiam
ante oculos eius, propter aliquã fœdi-
tatem, scribet libellum repudij, & dabit
in manu illius, & dimittet eam de do-
mo sua. Cumq; egressa alterum mari-
tum duxerit, & ille quoque oderit eam
dederitq; ei libellum repudij, & dimise
rit de domo; vel certè mortuus fuerit
&c. hoc loco manifestè constat, quod
per libellum repudij, etiam viuente vi-
ro, tollebatur vinculum, & mulier libe
rabatur a lege viri: hìc autem Apost. di
cit alligatam esse semper, viuente prio
re viro. Quòd si quis responderet, di-
cens, Paulum non esse loquutum pro
tempore legis scriptę sed pro tempore
Euangelij (in quo ab rogatus est vsus li
belli repudij) licet hoc verum sit, tamẽ
cum Apost. Iudeos alloqueretur, istud
pro tempore legis intelligebat. Nunc
dicis. Quomodo igitur dicit hòc, cum
ipse non esset nescius legis veteris, in
qua mulier libera esse poterat? non so-
lum mortuo marito, sed etiam viuẽte.
Ad hoc occurrit doctissimus Cardina
Cardi, Caiet. lis Caiet. dicens, hanc regulam esse in-
telligendam regulariter. Libellus repu
dij non fiebat regulariter, sed excasu
& accidenti, quando cõtingebat vxo-
rem dari aliqua fœditate maculatam.
In lege veteri libellus repudij erat ex-
ceptio vna, ab illa lege. coniugij: Apost.
autem hic tantũ considerauit, id quod
erat ex lege, & non exceptiones legis.
Non. n. oportet quãdo lex aliqua pro
fertur vniuersalis, fieri ibi mentionem
de exceptionibus illius. Dispẽsationes
legis non fiunt ex natura legis, & per
se: sed ex priuilegio: quod cessante ipsa
lege, etiam ipsum, cessare debet. In no
stra lege, quæ puritatem & pulchritudi
nem animi considerat, cessat illud pri-
uilegium, simul cũ veteri illa lege. Vn-
de quantacunque sit fœditas corporis
nõ soluit coniugium. Sed vide quid di
cit Apost. quod viuente viro; alligata
est legi, non dicit viro: nam si soli viro
esset alligata, eam ipse soluere posset
ad nutum suum: cæterum cum sit alli-
gata legi, nõ potest liberari ab hoc vin-
culo, nisi per mortem viri. Sed cui legi
alligata est? illi, quæ dicit. Quos Deus Matth. 19.
coniunxit homo non separet. Hinc fit,
quod vir, nec seipsum; nec vxorem
soluere potest, donec veniat for-
tissima mors: quæ sicut potest solue
re vinculũ & nexum animę & corpo-
ris, ita vinculum coniugatorum. Quę;
si semel fregerit, etiamsi post mortem
reuiuerẽt: eos dissolutos dimittit. Magna est vis mortis, quæ sola quod Deus
astrinxit, ipsa dissoluit: & quod semel
dissoluit, perinde reddit, acsi nunquam
ligatum fuisset.

Rursus ligi dicit esse ligatam; & non
viro: quia licet vxor solui & separari
possit à viro, ita vt ei non conuiuat: nõ
tamen à lege viri. semper manet alliga
ta legi viri, siue secum; siue separatim
vitam ducat. Nam neque fornicatio,
neq; discordia (etiam magna) inter vxo
ratos, vinculum soluit. Vnde licet hęc;
& alia, separare possint vxorem à viro
suo, nõ tamẽ a lege viri semper manet
alligata legi viri, etiãsi adulterafuerit.

Si autem, inquit Apost. mortus fu. v. x. solu. est à le. viri.

OMnib⁹ modis. Sicut. n. lex cõiugij,
mortuo marito, in eo nõhabet do
minatũ: ita neq; in muliere ei⁹. Ipsa. n.
medio marito suo astricta fuit legi: quo
mortuo, ipsa effecta libera: non solum

à viro, sed etiã ab illa lege viri. Et ideo susc ipere potest vidua relicta legem alterius viri: quod si fecerit vidua, adultera non iudicabitur: quoniam est soluta à priori marito. Si autem priore viuente, ipsa attentauerit alteri nubere, adultera censebitur: vt potèquæ, reliquit illum virum, à quo sola morte diuelli poterat.

Ex his clarè videmus, Apostolum non damnare secundas nuptias, nisi viuente priore viro: sed illo mortuo licitas fore existimat, illasq, approbat. Ex hoc Pau. loco error illorum reprobatur qui non solum nuptias secundas & tertias, sed etiam primas damnant. Matrimonium etenim sacramentum iterabile est: non tantum semel, & bis sed etiam multoties. Quod nisi esset tale, Deus in lege veteri non iussisset repetendum. Deute. 25. lex sancita fuit, quæ hunc in modum habet. Quando habitauerint fratres simul, & vnus exeis mortuus fuerit absq; liberis; vxor defuncti, nõ nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui, & primogenitum eius filium, eius nomine appellabit. In manifestò patet hinc, non solum permissas secũdas nuptias, sed etiã à Deo præceptas. Sed fortè euades, dicens, hoc per missũ fuisse in illa lege, nõ autẽ fore obseruãdũ in noua. Sed rogo. Pau. non erat in lege noua? qui ad Corinthios loquitur, dicens. Mulier alligata est legi quanto tẽpore vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege. Cui autẽ vult nubat, tãtum in domino. Quid clarius aut apertius dici potest? Præter istud etiã quod præmanibus nos nũc habemus in Paulo, qui mulierẽ secũdò nubentẽ ab adulterio excusat. Et nõ solũ ab adulterio, sed etiã à peccato. Neque verũ est quod quidam fingunt & somniant: ideo a Dæmone septẽ illos viros necatos fuisse, qui nupserunt Sarę quę postea nupsit Tobiæ iuniori, ad insinuandum, repetitas nuptias, nõ esse licitas. Nõ ideo Dæmõ occidit illos: quia alioqui, illã debuisset occidere, nõ illos Ipsa. n. erat, quę multiplicabat nuptias. Et si hæc fuisset causa, idem effectus sequutus fuisset, quando ipsa nupsit Tobię iuniori & tamẽ permãserunt (vt sacra pagina testatur) ambo incolumes, dico Domino famulantes. Non igitur ad detestandas secũdas nuptias, illorũ mortes sequutę fuerũt: sed illud aliunde prouenie bat.

Deu. 25.

1. Cor 7.

Tob. 6.

Igitur viu. vi voca. adul.

si fu. cum al. vi.

Optimo consequio colligit istud, quod ex primo infertur. Nam si mulier viuente viro alligata est legi eius si fuerit cum alio adultera erit. Siquidem adulterium quędam violatio thori coniugalis est. Et sic quadam metaphora ania solet vocari adultera illa quæ spreto Deo, legitimo sponso, aliũ àmatorem sibi admittit. De quo adulterio intelligitur illud: Tu fornicatus es cum amatoribus tuis. Et legis trãsgressores adulteri vocãtur. Vnde Christus Synagogam adulterã vocauit dicens. Generatio praua & adultera. Imo & beatus Iacobus amatores præsentis mundi adulteros nominauit, dicens, Adulteri nescitis quod amicitia huius mundi inimica est Deo? Et cũ Paulus dicit, quòd si viuente viro suo, fuerit mulier cum altero viro vocabitur adultera, vocari hoc loco, perinde valet, sicut esse. Non tantum vocabitur, sed erit adultera. Et si erit adultera, digna, illa pœna, quæ adulteris solita erat dari. Vnde in hoc verbo reprobat adulteriũ sicut in alio, approbat secũdas nuptias. Quod autem Pau. hic dicit de mulieribus, intelligãt viri de ipsis quoque esse dictum. Nam si ipsi exigunt hoc a suis vxoribus, reddant ipsi hoc ipsum suis vxoribus. Viri namque virtute & fama ante cellere debẽt suas vxores: tamen si mũdani homines diuersum habeant de hac re iudicium.

Hiere. 3.

Matth. 12. et Luc. 11.

Iac. 4.

Sed fortè petis. Quorsũ miscuit hic Apost.

Apost, negotium de adulterio? Nihil hoc facere videbatur ad libertatem legis. Verum est, sed faciebat ad maiorē declarationem, quòd mulier superstite viro & viuo, sine magna nota adulterij, alteri adhærere viro non potest. Vel vt doceret illos Apost. quod si dimitterent illam veterem legē, non essent adulteri, quia mortuo altero coniugatorum, alter non dicitur adulter. Sic necilli, cum iam mortua esset lex vetus, cum nota adulterij, copulari erāt legi Euangelicæ. Imo si illam vellent retinere, & vxoris loco habere, magis notari possent, quòd videlicet retenta, & viuente prima vxore, transierint ad aliam. Non ergo ex hac parte debebant se excusare Iudæi, quod susceperā lege Christi ab eis, non deberent veterem Mosaycam relinquere, sed retinere, ne tamquam adulteri reprehenderentur, sicut fuerunt à Deo reprehensi, quando spreta lege, se conuerterunt ad idola. Non. n. est par ratio. Quoniam quando conuersi fuerunt ad idola, lex quæ erat vxor, nō erat mortua, sed viuebat adhuc: sed quando conuersi fuerūt ad legem Euangelicam, iam illa prior vxor erat mortua: & ideo, cū alia nubere poterāt, sine nota adulterij. Et ideo, hæc excusatio, nihil illos iuuat, si nō relinquāt legē veterē. Fortassis hac ḡ causa Apost. verbum fecit de adulterio.

Respon.

Sed forsan rogas dicens. Quomodo poterant Iudæi cognoscere, se liberatos esse ab illa lege, cuius ipsi tam amātissimi erant? Difficilima res erat illis, dicelli & sepatari ab illa. Nec mirum: nā difficile est assueta relinquere, & à re nimium amata amoueri. Tamen hac ratione adduci poterant, quòd iam intelligerent, legem suam esse eiusdē cōditionis cū lege coniugij. & hoc intellecto, bene poterant intelligere, quòd sint in lege matrimonij, mortuo viro, mulier est etiam mortua legi viri. sic intelligere poterant, quòd mortuo Christo vero Messia, vxor eius lex, quoque mortua fuit. Si ergo Synagoga venit ad aliā legem, non fuit adultera à lege veteri, quæ iam sepulta erat.

Animaduertat hic lector, Apostolum non fuisse loquitum de lege matrimoniali, nisi quandò tantum alter coniugum est vita functus, & non quādò ambo. nam tūc, satis per se notum erat, quòd soluitur vinculum matrimonij. Nam si vinus mors sufficiens erat causa, ad dissoluendum, multò magis mors duorum. Ideo istud silentio inuoluit Apost. tamquam per se notum. Quis. n. ignorat, quòd ambobus coniugibus mortuis, inter illos non manet vinculum matrimonij? Sicut. n. lex religionis, quā quis profitetur, per mortem dissoluitur, ita vt, qui semel mortuus est, si à mortuis resurgat, ad eam amplius nō teneatur: sic nec vxoratus mortuus, ad legem coniugij esset astrictus & ligatus. Laqueus est iste & ille, à quo si quis semel per mortem euaserit, amplius ab eo non potest teneri. Ambo dicere possunt illud Dauidis; Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Poterit tamen vterque, se nouiter eodem laqueo illaqueare: alter profitendo eandem religionem, alter verò non solum aliam, verumetiam eandem mente in vxorem ducendo: citra etiam vllam dispensationem. Nulla. n. hoc lege cautum est. neque per primum matrimonium in habiles se reddiderunt. Vnde si hoc exemplum de morte vtriusque coniugis, ad præsens propositum adaptare volumus, manifestissimè ostendemus, nos liberatos esse (imo ipsos Iudeos) ab ipsa lege Moysi. Nam non solum ipsi mortui erant priori statui, sed etiam ipsa lex mortua erat. Ipsi quidem per baptismum. Nam (sicut antea diximus) qui suscipit baptismum, priori vitæ moritur. Ipsi susceperant baptismum, ergo mortui erant priori statui. Porrò ipsa lex etiam antiquata & extincta fuit per mortem Christi: igitur liberi erant ab obligatione legis. Non tamen nos latet

Psal. 123.

esse aliquos (& non infimi nominis) qui asserũt. Iudęos fuisse absolutos sua lege, quando susceperũt baptismum, quia tunc mortui fuerunt Iudaismo: & quisque per mortem suam liberatur ab omni lege, quę tantũ in viuos dominatum habet. Sed non multum interest, siue dicamus hoc esse factum per mortem Christi, vel per baptismum; qui typus est mortis Christi.

Sequitur.

Itaque fratres mei, & vos, mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo, &c.

POstquam Apost. præambulã illã propositionem elucidauit per legem coniugum, quæ lex non obligat alterũ coniugatorũ nisi altero viuẽte; & altero mortuo, alter liber erat: & hoc vno solo exemplo ostẽdit fundamentũ quod posuerat verũ esse, videlicet, neminẽ esse obligatũ ad aliquam legem alicuius status seruandam, nisi quando perseuerat in illo statu, à quo si discedat liber est à lege prioris status. declarato hoc fundamento per similitudinem, & fundamẽtum, & similitudo adaptanda erant ad suum institutum, quod erat, ostendere nos iam liberatos esse abstatu legis veteris, & per consequens non esse tenendam & obseruandam: hoc restabat nũc Apostolo ostendendum, ostendit nunc, proportione sumpta ab illa similitudine adducta. Q. D. Mulier non tenetur ad legem viri mortuo viro, quia liberata est: ergo nec vos fratres mei ad legẽ veterẽ, quia mortua est: quę si mortua est, & vos mortui estis ei. Quòd autẽ vos sitis ei mortui, patet, quia mortificati estis legi per corpus Christi.

Sed ante omnia nota accute lector ingenium Apost. qui ostensurus mortuam esse legẽ, ante quam eius mortẽ eis denunciet, dulcioribus & lenibus verbis eos alloquitur, vocãdo eos fratres. Prœlebat fortasse ille, quòd egro animo essent auditui interitũ & mortẽ suę legis: ne putarẽt hæc annũciari & dici ab Apost. malo animo, captat ab illis beneuolentiã, vocando illos, fratres: quod est vocabulũ charitatis & beneuolẽtiæ: per quod ostẽditur candidus Pau. animus erga illos. Sed quid dicit illis.

Vos, inquit mortui estis.

TOtus sermo dirigitur ad illos ex Iudaismo cõuersos ad Euangeliũ: nam cũ istis hoc in loco sibi tantũmodo negotium erat. Isti erãt, qui pro lege tuenda & cõseruanda pugnabant. Vtrum autẽ pro zelo eius, an propter odiũ Euãgelij, iudicet alius: nos quod Apost. dicit tantum explanare cõnamur. Dixit ergo,

Mortificati estis.

SVnt hic nõnulli qui magnũ faciunt discrimẽ inter mortuos, & mortificatos: ac proinde aiũt Paulũ, nõ vocasse illos mortuos, sed mortificatos. Qui mortuus est, inquiũt, alicui, nullo modo viuit illi: qui vero est mortificatus, vteũq; viuit illi, tametsi nõ tãto vigore vt antea. Hoc discrimine iacto, aiunt quod Iudęi cõuersi nõ erant omnino mortui legi Moseos: quoniam in lege erãt præcepta Decalogi, & oracula Prophetarũ, quibus viuere debebãt: præcepta obseruãdo, & oracula credẽdo. Et hac de causa dicti sunt mortificati, & non mortui. Hæc illi. Sed reuera facili negotio hæc ratio infringi potest. Nam etiam gentes ad fidem conuersæ tenebantur exequutioni mãdare præcepta Decalogi, & si non vinculo legis Mosaycæ (quę illis non fuit data) sed vi & virtute naturalis legis. Credere autem oraculis Propherarum gentes conuersæ etiam tenebãtur, per legem fidei. Et ex hoc apparet aliquam rationem

infirma

infirma & modici roboris illa ratio assignata. Vnde alij aliam exhibent causam dicētes, quod Pau. hic locutus est de lege Moyū, in ordine ad cerēmonias: quæ propriſſimè competebant legi: & iſtis gētes tempet fuerūt mortui, nunquam illis vſi ſunt. Iudęi autem conuerſi tantum erāt mortificati, quoniam etiam poſt conuerſionē illorum, aliquo temporis ſpacio tenebātur obſeruare legalia: ſicut pater in actibus Apoſt. & in primitiua Eccleſia. Et proinde Apoſt. appellauit Iudæos cōuerſos mortificatos eſſe legi, & non mortuos, Hæc ratio multò ſubtilior & acutior videtur eſſe altera.

Sed inſurgis dicens; ergo lex illis adhuc viuebat, poſtquam illi tenebantur obſeruare legalia. Acutiſſima eſt profectò obiectio ſed tene mox ſolutionem. Quando diximus, Iudæos conuerſos aliquo tēporis ſpacio obligatos adſeruanda legalia, non intelligebamus, vi, & vinculo ipſius legis: ſed per cōſenſum Eccleſiæ primitiuę, quæ permittebat tunc obſeruari: non tamen tāquam eſſent ſigna & vmbræ futurorum: nam iam velum tēpli ſciſſum erat ſed obſeruabātur, in ſignum, quòd quondam à Deo datore legis fuerant inſtituta. Vnde obſeruantia illorum, potius erat in memoriā præteritorum, quam futurorum. Si quis verò ab his Auguſtis ſeipſum liberare vellet fortaſſis nō male dicere poſſet, Apoſtolum hic nullam feciſſe differētiam inter mortificatos & mortuos: ſed vnum pro altero fuiſſe vſurpatum. Vnde quidā (etiam ex doctis interpretibus) ſic gloſāt. Mortificati, ideſt, mortui. Nec deſunt qui loco mortificati, ponāt liberati. At vero, ſi poſt iſtos nobis addere licet vel vnum verbum, credimus (niſi fallimur) ideo Apoſtolum dixiſſe mortificatos & nō mortuos, vt inſinuaret illos per aliā mortē fuiſſe liberatos, quam mulier liberetur à lege coniugij. Hæc. n. per ſolam mortem naturalem: qui verò liberantur a iugo legis veteris, per mortem non naturalem, ſed ſpiritualem: quam ſolemus appellare mortificationem. Baptiſmus. n. (vt iam alias diximus) mors ſpiritualis eſt: & per hanc mortificamur potius quam morimur. Vnde Ricardus ſuper illud. Pſal, ſcilicet, propter te mortificamur tota die; æſtimati ſumus vt oues occiſionis. ſic dicit. Quare mortuus non creditur, qui tota die mortificatur? An fortè, quia nō dixit morimur: ſed mortificamur? Scimus tamē quodin Dei oculis, maioris meriti eſt ſæpe mortificari, quam mori. Agnoſce igitur lector candidè ex hoc, energiā quę eſt in verbo mortificari. Si reſpondenter ad legem matrimonialem quam in exemplū Apoſtolus adduxit ſoqui debuiſſet, dicendum ei fuiſſet: igitur & vos fratres mei mortui eſtis legi: dixit autē. Vos n. mortificati eſtis legi: fortè non ſine myſterio. Pſal. 43.

Sed cedo Apoſt. quomodo fuerūt mortificati, hoc eſt, à lege exemptiſ Reſpondet.

Per Corpus Chriſti.)

Q.d. Non veſtris meritis facta eſt iſta liberatio; ſed per corpus Chriſti, hoc eſt, per mortem & paſſionem, quam ſuſtinuit corpus Chriſti. Corpore. n. Chriſti in cruce defixo, peremptа fuit mors peccati, & vita gratiæ mundo donata. Iam. n. antea Apoſt. dixit quod eramus complantati ſimilitudini mortis eius: Quoniā per baptiſmum cōmorimur illi, & ſæpelimur Chriſto: & veluti palmites iungimur ei, qui eſt vitis vera: Sicque baptizati incorporantur illi tamquam membra corporis eius: quod immolatum fuit in ara crucis. In qua cum eſſet corpus Chriſti, dixit, conſumatum eſt. Supra cap. præcedentis.

Sed dicis, quare Apoſt. mentionem fecit potius de corpore Chriſti, quam de crucifixione aut morte? Non hoc

fecit sine causa Apost. voluit alludere ad similitudinem quam adduxerat de vxore, quę omnino est liberata, quando iam corpus mariti est traditum sepulturæ. Nam interea dum domi iacet etsi mortuũ, aliquo pacto videtur pertinere ad mulierem: sed iam sepulturæ tradito, prorsus mulier est liberata a lege viri. Alludens igitur Apost. ad hoc, dixit, Per corpus Christi. Q. d. Per corpus Christi sepulturæ iam traditum: vt ostenderet illos omnino (quemadmodum & coniugem (liberatos esse. Et ideo voluit Apost. de corpore Christi sepulto mentionem facere. Adde tu etiam, quod Apost. per hoc insinuauit, illos non solum mortuos legi, sed etiã sepultos: & ipsam legem mortuam & sepultam. Mortua cum Christo mortuo, sepulta cum Christo sepulto, fuit. Sicut enim mors Christi reddit omnes baptizatos mortuos legi. sic sepultura, effecit sepultos.

Sed diligentissime adnota acutè lector hic, differentias inter sepulturam Christi, & aliorum hominum maritorum: quæ tacitè designatè iunt, per prę positionẽ illam, per: quę in hoc loco causam effectricem importat. Sed dicis, qui fieri potest istud? Num corpus inanime & mortuum actionem habere valeat? Resp. Reuera grandes & admirabiles valde res adduxit nobis particula, per. Quare si hic aliquantulum extendamus calamum, & ad sacram ac diuinam speculatiuam theologiam confugiamus, istud nobis lector condonare debet. & boni consulere. Nam id sponte nostra non facimus sed re ipsa cogẽte. Non enim ęquum est, tantum sacramentum, silentio remanere inuolutũ. Primum igitur quod latet hic sacramentum, tale est: magnam, scilicet esse differentiam, inter corpus Christi mortuum, & alia corpora mortua: quoniã hæc, non dicuntur aliquid agere, quoniam actiones sunt suppositorũ, quæ cum non sint in nostris mortuis corpo tibus, ipsa corpora mortua nihil efficere possunt. Et hinc est, quod mors mariti & corpus traditum sepulturę, nihil efficiunt in vxore. Non enim aliud efficit mors in marito, quam separare animam à corpore: quod etiam effecit in Christo. Verè enim anima Christi eiusdem ab eius corpore fuit, Verum est tamen, quod facta morte mariti, vxor assequuta est libertatem: sed hanc libertatẽ licet effecerit mors: nõ corpus mariti sepultum. Sed de morte Christi & eius sepultura, aliud est ferendum iudicium. Nam ipsa mors Christi & eius corpus sepultũ mortificatos legi nos effecerunt. Insurgis, Quomodo si erat corpus mortuum, & exangue? Verum est: sed corpus erat, cui erat adiunctũ suppositum: non humanum, sed diuinum. Quod licet esse separatum à partibus simul sumptis, non tamen a partibus separatis: à quibus diuina persona, non patris, aut spiritus sancti: sed Verbi nunquam fuit separata. Vnde, sicut anima separata operata est mirabiles effectus: ita altera pars, nempe corpus, consimiliter operari poterat mirabiles effectus. Vtrobiq. enim vnita erat Diuinitas & hypostasis diuina. Et ideo licet corpus Christi in cruce penderet, & in sepulchro iaceret, ibi ipsa diuina hypostasis, operari poterat hos & admirabiles alios effectus & operationes quas diuinissimus Apost. hoc loco nõ recusauit attribuere corpori Christi, etiam mortuo & sepulto. Quod si mulier corpus sui mariti mox à domo educere & abigere curat ne eius fetorem sentiat nos è diuerso corpus Christi in nobis retinere debemus vt sui odoris mira fragrãtia nos recreet memores quod per ipsum effecti fuimus mortificati & à iugo legis liberati quę iam non bene olet. Neque est etiam cur miremur si nostra fides tot tantos tamque admirabiles effectus & fructus emanare dicat è corpore Christi in sacra Eucharistia residentis qui vt nobiscum vsquead finem seculi commorari posset in angustissimo se repo

Resp.

suit

fuit loco nobis tamen satis peruio & accommodo. Non. n. decet corpus lõge esse à suis membris quæ alimentum abeo sumere habent. Quo nomine factum est vt corpus Christi in Eucharistia sub speciebus panis & vini (quæ sũt duæ res prẽcipue ad alendum) nobis membris communicetur.

Sed in quem finem facta est hæc legis mortificatio, per corpus Christi? Respondet Apost. dicens.

vt sitis alte. qui ex mor. resur.

VT nõ sitis iam legis Moysi veluti ante eratis sed alterius. Quis est iste alter? Iam declarat. Ille, inquam qui ex mortuis resurrexit: intellige, vi propria. Et is quis est? Respon. Nullus alius, nisi Iesus Christus qui mortuus fuit propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram. Sed quid esse debent? Dicunt aliqui, vt sitis membra Christi viua: alij vero, vt sitis sponsę Christi. Alludere, inquiunt hic Apost. ad exemplum quod adduxerat de coniugio. Q. d. liberati estis à lege Moysi vt nouam desponsationem contrahatis: ad nouum coniugium vocati estis. Antea nupseratis Moysi: eo mortuo facultas vobis est cum altero nubendi. Non vocabimini adulteri. Iam Moses vita functus est, extinctum est vetus coniugium: ad nouum (quod illo multo excellentius est) vocamini. In illo priori filij generati sunt multi: sed secundum carnem: in hoc secundo propagatio magna quoque est sed non carnalium filiorum sed spiritualium. Potestatem dedit eis filios Dei fieri: natis, nõ ex sanguinibus, nõ ex carne: sed ex Deo. Præterea vetus matrimonium factum fuit cũ viro in breui morituro cuius mors aduenies vinculum matrimonij dissoluit: at secundum matrimonium fit cum viro qui à mortuis resurrexit nõ iam iterum morituro. Vnde fiet ipsum durare in æternum. Manebit namque non solum in presenti sed etiam in futura vita durabit. Nulla mors ipsum dissoluere poterit. Insolubilis est iste nodus. Sponsus est æternus, desponsatio quoque æterna & sponsa æternis fruetur bonis. Præstabat illud vetus bona terræ: præstat hoc nouum bona cæli. Libellum habebat illud repudij, fœditatem in sponsa: hoc nouum sponsum habet speciosum forma præ filijs hominum & sponsam pulcherrimã: nam tota pulchra est amica mea, non habens maculam neque rugam.

Vt fructificetis Deo.

IN hoc spirituali matrimonio nõ est sterilitas quæ maledicta erat in conubio legis sed tanta prolis fœcunditas vt Prophera de ea sic cecinerit dicẽs: Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: & filij tui sicut nouellę oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Sed fructus huius coniugij cuius sunt? Respondet: Dei. Vxor marito suo fructificare debet, non alteri. Sic & vos fructificare debetis Deo non iam legi? Sed ad quid eget Deus fructibus nostris? Fructificare hic Deo non est ipsum egere fructibus nostris (nam bonorum nostrorum non indiget Dens) sed Deo fructificare dicimur quando ad honorem Dei opera operamur bona. Sicut enim qui malum agit peccato fructificare ita qui bonum operatur Deo fructificat. Sicut enim vir vxorem non optat quæ sit otiosa (iuxta illud Sapientis Panem otiosa non comedit) ita Christus suas sponsas nõ amat ocio datas. Vnde dicit: ego posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Resp.

Legunt aliqui vt fructificemus & nõ fructificetis. In fructificatione seipsum adnumerat, & merito, qui iure dicere potuit, plus omnibus laborauit. Cum fructificare non sit tantum fructus afferere sed & illos propagare quod nõ fit

fit absque labore Apost. ab hoc opere noluit se eximere: quare secundā personam mutauit in primam. Quid sibi volunt illa verba ad Gal. 4. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur in vobis nisi afferre Deo fructus? Tanto namque aliquis magis fructificat, quanto plus operæ & diligentiæ in re proximi augenda impendit. Inquo Apost. omnes fecit secundos? Factus sum, inquit, omnia, omnibus: vt omnes lucrifacerem. Quis? quæso, adeo optauit fieri anathema pro fratribus sicut Paulus? Quis confessus est tam palam se esse debitorē omnibus sapientibus & insipientibus veluti Apostolus. Ipse merito dicere posset, Ego quasi vitis fructificaui. Ex arboribus vitis est vna quæ multos solet afferre fructus.

Sequitur.

Cum.n. essemus in carne passiones peccatorum quę per legem erant operabantur in membris nostris vt fructificarent morti: nunc autē soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ, &c.

Particula hęc, enim, denotat hæc verba nexum & pendentiam habere à proximis verbis, nēpe ab illis, vt fructificetis Deo. Notati fuerunt Iudęi tacitè quòd nō fructificabant Deo existētes sub lege. Hoc amato animo audiebant potissimè cum vidissent se Christo dedicatos esse per lauacrum sacri baptismi. Et id circo Apost. conatur nunc istud ostendere. Vtitur autē hoc syllogismo scilicet; Qui fructificat morti non fructificat Deo: at qui sunt sub lege morti fructificant igitur non Deo. Propositio per se nota est. non. n. possumus fructificare morti & Deo. Assumptionem probat per hęc quæ hic dicit; scilicet.

Cum. n. esſ. in cār. passi. pec. &c.

Nō dicit essetis, sed essemus. Adnumerat se sub lege. Sed ne videretur hæc dicere in odiū Iudeorū sed tātum volens ostendere impotentiam & infirmitatem legis sub qua ipse etiam quondam fuit. Alij verò dicunt non loqui hic Apost. in propria persona sed in persona carnalis hominis: qui non dicitur ille qui corpulentiā carnis habet (nam sic omnes homines sunt carnales etiam illi qui sub lege spititus militant: Nō. n. puri spiritus sunt qui carnem & ossa non habent) sed illi sunt in carne siue carnales homines, qui cum constent ex spiritu & carne vitam non secundum spiritum sed secundum carnem ducunt. De quibus aliquando dixit Apost. Nonne carnales estis?

Sed rogas; Quando fuerunt homines sub hoc statu? Respond. Quandò erant sub lege. quia non erant sub gratia. Vnde, vt multi interprætes volunt, illum statum quem antea vocauit sub lege nunc appellat statū in carne. Status legis status carnis erat quoniam lex expoliata erat gratia. Vnde non transferebat homines in spiritū quæmadmodum facit lex Euangelica quę nouum hominem facit sicut illa vetus lex vetererem constituebat. Sed animaduertat lector ingeniosus quid Pau. dicat.

Cum essemus.

Non dicit, Cum simus, sed essemus: ac si dicat. Deo sit gratia, iam non sumus licet fuerimus: non militamus iam sub illa lege quæ sensualem appetitum irritabat proquo potius quam prospiritu pugnabat nec carnis impetu refrenabat sed absque freno eam vagari sinebat & homines secundum carnis genium & desidenum viuere sinebat. Et cum in illo statu non habe-

haberent homines gratiæ præsidium sub imperio, potestate & tyrannide carnis erant, omni ope & auxilio destituti. Sed quid inde sequitur? Quid? Audi.

Passiones inquit pec. q. per leg. ope. &c.

VOcabulum passiones nō bene sonat auribus quorundam. Quare nouitatis curiosi passiones in affectiones commutarunt. Quasi vero vocabulum passio non sit aptum ad significandas passiones animi sicut & corporis. Ad vtrunque extendi potest. Patitur etiam animus sicut & corpus. Vnde quantum attinet ad Pau. intentionem nihil refert quod dicas passiones, affectiones, perturbationes, morbos animi siue inclinationes. Et fortè aptius motus effrenis concupiscentiæ, & stimuli indomitæ carnis appellari possent. Quæ si dictæ sūt passiones forte ea de causa factū est quod per hos motus multa & dura patimur. Quod si mox non perspicis audi Paulum sentientem ac clamantem. Infœlix homo quis me liberabit de corpore mortis huius?

Quæ erant per leg.

SI erant passiones carnis effrenis vel affect⁹ & mot⁹ animę quales sunt ira, tristitia, delectatio, cupido &c. quomodo erāt plegē? Efficiebat ne lex illa has affectiones? Mala igitur lex erat quæ harum rerum genitrix esset. Aduertat hic diligenter lector quod hoc loco particula per nō præsefert causam effectricem sed potius occasionem denotat. Iā. n. antea dixit per ingressum legis superabundasse peccatum non quod lex causa foret peccati sed vbi non est lex non erat præuaricatio. Sicut. n. occasione legis creuerat peccatū ita eiusdem legis occasione magis excitabāturistę passiones, quia nitimur in vetitum magisque cupimus semper negata. Et indè accrius insurgebāt illæ passiones reclamāte contra ipsas lege. Et hoc intelligimus sic dummodo hoc loco appelatione llegis intelligamus legem scriptam. Nam si doctissimum origenem auscultamus ad legem mēbrorum istud referendū esset. Et tunc nihil absurdi inde consequeretur si hanc legem admiteremus esse horum motuum & affectuum causam effectricem. Harum expositionum priorem fermè tota multitudo latinorum interpretum sequitur cum honore tanti doctoris origenis. Vnde & nos rationem antecedētium & consequentium verborum habentes magis ad mentē Apost. iudicamus esse priorē: tametsi quæ est origenis non sit multū remota in hoc loco à verbis Pauli loquentibus de passionibus quę pullulant ab ipsa effreni concupiscentia quæ sub nomenclatura legis aliquando ab Apost. compræhensa fuit.

Operabantur in memb. post.

CVm autem viueremus in concupiscentia carnis, docet quomodo malę inclinationes & motus praui nō erant ocioſi, sed operabantur in membris nostris: nō quomodocunque, sed vim & efficaciam habentes: renentes spiritū captiuū & suppeditatum, quo tandem nos ad mortem & interitum perducerent. O infelicem ac miseram vitam. Quis eam, vel vno tēporis momento sustinere poterat? Sed vbi operabantur? Respondet; In membris nostris. Quæ sunt hæc membra; Interna, vel externa; Externa manifesta sunt: interna latent. Illa animę affectiones operantur, non modo in animis nostris, sed etiam in membris; hoc est, tam intus, quam foris. Nam cum fiant cum corporali motu, interne operantur mouendo membra; siue per iram, siue per timorem, siue per concupiscētiam &c. Naturales, n, potentias vocat

hic

hic Apost. membra potissimè illas, quę in suis officijs vtuntur organo corporeo: quas motus appetitus facili negocio agitat ac mouet.

Esto tamen cautus hic lector ingeniose, quòd licet efficaciter istę passiones eperentur, tamen ipsæ non consummant peccatum. Necessarium quippe est accersiri voluntatem, quæ sigillum apponat, & consensum præbeat, vt istę passiones mortiferæ sint. Nam nec cõceptus nec partus generant mortem, sed ipsa consumatio: Iacobo dicente, Peccatum cum cõsumatum fuerit generat mortem. Concupiscentia concipit, caro parit, voluntas consumit. Vnde vt mors generetur, rationis consensu opus est. Cõcupiscẽtia ipsa in amatum oblatum obiectum mox in illud præceps fertur: concipit autem peccatum, per complacentiam: & quantum est ex se parit illud, quod ipsa si posset etiam sola consumare vellet: sed sola non valet. Opus. n. habet vt ratio consensum præbeat. Cõsumatrix ratio est, quæ sine nostris concupiscentijs suffragiũ non præberet, ipsæ montem (æternam dicimus) non præberent. Nam licet simulare nos possent, vincere vero minime: pugnam facere, ad ea quæ sunt carnis mouere, victoriam autem habere non possunt, nisi de volentibus. Hostes sunt, sed non vincunt nisi volẽtes. Dati verò nobis sunt isti stimuli, vt te cordaremur primi peccati: & vt lucta nobis esset cum illis ad victoriam, non illorum sed nostram. De quibus si triũphauerimus, victorum coronis nõ defraudabimur.

Sed quorsum vigebant istæ passiones in membris nostris? Dicit Apost.

Vt fructif. mor.

AD fructificandum morti. Quid sibi vult istud? Quis est qui cupiat fructificare morti? Si nemo intendens ad malu operatur: quomodo membra operabantur ad fructificandum morti? Directò membra non operabantur propter mortem: nam mortẽ omnia fugiunt; sed morti dicebãtur fructificare, quia peccato fructificabant, ex quo sequebatur mors. Attribuit autẽ Apost. effectui & non causæ, Vel fortasse effectum pro causa vsurpauit. Non. n. potest aliquis fructificare morti æternæ (de qua hic sermo est) nisi prius peccato fructificet: nam per istud fructificamus morti, quæ est stipendium peccati. De peccato autem & morte loquitur Apost. analogia petita ab arbore; quæ si non fructificat sterilis est. Vel ab arbore, cõquod, in ea, & ab ea, incepit peccatum & mors.

Nunc au: solu. su. à le. mortis.

AB soluto legis statu ad alium expli cancium (in quo nunc sumus) confert se Apost. Et sicut illam appellauit statum carnis, sic istum alium nouum statum, nominat statum spiritus.

Status namq; vetus & nouus sicut re ipsa distincti & contrarij sunt, ita & nominibus distinctis & aduersis nominantur. Dicit ergo Apost. Nunc autem, hoc est, in statu in quo nunc sumus & stamus soluti sumus à vinculo legis & hoc, non per nostra merita, sed per immolationem corpòris Christi. Illa immolatio fuit solutio. Per istam, inquit Pau. nos qui natura Iudęi sumus, solutionẽ accepimus à vinculo legis mortis. Cum dicitur soluti sumus, cõfitetur antea fuisse ligatos. Nam non soluitur, nisi qui ligatus est. Q.d. Non diffiteor nos Iudęos alicui fuisse ligatos legis vinculo: sed nunc iam sumus soluti & liberi.

Obseruet ingeniosus lector contra istos libertatis carnalis amatores, quod Pau. non dicit, nunc autem soluti sumus ab omnibus à lege mortis: tãtum dicit ab illa seruitute, quæ erat in illa lege, non autem ab omni seruitute. Nã in lege Euangelica seruire tenemur:

sed

sed liberi sumus à modo seruiẽdi, qui erat in lege Moysi. Hoc. n. loco Apost. abusi sunt hæretici, extorquentes eum extra Pauli naṁ q; mẽtem, quæ nõ erat facere nos omnino & simpliciter ab omnibus liberos. A quo. n. sumus effecti liberi palam dicit. A lege mortis. Legem mortis vocat Mosaycam. Esse autem solutos à lege mortis, non est esse solutos nisi secundum partem & secũdum quid. Quòd si hæreticus obijciat nobis dicens apud Pau. non fieri mentionem de lege mortis, vt videre est apud exemplaria græca, in quibus non inuenitur. Græcè. n. sic dicitur, Morientes, vel mortui. Ita quod mors non refertur ad legem, sed ad homines. Et tũc sensus est, nos fuisse solutos à lege morientes vel mortui, scilicet in morte Christi soluti sumus à lege. Et hec causa fuit vt cardinalis dixerit literam hoc loco esse corruptam. Quod dicto tacitè videtur notare vulgatam ædi, ionẽ & eius interpretem. Sed pro interpretẽ dicimus quòd licet negari non possit, hanc ablolutionem fuisse factã per hoc quòd sumus mortui in Christo (nam qui in cõ non mortui à lege soluti non potest) tamen Apost. iam antea docuerat, nos baptizatos fuisse in morte Christi, & illi cõsepultos, & sic mortuos esse peccato: nunc autẽ his iactis, satis fuit ei dicere, nos esse liberatos: sine hoc quod diceret & explicaret modum, quo liberati sumus, nimirũ, morientes. Voluit hoc epitheto notare legem, uocando eam legem mortis. Quod epiteton iure competere potest. primo, vel quòd ipsa morte puniret transgressores: sicut in multis necepunitus in sacra scriptura veteri videre licet. Legat lector ca. 20. Leuit. in quo tertio quoq. verbo inueniet transgressoribus inflictam pœnam mortis: Si quis, inquit dederit de semine suo Moloc, morte moriatur. Erat. n. Moloc quoddam idolum. Et paulò inferius, ibidem; Qui maledixerit patri aut matri suę, morte moriatur. Et in alijs multis. Et fermè in omnibus præceptis apposita erat pœna mortis. Et ideo hoc nomine appellati poterat lex mortis. Quod ita esse, bene expertus est Oza qui portabat archam, & multi cũ illo. 2. Reg. 6. Et huius rei testis locupletissimus est Apost. ad Heb. 6. sic aiens. Irritam quis faciens legem moysi, absque vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur. Hæc. n. pœna erat statuta trãsgressoribus legis Moysi; quæ exequtioni mandabatur sine aliqua misericordia. Et cur non etiam lex mortis meritò dici potest, postquam ipsam secũ mortem ferebat, omnino augens concupiscentiam? Quid aliud qnam mortẽ operabatur? Et deniq; si lex fructificabat morti, quid mirum si cognominetur lex mortis? Vnde in sequenti capeam appellabit legem peccati & mortis. Et quãtum attinet ad sensum & mẽtem, patum, aut nihil interest. Quare nec lectio vulgata est prætermittenda, nec qui eam vertit, quisquis fuerit, arguendus venit.

In qua detinebamur.

DEtineri captiuorum conditio est: qui vi detenti sunt, impares & impotentes ad se ipsos redimendos liberandosq;. Sic, qui sub lege erant, quasi captiui detinebantur ab illa: non valentes exonerare se ab illo iugo. Fortassis alludit ad illud quod dixerat de muliere, quam dixit alligatam esse & detẽtam interea dum viuit vir illius, quo mortuo liberatur & iam amplius non detinetur. Vel alio modo. Qui detinetur, per mortem liberatur. Sic nos detinebamur à lege, donec per baptismũ illi mortui fuimus. Quod si mortui sumus illi, iam ipsa non potest detinere nos. Sed o misera sors, & infælicissima hominum conditio, sub tam dira tyrãnide detineri. Non tam durè captiuos torquent cõpedes, quam ipsa lex præmebat quos detinebat subiectos. Quis numerabit quot ceremoniarum care-

nijs

nis ligatos tenebat lex homines? profectò quasi infinitos vinctos illos tenebat. Quod eleganter insinuauit Apost. in verbo detinebamur.

Veruntamen ne cum de legis detentione verba facimus, lectorem nos plus iustò detineamus, hæc dixisse sit satis. Iam modo detinere quemquam minimè valet, cum mortua sit: quamquam vsq; in præsentem horam non desint aliqui, qui eam viuam esse credant.

Ita vt seruiamus in nouitate spiritus & non in vetustate literæ.

QVoniã dixerat Apost. nos liberatos & solutos esse, explanat istud, ne quis in huiusmodi solutione decipiatur, existimans nos solutos esse à lege, vt habeamus carnis licẽtiam. Sed sic soluti sumus à vinculo legis, quò liberius seruire possimus in nouitate spiritꝰ. Vbi clarè vides lector bonc Apost. non eximere nos à seruitute, sed à modo seruiendi. Officium siquidem seruiendi perseuerat idem, sed in formam & modum meliorem commutatum. Seruiebant illi, seruimus & nos: illi in vetustate literæ, nos in nouitate: non qualicunque, sed spiritus.

Sed quænã est hęc spiritus nouitas? Aliud nilquam noua vita, secundum spiritum. Potest quidem aliquis nouã vitam inchoare, & non secundum spiritum. Ideo non fuit contentus dicere in nouitate, sed adiecit, verbum, spiritꝰ in nouitate spiritus. Ex his colligi potest, Euangelium, nedum esse legẽ nouam, sed spiritualem etiam: & non veterem, aut carnalem, qualis erat Mosayca lex. Quæ licet ad literã non conspirabat cum Euangelio, tamen secundũ figuram conueniebat cum eo. Lex vetus typus Euangelij erat. Vocata est autem litera, quia corticem mandatorũ continebat, non autem spiritus medullam, sicut Euãgeliũ. Apellata est etiam vetustas, eo quod veterem hominem fouebat, & nutriebat: carnalia, & non spiritualia subministrans. Neque auferebat imaginem veteris hominis: non .n. valebat, cum gratiam largiri nõ posset. Status vetustatis, status impotẽs est Status proptinquus morti est. Quod .n. senescit prope interitum est. Ad Hæb.

Præterea veterem hominem appellamus illum, qui iam multos vixit annos, quique iam senio confectus, expectat indies mortẽ. Sic lex iam multos nacta erat annos, & ad senectam venerat: non restabat nisi spirare & animã exhalare: quod factum est, eius datore Christo expirante, qui vsq; ad iota vnũ eam compleuit. Veritate .n. reuelata extingui & aboliri debet vmbra. Ad nihilum iam amplius valet, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et iam recepto spiritu, ad quid valere potest occidens litera, nisi ad occidendum? Litera occidit, spiritus viuificat. Vnde sicut litera aduersa est spiritui: sic status legis veteris repugnat statui Euangelicę legis. Ille status est vetustatis, noster verò nouitatis. 3. Cor.

Dicit ergo Apost. Romanis, & in illis nobis solutos esse, scilicet, vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ: alludens ad illud quod alibi dixit, scilicet, Expoliantes veterem hominem, & induentes nouum. Hoc est Sit nostruum seruitium in operibus noui hominis, videlicet Christi, nihil addentes aut immiscentes de operibus legis, quæ vetusta sunt. Illa .n. hominem faciunt spiritualem: id circo merito vocata lex spiritus. Et in hunc finem soluti sumus ab illa lege dominante sub qua detinebamur, vt seruiremus in nouitate spiritus. Hinc colligere possumus, quinimo debemus, nõ esse æquum & dignum Christiano (qui tantæ nobilitatis particeps factus est) vt reuertatur ad illam vetustatẽ, a qua semel per Christi gratiam liberatus est. Hìc apud nos degenerare videretur homo ille, qui expoliatus semel laceratis & vilibus vestimentis, & honestis ac nouis indutus, secundò Ad Colos. 3. Similitudo

cundo exueret se nouis, & resumeret
verera. Sic Christianus nobilitate chri
stianitatis donatus, si ad vetera peccata
reuertitur, & exutus spiritus nouitate,
ad literæ vetustatem se conuertit, sanè
de generat: nec se verè ostendit accipis
se vitæ nouitatem. Nam nouitas vitæ
expulsio est veteris. Nec satis est, per
baptismum nouum se fecisse hominē,
si postea per peccata, è nouo ipse se cō
stituit veterem. Memor semper esse de
bet, eius quod scriptum est videlicet,
Expoliaui me tunica mea, quomodo
induar illa?

Cant. 5.

Sequitur.

Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Absit. Sed peccatum nō cognoui, nisi per legem: nam concupiscētiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces, &c.

NOn temere sibi ipsi obijcit Apost,
hanc obiectionem. Multa enim di
xerat de lege Moysi, quæ ei vituperio,
potiusquam laudi esse videbantur. Di
xerat illam ingressam, vt abundaret de
lictum, per eam causatam esse iram, ho
mines constitutos esse seruos peccati,
detētos in passionibus carnis, & denig.
legem Moseos appellauit legem mor
tis, eo quod operabatur transgressio
nes fructificantes morti: ex ijs videba
tur legē esse peccatum, quinimo & e
ius datorem Deum perperam egisse
eā tribuendo. Vnde ex hoc Manichęus
calumniatus est legem Moysi tam quā
malam: nec recusauit dicere à Diabo
lo fuisse traditam, & nō à Deo. Et ideo
Apost. præuenire hanc siniſtram de le
ge opinionem, & purgare seipsum ab
illis, quæ dixit de lege: quæ non eo ani
mo dicta sunt, vt quis existimet, eū vel
le legi detrahere & iniuriam irrogare.
Et ideo ipse noluit expectare, quod a
lijs hanc sibi proponerent quæstionē,
sed ipsemet sibi proponit dicens.

Quid ergo dic. lex. pec. &c.

QVasi dicat ex nostris dictis de ipsa
lege, debemus ne colligere legem
esse malam & peccatum? Sed ad quid
te conturbas, ò bone Apostole? Quis
cedo existimabit legem esse malam si
ue peccatum, cum lex non sit nisi nor
ma quædam & regula? Homines qui
dem declinantes & non sequentes re
gulam peccare possunt, sed nō ipsa lex.
Quomodo ergo in quęstionem vocas,
an lex sit peccatū? Non est impropria Resp.
hæc Pau. quæstio, eo quod lex non est
quæuis regula, sed regula recta: quę si
rectitudinem non habeat, peccatum di
citur. Sicut enim peccatum dicitur esse
in re, quę recta esse debebat, & inueni- Simile.
tur curua (vt si homo nasceretur curuus
& non rectus peccatum ibi esse dicere
mus) sic si lex, quæ recta esse debet, cur
uitatem habet: talis lex peccatum dici
potest: Non secus quam linea curua,
quæ recta esse debebat. Legem autem
veterem non esse rectam, inde appare
re poterat: videlicet, ex multis illis con
ditionibus, quæ erant in statu sub lege.
Quem statum suis coloribus depinxit
Apost. vt inde magis innotesceret cō
ditiones status gratiæ. Opposita enim
iuxta se posita, magis elucescunt. Cum
igitur Apostolus adnumerasset imper
fectas conditiones status sub lege, vi
sus est detrahere legi, & dicere illā non
esse bonam sed malam: & proinde mo
uit ipse hanc quęstionem, vt hunc sen
sum procul pelleret, & ab his quæ di
xit remoueret. Nec hac sola de causa fe
cit istud, sed etiam vt ostenderet se esse
legis defensorem, & nō detractorem.
Et ideo proposita quęstione statim res
pondet, dicens. (Absit.) Quo verbo, nō
solum legem, sed etiam legis latorem,
& cultores quoque à malo immunes
& libę

& liberos effecit. Primò legem ostendit non esse malam nec nos impellentem ad peccatum, secundò nec illum qui dedit legem in culpa esse, neq; tertio ascribendam esse culpam illis qui eam obseruabant. Hic. n. tria Apost. ab surda & horrenda reputauit apud se. Ideo vnico verbo pro responsione cõtentus, de testatus est dicens. Absit. Cũ. n. lex illa à Deo fuisset ædita, & à sanctis patribus recepta, summa blasphemia erat putare legem malam, quę talis esse non poterat, quin malum efficeret eius latorem.

Neq; audiendi sunt hìc Manichęi, qui suum errorem tegere volẽtes, asserunt Paulum tale dedisse responsum non pro rei veritate, sed pro fugiendo scandalo. Sed non est assuetus Apost. mentiri pro euitando scandalo. Citius admittendum est scãdalum, quã quòd veritas doctrinæ occultetur. Reuoluatur totus Paulus, neq; hìc, neq; alibi, inuenietur dixisse legẽ malã esse. Quod si non siluit legis transgessiones, id non dixit, quasi innuere vellet, illas, tam à lege, quam à Deo, primaria intentione fore intentas: sed eas recitauit vt homo carnalis sub lege positus ex illis transgressionibus agnosceret morbum suum, quo cognito, cogitaret de medico qui posset eum curare & de medicina. Quandò. n. ęger cognoscit morbum suum, ista duo facere solet.

Cognitio morbi duo facit,

Sed pecc. non cogn. ni. per le.

Reiecta illa blasphemia contra legẽ Dei, declarat quo pacto per legem dicantur peccata augeri, prius tamen ostendens, quis sit finis & scopus legis cuiuscunque. Leges eo fine & officio prescribuntur, vt homines agnoscẽtes boni & mali differentiam, prauum fugiant, & rectum sequantur. Assimilatur. n. lex lucernæ: quæ gressus nostros dirigit. Sic, legis officiũ est, actus nostros dirigere: quos vt rectè operemur, praui, & recti notitia nobis necessaria est. Hanc autem notitiam ipsa lex est quę docet & patefacit. Quare iure dicit Apost. Peccatum non cognoui, nisi per legem. Quod idem pollet cum eo quod dixit. 3. cap. Per legem cognitio peccati. Quòd si sermo sit de peccato originali, peculiare fuit legi Mosaycæ, propalare originis peccatum. Officium legis

Sed quęstionem facit particula illa excludens, nisi, quæ videtur denotare ante legem datam, ignoratum fuisse peccatum: quod nõ est extra omnem difficultatem. Quare, circa explanationem huius textus oportebit nos aliquantisper immorari, ponderãtes omnia verba eius. Nullũ. n. est. quod haud ægeat speciali consideratione. Sunt. n. hic tria consideranda: primo, quid nomine peccati, secũdo quid appellatione legis, & tertio de qua cognitione loquatur, cum dicit. Nõ cognoui. Sed antequam istud dicere aggrediamur, operæprætium ducimus admonere lectorem (quod citra dubium accipere debet) videlicet, Apost. induere personam Iudęi existentis sub statu legis, & non sub statu gratię. In persona istius hominis loquitur, & non de seipso solo narrat hystoriam: licet ipse prius sub legis statu fuerit, & deinde sub statu gratiæ, in quo erat quando ista dicebat. Sed ipse Apost. quæ dicturus erat de toto humano genere existente sub peccato, in seipso verificare & explanare voluit: & sic loquitur in prima persona, dicens. Peccatum non cognoui nisi per legem. Hoc non tantum erat sibi peculiare, sed toti humano generi competebat, scilicet, non cognoscere peccatum nisi per legem. Iudiciũ namq; de peccato & cognitio, fieri nequit nisi per legem aliquam: cũ omne peccatũ sit legis violatio alicuius. Vnde eleganter supra dixit Apostolus quòd vbi non est lex, nec prævaricatio, hoc est, peccatum. Contempletur igitur nũc lector cum audit Apostolũ loquen-

Simile,

Capi.

loquentem, non vt Paulum, vel Saulũ, sed veluti hominem repræsentantem & vicem gerentem totius generis humani, & pro eo loquentem, dicẽtemq; non quæ sibi competebant, sed quę cõueniebant ipsi naturæ in se consideratæ. Et quia istud ad planam intelligentiam huius textus & sequentis existimauimus permultũ necessarium esse: ideo volumus commonere lectorem ante literę dilucidationẽ. Ad quam accedentes scite nobis opus est, de qua lege loquatur Apost. quando dicit eam esse lucem ad cognoscendum peccatum. Doctissimus Origenes quoties potuit & sibi visum fuit, deflectit vocabulum legis quando absolutè profertur. ad legẽ naturalẽ, & de ea quæ Apost. affatur, semper interprætatur; quod & in præsenti loco facit, credens Apost. non loqui de lege scripta, Ad quod motus & inductus fuit, quia: inquit, ante legẽ Moseos multorum hominum legimus peccata fuisse punita, quæ non fuissent absq; cognitione illorũ. Adã, Caim, Pharao, & Sodomitę omnes isti fuerunt puniti ante legem datam, igitur cognitio peccati non est orta à lege scripta, sed à lege naturę. Et pro Origene facit etiam quod Apostolus dixit, videlicet, quod Gentes naturali luce illustrati poterant facere ea quę legis erant: igitur habere boni & mali cogitationem. Quomodo ergo modo potest Apostolus asserere, sine lege scripta ignotum fuisse peccatũ? Hæc est sententia tanti doctoris à qua ingens multitudò doctorum & interprætum declinat. Et iustè quidã. Nam si diligenter quis consideret, ea omnia quæ hactenus dixit Paulus de lege, palam inueniet, eum de lege Mosayca fuisse loquutum, & non de lege naturæ. Quis intelliget eum de lege naturæ dixisse, eam subintrasse, vt abundaret delictum? Occasione legis naturalis non abundauit delictum: sed occasione legis Mosayce. Et quando dixit nos solutos esse a lege, intelligebatne Apostolus de lege naturæ? Non sanè. Nam ab ista pet Euangelium & legem gratiæ non sumus soluti. Rursus quando appellat legem peccati & mortis, intelligitne de naturali? Nequaquam. Nam hæc lex non est mortis nec peccati. Et quando in principio capit. dixit, Scientibus legem loquor, nonne de lege scripta loquebatur? Et vt semel concludamus, quando dixit nos mortuos esse legi, intelligebatne de naturali? Minimè gentium, sed de Mosayca. Si igitur per ista quæ diximus, & alia quæ dici poterant, quæ causa breuitatis omissa sunt, constat Paulum non fuisse loquutum de lege naturæ, quomodo debemus credere Apostolum dixisse sermonem ad legem natutæ. cum in præcedentibus semper sermonem habuisset de lege scripta, quam intendebat conferre cum ipsa gratia. Et proinde vnanimi voto receptum est à patribus tam Græcis, quam Latinis (vno Origene tantum accepto) Apostolum hic esse loquutum de Mosayca lege, per quam dicit, se cognouisse peccatum. Opinionem autem Origenis, vna cum alia, quę dicit Paulum esse loquutum de ea lege quæ homini in paradyso fuit exhibita, mirificè refellit & refutat os illud aureum Ioãnes Chrysostomus. Legat eum qui volet, nos in refellendis doctorum (& maximè graulssimorum) opinionibus non nos existimamus sufficientes: neque hoc nostrum fuit institutum in explanando Apostolum, sed pro nostra ingenij tenuitate vetam ac germanam Pauli venati mentem & intelligẽtiam. Quod si aliquando in confutandis dogmatibue hæreticis opream nauamus, & aliquantulam morulam trahimus, hoc non esse contra nostram intentionem, intelligat qui legit.

Super 2. cap.

Super cap. 5.

super hoc eodem cap.

Hoc eodem cap.

Sed ad rem, postquam scimus, quid nomine legis intelligere debeamus, restat considerare, quid per peccatum, si omne peccatum, vel tantum originale, vel aliud quidpiam. In primis sunt quidã qui volunt hic nomine pecca-

ti esse intelligendum ipsum dæmonẽ: quod suadent hac ratione, videlicet, quòd quemadmodum Christus, cum sit author vitę & iustitiæ, dicitur vita & iustitia: sic diabolus cũ sit author mortis, mẽdacij, & peccati, dici solet mors mẽdacium & peccatum. Sed rogamus quorsum Apostol. hic adduceret diabolum in exemplum quod adducit ad probãdum suum pronunciatum? quid quæso lector candide conuenientiæ habet cum diabolo? Esto tu iudex. Sũt qui ad Pau. intentionem multò magis accedunt, dicentes, efficientem concupiscentiam, vel si mauis peccatum ipsum originale, à quo suppullulat ipsa concupiscentia. Et hanc intelligentiam multum iuuat id quod mox adiungit Apostolus dicens.

Concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret. Non concupisces

VBi quod antea appellauit peccatũ, vocat postea concupiscentiã. Sunt etiam qui peccati vocabulum hoc loco extendunt, nedum ad originale: sed etiam ad actuale. Quod bifariam intelligi potest: altero modo intelligẽdo de omni peccato actuali, altero verò modo tantum de vna specie peccati, vt pote, de peccato quod comitatur per actũ interiorẽ, circa quem versatur propriè concupiscentia. Vnde aliqui sub nomine peccati hoc loco intelligunt in vniuersum quodcunque peccatum: Alij verò peccata quę sunt de actibus internis.

Est etiam de verbò, cognoui, habenda consideratio. Nam cognitio de peccato gemina esse potest: altera vt peccatum est actio quædam dissona rectæ rationi, altera verò vt est offensa Dei, castigatione digna, non qualicunque, sed pœna æterna. Inter has duas de peccato cognitiones est magnum discrimen quoniam vt est multorum opinio, lux naturæ non potest nos perducere in cognitionem peccati, quatenus est offensiuum Dei, & dignum morte ęterna. Nam cum Deus luce naturæ non possit cognosci vt est finis supernaturalis, sed tantum vt finis naturalis est, & peccatum sit auersiõ à Deo vt est finis supernaturalis, hinc fit, vt neque peccatum cognosci possit solo lumine naturali absque fide, quatenus peccatum est offensa Dei, & dignum æterna damnatione. Cum igitur de peccato duplex haberi possit notitia, & cognitio, & Paulus hic dicat peccatum non cognosci nisi per legem, discutiendum nobis erat, de qua cognitione hic loquatur Apostolus, si de priori, vel de posteriori.

Si hoc loco Diuum Thomam sequi volumus (cui se subscripsit alter Thomas, nempe Caietanus) dicere debemus Apostolum hic locutum esse de secunda cognitione, quæ non haberi potest nisi per legem. Nam licet sine lege peccata cognosci possint, quatenus sunt cõtra rationem, non autem vt inuoluunt & important offensam diuinam, cui offensę iure consignata est pœna inferni. Nam qui auertit se sic à Deo, dignus est vt Deus auertatur ab eo: & vltra hoc, vt pœnis crucietur æternis: Cognitio ista hoc modo de peccato, secundum communem viam, tradita est per legem communem, dicimus viam, eò quòd nõ ignoramus quibusdam factam & concessam fuisse hãc cognitionem, & non per legẽ, sed per diuinam reuelationem, lumine altiori illustrati, quod lumen necessarium est ad cognoscendum, id quod est cõtra rationem, aduersari etiam diuinę voluntati, & ab ea fuisse prohibitum. Vnde nec primus homo, nec Noë, nec Abraam, nec Iob, neque tandem philosophi lumine naturali irradiati, cognouerunt peccatum vt offensiuum Dei, & dignum pœna æterna, nisi per suffragium luminis fidei adiuti,

& non

& non per legem Moysi, quę nõdum erat, sed per legem naturæ quæ in eorum cordibus impressa erat.

Caueat tamen lector in his quæ diximus, ne existimet velle nos dicere tantum peccatum esse peccatum, quatenus consideratur vt offensa Dei. nã etiam est peccatum vt est contra rectam rationem. Nam qui auertit se à recta ratione, deuiat & auertit se à lege æterna. Vnde bene consequitur, Peccatum est contra rectam rationẽ, igitur est offensiuum Dei. Offenditur autem Deus eò quod peccator auertens se à recta ratione subtrahit à Deo & negat ei debitam obedientiam, & violat legem naturalem, secundum quam creatura tenetur obedire & parere creatori & factori suo, qui est eius fœlicitas, & vltimus finis, non solum naturalis, sed etiam supernaturalis. Sed dicimus, quod hoc peccatum vt est offensiuum Dei quatenus ipse est finis supernaturalis, non cognoscitur lumine naturali, nec cognitione speculatiua, nec practica. Nam si naturali ratione non cognoscimus Deum esse nostrum finem supernaturalem, quomodo quando peccamus poterimus per solum lumen naturę cognoscere, nos offendisse finem supernaturalẽ? Hæc.n. cognitio profectò aliam necessariò præsuponit. Christianus autem quoniam per lumen fidei agnoscit se ordinatum in finem supernaturalem esse, quando peccat mortaliter, bene intelligit se fuisse auersum à Deo, tanquam à suo fine supernaturali. Et licet Paganus & Christianus quando peccant mortaliter, ambo se auertant à suo fine (nam non est nisi vnus vltimus) tamen in cognoscendo differentia est: quia Paganus non cognoscit se per peccatum suum amisisse eam beatitudem quam cognoscit Christianus se perdidisse. quoniã hic eam cognoscebat, alius verò minimè. vnde sicut in hoc Christianus est melioris conditionis quam Paganus; ita si peccat deterioris. Sic etiam in cognitione peccati melioris fuit conditionis Iudæus quã Gentilis. Iste namq; pręter legem naturæ (quę etiam ostẽdebat peccatum) nullũ aliud habuit lumẽ: Iudęus verò noua addita lucerna, ipsa nimirũ lege scripta, quę ei explicatiùs & clariùs dilucidauit ipsum peccatũ: non tantum exterius, sed etiã interius, non solũ peccatũ operis, sed etiam cordis. Ermulta quæ fortè in lege naturæ fuam bona ex parte abrasæ impunè committebãtur, & pro non peccatis habebantur, ipsa lex scripta digna animadnersione & supplicio esse ostendit, & ipsum originis peccatũ, quod à paucissimis cognoscebatur, ipsa in lucẽ eduxit. Et quid dicemus de cõcupiscẽtia mali, quę in lege naturę obtenebrata, si sola erat, immunis à peccato iudicabatur, nec reputatur indecora homini habẽti eã. Non.n. existimabãt eam malã esse, & vt talẽ vetitã à Deo fore, Vnde hac ignorantia prędicti quidam, non fuerunt veriti incusare naturã, qui tacitè eius authorem quoq; accusabãt. At vbi venit scripta lex, istæ tenebræ fugatæ fuerunt, agnouerũt hominesipsum, nimirum peccatũ originis, vnde emanat mali cupido, naturã (quę multis donis ornata creata fuit) à culpa liberarũt, & in seipsos reiecerunt, vnus pro omnibus loquens, ac clamans, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vnde cognouerũt? Per legẽ cognitio peccati. Non.n. cognoscebatur robur & efficatia peccati originalis, nisi per legẽ, licet omnes leges ostẽsiuæ sint peccati, & illud arguant & condẽnẽt. Hoc munere diligenter functa est ipsa lex Moseos & scripta, & diligẽtiùs tamẽ ipsa Euãgelica, per quã exactiùs cognitũ fuit peccatũ tã originale quã actuale. Et nedum ipsum peccatum, sed etiam eius condigna pœna. Hæc n. est optimum legis medium (vt bene in hoc loco adnotat doctissim' Card. Caiet.) nã vbi non sunt pœnæ, parum valent leges. Sic lex scripta parebat

Infra in hoc eodem cap.

notitiam peccati, non quomodocunque, sed vitandi, & vt puniendi. Qui namq; in gymnasijs de peccatis disserunt, cognitionem peccati præbent sed vt tantũ cognoscatur. Leges ostẽdunt ad vitandũ puniendumq; si non euitatur. Et hic est vnus effectus legis scriptæ, non malus, sed bonus: puta, per eã cognoscere peccatũ, quod antea nõ cognoscebatur, saltem quoad duo, scilicet, quòd esset offensiuũ Dei quatenus erat finis supernaturalis, & vltoris & punitoris secundum pœnã æternã. Ad hęc duo cognoscenda homines cõmuniter diriguntur per legẽ & nõ per naturalem rationẽ. Et hoc si secundum se consideretur, adnumerari potest inter magna ac singularia Dei beneficia. Et hoc fortasse innuere voluit Deus, quãdo cum magna solẽnitate (vt habetur in Exodo) descendit ad ferendã & exhibendam legem. Et inter pręclaras solẽnitates fuit institutum festum Pentecostes, in memoriã huius beneficij, scilicet exhibitionis legis scriptæ. Non igitur mala erat lex, vel causa peccati quæ istum effectum causabat. Bene ergo satisfacit Apòst. propositæ interrogationi. si lex esset peccatum, cum ostendit non esse hoc officium legis inducere homines ad peccandum, sed ostẽdere & notitiam prębere de peccato: non quomodocunq; sed quatenus est cõtrarium diuinę voluntati. Quam cognitionem fortassis non habuerunt Ethnici ex sola luce naturæ radiati: licet cognouerunt peccatũ, quatenus est à ratione recta alienum & difforme. Neq; obstat quod aliqua peccata apud illos nõ remanebãt impunita: nã forsitã illorum castigatio & vindicatio potius fiebat ad conseruandã pacẽ & tranquilitatẽ in Repub. quã pro zelo Dei, quẽ tanquam obiectũ supernaturalis beatitudinis nõ agnoscebãt. Nã tamen si radius ille naturalis luminis mediis creaturis eos perducere eousque posset, vt cognoscerent factorem suum esse primã causam & vltimum finem naturalem & hoc nomine inseruiendum illi esse & exhibẽdum cultum: at ipsemet radius lucis, non erat sufficiens ad monstrandum, quòd peccatum esset dignũ exultatione à regno Dei, & æternis inferni pœnis torqueri. Et si aliqui viri boni & illustres & philosophi quoquè istud sunt assequuti, hoc factũ est per altiorem lucis radium, quo Deus sic illos voluit de suo beneplacito illustrare. Sed hoc paucorũ priuilegium fuit. Apostolus autem de communi modo cognoscendi peccatum hic loquutus est. Is fieri solet per legem, & non alia via. Quare eleganter pronuntiauit dicens. Sed pẽcc. non cogn. nisi per leg. Quod mox exemplo quodam esse verum ostendit inquiens.

Nam concup. nesc. ni. lex dic. non concupisces.

PRonũtiato generali officio legis cuius vis, qnod dixit esse peccati manifestationẽ. vnico speciali exẽplo petito à lege Moysi, probat veritatẽ illius generalis propositionis. Et quanquã de sermonis rigore in scholis vniuersum pronuntiatũ ostẽdi debeat in multis & non tantum in vno (non.n. verũ est pro vnius veritate singularis sed pro omnibus aut saltim pro multis) tamẽ in cõsuetudine est apud sapientes & philosophos, quando generale pronuntiatũ est valde notũ, vnico tãtum exemplo ostendere fore verum: Qui in philosophis sunt versati, istud plane ita esse facilè intelligunt. Et idcirco Apostolus vnico exemplo contentus fuit: quòd cũ posset ab alijs legibus petere & mutuare, noluit nisi ab ipsa lege scripta; vt ostẽderet palã se loqui de ea lege, & non de alia. Nam si de alia, nõ adduxisset hoc exemplum. Sed cum in lege Moysi multa essent præcepta per quæ ostendi poterat legis officiũ, rogabit aliquis fortè quam

obrem

obrem Apost. non vsurpauit aliud exemplum. Nonne erat præceptũ, Non occides? non furtũ facies? non falsum testimoniũ dices? Per ista probare poterat suum institutũ, sicut per cõcupiscentiã. Duplex potest dari ad hoc respõsio, altera si nomine peccati in præcedenti textu intelligatur peccatũ originale: sicut credimus verè esse intelligendũ: cum cõcupiscẽtia sit eius effectus. cõuenientissimè cognitionem illius peccati ostendit per ipsam concupiscentiã. Nam peccatũ originis aptius cognoscitur per eam, quam per quod cunq; aliud præceptũ in lege reseratũ. Et ideo potius vsus est hoc exemplo quam alio. Nec obstat quòd fuga huius cõcupiscentiæ etiam in lege naturæ prohibita erat; præcepta nãq; Decalogi quæ erãt in lege scripta, omnia erãt de iure naturæ. Sed cum lux naturæ esset in mẽtibus hominum obtenebrata concupiscẽtia interna quæ nõ exibat in opus, nõ reputabatur mala & peccatum. Et fortassis quia alteri nõ erat nocens. Et cum leges humanæ quę puræ tales sunt, tantummodo opus extetius puniant & prohibeãt, nõ autem internas cogitationes, nulla erat ex legibus scriptis, quę prohiberet & puniret internã concupiscentiã. Vnde apud gẽtes pro non peccato reputabatur, non quòd nõ posset cognosci mala esse di ctamine naturæ: sed propter obtenebratum naturæ lumen. In quo enm essent homines, in eorũ persona Apostol. dicit se nescire concupiscentiam.

Concupiscentiam, inquit, nesciebam

NOn dicit, Concupiscentiam non sentiebam (nam illius sentimentũ vel ipsa bruta experiuntur) sed nesciebam. Supple tu esse peccatum. Hæc sunt supplenda, nam Pau. oratio trnncata est & ecclypsim patitur.

Verũtamẽ si sermo Apost. extẽdatur generaliter ad omne peccatnm actuale (vt quidã volũt) dicimns tnnc Apost. vsum fuisse potius hoc exẽplo de concupiscentia, quæ in duobus vltimis præceptis Decalogi prohibetur, eo quod interiora quæ sola cogitatione cõsumuntur, difficilius ab hominibus reputãtur esse peccata. Facilius. n. est cognoscere furtum, aut homicidium esse peccatum, quam concupiscentiam fotmosæ mulieris: maximè si intra cancellos cordis detineatur. Nam de hac non solumin lege naturę sed etiam post legem scriptã erratum fuit. Quod Christus à Iudeis suo tẽpore existentibus excussit: qui in hoc error- Matth. 5.
re erant. Audistis, inquit, qnia dictũ est antiquis, Non mœchaberis, ego autem dico vobis, quia quicunq; viderit mnlierẽ ad cõcupiscendã eam, iam mœchatus est eã in corde suo. Quibns verbis palã ostẽdit Christus solã & nudam cõcupiscentiã in solo corde latẽtem fore malã & peccatũ. Nec excusat à peccato, quòd hæc cõcupiscentia nulli alteri iniuriã aut damnũ inferat: in sola. n. cogitatione peccatũ esse potest. Quare elegantẽ & legitimã tradidit B. August. peccati rationẽ, quando ipsum esse dixit, dictũ, vel factũ, vel concupitum, cõtra legẽ Dei. Cõcupitum dixit, propter ipsam cõcupiscentiam, quæ maximè duabus in rebus exercetur, nimirũ in re venerea, & vtili, quæ concupiscẽtia oculorũ nominata est. Duæ sunt malorũ omnium prauæ & malæ radices, altera superbia vitę, altera cupiditas, illa nos auertit, ista autẽ nos conuertit. Ista peccatores lactat, Proverb. 1.
de qua Sapiens. Fili mi si te lectauerint peccatores lacte scilicet concupiscẽtiæ, ne acquiescas illis. Et iterum. Post concupiscentias tuas ne eas. Sed apte interrogare posset hic aliquis, Eccles. 18.
dicens. Paulus ioquntus est de concupiscentia absolntè, at concupiscentiæ significantia, varia & multiplex est. Nõ. n. omnis concupiscentia mala est, sed illa quę rationis limites transgreditur.

Respon. Concupiscentiæ nomẽ vsurpari solet pro præcipua partione appetitus sensitiui, in quo est. In sacra autem pagina, sumitur aliquando pro prauainclinatione naturæ vitiatæ & corruptę: quã Paulus vocat peccatum habitans in carne, cuius officium est, habere luctã & rixam cum spiritu. Et hanc concupiscentiam licet baptismus moderetur, eam prorsus non tollit, sed remanet in nobis baptizatis. Hæc non est interdicta nobis sub peccati pœna. Nam quę sub nostra voluntate non sunt posita, peccati rationẽ habere nequeunt. Necessario consequio voluntarium sequitur ipsum peccatum quodcunq; sit. Quare impossibile est sub pœna peccati esse vetitam illam concupiscentiam quę non est in potestate nostra: licet iure consensus, vel morulæ, in eà prohibere possunt; maximè ratione considerante. Nam cõsentire, vel morulam trahere pęnes nos est. Concludamus ergo nunc, & dicamus, hanc cõcupiscentiam non esse peccatum deficiente consensu: nisi quis eò venerit dementiæ, vt dicat, eam etiam peccatũ esse in eo qui dormit. Nam etiam aliquandò dormientem molestat, & in eo est. Est igitur alia necessariò ponenda concupiscentia, quę peccati rationem habet, & prohibita fuit à Deo in præceptis Decalogi: quæ habetur in Deutero. & in Exodo, quando Deus dixit, Non concupisces vxorem proximi tui: non domum, non agrum, &c. Apostolus autẽ absolutè & generaliter loquutus est de concupiscẽtia. Non est inficiãdum aliter loquutum fuisse Apostolũ quã ipsa lex: sed proinde arguẽdus est mendacij: licet verbo ad verbũ non citauerit textum. Hic locum habet illud quod doctissimus pater Hieronymus nobis reliquit præceptũ pro intelligẽdis diuinis literis: scilicet quòd Apostoli & Euãgelistæ magis sensum quam verba citarunt, assumentes testimonia ex veteri testamẽto, & ex Prophetis, sicut intueri licet apud Matth. in illo loco vbi sic legitur. Hoc autem totum factum est, vt impleretur quod dictum est per Prophetã. Quoniã Nazaræus vocabitur. Hæc enim verba vt iacẽt, nullibi reperiũtur in aliquo Prophetarũ. Sensus Prophetarum citatus fuit ab Euangelista. Eodẽ modo possemus hic dicere quod Apostolus nõ citauit præceptũ legis secundũ verba sed secundũ sensum. Et licet pro Apostoli honore satis rectè per hoc fit respõsum, veruntamen alia de causa nos istud factum esse imaginamur.

Respon.

Matth. 2.

Nõ. n. latebat Apost. quomodo haberẽtur illa duo præcepta de cõcupiscẽtia & sub quibus verbis essent à Deo prolata, sed cõsulto sciens & prudens pronunciare voluit præceptũ de concupiscentia, sub vniuersali forma, & non de ea quæ cõtracta erat & applicata certæ materiæ, qualis est illa concupiscẽtia, quæ illis duobus præceptis prohibetur in Decalogo.

Deuteron. cap. 20. Exod. cap. 5.

Dicis & quãobrem fecit? Nõ vt insinuaret concupiscẽtiam esse generale præceptũ præter illa decẽ: sed vt ostenderet quod cõcupiscentia erat genera le malum, quia est radix omnium malorum, sicut ipsemet alibi palam confessus est dicẽs. Radix omnium malorum est cupiditas, & ideo hęc cõcupiscentia communis est & generale malum, non cõmunitate generis, vel speciei (vt bene notat D. Thom, sed communitate causalitatis (sic ipse loquitur,

Respon.

1. ad Tim. 6.

non domum, non agrum. &c. Apostolus autẽ absolutè & generaliter loquutus est de concupiscẽtia. Non est inficiãdum aliter loquutum fuisse Apostolũ quã ipsa lex: sed proinde arguẽdus est mendacij: licet verbo ad verbũ non citauerit textum. Hic locum habet illud quod doctissimus pater Hieronymus nobis reliquit præceptũ pro intelligẽdis diuinis literis: scilicet quòd Apostoli & Euãgelistæ magis sensum quam verba citarunt, assumentes testimonia ex veteri testamẽto, & ex Prophetis, sicut intueri licet apud Matth. in illo loco vbi sic legitur. Hoc autem totum factum est, vt impleretur quod dictum est per Prophetã. Quoniã Nazaræus vocabitur. Hæc enim verba vt iacẽt, nullibi reperiũtur in aliquo Prophetarũ. Sensus Prophetarum citatus fuit ab Euangelista. Eodẽ modo possemus hic dicere quod Apostolus nõ cauit præceptũ legis secundũ verba sed secundũ sensum. Et licet pro Apostoli honore satis rectè per hoc fit respõsum, veruntamen alia de causa nos istud factum esse imaginamur.

Nõ. n. latebat Apost. quomodo haberẽtur illa duo præcepta de cõcupiscẽtia & sub quibus verbis essent à Deo prolata, sed cõsulto sciens & prudens pronunciare voluit præceptũ de concupiscentia, sub vniuersali forma, & non de ea quæ cõtracta erat & applicata certæ materiæ, qualis est illa concupiscẽtia, quæ illis duobus præceptis prohibetur in Decalogo.

Dicis & quãobrem fecit? Nõ vt insinuaret concupiscẽtiam esse generale præceptũ præter illa decẽ: sed vt ostenderet quod cõcupiscentia erat genera le malum, quia est radix omnium malorum, sicut ipsemet alibi palam confessus est dicẽs. Radix omnium malorum est cupiditas, & ideo hęc cõcupiscentia communis est & generale malum, non cõmunitate generis, vel speciei (vt bene notat D. Thom, sed communitate causalitatis (sic ipse loquitur,

tur.) Et ideo, vt hoc cõmune malum ostenderetur per legem, loquutus est Apost. de concupiscentia absolutè, & in generali, abstrahẽdo ab illa, quæ iam est applicata ad certam materiam.

Sed insurgis; dicẽs Cũ lex loquuta sit de cõcupiscentia contracta ad certam materiam, & Paulus vsus fuerit ea absolutè, iam aliud videtur docere a ipsa lege Apost. Respondemus, quòd quãdo lex in illis duobus præceptis vetat concupiscentiam, non solũ in illis sed omnem in ordinatam concupiscentiã prohibet, in quacunq; materia versetur. Non.n, solum modo concupiscentia mulieris vxoratæ prohibetur, sed cuiuslibet alterius mulieris. Nomine.n. vxoris, quæuis mulier intelligitur. Alioqui non vxoratas fas esset concupiscere. Quare Christus prohibens hanc cõcupiscentiam, non dixit, Quicunque viderit vxorem proximi sui, ad concupiscendam eam &c. sed quicunque viderit mulierem: siue vxoratam, siue nõ vxoratam, ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Voluit autem fortassis Deus in lege prohibere expræssim & specialiter illã concupiscentiã quæ versatur illis duabus in rebus, videlicet, in vxore proximi, & in rebus proprijs, & peculiaribus tum, quòd hæc duo genera rerum minus nostra sunt, & hoc titulo magis cõcupira: vel quia in istis duabus rebus magis solet turbari pacificus Reip. stat' In iniurijs quæ fiũt hominib' circa vxores & bona sua: solent esse impaciẽtissimi.

Neqistis dictis obstat quod doctissimus pater Augustinus scripturẽ reliquit dicẽs. quòd in hac vita non adimplemus, nõ concupisces sed concupiscentijs non obedias. Nam sincerus & intentus sensus illorũ verborũ. b. Augustini est quòd nos non possumus in præsenti vita prohibere quòd concupiscentia nõ insurgat & insultet quæmadmodũ ante peccatum concupiscentia erat simul cum natura sed quieta nõ cõmotionẽ siue turbationẽ operans sed post peccatũ nemo potest vetare quominus insurgat & spiritui bellum inferat. Hoc prohibere non intendit præceptum quod dicit; Non cõcupisces: secus in cassum laboraret. Potest tamen cohibere hoc præceptum ne nostra volũtas velit illã inordinatam concupiscentiam: & hoc nos adimplere possumus.

Lib. de Spi, & lit. cap. 36

Sequitur.

Occasione autem accẽpta, peccatum per mãdatum operatum est in me, omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cũ venisset mandatum peccatũ reuixit. &c.

POstquam Apost. ostendit suũ propositum quod erat docere legem non esse causatricem peccati sed indicatricẽ illius quod declarauit in re quæ praua erat sed nõ reputabatur talis nẽpe in ipsa concupiscẽtia interna in qua magis & clarius mõstrata est virtus legis manifestantis peccatum. nam à fortiori vel similis à minori si lex scripta notificat peccatum in interna cõcupiscẽtia quæ minus reputabatur peccatũ nã lex humana nulla indicat peccatum in actu interno saltim vt puniat illud non.n. de occultis & internis se intromittit multò magis in externis ostendere poterat peccatum ipsa lex: multo maiorem vim habeat ad notificanda peccata exteriora quam interiora quæ solus Deus scrutator cordium intuetur. Vnde obseruabit lector peritus quòd lex aliter se habet circa præcepta Decalogi & aliter circa præcepta iudicialia & ceremonialia: quòd illa solum ostendebat & non constituebat. nam non erant præcepta exvi illius legis. ceremonialia autem & iudicialia cum essent ex sua conditione natiua indifferentia ad

bonum atq; malum respectu horum lex non modo erat ostensiua verum etiam constituiua ipsa Moysi lex constituebat præcepta in obseruantia cere monιarum & id circo quòd istorum præceptorum ipsa esset ostensiua uihil mirum erat & ipsa concupiscentia interna ex se mala erat licet non talis reputata quando obliterata erat lex naturæ at hoc propter defectum cognitionis alia vero peccata maxime illa duo videlicet furtum & homicidium in iure naturæ per quam nota erant & puniebantur quod non fiebat de nuda & sola concupiscentia interna quam leges humanę quæ scriptę erant non punιebant sicut vltionem sumebant de furto & homicidio. Et ideo malitia internæ concupicentię discooperienda erat per legem Moysi in qua scripserat. Non concupisces. Postquam ergo Apostolus intentionem legis ostēdit nunc occurrit obiectioni. Nam dicere poterat quispiam quod data lege & indicata concupiscentia & præcepto posito de non concupiscendo ipsa magis excitabatur & maiori cum impetu ferebatur in prohibita. Vbi.n. est maior prohibitio ibi consurgit maior libido. Nam etiam palpabili experientia videmus, quod qnę sunt prohibita, ardentius desiderantur, & cōcupiscuntur. Assimilatur.n. prohibitio, illi aquæ qnę miscetur à fabro ferrario in ignē: quæ cum deberet extinguere ignem semimortuum, eum magis accendit & inflammat: sic prohibitio inflāmat & plus accendit concupiscentiam. Sed in hoc diseri minātur faber ærarius & lex; quòd ille, ex intentione superinfundit aquę modicum, quò ignem magis inflammet, & prunas ardētiores reddat; at ipsa lex prohibens peccatum & concupiscentiam illius, non ea intentione prohibet, vt per se intendat augere peccatum: quòd si augeatur, istud per accidens est, & præter intentionem legis. Et sic non potest dici causa peccatu ipsa lex scripta, nisi per occasionem: non datam, sed aceeptam. Occasio.n. quæ per accidens consurgit, non facit rem malam. Quod ostendit malum, non est dicendum malum. Alioqui, lucem solis deberemus appellare malam. quandoquidem multa ostendit esse mala. Quare, qui malà agunt, lucem fugiunt, & eam odio habent. Et rursus, claritas solis esset incusanda, eo quòd ipsa ostendit formosam mulierem, quæ concupiscitur: quæ nisi esset ostensa à solis luce, nemo eam coneupiscere posset. Neque propter hoc sol debet dici causa illus coneupiscentię, nisi per accidens. Sic lex ostendens materiam occasionis, scilicet, mandatum, quod verat, & prohibet ipsam concupiscibilem rem, non debet appellari causa peccati, nisi per accidens. Nō.n. lex dat hanc occasionem, sed mali homines accipiunt eam. Ideo dicit, legē causam esse, non occasione data, sed accepta. Quoniam ex cognitione & notitia habita per legē (sine cognitione n. nullum fit peccatum) mali homines accipiunt occasionem peccandi. Mali dicimus, quoniam qui boni sunt & virtutis studiosi, quo magis cognoscunt peccatum, eò plus illud fugiunt, & detestantur: neq; ægrè ferunt, quòd mala & praua. etiam pluribus præceptionibus, inhibeantur. Mali verò ècōtra: cō tristantur & torquent seipsos, quia sic putāt abeis auferri vel minui libertatē carnis, quā ipsi tāti faciunt. Vellent nāque carnales & praui homines, sine vlla lege viuere vt carnalia liberius cōplere possent desyderia sua. Et sicut non est refundenda culpa ista in legem prohibentem concupiscentiā, multò minus in datorē legis ipsum Deum, optimum maximum. Nam sicut quādò nos abutimur donis pręclaris à natura & authore eius largitis, neq; culpamus naturā, neque authorem eius, sed nos ipsos ita &c. An nō esset satis mentis inops, qui abusiones nostrorū sensuū in Deū retorqueret. eòquod illorū ipse nobis dator fuerit. Et nūquid, esset freneticus frebici-

Simile.

Simile.

febricitãs ille, qui fremeret in medicũ, & ꝺ eo cõquereretur, ꝙ prohibuerit da ri sibi vas aquę frigidę, in quo ea ꝺũ esset in accẽsa febre. Si nãque medic⁹ pro hibuit, eo fecit, quia sciebat, quod non poterat ebibere illam aquã absq. mag no suę vitę discrimine, cuius rationem habens, iure & riẽ, interdicta fuit illi a qua, qnæ prodesse non poterat, sed be ne nocere. Est sanè concupiscentia fe bris quędam: quæ aliquando & in qui busdam plus iusto accenditur: quare in terdicere oportet eĩ voluptatis aquam, max: ne illam, quę nõ extinguit sitim. Hæc est illa aqua de qua Christus dixit: qui biberit ex hac aqua sitiet iterũ. Sed ad rem nostram. Dicit Apost.

Io. 4.

Occasione aut accep

NOn igitur incusẽt quis legem, quę per seipsam non præbet occasio nem: sed sibi ipsis impurum homines naturam corruptam habentes, & vitiũ amantes. Neque istud legi impingant, quæ manifestat peccati rationem, per quam peccatores minus excusatione digni fiunt. Vbi. n. est maior mali cog nitio, ibi minor excusatio. Vnde rectis simè differebat Christus aduersus Iu dæos dicens: si non venissem, & loquu tus eis non fuissem, peccatum non ha berent: nunc autem excusationem nõ habent de peccato. Tollit igitur legis exhibitio (cum sit lux ne offendamus) excusationis causa.

Io. 15.

Sed cedo Apostole, quid consequutũ est occasione accepta? Respõdet, audi te.

Peccatum per manda.

oper. est in me om. concupis.

QVoniam dixerat capiam fuisse oc casionem, nunc aperit à quo fue rit capta, à peccato nimirũ. Ipsum pec catum fuit, quod accepit occasionem. Sed hoc loco quid veniat intelligendũ peccati nomine, vt dicamus, par est. Sũt qui appellatione peccati hic intelligẽ dum esse volũt ipsum Dæmonem, per quem peccatum accepit initium. Si. n. ad primam transgressionem legis con fugiamus: reuera serpẽtem illum, hoc est Diabolum, iuxta sacræ scripturæ hy storiam, inuenimus caput & princi plũ nostræ ruynę. Ipse. n. astu suo & mẽda cio nostros primos parentes præce pti & legis fecit transgressores, dicens, ac per caput suũ mentiens: ne qnaquã morte moriemini, quinimo eritis sicut Dij scientes bonum & malum: Vnde non ineleganter scriptura, vel potius Spiritus Sanctus, literis mandauit illud, scilicet: Inuidia Diaboli⁹ mors introi- Gen. 3
uit in orbem terrarum. Hæc si absolu tè expendantur, non prorsus extranea erit significatio peccati, si Diabolo a- sapi. 2
daptetur. Verum in explananda sacra pagina quando necessitas non cogit nos, non est opus nomina & vocabu la alienare, & extrahere à sua natiua & vsitata significatione. Vnde in præsen ti loco cum propositum quod tracta tur hic, non cogat nos torquere voca bulum peccati ad ipsum Dæmonem (iametsi ipse fuerit primus author ei⁹) sed conseruantes natiuam & propriã & vsitatam vocabuli significantiam, in ea vsurpare debemus. Sed insurgis dicẽs: Quomodo verificatur quod Apo. hic dicit, si nominatione peccati non intelligimus ipsum Dæmonem? Quod est illud peccatum, quod accepta occa sione operatum est omnem concupis centiam? Est ne actuale, an originale? De hac re non est vnus dicendi modus inter expositores. Plures. n. appellatio ne peccati hoc loco intelligunt ipsum originis peccatum. Non nulli, cum bea to Augustino nomine peccati ipsam con cupiscentiam interpretantur, accipien tes concupiscentiam quę est facultas & potentia concupiscendi. Et hęc senten tia in idem venit cum illis, qui asserunt nominatione peccati Apostolum intellige re appetitum tam, concupiscibilem, quam

quàm irascibilem: quem alio nomine appellant appetitum rebellem, siue fomitem. Hic appetitus erat, qui operabatur omnem concupiscẽtiam in illis, qui subditi erant legi: in quorum persona loquebatur Pau. Sed dicis, Quare tione hęc concupiscentia, siue hic appetitus, nomine peccati gaudet? Responsio est, tum quia effecta est hęc concupiscentia à primo hominis peccato: tum etiam peccatum dicitur, eo quod actualium etiam causa peccatorum est. Addere possumus quod doctè adiecit Cardinalis, esse peccatum, secundum formam: ea ratione, qua portio & pars est peccati originalis. Quare, forte aliqui vtrpantes partem pro toto, dixere, intellectum esse ab Apost. hoc loco peccatum originale: quod, si vsurpetur pro ipsa concupiscentia, etiam post baptismum, remanere in nobis dicere possumus. Nam licet reatus transeat, concupiscentia tamen nobis tam quam comes ad mortẽ vsq; socia est, ad pugnandum cum spiritu. Hoc tamẽ licet inter doctos & sapientes expeditum sit, & perspicuum: inter rudes & idiotas dici non debet: ne existiment peccatum originale non tolli per baptismum, cum audiunt ipsum remanere. Non. n. omnes capiunt differẽtiam inter peccatum originale & concupiscentiam. Quinimo, & ipsi Lutherani plerique, q ui se doctos præsumũt, nescierunt, vel potius noluerunt intellige re, hãc differentiam: sed dixerũt, quòd reatu soluto per baptismum, illa concupiscentia quæ remanebat, erat peccatũ indelebile in hac vita, quod falsi simum est. Cuius falsitas tam manifesta est, vt nulla egeat reprobatione. Non. n. dicitur peccatum. Quomodo autem ab Apost. appellata sit peccatũ, iam diximus, & fortassis inferius fusius dicemus. Nõ. n. nos cõcomitatẽ veluti peccatũ, sed sicut naturę morbus, quẽ esse incurabilem confiteri non veremur. nisi Deus cum aliquo esset in hoc quam munificentissimus. De lege autem communi hoc naturæ malũ nobiscum portamus, donec reformentur corpora nostra, & configurentur corpori Christi. Credamus ergo nos, & firmiter cõfiteamur, quod quicquid est culpæ in peccato originali, totum deletur per baptismi sacramentũ: quod autem remanet, peccatum non est, nisi illud velis appellare peccatum naturę.

Sunt etiam hic aliqui considerantes quod Pau. hic loquitur de peccato in ordine ad legem quam dixit per se nõ fuisse causam peccati, sed tantum secũdum occasionem. Isti volunt Pau. hic loqui de peccatis, quę aucta fuerunt per occasionem legis scriptæ. Et tunc sensus esset, quod peccatum cognitum per legem & mente appræhensum operatur concupiscentiam, hoc est, actum concupiscentię. Quòd si dicas, Peccatum, quando operatur, iam est: quomodo operatur suiipsius concupiscentiam? Concupiscentia nõ est de re iam habita sed habenda. Ad hoc respondent, peccatum tantum esse secundum appræhensionem, sed non secundum actum: & illud persuadent analogia de fine, qui per conceptionẽ mẽtis est causa electionis mediorum. Hæc ingeniosa sunt sane, sed forte à Pau. mente aliena. Vnde, beatus Tho. reiecta hac sententia de peccato cogitatione appræhenso, quod dicitur operari sui cõcupiscentiam in homine, sic dicit. Sed melius est, vt hoc referamus ad peccatum, de quo supra cap. 5. dixerat: quando dixit Apost. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit. Nomine. n. peccati ibi, originale intelligebatur, vt orthodoxorum Patrum vnus est assensus. De hoc inquit Tho. peccato, loquitur hic Apost. quod ante gratiam Christi est in homine secundum culpam, & pœnam: sed aduenientę gratia, trãsit reatu, & remanet actu, quantum ad fomitem peccati, vel concupiscentiam habitualem: quæ operatur in homine omnem cõcupiscen-

cupiscentiam actualem. Hæc ille. Et addit mox, et ad hūc, inquit, effectum in homine operandum, peccatum accepit occasionem ex lege: & hoc insinuauit Apost. dicens, Occasione autem accepta, peccatum per mand. operat. est in me om. concu.

Sed rogas, dicens, Quomodo peccatum accepit occasionem ex lege? Respondet,

Per mandatum.

Esto cautus lector bone circa prępositionē, per. Non. n. intelligas, quod mediante mandato, peccatum sit operatum. Nam tunc mandatum malum & iniustum esset, & culpādum cum eo qui fecit mandatum. Sunt quidam qui mandati nomine intelligūt illud, quod nostris primis parentibus factum est in paradyso: quando Adamo dictum fuit. De omni ligno paradysi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas. Nisi. n. hęc lex positiua posita fuisset homini quę prohibebat edere de ligno aut fructu, non sciuisset concupiscere illud quod malum erat quia prohibitum. Concupiscentia excitata est ex prohibitione: quoniam vt iam alias diximus, nitimur in vetitū. Hęc concupiscentia fructus fuit radix peccati: quæ cognita fuit per legem, sine qua ignorabatur. Vnde, mulier Dæmoni suadenti vt comederet, respondit: De fructu lignorum qnæ sunt in paradyso vescimur, de fructu vero ligni quod est in medio paradysi pręcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Hac lege prohibente cognouerunt parentes comestionem illius fructus esse malam: licet ille fructus esset bonus, vtilis, & delectabilis visu: verum quia vetitus, stante hac prohibitione, edere malum erat. Cognoscere autem istud homo non poterat nisi per legem sibi positā: cuius occasione aucta est concupiscentia illius fructus. Ipsi namque primi parentes inceperunt experiti (etsi malo suo & nō stro quod nos in dies experimur) videlicet, quod nostra concupiscentia exardescit magis in appetentia earum rerū quæ aliqua legē prohibentur nobis: & eo magis, quo res prohibitę ex suo genere non sunt malæ, sed bonæ. Vnde, durius ferimus prohibitionem in rebus ex se bonis, quam in his quæ suapte natura malę sunt: & idcirco maior cōsurgit concupiscentia. Nam quæ ex sua natura mala sunt, quod prohibeantur, æquum videtur: sed quæ sunt vtilia, & delectabilia, & homini voluptari esse possunt ad subleuandos præsentis vitæ labores, hoc grauius sentimus, & propēsiores adista vetita sumus.

Gene. 2

Gen. 3

Hæc licet vera sint, & lectione dignā, dubia tamen sunt, an ab ipso Apost. hic prætensa. Quare magis verisimile & literę affine videtur, vt nomine mandati, intelligatur illud met mādatū siue præceptū legis, quo vetatur concupiscētia. scilicet non concupisces. Per hanc legem siue mandatum, vetatur concupiscentia, fugatur siue expellitur: non secus quam vnū contrarium per aliud. Quando. n. vnum cōtrarium est in subiecto, & aliud ingredi vult, quod erat, renititur ingredi volenti, & insurgit cōtra illud quod ingredi cupit. Istud experiri licet in aqua frigida, quando in eam conatur intrare ignis: frigiditas insurgit, & resistit, quoad potest calori. sic nobis in hoc loco Imaginādum est. Nam pars concupiscibilis, & lex vetās, habent se vt contraria. Lex præcipiens apprehenditur ab ipso appetitu concupiscibili, tamquam inimica, & cōtrarium suum, & tamquam auferēs ac tollens suam libertatem. Per mandatum prohibens libertas carnis tollitur: quod videns ipse appetitus, accipit occasionem. Irruendi in legem siue præceptū tamquam contra illud, quod repugnabāt & contrarium erat suę libertati. Vtide sicut vnum contrarium ad depellendum aliud nō vtitur eo veluti instrumēto, aut sicuti medio: sic nec animus concupis-

cupiscens vtitur mandato vt instrumẽto aut medio ad concupiscẽdum, sed inde capit occasionem concupiscendi, quam lex dans mandatum non dedit. sed ipse appetitus accipit, vt possit defendere suam libertatem.

Quod si dicas, quæ est eius libertas? Respondemus, tẽdere semper ad bona delectabilia, sensibilia, & mundana & absq; freno, cuius vice seruit ei lex prohibens. Per mandatum namque ipse liberè cupit irruere in omne voluptatis genus: continetur autem eius insultus per legẽ, sicut equi impetus per frenum, cui ipse semper resistit (& si opus est) momordet apprehendens ipsum sicut cõtrarium, quod si semel fregerit, mox equitantem in terram proiicit. Constit ues conditiones habet rebellis appetitus, qui vt quoddã brutum se gerit Neque mirum, nam secundum hanc partem brutis similes sumus, & quod deterius est fim°. Quare non absre Propheta clamabat dicens. Noli e fieri sicut equus & mul°. Psalm. 31.
In his. n. duobus animalibus hæc duo significantur: erecta cervix & libido. Equus n. erecta cervice alteri animali subditus esse non vult. Sic appetitus effrenis rationi parere renititur: & vt equus in stabulo recalcitrat, nec prope se aliud iumentum non sustinet, (nec etiamsi sit suæ speciei) ita effrenis concupiscentia recalcitrat contra rationem & spiritum, equus indomitus est. Per mulum auten denotatur ipsa carnis libido, quæ non committitur & exercetur in eadem specie, sed in diuersis. Mulus enim ex equo & asino originem trahit: & sic in mulo libido ad alienam speciem significatur. Sic etiam appetitus sensitiuus effrenis aliquando suam libidinem extra speciẽ suam exercere cupit. Quare appositè dicebat Dauid hominibus talem appetitum habentibus. Nolite fieri sicut equus & mulus. Dixit autem nolite fieri, & non dixit nolite esse: eo quod deterius est fieri mulum, quam esse. Quo- Ubi sup.
niã esse mulũ, nec virtus nec virtuꝑ erium est: at fieri mulum, vituperio nõ paruo datur. Homo namque multus factus, multò fœdiores concupiscentias habet: nã & quæ naturales, & quæ contra naturam sunt appetit.

Sed iam Apostolum rogemus, quid effectum sit à peccato per mandatum dicit. paucis dicam.

Operatum est in me om. concupisc.

NEquam operatio. Mandatum bobonum, & operatio mala. Mandatum iustum e rectum, occasio mala Peccatum peius, concupiscantia pessima. Quod verò dicit, operatum est de pecato intelligi debet, non de mandato. Nam mandatum non operatur concupiscenciam, licet ab eo accipiatur occasio concupiscendi. Si n. istud intelligatur tam de primo mandato quod Deus primo homini tradidit, quam de primo peccato, istud fuit, quod operatum est omnem concupiscentiam. Sed hoc factum est occasione accepta à mandato. Quare non sine causa Apost. statim in principio sermonis apposuit verba illa, occasione autem accepta. Quod fecit ad tollendam omnem occasionem, ne quis existimaret, mandatum fuisse directè causam mali, non solum occasionalẽ, sed etiam directam: modo autem apposita illa verba, scilicet, occasione autem accepta, tollitur talis suspicio.

Apposuit autem Apost. hic hæc verba & non quando dixit, quod lex operabatua iram, & quòd passiones peccatorum erant per legem: quæ verba etiam sunt intelligenda, per occasionẽ acceptam: nam lex nec est causa directa iræ nec passionum peccarorum: aliàs non esset bona. Quod autem aliquis a re bona accipiat occasionem (maximè si est homo nequam) operandi malum: nihil mirum: ex bonis

enim

Simile. enim operibus arrogans & superbus occasionem mali accipit. Est autem homo prauus aranex similis: quæ omnia in venenum conuertit: etiam ipsa mel lita. Vnde non ex legis veteris malitia prouenit, quod viciatus homo accipiat occasionem mali: nam istud non tantummodo huic legi conuenit, sed omni. Ex ipsa etiam Euangelica lege praui accipiunt occasionem mali. Sed depravatis hominibus quid non est mali occasio?

Sed ad rem reuertentes. Apostolus in his recensitis locis non apposuit illa verba, hic autem expressit, eo quod dixit. Per mandatum. Quod verbum maximã suspicionẽ facere poterat. Quandò verò dixit, quod lex operabatur irã: non denotauit per quẽ, an per se ipsam vel per aliud. Et idcirco nòn fuit illic tãta necessitas apponendi illa verba, sicut hic: vbi dicebat, quod peccatum operatum fuit concupiscentiam per mãdatum. Hoc verbum, per mandatum; suspicionem videbatur præferre: quę sublata fuit per illa verba, scilicet, Occasione autem accepta. Verumtamen est quòd si Apostolo non apposuisset, subintelligenda veniebat; sicut in multis alijs locis, in quibus non apposuit, sic interpretes declarãt: vt est ille locus vnus ad Corinth. vbi dicit, quod virtus peccati est lex. Quod dictum intelligendum est secundum occasionem. 1. Cor. 15.

Sed quid peccatum per mandatum operatum est, & in quo? Respondet, si personam quæritis, scitote me illam esse. (In me.) Quis non vult hic Apostolum de seipso loqui, non tantũ pro se, sed pro omnibus hominibus? Quod enim efficiebat peccatum in illo dum esset sub lege, idipsum præstabat & catisabat in alijs, Quare ergo seipsum tantum nominat? Vt doceret Romanos; quod ipse, in seipso expertus erat quod docebat. Experto credẽdum est, & multo plus quando quis in seipso est expertus. Quare à beato August. edocti, non recusamus dicere, quòd Apostolus hic suam de se ipso anũciat & prædicat experientiam, quando dixit. (In me.) Q.d. Mihi experto credite vos Romani, expertus loquor vobis: nam hoc malum in me quoque grassatum est. Nulli pepercit, non est qui se abscondat à calore eius. Ego meipsum homino, nõ quòd solus sim, nõ sum solus: sed ideo, quia malum hoc, melius cognoscit & sentit quis in seipso, quam in alio. Ego nuncio vobis, quod in me comprobo. Ab hac miseria non me eximo: in me operatum est.

Sed tandem, dicito quid operatum sit Dicit.

Omnem concupiscentiam.

NOn fuit ei satis dicere, concupiscentiã: sed apposuit notam illam vniuersalitatis, omnem. Virunq. verbum emphasim habet & signum, omnem, & nomen concupiscentia; Non dicit concupiscentiam, sed concupiscentias. vniuersali nota vsus est Apost. vt ostenderet concupiscentiã genus esse, quod distribuitur in varias species. Nõ, enim vna tantum est species concupiscentiæ: sed in multas distributa est species & partes, iuxta multitudinem eorum quæ concupiscimus. Effrenis enim appetitus non est limitatus ad concupiscentiam in vno tãtum peccatorum genere: sed nitens pro sua libertate vagatur per omnes prauos motus, vndecũq. veniant. siue à facultate concupiscendi, siue irascendi. Concupiscentiæ nomen hoc loco omnes concupiscentias ambit. Et licet hic appetitus aliquo tempore abstineat se à concupiscentia alicuius rei, tamen si intelligit inhibitam sibi esse illam rem per aliquod mandatum statim incipit illam concupiscere. Cum igitur concupiscẽtia habeat multas partes, vt eas cõprehenderet, dixit Apost:

Omnem concupis.

Sunt

hic vocat peccatum, erat cohibitus & ligatus per iustitiam originalem, nisi dicendo illum esse mortuum: non quod reuera & reipsa esset mortuus, sed quod haberet se, ac si esset mortuus. Vnde, non appellauit hic mortuum, id quod absolutè non est: sed id potius, quod cum sit, habet se ac si esset mortuum. Homo enim mortuus, nihil mali agere potest. Sic erat in homine in illo statu appetitus sensitiuus: qui licet exire posset in alios actus, non tamen in actum, qui esset peccatum: & cum nondum esset hominifactum mandatum, ne comederet de vetitæ, arboris fructu: peccatum per mandatum non operabatur concupiscentiam, quia non erat, nec erat aliqua prohibitio, vnde posset accipere occasionem. Et sic pro hoc tempore dicebatur peccatum esse mortuum: aduenientе autem mãdato, peccatum quod erat mortuum, reuixit. Nã iam habuit homo, vnde acciperet occasionem concupiscendi id quod erat prohibitum. Et tunc dicit Pau. in persona generis humani existentis in illo statu sed habito mandato, dicit, quod occasione accepta, non data, peccatum per mandatum operatum est omnem concupiscentiam. Nam lex siue mandatum datum à Deo, iam dicebat quod non concupiscceret fructum vetitum. Mox vt datum fuit homini mandatum prohibens, insurrexit vis concupiscibilis contra illud mandatum, quasi qui vellet vendicare proptiam libertatem, quæ ablata fuerat ei per illam legem. Iuxta hanc quam dedimus huius loci intelligentiã germanus iste est sensus. Sine lege enim hoc est priusquam datum esset mandatum homini de nõ comedendo fructu: peccatum hoc est, appetitus sensitiuus, qui in nobis causa est peccati (quo titulo appellatur à Pau. peccatum) hic appetitus, erat mortuus, hoc est, sopitus & ligatus, ne insurgeret: multo perfectiori modo, quam modo sit sopitus in pueris & infantibus. Nam multò perfectius erat donum iustitiæ originalis, & efficacius ad hoc præstandum, quam puerilis ætas. Gratia enim naturę viribus præstantior est.

Hic est ergo vnus sensus horum verborum, Interpretatus de primis nostris parentibus pro illa morula temporis, qua stiterũt in illo primæuo statu, absq; aliqua lege & mandato positiuo. Sunt tamen nonnulli, qui ducem Origenẽ sequuti, ad legem naturæ hoc Pau. dictum referunt. Dicunt q. ex tanti doctoris sententia, Apost. hic non de primo illo mandato facere sermonem: sed de lege naturæ: istudq. vetificari volunt, non in omnibus hominibus, sed tantũ in pueris, qui ante vsum & functionem rationis verę dicuntur esse sine lege. Isti in hac ætate sine lege viuunt, quæ illos constringat & obliget. Et sic in illo ætatis puncto peccatum actuale dicitur esse mortuum. Nam (vt alibi Pau. dicit) cum essem paruulus, loquebar vt paruulus; sapiebam vt paruulus; Paruulis namq interea dum tales sunt, non imputantur illis, illa quę in adultis indubiè peccata forent, eo quòd adhuc nõ habeant actualem rationis vsum & functionẽ: postquam autem venerint ad vsum rationis, & eum nacti fuerint sufficienter, iam non dicuntur esse sine lege; quam cum habeant, peccare quoq. possunt, si illius sunt trãsgressores. Lex enim pro transgressoribus posita est. Vnde (si nostro Aquinati credimus, licet reliqui repugnẽt) primum peccatũ quod quis comitit, non potest esse nisi lethale, post ipsum originale. Sunt tamen de schola hęc: litigent qui volunt de his. Ratio autem quæ mouit Origenem, ad asserendum Pau loquutũ fuisse de lege naturali, est, quia ipse dixit & fatetur, se aliquando vixisse sine lege; cũ tamen esset in peccato originali conceptus, & sub lege Mosayca natus, & nutritus. Si non intelligatur, in quit sermo eius de istã lege, falsus videtur esse Apostolus, istud dicens.

1. Cor. 13.

Vide D. Th. 1. 2.

Sunt alij, qui re paulò diligentius examinata, existimant (& nõ malè) Apo-

neq.

neque de præcepto primo, neque de lege naturæ, hic esse loquutum: sed de ipsa lege Mosayca, de qua hactenus nō breuem sermonem habuit. Et huic sententiæ tanquam veriori & ad Paul. mētem propinquiori nos adhæremus, & subscribimus: quod vnica tantum ratione suademus, cum existimemus, istud (saltim doctis) fore non obscurum. Est autem ratio huiusmodi. Si Pau. perseuerat ostendere & manifestare assertū illud, videlicet, Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces, hoc est præceptum expressum in lege veteri (vt suo loco diximus) datum populo Iudaico, & non primis parentibus, non est igitur facilè creditu & vero simile, Paulum diuertisse se ad legē naturæ, quomodo autem sit intelligendum quod Apost. dicit. Ego autem viuebam sine lege aliquando, statim nos dicemus. Nunc autem pro certo tenemus (maximè suffragantibus nobis tribus illis illustribus doctoribus ac patribus, scilicet, Ambrosio, Augustin. atque Chrysost. vna cum alijs multis quos breuitatis gratia tacemus) teneamus, inquā, firmiter Apost. hic loquutum fuisse de lege scripta, & nō alia. Et quod de lege dicimus, idipsum dictū volumus de peccato: nimirū, quod hic appellatione peccati, actuale intelligatur & non aliud: quod sine lege scripta mortuum erat. Sed hoc cum aliquantulum difficile sit, enucleari oportet fusiùs. Vnde pro clariori notitia huius rei sciendum est, peccatum esse mortuum, multis modis intelligi posse, Nam viuere & mori, non propriè: sed per traslationem dicuntur conuenire peccato. Et idcirco, primò viuere, quando imputatur. & mori quando non imputatur. Imputatio est vita peccati: non imputatio dicitur eius mors. Et ideo cum ante legem Moysi peccatum non imputaretur (saltim omne) appellauit Apost. peccatum mortuum: quia sicut dicebamus: non imputatio dicitur peccati mors. Et (nisi fallimur) credere possumus. Apostolum non fuisse loquutum de omni peccato actuali, sed tātum de peccato, quod lex prohibebat per illud præceptum, scilicet, Non concupisces. Et hoc est peccatum quod Paul⁹ dicit sine lege esse mortuum. Nam iam antea palam ipse cōfessus fuit, quod ignorasset concupiscentiam, nisi lex diceret Non concupisces.

Sed insurgis dicens: Quando Paulus ignorabat concupiscentiam, nisi quando erat puer? Istud nihil est: nam Paul. puer per experientiam ignorabat concupiscentiam, vt cæteri pueri: sed grandior effectus, experiebatur eam, ignorans eam esse peccatum. Vrges; Paulus iam sciebat legem scriptam, in qua edoctus fuerat. Fatemur libenter: sed memorem oportet illum esse qui hoc objicit, illius quod iam admonuimus semel, vel bis; nimirum, quod Apostolus non tam loquebatur in toto hoc capit. in propria persona, quàm in persona communi omnium hominum. Vnde aiunt aliqui, in ore Gentilium qui erant sine lege Moysi Paulum hic habere sermonem: & ideo aptè in persona Gentilis cuiusuis dicere poterat, Ego autem viuebam aliquando sine lege, scilicet, scripta. Gentiles namque sine ista lege vitam degebant. Fortè acriùs insurges dicens: Iam erat lex, quæ vetabat peccatum, naturalis nempe: quæ tametsi esset obscurata, obscuritas illa non faciebat peccatum mortuum: nam non reddebat illos excusatos: neque Paulus excusauit illos, qui erant in ea lege viuentes: quinimo durè increpauit illos, recēsens & enarrans illorum flagitia & inormia infandaq; crimina, vt videre est in hac epistola cap. 1. Scimus & non nos latet, quid ad hoc plerique docti solent respondere, dicentes peccatū fuisse mortuum, quia ab hominibus non cognoscebatur completa cognitione, propter naturæ lucem obtenebratā. Aduenīte autem lege Moysi, multò maior, & clarior facta est peccati notitia: & potissimè, si loquamur de originis peccato.

& de

& de illa concupiscentia quæ ab illo pullulauit, quasi mortua erat ante legem cogniram, hoc est fermè ab omnibus ignorata, in ratione peccati. Existentibus autem hominibus in hac cæcitate, peccatum siue concupiscentia, quasi dormiens & mortua erat in hominum reputatione. Vnde sic reputata non imputabatur. Quare bene dicit Paulus in persona Gentilis, sine lege peccatum fuisse mortuum, hoc est, ignoratum. Ignorabat enim Gentilis, cum existeret absque lege scripta concupiscentiæ vitium: & ideo non excitabatur ad concupiscẽdum, per aliquã legem prohibentem, quæ ei diceret, Non concupisces. Qua lex cum data esset populo Iudaico, & non Gentili, in illo efficatiam suam completam habebat, & illi imputabatur, & non Gentili: cum non esset ei lata. Vnde bene addit Apostolus transferens personam suam in personam Gentilis.

Ego autem viueb. sine lege aliquando.

EX dictis facile est intelligere, quid sibi velit Paulus in his verbis, quæ doctissimus Origenes dicit se non posse intelligere, nisi hic Pauli sermo sit de legẽ naturæ. Sed reuera postquam Paulus hoc non dicit in propria persona, sed in aliena, facili negocio verificantur ista verba in persona Gentilis: in quo Deo permittente, & illius peccatis exigentibus, passus est hanc peccati siue concupiscentiæ, ignorationem, in qua sepulta fuit vsque ad aduentum legis scriptæ, quæ postquam lata fuit, incepit reuiuiscere, non vita naturali. sed vita peccati, quæ erat mors nostra. Quãdo enim peccatum viuit, nos morimur quando verò peccatum mortuum est, nos viuimus. Tunc dicere possumus: Ad Galat. 2. Viuo ego, iam non ego; vivit verò in me Christus.

Sed cum vèniss. mand. peccatum reuixit.

HOc si ad primum hominem Adamum referamus (vt multi volunt) mãdati nomine aliud nõ debemus intelligere nisi præceptũ illud quod Deus ei dixit existenti in paradyso, ne comederet de vetito fructu. Venit nãq; hoc mãdatũ citissimè post creatũ hominẽ, & in paradyso collocatũ. Quę autẽ fuerit necessitas imponẽdi illi talẽ legẽ positiuã, quã Deus sciebat mox ante rẽporis longum interuallum infringendam ab homine esse, nõ est præsentis loci & rẽporis dicere. Probãdus.n. erat homo in certamine, quod habiturus erat cum dæmone, cui homini promissa erat corona quam non dat Deus nisi legitimè certantibus atque victoribus.

Si enim præceptum illud hominis datum non fuisset, dæmon colluctandi cum homine occasionem non habuisset. Accepit enim sathan occasionem à mandato homini facto. Neq; inde colligendum (vt diximus) mandatum causam fuisse ruinæ hominis. Si igitur hæc verba Paul, ad primum hominem accõmodentur, sensus est. Cum venisset mãdatum, illud scilicet, Ex omni ligno paradysi comede, de ligno autẽ scientiæ boni & mali ne comedas, in quacũque.n. die comederis ex eo morte morieris: peccatũ reuixit. Peccatũ, id est appetitus sensitiuus, siue concupiscẽtia, quæ quasi sopita erat, circa fructũ illum vsũ delectabilem, reuixit, & aucta est. At dici Si peccatum reuixit, iam innuit Apost quod ante viuebat. Acute, vt solet occurrit Cardinalis huic obiectioni dicẽs, Resp. nõ dixisse Apost. reuixit, eò quòd prius peccãdo vixerit: sed quia antea dixerat hanc concupiscẽtiam mortuam fuisse, & mori non dicitur nisi quod vixit, oportuit dicere, peccatum reuixit. Mortuum enim viuere, est reuiuere.

Verumtamen si nomine mandati intelligamus, non illud mandatum

homini primo præscriptum, sed ipsam legem Moseos scriptam, vel mandatum factum in lege quæ dicebat, Non concupisces. Tunc sensus est, quod data, lege per Mosen, peccatum reuixit: tum, quia magis fuit cognitum, quã esset: vel quia imputabatur, & puniebatur. Vel reuixit, quia concupiscentia aucta est, & incrementum accepit, adueniente mandato. Audita lege, quæ dicebat, Non concupisces, in homine cepit viuere concupiscentia, quæ ante legem vt mortua habebatur in hominum opinione. Vnde videntes homines quod lex vindictam habebat, & sumebat vltionem de peccato, conceperunt metum & timorem, ceperuntque aperire oculos, quos peccatorum multitudo clauserat, sicque cognitum fuit, quod eos latebat. & de pœna peccato debita, notionem & notitiam habuerunt, nedum notitiam peccati, vt erat contra rationem, verum etiam vt erat contra Deum, veræ beatitudinis datorem, & quatenus erat obnoxium pœnis æternis, & dignum priuatione diuinæ visionis. Hanc cognitionem nactus est homo per legem Moseos, quã antea non habebat, ad minus plenam & completam,

Sequitur.

Ego autẽ mortuus sum, & inuentum est mihi mãdatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nã peccatum occasione accepta, per mãdatũ seduxit me, & per illud occidit. &c.

PAlam est, & luce meridiana clarius constat Apostolum non de se loqui, sed de aliena persona. Sicut enim ipse ante legem non erat, neque quando hoc dixit, mortuus erat, sic se esse fatebatur dicens.

Ego autem, inquit, mortuus sum.

IN confesso igitur est, hic Paulum induere alienam personam. Sed dicis, Quę est hæc persona? Respõdemus, si perstistendũ est in sententia illorum qui volunt Pau. hic loqui de mãdato Adamo dato, huius personæ gerit vicẽ. Ipse Adã est qui dicit (nõ solũ vt homo singularis, sed cõmunis) Ego autẽ mortuus sum: vel fui. Aptior lectio est fui, vt respondeat illi verbo, reuixit. Fui, inquit, mortuus. Modũ si scire cupis lector Catholice, recure ad 2. & 3. cap. Geneseos, vbi abundè ostẽditur, quod hic succinctè & compendiosè nunc dicimus. Data enim homini lege, serpens protinus aggressus est mulierem, prohibitionis inquirens causam. Cur, inquit, præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradysi? Cui respondit mulier. De fructu lignorum, inquit, quæ sunt in paradyso vescimur, de fructu verò ligni quod est in medio paradysi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud ne fortè moriamur. At serpens, quod non erat futurum, pollicitus est eis, dicẽs. Nequaquã morte moriemini: quinimo aperiẽtur oculi vestri, & eritis sicut Dij scientes bonum & malũ. Quod audiens mulier, quod scilicet futuri essent sicut Dij appetitu propriæ excellentiæ tacta: dęmoni fidem dedit, sicque auersa à Deo per mentis elationem & superbiam fuit. Tunc concupiscentia cepit exardescere, quò factum est. vt ipsa nedum comederit, Sed etiam virum induxerit ad comedendum. Vnde mox prolapsi sunt ambo in illas pœnas, quas Deus pro transgressoribus mandati apposuerat, scilicet. mortem animæ, & corporis, sed diuerso modo. Nam mortem animæ statim incurrerunt, corporis autem, non mox, sed procedente tempore. Non enim statim mors corporis consequuta fuit, & executioni

ſioni mandata, ſed ſtatim tantum in neceſſitatem moriendi ipſi, & nos cum illis incidimus. Cum igitur res ſic vſu venerit, ſicq; peracta fuerit, bene poterat Paulus in perſona primi hominis, & omnium dicere, Ego autem mortuus ſum. Hoc eſt mortuus, in anima, & in corpore; habeas moriendi neceſſitatem.

Si verò hæc verba referantur, non ad primum hominem, nec interpretentur de mandato ei exhibito, ſed in alia perſona à Pau. dicta fuiſſe dicamus, diſcutiendum eſſet, num in perſona Gentilis, vel Iudæi Sed iſtud reuera verificari non poteſt in perſona Gentilis, cui non fuit lata lex. Quare iam res non cogit, vt intelligamus, in perſona Iudæi cui data fuit per Moyſem ipſa lex. Vnde ſenſus eſſet, Ego autem Iudæus mortuus ſum. Neque huic intelligentiæ officit, quod nunc nunc loquutus fuerit in perſona Gentilis. Nam iam à nobis admonitum fuit, quod Apoſtolus gratia doctrinæ, modo in vnam, modo in aliam ſe transferebat perſonam.

Dicit ergo, Ego Iudæus, carnalis, ſcilicet, & volens manere in meo Iudaiſmo mortuus ſum, vel fui, adueniente mandato; quia perpetraui, quæ lex & mandatum prohibebat. Lex dicebat, Non concupiſces vxorē, vel rē proximi: Iudæus è contrario faciebat. Lex vetabat homicidium dicens. Non occides, Iudæus occidebat. Et ſic de alijs. Et ſic mortuus fuit Iudæus, hoc eſt mortuum vel morte dignum, ſe agnoſcebat, tanquam violatorem legis quæ ſibi data fuerat. Per legem. n. ſcriptam (vt iam ſæpe diximus) commiſſa peccata magis cognoſcebantur digna eſſe morte.

Cæterum ſi quis nos roget, an hæc verba in perſona Pauli reddi poſſent vera, reſpondemus, aliquo pacto fieri poſſe, quāquā ipſe non hac intentione dixerit. Nam quando ipſe erat ſub lege multa egit aduerſus legem. Paſſim concupiſcentiam habuit eorum quæ lex vetabat. Complicē ſe exhibuit in morte beati Stephani, & acērimus fuit Eccleſiæ hoſtis & perſecutor: & alia id genus perpetrauit. Et ſic meritò ſe poterat adnumerare inter illos Iudæos, qui in Iudaiſmo perſeuerare volebant: in quo & ipſe gloriatur ſe ſupra multos coætaneos ſuos profeciſſe. Veruntamē de his quando protulit hæc verba, nihil cogitauit: ſed loquutus eſt in genere, de quocunque carnali Iudæo.

Et inuentum eſt mihi mandatum quod ad vitam hoc eſt ad mortem.

DEclarat Paul. vnde venerit mors animæ Iudæo carnali volenti perſeuerare in ſua lege. Ex duobus, inquit, Primò occaſionaliter à lege & mandato: ſecundò ex hominum vitio. Q. d. Re ipſa compertum & exploratum eſt legē quæ ad viuendum mihi Iudæo data fuerat, factā fuiſſe occaſionē ad mortem. Mandati namq; appellatione hic, legem intelligit. Caue tamen hic lector Chriſtiane, ne culpes legem ſiue mādatum. Nam mandatum bonum erat, & non intendens mortem ſed vitam. Nā ſcriptum eſt. Dedi cis præcepta bona, & iudicia quæ faciens homo viuet in eis. Intentio igitur dantis bona erat, qui nō vult mortem peccatoris, ſed vt viuat. Quomodo igitur cauſata fuit mors? Secundum occaſionem quam Iudæus homo ex mandato accepit. Non eſt factum ex natura mandati. Sicut quando quis abutitur vino, & efficitur ebrius vinum non dicitur cauſa, ſed abuſus bibentis. Vnde vulgo dicitur, Non eſt culpa vini, ſed bibentis. Alia cauſa fuit peccatum, ſiue fomes. & concupiſcentia effrenis. Hæc videns legem prohibentem, quod ipſa optabat, ſuo vt faceret appetitui ſatis, non curauit trāſgredi mandatum, mox mors fuit in illa, quæ quaſi de improuiſo venit, etiam non vocata. Clamauit homo dicēs Ego mortuus ſum, hoc eſt cognou-

Ezech. 20.

reſpon.

ſimile.

exhibitionem mandati non euenisse mihi ex animi sentētia,& intētione dātis.Nam diū erat mihi vt viuerē, & cessit in mortem. Quid factū est istud, o bone Apostole? Audi lector illum.Nā peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me,& occidit. Textus.

Ex iam dictis, facile est intelligere, quod hic Apostol. dicit. Repetit quod antea dixerat,Oratorum more. In horum consuetudine siquidem positum est,quod conclusum est repetere. Concludere hic intendit vitium non fuisse in lege, sed in homine. Lex nāq; mandando extimulabat peccatū,& eius intelligentiam dabat. Quam cum nollet carnalis Iudæus recipere,itam & mortem operabatur, non solum corporalē sed etiam spiritualem : tametsi iste non esset legis finis,sed cohibere homines à peccato, ducereq; illos per vias rectas, & bonas in vitam æternam: quas si ipsi ingressi fuissent, ex carnalibus Iudæis, effecti fuissent spirituales Iudæi, per Messiam,verum Iudæum. Qui cum esset verus, & potens etiam medicus, ad curandum eorū carnis,& animæ morbum,per sacrum baptismum,tanquam per efficacem medicinam : curati fuissent, si tamen sciptos infirmos esse cōfiterentur, vno pro omnibus dicente, Infirmus sum sana me Domine. Quod si istud non est factum, non debemus culpare legem, quæ suo bene & abnndè functa est munere. Si autem homines aliquid damni passi sint,ex lata lege istud per accidens euenit.

Porro explicat hic Apostolus modū quoillus quod erat ad vitam datum cōuersum est mortem,hoc videlicet modo.Peccatū,hoc est appetitus sensitiu⁹, siue fomes sensualitatis corruptus,accipiens occasionē a lege scripta bona,seducebat homines,vtà rectitudine rationis & honestæ vitæ auocare illos,inducereq; ad cōcupiscenda carnalia desyderia: & non modò seductor erat, sed impellens illos ad peccandum,interfector erat, & hoc faciebat occasione accepta à lege, quę prohibebat peccatum & concupiscentiam. Quod si hæc duo habet officia hic homo inferior siue portio sensualitatis, vigilandum nobis esset,& cauē ambulandum,ne suis blāditijs,seductor iste appetitus deluderet nobis,atq; nos necaret. Sed dicis,Quomodo peccam⁹,si sumus seducti? Et portio inferior, quomodo potest seducere superiorē? Ad hoc respōdeti potest illud quod doctissimus pater Sotus diligēter ad notauit, dicēs, in pręsentiarū seducere,idem esse quod ad peccatum inducere, quę inductio animæ est occisio. Os quod mentitur, inquit quidam, occidit animā. Et non solum mēdaciū, sed omne peccatum occisor animi est. Resp. Sapi.

Cęterū,nolumus hic dissimulare & silentio prætirire, duo esse verba in hoc textu,quę multos mouerūt interpretū: vt interpretarētur hunc textū de primis nostris parētibus quādo peccauerūt,in quo peccato manifesta fuit seductio. Pau. nāq; alibi manifestè confitetur,in prima pręuaricatione mulierē fuisse seductā, quā seductionē ipsamet mulier ore proprio cōfessa est quādo dixit,serpens decepit me. Verbū etiā, quo vsus est hic Apo.scilicet,occidit,de hoc ipso plusquā coniecturam facit. Peccatū.n. primorū parētum & eos & nos verè occidit.In eo tamē tātū deceptio fuit mulieris, nō viri. Mulier.n. excusauit seyt decepta, vir autē, vt allect⁹ ab ipsa Eua. Credibile valde est,Adamū adductum fuisse ad comedendū vetitum fructum mediātibus multis mulieris blāditijs.Sic etiam Dalida fortissimum Sāsonem seducere conabatur.His namque armis, solent mulieres viros quosq;,etiam fortissimos superare, deque eis triumphare. Quæ arma quò sunt molliora, cò sunt deteriora & crudeliora. Caueat sibi ab eis quisq; fuga optimum est remedium, si sanctissimo credimus Hieron. Rab. Tho. Genes. 3. Iudic. 16. Non vni medium

Animaduertat hic lector (quod ex occasione tantū dicimus) quod serpēs, quando decepit Euā, eam iam inuenit tactam cupidine vetiti ligni. Non ipse geni-

genitor illius fuit, quando eam tentauit: sed extenuauit & exinaniuit culpã, dicens; Nequaquam moriemini. Q.d. Non tam dure vobiscum Deus se habebit, pro re tam exigui momenti. Iste est astus & dolus Cacadæmonis, quo sæpissimè adsolet ipse seducere, nedũ mulieres, sed & viros. Minima, & leuis, & venia digna facit peccata nostra, vt ea perpetrare non recusemus. Et hoc potissimè agit, quoties nos videt inuolutos & propẽsos ad cupidinẽ alicuius rei, quã ardenter cupimus. Videns nos hic noster aduersarius in peccato perpetrando dubios & vacillantes, ad illud comitendum impellit, & animat peccatores, attenuando diminuendoq; quãtum potest, criminis grauitatem: quæ cum sit magna, ipse suo dolo & astutia vt seducat, fingit esse leuem. Sic vsuenit, in circunuentione primæ mulieris. Et fortè, habito consensu mulieris, hic versipellis & astutus serpens (qui erat callidior cunctis animãtibus quæ erãt super terrã) mulieri iã tẽtatæ, suasit, vt nedũ ipsa comederet, sed virũ suum ad comedendũ quoq. induceret: quod satis aperte ostẽdit, verbũ illud Adæ, in sui excusationẽ à se adducti, dicẽtis; Mulier quam dedisti mihi sociã, dedit mihi de fructu, & comedi. Non sic leuiter dedit, nec ipse leuiter comedit: sed comedit, si nõ vi, & coactus: multis tamẽ precibus, blanditijs, & supplicationibus agitatus. Et fortassis importunè, & opportunè, à muliere commotus. Vtcũq. res euenerit, hoc vnum pro indubitato habere debemus, quòd media ipsa Dæmonis seductione, mors in orbem terrarũ ingressa fuit. Quare, nulli mirũ esse debet, si aliquis (de literis benemeriti (istum Pauli textũ ad nostros primos parẽtes retulerint. Sed dicet fortè quispiam: Quomodo verbũ seduxit potest quadrare cũ primo homine? Nã aliud videlicet, occidit, bene potest conuenire. Mors etenim per Adamum ingressa est. Sed difficultas est, quomodo Dæmõ hominẽ seduxerit; cũ alibi Pau, sit inficiatus, hominem fuisse seductum: sed solum dixit, mulierem fuisse seductam. Quomodo igitur potest dicere Adam hæc verba scilicet.

Gen. 3.

1. Tim. 2.

Peccatum occasione accepta per mandatũ, seduxit me.

Respon.

SI non fuit seductus? Pro huius rei clariori notitia, hoc præmittere nos oportet, scilicet, quod de seductione Euę palã constat in sacra scriptura tam ex nouo, quã ex veteri instrumẽto. 2. Cor. cap. 11. dicit Pau. Timeo, ne sicut serpens seduxit Euã astutia sua, ita corrũpantur sensus vestri, Et Ge. 3. (vt supra diximus) ipsamet, corã Deo fatetur, se fuisse seductã. Adã vero, nõ est istud cõfessus: sed reiecit culpam in mulierem quam ei Deus dederat sociam. Vnde satis patenter de scripturis colligitur seductio mulieris, non autem viri. Et hoc est quod malè habẽt, si istum textum adaptare volumus ipsi Adamo. Verum tamen, qui mordicus istud sustinent, occurrunt, dicẽtes: quod bifariam possumus intelligere, Adamum fuisse deceptũ: altero modo in se, altero in muliere: & hoc secundo modo, fatentur deceptum fuisse Adamum, in muliere. Cui deceptioni aliquomodo consensit Adam: tũ quia comedit sicut & mulier, tũ etiã, quia mulier volẽti comedere nõ restitit: nã sub ipsius potestate erat in hoc, & illã docere poterat sed ipse ei placere volens, paruit ei, quod facere non debebat. Secundò respõdere possumus, quòd Paulus loquitur de seductione quæ facta est per serpentem callidum: & ideo non dicit quod serpens seduxit illum: sed peccatum asserit fuisse quod seduxit illum.

Peccati autẽ nomine hoc in loco, iuxta istorũ intelligẽtiã, intelligitur ipse appetitus siue (vt illi dicũt) inferior pars animi. Hęc est quę seduxit, occasione accepta per mãdatũ: & ipsa quoq. est quę induxit mortem, tã animæ, quam cor-

poris, per mandatum: non tanquã per medium, sed per mandatum repellendum tanquam contrariũ suæ libertati. Sed dicis; Quomodo hic dicitur, causã deceptionis fuisse partẽ illam inferiorẽ si Eua attribuit illud serpenti. Ad hoc conciliandũ dicimus, deceptionem illã habuisse vnam & alteram causam, vnã internam, & aliam externã. Hæc fuit dę mon, siue serpens, interna autẽ fuit peccatum, hoc est, inferior portio animi, quæ cõcupiuit fructũ illum visu delectabilẽ. Et isto modo cõcedere possumus, vtrũq; patentẽ seductũ fuisse, non à serpente, sed à portione inferiori, quæ ab Apost. dicta est peccatũ, eò quod ipsa pellicies fuit illos ad peccandũ. Adde tu quoq; docte lector, quod in præsentia Apostol. vsus est verbo seduxit, pro eo quod est adducere à vta recta. Sicq; cũ appetitus ille sensitiuus abduxerit vtrũque parentem à recta via, inre dici potest, ambos fuisse seductos: quæ abductio designata est per verbum seduxit.

Conciliatio. Quando verò Paulus alibi dicit, Euam fuisse deceptam, non Adamum loquebatur de deceptione quæ facta est immediatè per serpentem; à quo delusa tantum fuit Eua, non autem Adam. Illa quidem existimauit, esu illius vetiti ligni, se consequuturam scientiam boni, & mali: hoc autem non est arbitratus Adam, sciens per efficatiam corporalis fructus, non posse gigni scientiam boni, & mali. Nihil.n. agit vltra suã speciem. Arbor nãq; vtæ, vim & virtutẽ habebat corporeã, ad consequendã vitã naturalem, instaurando calorem naturalẽ, & consimilẽ efficatiã & virtutem habebat arbor scientiæ boni & mali. At cum homo esset in paradyso positus, non vt ocio vacaret, sed vt militaret; in symbolum suæ militiæ, datæ fuerunt illi istæ arbores, vt obseruãdo mandatum illi datum. vitam attingeret æternam. Huius autem vitæ figura & rypus erat arbor vitæ. Et ideo tale nomen sortita meritò fuit. Quod si fortè fortuna fierer mandati præuaricator (vt ita vsu venit) experientia comprobaret, quantum interesset inter bonum & malum.

Sed iam videmus, lector acute, qrôd plusquam volebamus, effluxit sermo noster: boni consule rogamus, pro tantæ rei dignitate. Iam finem facimus, si hoc vnum breue verbum cõcedas. Admonere te cupimus, vt circa verbum, Occidit, adnotes cõtrapositionẽ, vel si mauis antithesim, inter vitam concupiscentiæ, & vitã hominis, & motrẽ vnius, & vitã alterius. Si homo vult viuere, oportet concupiscentiã esse mortuam: hanc si viuã habere volueris, scito hanc vitam tuam esse mortem illam, concupiscentiam accendit, & excitat, ptæceptionũ multitudo, quas præceptiones homo apprehẽdit malè. & sinistro oculo prospicit, & captu impossibilia reputat: sicut quę subdantur suæ potestati & voluntati, reputat possibilia: imo & apprænsione facillimã.

Est prętereain verbo seduxit data satis ampla occasio, si lector pro moribus componẽdis aliquã voluerit habere digressionem: quam locupletabit & extendet lector peritus. Nos breuitatis rationem habẽtes, punctũ rei attingemus dicẽtes, quod in omnibus peccatis, quę suadẽte & allicente concupiscẽtia petrãtur in pueris, quædã inuenitur deceptio. Est namque talis ætas vt decipiatur facilis. Prętiosissimã gemmã pro pomo libentissimè & lætãrer cõmutãt, & largiũtur. Sumus peccatores istis pueris quã simillimi, nam pro re nihili, nostras animas sanguine Christi redẽptas, more puerorũ pro leuissima voluptate cõmutamus, atq; cõcedimus. Iã huc optimè venit quod scriptum est Prouer. 6. Prętiũ scorti vix est vni⁹ panis. Hoc est, Concupiscẽtia pro re nullius momenti erit. Animã rationis participẽ & dignã prętio magno, vis tu, qui voluptatẽ captas, vt sit in tua cõcupiscẽtia oblectatio: Audi Proph. Abacuc dicentẽ, Exultatio eorũ, sicut eius qui deuorat paupere in abscõdito. Perpendat lector horũ verborũ emphasim: nos festinamus. Adaptet

daptet ipse ea quæ de cãtu Syrenarũ à Poëtis dicta sunt, Veræ carnis illeciæ Syrenæ sũt, quę animas nostras ad mortem trahunt, nos decipiẽtes. A qua deceptione si liberari cupimus, sapiẽtem auscultemꝰ dicentẽ. Vt eruaris à muliere mala, & à blãda lingua &c. Simus vigiles & canti. Nam si in nostris primis parentibus, qui tot dotibus & præsidijs muniti erant, adueniente mandato renixit cõcupiscentia: quid factura est in nobis, qui in natura sumus lapsa & corrupta? Auferamus & de medio tollamꝰ omnes occãsiones, & memores simus, quòd concupiscẽtia ligni & fructus, in tot tãta sq; prolapsi sumus calamitates. Non simus brutis ignorãtiores & rudiores, quę semel capta in vno periculo, deinceps illud quam diligentissimè fugiunt & euitant, & nos miseri & cęci nostra pericula persequimur. Sed de his satis, ad nostrum Paulum reuertamur.

Prouerb. 6.

Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum, &c.

HActenus occupatus fuit Apostolus ostendens legem scriptam non esse malam, & peccatum, licet ab ea accepta fuerit occasio peccandi. nunc aggreditur decantare & enarrare œncomia legis, vt demostret tantum abesse à peccato, vt sit dicenda sancta, hocq; faciens, concludit intentum quod primò intẽdebat, facitq́ue simul faris quæstioni retro propositæ, quę sic habebat. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Et licet eo auctorbio horrẽtis eam quęstionem abominatus fuerat: nunc copiosiorem responsionem exhibet illi quæstioni, dicens, non solum non esse peccatum, sed sanctitatem habere, & sanctam esse. Nec mirum. Nam dedicabat lex Moseos homines Deo, qui sanctus sanctorum est. Sanctitatem n. legis, hoc est, mundiciæ, præseferebant & ostendebant mandata legis. Sunt autem hæc œncomia quibus Apostolus exprimit legis naturam, & omni legi diuinę communia, per quę restat cõprobatũ, nullã diuinam esse quę possit dici causa peccati, vel effectrix peccati. Nã omnis huiusmodi lex sancta est, non solum partim, sed secundum se totam. Sicut tota est diuina, ita tota sancta, pura: nihil causans ex se, nisi sanctum, & iustum.

Sed rogas mox, de qua lege loquitur Apostolus, an de illa quæ primis parentibus lata est, an de illa quæ per Moysen data fuit Israelitæ plebi. Sunt qui limitant legem hic ad solam scriptam. Sed nos non incongruè extendimus nomẽ legis, etiam ad illam, quæ Adamo tributa fuit. Lex. n. quæ data fuit homini, eiusdem conditionis & naturę est, cum illa quæ lata fuit Moysi. Omnes sunt leges diuinæ positiuæ. Quare: de vtraque intelligi congruè potest Apostolicꝰ sermo. Sed si de lege scripta verba intelligantur, iam quæris, vnde cõsurgat hęc collectio. Nam ad superiora si recipiamus, non apparet in textu nexus ad superiora. Attende & intelliges. Apostolus diligentissimè ostendit peculiarem effectum legis, quem dixit esse peccati cognitionem. Deinde declarauit, quomodo appetitus cõcupiscens, occasionem accepit à lege: & mortẽ intulit, & quomodo passiones peccatorũ auxit in malum hominis, quas passiones lex vetabat, vt hominem bonum & perfectũ redderet, Ex his rectè cõsequitur colligitur legẽ Mosaycã in genere & in vniuersum sanctã esse: vtpote quę reprimeret concupiscentiã, dicens. Non concupisces: qua cohibita, facilius homo mediãte cultu diuino, ad sanctitatẽ adduceretur. Sãcta quoq; erat lex illa quę Ada

mo lata fuit, ad vitam .n. eius data fuit, quam si seruasset, aliam & æternam cõ sequuntur erat. Quod si ei secus euenit, seipsum culpet, non mandatum, quod sanctum erat.

Veruntamen quæ hic Paulus narrat legis cœncomia, variè ab interprætibus distribuuntur. Nonnulli vocabulũ sancta ad totam & vniuersam adaptant legem: reliqua autem vocabula ad tria genera præceptorum accommodant. Appellatione mandati sancti, cæremonialia præcepta intelligunt. Nam cum sanctum, significet mundum: & præcepta cæremonialia ad mundandum essent ordinata, ad hæc præcepta referunt vocabulum, sanctum. Ad legalia verò accommodant vocabulum iustum. Legalia præcepta data erant, vt æqualitas & iustitia inter mortales seruaretur. Tãdem vocabulum, bonum, referunt ad præcepta legis moralia: quibus boni mores gignuntur, & quibus docemur quæ nos agere oportet erga Deum, proximum, & nosipsos. Adde tu quod (Aristotele teste) officium legis est, bonos efficere ciues. Si vero hæc vocabulorũ explanatio & adaptatio, alicui grata nõ est (præterquã quod doctissimo Aquinati non displicuit) excogitet ipse quippiam melius, & nobis perplacebit. Interim tamen si quis vellet hæc omnia epitheta toti legi tribuere: hoc ipsum citra absurdum facere posset. Nam lex sancta est, & mandatum sanctum, & iusta & bona. Ad cuius commendationem, si quis, præter œncomia quæ Paulus dixit, addere vult amplius aliquid: ad hoc permultũ faciet illud, quod regius Propheta de ea cecinit dicens. Lex Domini immaculata conuertens animas: testimonium Domini fidele sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ Domini rectę, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum illuminãs oculos. Et per hæc duo loca, blasphemia illorum duorum hæreticorum Manichæi, scilicet, & Mãrcionis, exploditur & damnatur. Infamabant namque isti & sui sequaces, scriptam legem, sicuti malã. Quos præ- Psal. 18.

scutiens Apostolus futuros esse, nõ fuit contentus defendere legem à crimine, negãdo eam malam esse: sed vltra hoc laudibus eã voluit attollere. Aliud est defendere à crimine illato, aliud præconio extollere. Habuit se Apostolus circa legem, sicut Christus erga magnum illum Baptistam Ioannem: quem ab eo quod non esset arundo vento agitata, nec homo mollibus vestitus defendit: quem postea multis laudibus commendauit, quando dixit: Sed quid existis videre? Prophetam? dico vobis & plus- Luc. 7.
quam Prophetam. Et tãdem dixit, Angelum esse: non natura. Sic enim inquit scriptum est de eo. Ecce ego mitto Angelum meum. &c. Sic Apostolus vno verbo defensauit legem, dicens: Absit, quando autem peruenit ad eam commendãdam, copiosissima & vberrima laude commendauit illam dicens, legẽ sanctam esse, & mandatum sanctũ, &c.

Sunt præterea ex Græcis explanatoribus quidam, qui volunt nomine legis hic, esse intelligendam Mosaycam, & per mandatũ, præceptum illud quod à Deo ipsi Adamo impositum fuit. Sũt & alij, qui inter legem, & mandatum, nullum discerniculum ponunt, sed pro vno & eodem vsurpant. Cæterum quãtum attinet ad Pauli institutum, parui refert, hoc, vel illo modo explanentur eius verba: semper habetur eius scopus & finis: qui erat ostendere legem esse bonam, & non peccati causam: sed tãtum occasionem; non datam: sed acceptam, vitio & culpa dumtaxat peccãtis.

Sequitur.

Quod ergo bonum est, mi. fac. est mors? Absit.

OCcurrit quæstioni, quam quis non multum eruditus formare poterat dicens, quod licet lex in se esset sancta, bona, & iusta, alteri fortè esse poterat mala, & ideo non asserendo, sed quærendo

rendo percontatur, num lex, quæ per se & sui gratia bona erat, facta esset ei mors. Iam nō loquitur de peccato sed de eius effectu, qui est mors: idque congruè. Iam, n. supra, quæstionem fecerat de peccato quando dixit. Quid ergo dicemus? Lex peccatū est? Et ideo nunc aliam formauit de ipsa pœna peccati, quæ est ipsa mors: quæ adnumeratur inter mala pœnæ (etiā illa quę animi mors est.) Priuatio enim gratiæ (quæ animæ mors dicitur) malum pœnæ est, peccatum autem, culpæ. Hæc ergo est quęstio de malo pœnæ. Cui antequam respondeamus, lectorem admonem' vt videat, quàm accuratè, & diligenter defendat Apostolus legem. Non. n. satis ei visum fuit mōstrare eam fore sanctam, & iustam, & absque peccati nota: sed etiam immunem fecit à morte omnium pœnarum grauissima pœna.

Respondet autem Apostolus propositæ quæstioni consimili modo, sicut respondit præteritæ quæstioni, quæ erat an esset lex peccatum. Vnica particula illi fecit satis, dicens. Absit. Et in hac secunda, eadem vtitur, dicens quoq; Absit. Quo modo respondendi, tacitè insinuauit, ex æquo abominandam esse vtramque quæstionem. Ex æquo absurdum reputauit Apostolus, vt quis crederet, legem esse causam mortis, sicut causam peccati: & ideo eodem modo responsum est vtrique quæstioni. Quāta autem sit vis & energia in dictione, absit, iam aliàs diximus: neque ad respōdendum his duabus quæstionibus, aptius esse poterat aliud verbū. Nam isto omnia media quæ adduci poterant ad ostendendam macnlam & defectum legis, fugauit & exclusit Apostolus. Insinuauit namq; Paulus, huiusmodi quæstiones indignas esse responsione alia, quam illa quæ tales abominatur & detestatur quæstiones & interrogationes. Sunt namque indignæ responsione.

Sequitur in tex.

Sed pec. vt appar. pec. per bon. ope. e. mi. mor. &c.

PRobat Apost. quod mandatum siue lex, non fuit causa mortis, sicut nec peccati. Hæc Pauli verba, optimè quadrare possent & adaptari, ad peccatum primi hominis; nā per illud mors ingressa est in mundum, vt supra confessus est Apostolus, quando dixit, per vnum hominē peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatū mors. Sed non cogimur istud de solo illo peccato intelligere, sed referre possum' istud ad partem animi inferiorem, nimirum, cōcupiscibilem, & irascibilem, quę nomenclatura peccati gaudet, vt supra dictū est. Hæc namq; portio est, quæ posito mandato siue lege lata, vt vindicet libertatem, ei resistit. Quod si dicas, appetitus iste, etiam nullo adueniente mādato & nulla posita lege, delectabilia appetit, vt videre est in delectabilibus non prohibitis, vt est comedere, & bibere, & alia huiusmodi, non igitur ista cupido siue concupiscentia, consurgit ex occasione mandati, & eo fine vt vindicet se à libertate. Nam circa ista, satis amplam habent libertatem, & eis fruitur vt libet. Ad hoc, vt apositè respondeamus, ad memoriam reducendum est (quod etiam experimento nos comprobamus) videlicet, in duplici esse differentia, illa quæ appetitus concupiscibilis in peccatoribus (de istis namque loquitur Apostolus) appetit. Alia enim sunt delectabilia libera, alia non libera, sed vetita. In hæc duo consurgit appetitus, sed non eodem modo & conatu: In libera, assurgit simpliciter, simplici & lento conatu, sed in delectabilia non libera, prohibita, multò maiori conatu & propensione, adauget & multiplicat vires suas, & pro viribus sua consurgit cupido. Sicur enim quando contrarium vnum magis forte est, tanto opus est, vt alterum contrarium, quod debellare debet illud, maiores adaugeat vires, sic

Cap. 5.

Simile.

appe-

appetitus, quando insurgit contra aliquod delectabile non liberum, sed mãdato prohibitum: solet, vt depellat mãdatum ei contrarium, maiores adaptare vires. Et quẽadmodũ pugnaturi, in pugnãdo, ostẽdere solẽt omnes vires suas, vt appareãt fortiores: sic peccatum, hoc est appetitus sensitiuus, pronus ad peccandum: vt appareat peccatum, per bonum, per mandatum bonum, & per legem quæ erat bona, consurgit ad depellendum mandatum, tãquam contrarium libertati eius. Hic appetitus est ille, quĩ operatur mihi mortem; non mandatum. Nam quod datur ad vitam & ex se bonum est, & viuificatiuum: fieri nequit, vt malũ, & mortem causet. Sed libidinosus ille appetitus est, qui causat. Ecce ergo, quomodo concupiscentia, contra delectabilia prohibita conatur ostendere suã vim, & vindicare contra legem, suam libertatem.

simile.

Sed dicis, & quorsum istud agit iste appetitus concupiscens? Respondet Apostolus dicens.

Vt fiat supra mo. peccãs pecc. p. mand.

Hæc est optima probatio: quæ petita est, ex natura ipsius concupiscibilis: quæ talis est, vt quoties aduenit mãdatum vetans aliquod delectabile, fiat supra modum peccans: hoc est, augeatur promptitudo ad peccandum. Crescit enim concupiscentia, circa illud vetitum delectabile.

At cum ait, supra modum peccans, insinuat augmentum peccati, siue (vt alij dicunt) excessum. Qui occasionem peccandi accipiunt à lege, non quomodocunque peccant, sed per excessum. Excedunt ordinarium modum & naturam appetitus: qui, nisi esset effrenis, tantum non prohibita appetere deberet delectabilia: & non illa, quę lege aliqua cauta & vetita sunt. Verum cum absque freno sit, nihil curat: siue sint inhibita, siue non: sed præceps ruit in quęuis delectabilia. Imo, quò magis per legem vetita, eò plus pronus fit ad peccãdum & concupiscendum. Nam vulgo dicitur: quod concupiscitur, dulcius fit cũ prohibetur. Aquæ furtiuæ sunt dulciores.

Cæterum si hæc Pau. verba quis referat ad peccatum actuale, non ad originale, vel ad fomitem, sed ad peccatum actuale; iam colligere poterimus, per scriptam legem, adaucta fuisse peccata & pauciora fuisse ante legem, quã post illam latam: Quod aliquid maculę videtur impingere legi scriptę, sieq. non esset immaculata, vt reglus Vates cecinit de illa. Aucta fuisse peccata per aduentum legis, potest, & male & bene intelligi. Si enim iuxta illud verbũ Apost. quod superius dixit, intelligere volumus; nemo scandalizari debet, si audit nos, dicentes, adueniente lege, multiplicatum fuisse peccatum. Nam ore proprio confessus est Pau. quod lex subintrauit vt abundaret delictum. At hanc abundantiam, iam nos illic diximus, nõ fuisse à lege causatam: sed vitio & corruptela hominum effectam. Quod cũ ita fit, integra, sana & immaculata remanet ipsa lex; per quam non maculantur, nec qui eam custodiunt, nec qui eã violant, sed suo vitio. Per legem autem dicitur abundasse delictum, non quòd lex haberet, vel iuberet delictum, sed quia data lege, prouenit abundantia delicti. Iam enim diximus quòd particula vt, non dicebat causam, sed consequentiam. Vnde, hoc non faciebat lex, quæ (vt dicit beatus Ambrosius) data erat in adiutorium naturæ, & ad bonum, nõ ad malum. Sed ipse, inquit, populus veterem vsum & cõsuetudinem sequẽs, multiplicauit peccata. Hæc ille. Vides quomodo egregius doctor, multiplicationem peccatorum ascribit populo, & non legi? Accedit huc etiam, quod doctissimus Hieronymus ad Alcasium scribit dicens. Sicut enim medicina nõ

Respon.

supra.

simile.

est

est causa mortis, si ostēdit venena mortifera (tametsi homines nunquam his abutantur vt se vel alios occidant (sic lex quæ indicatrix est venenoſi peccari non debet dici mala, vel causa mortis, quia ipsa non vertit rem bonam in malam, sed lex carnis, quæ dicitur fomes, ipse est mortis causa, & autor. Lex autem solum digito monstrat peccatum: & ex consequenti mortem. At monstrare id quod morrem generat: quis dicet esse malum? Cum nondum esset lex, proditum & manifestum est peccatum.

Sed dicis, per hanc manifestationem auctum est desyderium: & ex lege prohibente mala, & docente bona, concupiscentia ardentior facta est. Ita res profecto se habet, sed hic ardor concupiscentiæ, à fomite exiuit, non à lege. Ideo lex libera erat a culpa. His tamen non obstantibus, dici potest, per legem multiplicatum fuisse peccatum, ab extrinseco tamen. Primo, quia videns dæmon datam fuisse homini legem in adiutorium, vt diximus inuidens hominis fœlicitati, magis machinatus est contra illum. Tum secundò, quia cum lex esset prohibens, & prohibitio magis incitet & inflamet desyderium, vbi sunt multę prohibitiones, ibi multa desyderia, & multæ trāsgressiones erunt? Transgressio, siue præuaricatio additur simplici peccato. Vbi autem non est lex scripta, non dicitur esse præuaricatio. Non igitur dici potest, peccatum causari à lege nisi tanquam à causa ostendente. A diabolo autem, & a concupiscentia, tanquam a suggerente, a voluntate autem sicut a consentiēte. Inter has causas potissima est consentiens. Nam licet dæmon magna sit præditus potentia & vi, tamen talis est hic noster hostis: vt de eo dicat beatus Gregorius. Debilis est hostis, qui non potest vincere, nisi volēntem. Si resistere volumus ei, ipse fugiet a nobis, sicut scriptum est: Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Imo & verbis eū fugabimus, si cum Christo dixerimus, Vade retro sathana. Si quando aliquē tentat, vt legem Dei transgrediatur, respōdeat, Scriptum est, Qui soluerit vnū de mandatis, etiam minimis, minimus erit in regno cœlorum: & sic de alijs, fugiet ab eo tentator. Et de his satis, aggrediamur cum qui sequitur textum, qui huncin modum se habet,

Iacob. 4.

Scimus enim quia lex spiritualis est. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonū hoc ago, sed quod odio malum: illud facio. &c.

HIc incipit tertia pars, quæ vltimá est huius capitis, in qua Apostolus postquam eripuit legem a calumnia illorum, qui volebant damnare illam tāquam malam & peccati cansariuam (quod præstare haud potuerunt) nunc iam in hac vltima parte capitis, conatur monstrare quomodo fuerit bona & iusta, & hoc ab effectu quem in hominibus causabat. Vnumquodque quale est talem a se producit effectum, iuxta illud. Homo bonus de thesauro suo profert bona, si ergo lex bona erat, effectus legis erat quoque bonus. Legem autē bonam esse pater, quia lex, inquit, Spiritualis erat. Matth. 12

Sed requiris forsan, quare hoc dixerit Apostolus. Facilis est ad hoc respōsio, si dicamus in gratiam eorum quæ supra dixerat, vt insinuat coniunctio illa, Enim, quæ rationem reddit superiorū. Dat rationem Paul. quare lex non est mala sed bona, & quare non est causa peccati. Et per hoc etiam ostenditur, quare pars concupiscibilis inferior hominis, fit magis prona ad peccatū post datam legem, Per hæc enim verba, rectè assignatur ratio horum trium. At priusquam hunc textum explanemus tria veniunt nobis præmittenda, & ad-

notam

notanda, sine quibus obscurus remaneret hic textus. Vnde primò scire oportet, quod Apostol. doctrinæ gratia, fingit se hominem carnalem: & contra ponit seipsum è regione, contra legis spiritualitatem: alludens ad illud quod alibi scriptum reliquit, dicens. Caro.n. concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcũque vultis, illa faciatis. Inter hæc namq; duo nostrarum operationum principia, spiritum, videlicet, & carnem, semper est conflictus, circa contraria desyderia versatur ista pugna & conflictus, Spiritus spiritualia habet desyderia, caro carnalia.

Ad Gal. 5.

Sed attendat lector quid dicat Paul. Caro inquit concupiscit. Non dicit, dominatur. Concupiscere potest contra spiritum: at dominari illi, minimè. Facit tamen hęc concertatio, vt nos facere quæcunque cupimus, minimè valeamus. Si Deo assiduè vacare volumus, eidemque inhærere (cũ adhærere Deo bonũ sit (& quæ Dei sunt meditari semper si cupimus, recalcitrat caro, & murmurat: venterq; dicit se non posse pati dilationem, & reclamat dicens, Nemo vnquam carnẽ suam odio habuit. Propter has carnis molestias, & similes, oportet nos ad nosipsos reuerti, & vel tantisper deserere spiritus negocia, & dulcedinem de qua scriptum est, Quã suauis est, Domine spiritus tuus.

Cęterum in his quæ necessatio à nobis complenda sunt (qualia sunt præcepta (dimittere debemus, recalcitrare, & murmurare carnem, quantum ipsa velit. Præferendus & audiendus tãtum tunc est spiritus. & carnis cura omittenda. Sustinebit modicum ipsa famem & sitim, interea vt spiritus cibatur. Nam non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Habere (ne prorsus in via deficiamus) aliquantulam carnis curam possumus quod exemplo Christus nos docuit, quando dixit, Vnde ememus panes vt manducent hi? quos si dimittero ieiunos, deficient in via. Heliæ namq; Angelus panem & aquam exhibuit eo quod grandis ei restabat via. Hæc de carne cura si moderata sit, non est dãnanda. Quando verò hoc mortale corpus induet immortalitatem, ab ista cura liberi erimus. Quandiu.n. in hoc mũdo versabimur, victu & vestitu indigebimus. Vtinam his contenti simus. Anima verò nostra inter hos duos inimicos carnem & spiritum, velit, nolit: detenta erit, clamans, & dolens, ac dicẽs. Infœlix ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quamdiu immersa erit suo corpori, motus & titillationes carnis & pressuras sustinebit: vt impleatur Christi dictum. In mundo pressurã habebitis. Danda tamen nobis est opera ne carnis desyderia perficiamus. Sed hoc satis sit: nam hanc pugnam experimento melius multò cognoscimus, quã verbis & literis explicare possimus. Iuserius, apertius, vberius. & clarius, se manifestabit Apostolus quando quæstionem eius audiemus: nunc tantum asserit se carnalem esse.

3. Reg. 19.

Infra huius cap.

Ioan. 16.

Et ex hoc secundum quod prœmittere volumus, rectè colligitur, scilicet Apostolum hic non agere personam Iudęi, vel Gentilis præcisè, vt supra faciebat; sed gerit vicem & personam cuiuscunque hominis peccatoris, sub statu peccati constituti, & gratia Dei expoliati. Iste dicitur homo carnalis quicunque sit, siue Gentilis, siue Iudæus. Vnde eleganter beatus Chrysost. dicit, quod Paulus hic exprimit tam illum hominẽ qui erat sub lege, quam illum qui erat ante legem.

Cap. 11.

Et denique tertium adnotandum est, ad intelligentiam verborum Pauli, scilicet quod in homine, sicut est caro & anima: ita in eo ponimus geminã portionem, alteram quam sacri Theologi appellant superiorem, alteram verò inferiorem: superiorem secundum animã, inferiorẽ verò, pænes corpus. Vnde portio tam inferior quam supe-

Matth. 14. & Marci 6.

rior, non est vna res simplex & nuda, sicut est ratio superior, quæ est solus intellectus: & ipsamet inferior dicitur, quæ reipsa vna est, officio autem duplex. Non sic est portio inferior: sed reipsa una, & superior altera: vtraq. tamen quoddam adiunctum est ex multis. Portio superior dicitur, illud aggregatum ex potentijs animæ, quæ non vtuntur organo corporeo: quales sunt, intellectus, & ipsa voluntas: inferior autem, aggregatum dicitur, ex potentijs organicis: quales sunt, quinque sensus corporei externi, & quatuor interni; appetitus concupiscens, & irascens, & ipsa vis & facultas ad locum motiua. Inter has autem portiones, hic est statutus ordo: vt inferior, pareat superiori sensualitas, rationi & uoluntati. Harum namque est imperare, & sensualitatis obedire. Quandò autem in homine seruatur talis ordo, tunc homo dicitur spiritualis, quia viuit secundum spiritū. si vero hic ordo sit perturbatus & inuersus, sic quod sensualitas dominetur rationi, & eam trahat ad sua desideria & concupiscentias, tunc homo, appellatur homo carnalis.

His iactis seu fundamētis, accedamus ad textum interpretandum. Dicit Pau.

Scimus enim.

NOs scilicet, qui sumus sapientes, & in rebus diuinis bene versati, fatemur, & scimus de lege quod ex ipsa ipsa.

Spiritualis est.

ET non carnalis. Non appellauit eā legem spiritus, sed spiritualem. Illud epitheton reseruauit pro lege noua & Euangelica: hanc enim in sequenti ca. appellabit Apost. legem spiritus. Vetere m & scriptam appellauit spiritualem hoc est, spiritui & rationi conformem & concordantem. Lex enim illa scripta, licet terrena promitteret, tamen spiritum dirigens erat, reprimebat & refrenabat carnis concupiscentias, quo facilius portio inferior superiori obedientior esset, & vt caro, quæ legi inimica erat, non insurgeret tam effrenatè contra spiritum. Videbat enim caro, quòd lex adiutorium præbebat spiritui qui erat contrarius ei. Et eum hoc videret caro, sicut inimicitias habebat cū spiritu, ita & eum lege, eò quod agebat non suas, sed spiritus partes, more nostratum hominum (merito hac nota notati sumus, qui Cathalani natura sumus) quòd nedum inimicos persequimur, sed etiam omnes illorum fautores. Vnde fit, vt non raro, de iusto, pro peccatore, sumatur vindicta. Neq. aduersus nos ex nostratibus aliquis submoueat iram, eo quod defectum & notam nostræ naturæ, quem à nobis occultari oportebat, pro nostræ nationis honore, ipsi autem in publicum euulgauimus, non enim ob id, stomachari vllus contra nos debet. Nam melius est vt à nobis ipsis hoc malum agnoscatur, vt e mēdetur, quam quod ab alienis reprehendatur. Non enim in vniuersum omnes intendimus notare, sed solos illos, qui non bona ista vtuntur consuetudine. Neque enim nouum eniquam esse debet, in vna quaque natione, aliquē esse morem, minime laudabilem. Nos exēpli causa, maluimus nos ipsos prodere, quam alienos.

Sed ad nostram rem redeamus,

Scimus. inquit, quia lex spiti. est,

DE lege hanc cognitionem, noluit Apost. sibi soli arrogare, sed vtēs sua solita modestia, verbo scimus, vsus est. Scire autem non solum dicimur quę per demonstrationem cognoscimus, sed etiam illa quę omnibus fermè peritis manifesta sunt, & ab eis confessa. Hæ scita dicuntur. Sed rogas, Vnde scitur

scitur quod lex scripta sit spiritualis? Respondemus, Multis ex rationibus. Primùm quia ipsa est regula & norma regulandi spiritum. Lex magistra est virtutis, & vitiorum aduersatrix. Ipsa abducit homines à peccatis: quod Mosis lex diligenter facitabat. At dicis, Et quomodo istud facitabat? Quomodo? Corrigendo, animaduertendo, cõmonefaciendo, territando, bonum & malum ostendendo, & tandem ea consulendo, quæ ad studium virtutis facere poterant. Spiritualis quoque erat, quia partes spiritus agebat, contra legẽ carnis. Aut quia dictata erat è Spiritu Sancto. His & aliis rationibus, iure cognominari poterat lex vetus spiritualis. Addere his possumus, quia præcepta moralia continebat, sicut lex noua; quo nomine, sicut illa dicitur spiritualis, & vetus quoque spiritualis dici potest.

Præcepta moralia ad regulandam spiritum valẽt.

Sequitur in textu.

Tex.

Ego autem carnal. sum, venund. sub peccato.

QVasi dicat, Lex spiritualis est: si autem est occasio quod peccatum augeatur, istud non prouenit à lege, sed à me est, qui sum homo carnalis, a mea corrupta natura emergit vitiũ mortis.

Venundatus.

HOc est venditus sub peccato Hoc est, effectus seruus peccati. Hoc adiecit Paul. vt insinuaret ex qua parte effectus homo carnalis. Ex parte nimirum fomitis, & appetitus sensitiui effrenis, qui appetentias carnis in omnibus ac per omnia sequitur, & rationi recalcitrans est, & nullo freno regi vult. Et hinc fit, vt Apostolus verè in persona hominis lapsi & sub peccato existentis, dicat, Ego autem carnalis sum, postlapsum, insequens appetitum sensitiuũ sine freno. Sensibilia, quæ delectant, & quę mundo grata & accepta sunt, concupisco. Quasi cum illis loqui videtur Apostolus hic, qui dicebant, comedamus & bibamus: nullũ sit prætũ, in quo non pertranseat luxuria nostra. Sed vnde hæc tanta homini vsuenit miseria? Ex eo quòd descendens in Hierico, incidit in latrones, à quibus, nedum gratuitis expoliatus, & in naturalibus vulneratus, venditus etiam fuit sub peccato, & eius mancipium effectus: vt iam ferè remanserit non sui iuris. Hęc enim mancipij conditio est, vt nõ sit sui iuris. Sap. 2. Respon. Luc. 10.

Sed rogas, quando, & quibus fuit homo venditus? Neutrum dicit Apostol. quod fortè tacuit; vt intelligeremus, huius venditionis, nullum alium fuisse authorem præter ipsummet. Ipse quippe homo se vendidit. O magnum dedecus seipsum vendere. Et cui domino? Peccato & diabolo. O facinus grande nimis. Et quanti se vendidit? Vili. Quam vile? Pro delectabili (vt multorum more loquamur) pomo. O magnam dementiam. Vide homo quicũque peccas, quod teipsum vendis, & vilissimo prætio. Audi Prophetam Isayã clamantem, & dicẽtem, Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis. Aperi oculos tuos, & quod Christus emit prætio magno, non destu pro modico & vili. Pluris facito animam tuam, quæ sanguine Dei comparata est. Cum sis omnium & orbis totius cõstitutus dominus, noli effici omnis creaturæ seruus. Non fuisti in seruitute peccati conditus, sed in magna libertate donatus: fruere illa, si fœlix viuere cupis. Hæc namque est, de qua verè illud dici potest: non bene pro toto, libertas venditur auro. Respon. Isaiæ 52.

Cæterum sunt qui hæc Pau. verba nõ recusant extẽdere, non solum ad hominem peccato vitiatum & corruptum, sed etiam adiustum, & ad illum, qui in Christo regeneratus est. Nam etiam iste sub domino & ditione, vel si maius sub hac fomitis tyrãnide, militat & versatus

fatur: & secundum fomitem, seruus est peccati, quantumcunque sit iustus. No Nota Lector lumus autem sub hac regula, immaculatam Virginem vllo peccato comprehendere: sed hac vna sola excepta, omnes alios, quantacunq. sanctitate pollētes. Vnde si de hoc peccato sit Aquila illa grandis (Ioannes) loquutus, elegantissime dixit. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est. Neq, existimet aliquis, quòd verba Ioannis à natiuo sensu abducimus. Si quidem, sicut non sunt detorta, si ad peccatum originis referantur: sic, nec si adaptentur ad fomitem, qui est eius effectus. Imo fortassis hic & alter est magis germanus sensus, quam quicunque alius. Sed abundet hic lector in suo sensu: dummodo à cōtrario consensu Patrū nō dissentiat. Porrò si volumus hæc Paulina verba referre ad primum hominem, sicut antea fecimus, cum eo quoq. non inepte compatare possumus, dicentes, Apost. in persona Adam esse loquutū quando dixit. Ego autem carn. sum, venum. sub pec. Nam cum ipse esset constitutus à Deo princeps, & monarcha totius mundi, cui subiecit Deus omnia, ipsum autem sibi ipsi soli subiectum fecit: istis & alijs beneficijs ingratus, conuertens oculos suos ad fructum aspectu pulchrum, & oculis delectabilem, nil curans quod lege sibi prohibitus esset fructus, ipse, impulsus & agitatus ab ipso appetitu sensitiuo, spreto Dei mādato (quo prohibebatur fructus in medio paradysi plantatus) manum ad ipsum extendit, de eo q. comedit, mallēs appetitui sensitiuo complacere, quam legi Dei se subijcere. Quare iusto Dei iudicio, effectus est seruus & mancipiū ipsius appetitus effrenis: tam concupiscibilis, quam irascibilis. In hanc autem seruitutem homo libere & voluntariè semetipsum induxit, nolens se diuinæ legi & mandato submittere. Vnde nec de lege iustam quærelam facere poterat, nec de legis latore quærimoniam

1. Ioan. 1.

vllam formare, sed si cōquæri vult, de se solo cō quæratur, & cum Iobo dicat, factus sum mihi metipsi grauis. Nec dicat. Cur non tollis peccatum meum, hoc est fomitem, nam interea dū mortalē vitam ducimus, in amouibilis est, minui potest, sed omnino finiri & tolli, ne quaquam.

Iob 7

Sequitur.

Quod enim ope. nō intel.

SE venūdatum esse sub peccato prō bat, per negationem intelligentiæ, cuius expers est, quando secundū carnem & sensualitatem operatur, & in hoc fatetur se esse seruum peccati. Seruus namque à domino iussus, vt aliquid operis agat, nec proprio arbitrio vtitur nec quorsum faciat illud opus, intelligit. Nam non est ipse qui destinat opus in finem, sed dominus est qui ordinat ipsum in aliquem finem, ipse seruus potius agitur, quam agat. Eò enim tendit seruus, quò domini voluntas ducit, neque serui est percontari à domino quorsum tendat opus, quod acturus est, sed sua tantum interest, domini iussum & mandatum complere. Regula tur itaque omnis serui actio, per domini voluntatem. Vnde sicut seruus non habet plenam intelligentiam eorum quæ operatur, ita quod homo carnalis agit secundum carnem, non secundū intellectus cognitionem facit, non dirigit illā operationē intellectus (quod est eius officium) nec imperatur à voluntate, sed carnalis homo agitatus & motus ab ipso effreni appetitu (qui caro, & peccatum dicitur ab Apost.) tūc operatio illa dicitur esse absque intelligentia. Et hoc est quod dicit, cum ait: Quod enim operor impulsus & agitatus à fomite & appetitu effreni; tam concupiscibili, quam irascibili, non intelligo, ideſt, non facio secundum rationis

git, quæ ignorantia ex peccato primi hominis aduenit nobis, & hinc captiui effecti sumus, & quod propria voluntate volumus, non operamur. Quare aptè addit Apostolus.

Non .n. quod volo bonum hoc ago, sed quod odio malum illud facio.

Hic textus, proximi præcedentis probatio est, quam si voluisset excusare poterat Apost. Nam probatione ille non egebat (siquidem experimẽto experimur nos multas appetentias & cogitatus animi habere qui proueniunt ex propensionibus animi circa propria delectabilia qui tamen fiunt absque intellectus imperio. & isti sunt qui constituunt hominem carnalem & venundatum sub peccato) Nihilominus tamen noluit Apostolus istud absque probatione relinquere. Ex hoc .n. quod carnalis homo operatur sine voluntatis imperio, probat quod operatur absq; intellectus imperio. Est autem satis efficax ista probatio: nã intellectus imperium habet mediante voluntate. Nam cũ ipsa ex se cæca nihil velle potest, nisi dirigatur ab intellectu, qui mediante voluntate imperat. Hæc non facit bonum, quod vult: consequens est, vt homo carnalis dicat iure,

Non .n. quod volo bonum hoc ago,

Mirares, & stupore digna. Quod .n. aliquis alteri nõ pareat & obediat & nolit ipse quod alter vult & imperat, tolerabile est, & passim contingit: nihil mirũ, nam vnus est qui imperat, & alter qui iubetur, duæ sunt voluntates quæ diuersę esse possunt, & duo sunt homines, conditionis non eiusdem: de hoc mirari debet nemo, at quod vnus & idẽ homo sibi ipsi volenti aliquid, illud nõ præstet, nec opere complere valeat, hoc certe res stupenda atque miranda (audemus dicere) & monstruosa est, si quod volumus non agimus. Vbi est ergo liberum arbitrium? Quomodo domini sumus nostrarum actionum? Sumus bruta, aut mancipia, quæ non agunt ea quę volunt? O ingentem hominis calamitatem. Sed ijs paucis occurrimus, dicentes, reuera in quolibet nostrum geminos esse homines (vt iam nos præmisimus supra (alterum interiorem, & alterum exteriorem, vnum spiritualem, & reliquum carnalem. illum nominauimus portionem superiorem, & istum inferiorem, illum vocamus spiritum, istum vero carnem, & cum sint duo homines, sunt quoque duæ voluntates. Habet enim caro suã voluntatem. Vnde iuxta has duas voluntates, fieri potest. quod aliquid sit volitum, & non volitum. Secundum namque spiritum, homo bonus & iustus, vellet assiduè inseruire Deo, agnoscens hoc esse regnare, & tamen non facit. Cur non si vult, non est huius actionis dominus? Maximè. Per quem ergo stat, quod non faciat? In promptu est ratio. Per alterum, quem intelligerit hominẽ, videlicet, per carnem, quę recalcitrat. Insurgunt passiones ex appetitu sensitiuo & fomite, & impediunt actionem illam. Dicit caro, iam elapsis diebus ieiunauimus, iam magno temporis spatio preces & orationes Deo dedimus, iam multum oratum est, crura & genua sunt lassa, caput dolet, &c. Hinc fit, quod ego volens quod vere bonum est, & rationi consentaneum, ad quod inducit me spiritus & homo superior, dirigente ad hoc quoque lege, quæ spiritualis est, & bona, ego inquam, Apostolus, non ago. Cur non? Quoniam homo inferior & effrenis concupiscentia, cui sum venundatus, distrahit à bono illo, imo ad oppositum & contrarium me adducit, velim, nolim.

Vnde non solum illud bonum prætermitto (ecce omissionem boni) sed etiã quod odi malum, illud facio. Facio inquit, quod odio prosequor; dictante recta ratione & syndereſi iustigãte imo lege docente & prohibente illud malum tamquam contrarium & repugnans rectę rationi & legi diuinæ.

Sed cur facis Apostole, si illud odio habes? Responderet si adesset Apostolus, dicens; Illud facio agitatus & impulsus à fomite, à concupiscentia siue ab appetitu effreni concupiscibili, & irascibili. Duo igitur ex his manifesta restant primum est interiorem hominem venundatum esse sub peccato; cum non vtatur imperio intellectus, nec libertate voluntatis in suis actionibus, tam circa bonum verè tale prosequendum, quam erga malum oditum fugiendũ. Secundum est, quod licet effrenis appetitus reddat hominem venditum, non tamen reddit hominem inuitum. Nõn. Pauli intentio est ostẽdere istud, sed monstrare, quòd sensualitas siue caro est in causa, quod non fit quod volumus, sed quod nolumus, ipsa renuit facere quod volumus nos, & facit quod nolumus. Sẽper hoc loco velle & nolle, intelligere debemus secundum rectam rationem. Sed proch dolor, quã miserè allucinati sunt Intherani & noni hęretici, accepta ex hoc loco occasione, Non sunt veriti negare liberum arbitrium, potissimè in homine peccatore, & vinjs involuto; de quo eò dementię venerunt, vt dicant, omnia peccatoris opera (etiam ex suo genere bona, quale est pauperi subuenire, etiam patienti extremam necessitatem) peccata esse. O dementiam omni animaduersione dignam. Blasphema namq. & absurdissima est huiusmodi doctrina, ad quam destruendam, satis nos inuitabant & præsens tempus & locus, sed consulto istud reseruamus ad alium, quando sermonem habebimus de prædestinatione & reprobatione. Nunc autem interim fixa fide teneamus, hominem liberum habere arbitrium, tam in malo quam in bono, in malum quidem per se, in bonum vero gratia Dei mouente & adiuuante, iuxta quod Oseas reseruauit, dicens. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me, auxilium tuum. De hac re, alibi fusius loquemur, nunc verò mentionem fecimus, eo qnod ad suum errorem stabiliendum, illi, hoc Pauli textu vtuntur qui, si rectè intelligatur illi errori nihil suffragatur. Nam iam nos diximus, quomodo veniat intelligendus, & quis sit eius verus & germanus sensus, iste vt pote, quod homo Interior siue spiritualis appetebat id quod bonum erat secundum rectam rationem & legem, quod perficere & agere non poterat, secundum appetitum sensitiuũ qui remittebatur, cuius tanta aliquando vis est, vt hominem reflectat, vt nõ operetur, quod recta ratio exigebat, sed quod appetitus sensitiuus volebat & hoc fit reluctante spiritu & recta ratione, qnę semper deprecatur ad optima. Vnde ex hoc loco ineptissimè colligunt illi miseri homines, tollendum esse liberum arbitrium (etiam à malis hominibus.) Non enim fomes vel appetitus sensitiuus, tollitur à bonis, neque à malis liberum arbitrium. Osee. 13. Malus namque erat Caim, fratricida erat, & ei dictum est. Nonne si bene egeris recipies? Si autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit. Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.

Sequitur.

Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ. Scio. n. quod nõ habitat in me hoc est, in carne mea, bonum. &c.

Suppo

SVppositā iā dicta hominis dispositione, iuxta appetitum sensitiuum, colligit & probat Apostol, quęstionem propositam de legis bonitate: istudq; facit, tū ab effectu, tū a causa efficiēte, & etiā à materiali. Est autē ratio huius modi. Si homo operatur secundū conditionem naturæ lapsæ quod non vult iuxta legem directiuā boni, palam est, legem esse bonam. Obiectum autem & scopus voluntatis, non potest esse nisi quod est bonum, bonum, inquam, speciale demonstratum & ostēsum per legem, cuius boni contrarium homo operatur nō volens, scilicet carnis concupiscentias, & delectabilia sensitiua. Rursus cum finis legis sit fuga mali & prosequutio boni, homo a lege edoctus, faciens quod non vult, legem cōprobat esse bon. Vnde rectè dum ait,

Si autem quod nolo (secundum dictamen rationis rectæ, & iuxta doctrinam legis instructus) illud facio.

QVod facio, agitatus & impulsus appetitu irascibili, & concupiscibili facio. Sicque operans,

Consentio legi quæ bona est.

APprobo legem tanquam bonam. Qui enim facit secnndum impulsum carnis quod secundum rationis dictamen detestatur, legem sane approbat quod bona sit. Siquidem quod illa iubet & præcipit, tanquam bonum & iustum indicatur & eligitur a billo, tametsi concupiscentia dominante, ab illo non perficiatur. Cum igitur homo secundum rationem iudicet esse malū, quod operatur impulsu carnis, tanquā vetitum à lege, quis non videt a billo approbatam iri legem, vt pote iustam & bonam? Si ego, inquit Paulus tanquā carnalis facio & operor, quod ego ipse sicut spiritualis nolo & odio prosequor, iam nō debeo iudicari quasi ego sim accusans & cōdemnans legem, ego potius venio accusandus & iudicādus, qui, quæ carnis sunt prosequor. Legi nihil mali est imputandum, nam si iudicat & docet peccatum ipsum, tamē non perpetrat. Quare bona censenda est ipsa lex.

Prospice lector acute, ex his quæ dixi mus, vnum atque alterum adnotatu dignissimum. Primus est, quod Paul. agens personam hominis carnalis venundati sub peccato, militabat pro carne, agēs partes illius, insurgens contra spiritū & legem, nunc autem mutatus in alterū virum deffendit & militat pro lege, cōtra carnem, ostendens se velle contrarium ipsi carni, quod etiam ipsa lex quoque vult: sicque clarissimè ostenditur legem esse bonam. Itaq; modo pro vno, modo pro alio stat. Et istud animaduertere debet, quicunque bene Apostol. in hoc loco intelligere cupit. Ex hoc priori, colligitur secundum, etiā animaduersione dignum, videlicet, qnomodo illa duo principia generalia actionum hominis inter se suapte natura sint aduersantia, & habeant antiquissimum bellum. Sunt autem ista, caro, et spiritus. Vnde ad hoc alludens, ac respiciens patientissimus Iob, elegantissimè dixit, Vita hominis militia est super terram. Et bene addidit, super terram: nam in cœlo non erunt milites, sed triumphatores. Et inde fortassis, hæc nostra Ecclesia nuncupata est militans, & quæ sursum est dicta trinmphans. Iob. 7.

Sequitur.

Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

(?)

HActenus occupauit se Apostolus in pertractanda causa legis scripte: Versabatur autem causa, & eius status erat defendere legem. Hac igitur causa absoluta & peracta, modo iure aggreditur causam hominis lapsi, vt illum a calumnia liberet. Sed rogas, In quo poterat impingi calumnia homini lapso? Respondemus, In duobus affici poterat calumnia, primo quidem. quod ipse suapte natura malus esset, post lapsū, Mala, n. arbor fructus dare haud potest bonos. Homo enim lapsus (vt testis est beatus Paulus) bonum si vult operari non potest, sed cogitur operari malū (vt supra diximus (quod odio habet. Et ex hoc consurgit alterum. scilicet, liberum arbitrium effectum esse seruum & non liberum, non. n. quod vult praestare potest. Istæ sunt duæ calumniæ quæ attribui possunt homini lapso: at Apostolus ab his duabus nūc liberat ipsum calumnijs cum ait,

Nunc autem iam non ego oper. illud.

HOc est positus ego in statu & tempore iustificationis hominis. Subducit & excludit semetipsum ab illo statu, quando ipse erat homo carnalis, ve nundatus, & operans quod non volebat, & iam constitutus in alio statu. Iam ego, inquit, non operor illud inuoluntarium.

Vbi expendere lector debet, quod absolutè & non secundum quid, negat se operari. sicut affirmauit quod secundū quid, hoc est, secuudum carnem, operabatur, quod nolebat, nunc simpliciter negat. Ac si diceret, Dum erā carnalis, operabar opera carnalia, & sequebar motus appetitus sensualis, quoniam nō suppetebant mihi vires quibus resistere possem illis, nunc autē translatus in alium statū, mediante Christi gratia, & donis Spiritus sancti ornatus recepi vires, & facili negocio possum vincere ac superare istos inordinatos mot⁹ & procul pellere. Iam homo meus superior est non subditus inferiori, non sum mācipium & seruus peccati, liber factus sum ab huiusmodi seruitute per Christi gratiam. Idcirco audeo dicere, quod ego nō amplius operor illud, sed quod habitat in me peccatum, hoc est, fomes siue effrenis appetitus. Iste est qui operatur contra legem, nam ego legi consentio, eò quod bona sit. & sic non operor ego, sed cōcupiscentia effrenis, quę emittit istos inordinatos motus. At mea ratio, facta libera per Christi sanguinē. non præbet illis cōsensum. Quod istud intelligatur de motibus primo primis, & in homine constituto in gratia, quàm manifestissimum est. Nam isti motus, præueniunt rationis iudicium. Vnde iam uon fiunt à portione superiori, sed peccatum, id est, fomes (qui dicitur ab Apostolo hic inhabitans peccatum) hic est qui elicit & operatur & non homo. Nam sicut est homo per rationem, ita quando operatur per eam, tunc dicitur operari vt homo. Cum igitur motus carnis, non sint & exurgant absque imperio rationis, non dicitur esse operatio ab homine, sed ab effreni appetitu sensitiuo. Huius imperio consurgunt. Ideo iste causa illorum est.

Si autem verba ista Apostoli referantur ad homiuem in peccato existentē, iam alia videtur esse ratio. Nam illud quod homo peccator vult in particulari (licet odio habeat in vniuersali) cum cōsentiat ratio peccato, ipse illud operatur. Et ideo ipse est qui operatur. Nam secundū rationem superiorē concupiscentiæ cōsentit. Iste non potest dicere, Iā non ego operor illud, quoniā cōsentit in particulari. Vnde colligitur differētia, inter hominem carnalem & spiritualem, quod iste cōsentit, spiritualis autem (dum talis est) minimè, & ideo dicitur non facere illa: carnalis vo-ò facit. Diximus, dum talis est: quia vt sic,

non

Infra hoc ad dem capti. Simile.

non potest consentire peccato. Sicut enim qui in carne sunt, Deo placere non possunt (vt author est Apostolus) sic qui in spiritu sunt, Deo displicere nequeunt. Sunt enim arbores bonæ quæ non valent malos producere fructus.

Respon.

Sed dicis, Quomodo inhabitat peccatum si liberati sumus, & Christi sanguine liberati? Perperam abusi sunt hæretici hoc loco, existimantes, quod nos semper occuper peccatum (etiamsi iustitia simus prædita) eo quod Paulus dicit, in nobis inhabitare peccatū. Si peccatum semper est inhabitans, fieri necesse est, vt is in quo inhabitat, semper persequeretur peccator. Si isti hæretici intelligere voluissent, quid Apostolus intelligit appellatione peccati, hoc errore nō fuissent irretiti. Nō semel, sed pluries diximus, quòd in præsentiarū peccati nomine intelligebat fomitē, & effrenē appetitū, qui multis de causis peccatum est appellatū. Primo, quia aliquid est originalis peccati, quod nec per gratiam, nec per baptismū, omnino auferetur. Remanet namq; in baptizatis, & in habentibus gratiam. Neq; obstat, quod hic appetitus sensitiuæ partis sit naturalis (nā naturale naturæ sensitiuæ est tendere ad bona delectabilia nil curans an sint contraria rationi, necne & cū iste appetitus, veluti agens naturale quantum potest feratur in talia delectabilia putat. n. omnia hæc conuenientia esse suæ naturæ quæ autem sunt desconuenientia suæ naturæ appettu irascibili abominatur & reijcit) hoc autem non obstante, hic appetitus dicitur esse aliquid peccati originalis, per quod deperdita fuit iustitia originalis, quæ detinebat & freni loco erat ei, ne effrenē cō surgeret aduersus spiritum, & iustitia originali deperdita, effectus est hic appetitus effrenis, sicque habet rationem peccati. Et cum remaneat nobiscum dicitur inhabitans peccatum. Cum igitur effrenis concupiscentia, sit effectus illius peccati, & effectus nomine causæ gaudere possit nulli mirum esse debet si apostolus hunc appetitum appellauerit peccatum. Et quoniam fomes non residet in nobis sicut peregrinus, aut hospes transiens, sed sicut domesticus, ideo vocauit illum Paulus peccatum inhabitans, eò quod assiduè nos concòmitatur, & nobiscum manet, Vnde sicut per peccatum originale effecti fuimus mortales, & tales semper denominamur (etiam de leto peccato originali) sic quoq; denominari possumus abillo relicto fomite, peccatores, Vtra quæ tamen denominatio pœnæ est & non culpæ. Neque per hæc in ira Dei sumus, vt illi hæretici turpissimè errantes somniarunt.

sequitur in textu.

Scio enim quod nō hab. in me, hoc est, in carne mea bonum.

ANtea dixit Apostol. Scimus quod lex spiritualis est, modo dicit, *Scio*. Fortè aliquid est hic secreti & mysterij, Cum loquereretur de se carnali, non dixit, Scio, sed scimus: nam quod ipse sciebat, ex lege sciebat, quæ non sibi soli, sed & aliis, nota erat, nunc verò quia quod sciebat, in seipso expetiebatur (experimētali & certa scientia sciebat quod nō faciebat quod volebat bonum vel quod peccatū inhabitās operabatur illudinuolūtariū (hoc Apest. experimēto certo sciebat, ideo dixit, *Scio*. Sed dicito Apostole, Quid est quod scis? Respondet, Ego spiritualis homo. scio.

Quod in me, hoc est, in carne mea non hab.

HOc est, non est, *Bonū*. Vide Pauli ingeniū bone lector. Non est ausus dicere absolutè in me, sed interpretat' est mox in seipsū dicēs, *Hoc est in carne*. ne

aliquis in hoc erraret. In carne, hoc est, in fomite, & in appetitu carnali & effreni: in hoc non habitat bonum, siquidē perpetuo propensus est ad malū. Non quia appetitus sensitiuus, sed quia ineffrene tendit ad delectabilia, ideo dicitur esse malus, & in eo non habitare bonum.

Non habet quod hic dicit Apostolus puguantiam cum eo quod alibi scriptum reliquit dicens, An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est? quia quando dicit Spiritum Sanctum habitare in nobis, non dicit in carne nostra sed loquebatur de nobis, quatenus rationales sumus: hic autem quatenus carnales. Quod enim ad solam carnē spectat, non dicitur simpliciter ad hominem pertinere, sed illud quod pertinet ad excellentiorem hominis partem, vt pore rationem, In hac.n. habitat bonum gratiæ, non in carne nostra quæ nequit esse tanti doni capax. Si igitur non habitat in carne bonum, sequitur quod inhabitet malum & peccatū.

1. Cor 6 & 3. 2. Cor, 6,

secundum spiritū. At dicit Apost. Ego experientia quotidiana experior, me nullo pacto esse ad hoc idoneū. Nā in hac boni perfectione & executione, spiritus quidem promptus est; sed caro infirma: & nedum est tu firma, sed etiam reluctans, sicut scriptum est, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autē aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicē aduersantur, vt non quęcunque vultis illa faciatis. Vult voluntas a spiritu mota, quod bonum est, sed istud bonis operibus exterius perficere non inuenio,

Ad Gal.

sequitur.

Nam, velle, adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Non.n. quod volo bonum hoc facio sed quod nolo malum hoc ago. &c.

PRobat in carne sua non habitare bonū, sed in mente sua: nā velle bonum reperitur in homine iustificato, sed perficere bonum non inuento, reluctante carne, & appetitu effreni repugnante contra spiritum. Caro enim obiicit impedimenta & obstacula, ne voluntas exactè & completè faciat quod volebat. Sensitiua enim pars hominis (cum sit instrumentum & organum humanæ operationis) necessaria est ad perficiendum bonū, quod homo vult

Nam velle adiacet mihi

QVoniam secundum instinctum rationis, bene placet lex, vocans ad honestarem, estque voluntas faciendi bonū, Et honestū: sed deest facultas præstandi. Impeditur nāq; homo, propter consuetudinem peccandi, & per somitem & concupiscentiā inclinantes potius ad malū quā ad bonū. Nā vt scriptū est, Prona est ad malū, ab adolescentia sua. Vnde elegāter beatus Hieronym. Quocunq; pergo, inquit, mecū semper hostem porto, qui domesticus est. Istius officiū est a desyderio carnis separare affectū mētis perpetuoq; conatur desyderia carnalia consumare & perficere: peccato òbtemperat, legi autem repugnat. Explanat istud elegantissimè Origenes exēplo sumpto in eo qui cōsuetudine irascendi grauatur. Iste quidem voluntatē habet non irascendi: & multoties aquod semetipsum definit & proponit quod abstinebit se abira: velle adiacet, sed lōgo vsu, & cōsuetudine diutina, solitus erat irasci, iam vitium iracū diæ in eo dominatum accepit. Istelicet habebat velle & propositum, ramē non perficit suam voluntatem, sed quasi victus ab illa consuetudine, quæ modum haber habitus, ciro in solitā sibi iracundiā tertio quoq; verbo erūpit. Sicq; fit vt iste non consequatur bonū quod volebat, scilicet, non irasci, sed quod

Gal.

vole,

volebat detestari, & execrari, scire tantam iracundiam, quæ sæpe critica sunt in passione iræ, componere tu lector & ostende mihi vtrum in alij. Nos boni studeamus.

Caueto tamen diligenter, ne in Pelagij errorem incidas: qui perperam nimbus hoc loco ad tuendam suum errorem, non est veritus dicere, principium boni operis esse à nobis, & non a Deo, perficere autem solum ab ipso Deo, ex eo quod Paulus hic dicit, Perficere non inuenio. Si Pelagius consuluisset Apostolum ad Philippenses scribentem, istud minimè dixisset. Illic namque palam asserit Apostolus, Deum esse qui operatur in nobis, velle & perficere, pro bona voluntate. Deus enim qui conditor & fabricator fuit nostræ naturæ, concurrit cum nostro velle & generali, & speciali concursu, quo quidem, ad volendum bonum morale, connaturale ipsi homini, impugnante ad hoc nostra syndereſi, & prudentia regulante actionem nostram. Syndereſis namq; excitat & mouet nostram voluntatem ad bonum, quod si fuerit bonum meritorium, tam alio indigemus auxilio, puta gratia gratificante. Vnde siue Paulus hoc loco loquatur de bono morali, siue de meritorio, semper verum est quod nostrum velle est à Deo, & perficere, a Deo, & a nobis. Cum autem dicit quod perficere non inuenit, ideo fortassis dicit vt nos doceret interuallum, quod experimento cognoscimus, inter ipsum velle & facere. Voluntas præsto adest, prompta est, at opus, tardum, & difficile, Hic labor est. Multis exemplis monstrare possemus hanc distantiam, inter hæc duo. Nemo mercatorum est, qui non habeat voluntatē habendi diuitias, sed vt hanc voluntatem opere compleat, multum oportet eum laborare, & vigilare. Opus iste habet, vt maria naviget, & multa terrarum loca perlustret, qui diues esse cupit. Necessum est illum laborare. Et qui sapiens quoque effici vult, studere, & [illegible] laborare debet. Et inter [illegible] non efficitur [illegible] Et [illegible] vt [illegible] quæ [illegible] [illegible] [illegible]

dionem. Perfectio enim viatorū (quæ in meritis & charitate consistit) compatitur secum illam imperfectionē quā inuoluit peccatum venia dignum: illa autem quæ est comprehensorum perfectio, quæ consumata est, non admittit secum illam imperfectionem peccati venialis. Nam aduenientē quod omni ex parte perfectum est, euacuatur omne quod imperfectum est. In præsenti vita iusti & sancti, non in persona aliorum, sed sua propria, verè dicunt, imperfectum meum viderunt oculi tui. Et ideo, sicut iustus illorum quilibet, accusator est sui in principio: & omnes simul aiunt, Dimitte nobis debita nostra: non aliena, nam de alienis quoque dicunt; & ab alienis parce seruo tuo.

Psal. 138.

Pro 18 Matt. 6.

Hæc pulchra & ingeniosè dicta sunt, sed an intentioni Paulinæ respondeāt. alios facimus iudices. Sunt tamen alij, qui verbum perficere, idem pollere dicunt, quod ad finem vsque perseuerare. Multò namque difficilius est in bono persecurare, & fixus stare, quam velle & inchoare bonum. Non enim dixit Christus: qui incæperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Iudas bene incæpit, sed non perfecit: & multi alij. Ad perseuerandum (vt communis & recepta est theologorum doctrina) speciale auxilium necessarium est. Nam in perseuerando plus est difficultatis, quam in inchoando: idcirco maior exigitur fauor diuinus. Et ideo, in multis etiam viris bonis, velle bonū inuenitur, quibus non datur perficere.

Psal. 18

Matthæi. & 24.

D. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 10.

Perficere bonū, inquit Pau. non inuenio.

Vtrum uis domum Dei est: & velle bonum, & perficere, hoc est, vsque in finem ducere. Illud sine isto, in multis reperire est. Iam hac intelligētia magis proxima nobis videtur, sed quam, germanam & genuinam (saluo meliori iudicio) existimamus, talis est: quam aliquādo nos (absit iactātia verbo) meditabamur, videlicet, quod verbum velle, & perficere, ad idem referātur. Hoc est, quòd velle, non referatur ad vnam partem, & perficere ad aliam, sed vtrūque ad vnam & eandem. Cape clarius istud lector candide. Apostolus volebat probare, quod in carne sua non esset bonum, sed in parte superiori, scilicet mente & ratione. & probat, quoniā velle, inquit, bonum, hoc est, facultas volendi, adiacet mihi, perficere autem non inuenio, hoc est, facultatem exequendi secundum partem inferiorem non inuenio. Siquidem caro infirma est, & cum vnlo exequutioni mandare, etsi inuenio spiritum promptum, non tamen carnem, sed infirmam. Spiritus namq. sæpe vult orationi operam dare at caro quiescere, dormire, comedere bibere vel ociari. Spiritus optat Deo vacare, caro ludere, & iocari. Spiritus carni imperat silentium, ieiunium, luctum & mœrorem, at caro protinus dicit se esse infirmam, non valere, ægrotari. Quod si spiritus vrgeat, ægregiæ murmurat, durum & crudelem affirmat esse spiritum contra se. Si addat verò calcar, verberet, vel castigat eā; mox semimortuam se fingit, & sic planè cōfitetur se non esse idoneam ad perficiēdum bonum. Vnde, non solum homo carnalis, sed spiritualis etiam, patitur hunc defectum. Nam hic quoque, malum quod non vult facit, sicut & carnalis, sed non æqualia mala. Carnalis, nō recusat homicidium, adulterium, incæstum & alia consimilia crimina perperrare; si non opere, tamen cogitatione, at ista facere non est hominis spiritualis. Nam quam primum hæc ageret opere, vel corde, iam mox desineret esse homo spiritualis, & fieret seruus peccati. Inuenietur autem in homine spirituali leue aliquod peccatum, nā scriptum est, Septies in die cadit iustus; neque

Proue. 24.

que propter hoc amittit iusti nomen, nec deperdit illius iustitia.

Sequitur.

Non enim quod volo bo. hoc fa. s. q. no. ma, hoc ago.

IN hoc textu immorandum non est, sunt enim in eo, eadem verba quę supra dixit, quæ deseruierunt ei ad agendam causam legis cōtra hominē, repetit pro homine nūc in eius fauorē cōtra peccatum & effrenē concupiscentiam, dicens. *Non n quod vo.bo* Per dictamen r. tionis rectæ, & ordinationem legis *hoc fa.* pugnante effreni concupiscentia *sed q noloma* Repugnāte dictamine rectæ rationis *hoc ago.*

Sed si dictamen rectæ rationis repugnat, quomodo ago? Resp. ōsio est, Ago victus concupiscentia effreni. Neque culpandus venit Apostolus, eo quod eadē verba bis adduxit, nam antea confusanè dixit, nunc concluſit ex iam dictis, explicatius declarans, quid erat illud quod volebat, & quod odio habebat, nimirum, bonum, & malum. Vnde non malè dictum fuit à Cardinali Caieta. superabundare has duas particulas bonum & malum, in superiori textu (quas forte interpræs apposuit) nunc autem in præsenti textu, confitetur rectè esse appositas. Quoniam ex his, euidenter patet, quòd licet velle bonum & malum sint in nostra facultate, perficere autem bonum & cauere à malo, non inuenitur in carne executiua, hoc est, in appetitu effreni Est quippe inobediens cum volo bonum: & è contra, quando nolumus malum, contrariatur nobis concupiscentia effrenis nolētibus malum, & volentibus bonum.

sequitur.

Si autem quod nolo, illud facio, non iam ego operer illud, sed quod habitat in me peccatum. &c.

BEnè colligit Apost. Nam si homo operatur quod dictamine rectæ rationis non vult, iam ipse non operatur, sed inhabitans peccatum est, quod operatur illud quod homo non vult. Negatur & remouetur hæc operatio ab homine, secundum partem superiorem, & attribuitur eidem secūdum partem inferiorem. Non operatur homo ipse, sed ipse appetitus effrenis & concupiscentia, quę preuenit rationis iudicium. Humanus autē actus, vt propriè ei qui verè est homo attribuatur, necesse est, quod fiat cum iudicio rationis, & istum actum dicitur homo operari. Quando vero fit præuentio rationis, concupiscentia est quę illud operatur,

sequitur.

Inuenio igitur legē volenti mihi facere bonum, quia mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in mēbris meis, repugnantem legi mentis meæ. & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. &c.

CVm duo sibi assumpsisset Apost. descripta lege peractāda, nimirum, bonitatē & spiritualitatem, illud membrum, nempe, bonitatem legis, abundè satis ex iam dictis pertractauit restabat, ei ex eisdem medijs, absoluere aliud membrum, scilicet, legis spiritualitatem, cui adiecit, & legis necessitatem, postquam ergo ostendit legem bonam esse, nunc demonstrat, spiritualē & nō es-

& necessariam esse, ex qua necessitate, ostenditur eius fructus. Porro hęc Pauverba, non sunt adeo clara & perspicua quin in multiplices & varios sensus distrahi valeant & possint. Neque nobis solis abdita & obscura videntur, sed ante nos, talia existimata fuerunt à doctissimo Origene, Chrysost. & eius abbreuiatore, Theophylacto. Cæterum vt nos paucis & quodam cõpendio, multa quæ circa hunc textum dici poterãt, comprehendamus, ex duabus particulis oriri totam difficultatem, intelligat acutus lector. Sunt autem duę istæ particulæ, lex & adiacet. Legis quidem vocabulum hoc loco difficultatem facit, eo quod quidam appellatione legis hic Mosaycam intelligunt: alij verò legem membrorum siue fomitis. Et cum istę duę leges inter se multum sint differentes & diuersæ, hinc fit, vt iuxta variam significãtiam vocabuli & eius acceptionem, verborum istorum sensus sit alius, & alius. Si autem dicamus. Inuenio legem, scilicet membrorum, illam scilicet quæ adiacet mihi malum. & quę volenti mihi facere bonum reluctat & prohibet, ne quod volo bonum illud agã, istud referendum esset ad hominem exteriorem (nam ista lex istius hominis est non interioris) si sic dicamus, iam cogimur confiteri in sequentibus verbis, non loqui de ista lege, quando dicit. Cõdelector legi Dei secundum hominem interiorem, sed de lege bona & spirituali. Neque istud conciliare possemus nisi dicentes, Apostolum transitum fecisse de lege mala in bonam, & rursus de bona in malam, quando dicet. Video autem aliam legem in membris meis. &c. Quare ad hos transitus euitandos, multo congruentius ac conueniẽtius dicitur, in præsenti loco Pau. vsurpasse legis vocabulũ, pro lege Mosayca scripta. Et in hac sententia sunt Patres grauissimi huius loci interprætes, quibus ob eorum magnam authoritatem (cum sint authores grauissimi) non possumus nos non cõsentire. Iuxta quam intelligentiam existimamus, Apostolum hic ostendere se Deo gratum, eo quòd dederit ei Deus tale præsidium, & adiutorium tam bonum, tãquam necessarium contra malũ, quod sibi adiacebat, hoc est contra rebellem appetitum, qui hoc loco nomine mali intelligitur ab ipso Apostolo. Vocatus est autem appetitus malum adiacens, sicut antea peccatum adiacens. Et merito tale sortitus est nomen: nam sæpe numero nos pellicit ad malum & impellit ad illud. Aduersus istum hostem, dicit Apostolus se inuenisse legem bonam & sanctam, datam sibi in adiutorium. Assistebat ei tanquam patronus, indicens ac dirigens ad bonum secundum dictamen rationis: & hoc erat ne cessarium. Siquidem adiacebat in eo malum, hoc est effrenis concupiscentia, quæ ad malum prona erat. Et hoc est adiacentia mali.

Et expende verbum Pauli dicentis, adiacet mihi malum: non dicit legi, sed mihi. Hæc enim mala concupiscentia non erat in lege, nisi secundum acceptam occasionem: erat autem in homine carnali habenti naturam corruptã. Contra istud necessaria fuit lex scripta, quæ refrenabat concupiscentiam, & dirigebat spiritum ad operandum bonũ secũdum dictamen rationis. Dicit ergo Paulus, Ego volens operari bonum secundum dictamẽ rationis, *Inuenio*, hoc est habeo. *Legem*, directricem ad hoc. Et si quæras, Ad quid? ad quem vsum? Respondeo.

Quia malum adiacet mihi.

HOc est aduersum effrenem concupiscentiam, quæ me obturbat, & impedit, quominus operam dare possim ijs quæ Dei sunt sicuti oportet. Et licet spiritualis sim, secundum legem quæ spiritualis est, tamen dome sticum mecũ porto hostem, qui non sinit me totis

& intellectiuus: ille delectatur de sensibilibus, iste autem de rebus intellectu, mente. & ratione appræhensis. In hac delectatione non fit transmutatio corporalis, sicut fit in delectatione appetitus sensitiui: & aliquandò tanta, quæ nata est causare mortem. Delectatio autem voluntatis, tantum est quidam motus voluntatis, qui hilarem reddit animum. Et sic hæc condelectatio, qua homo interior delectatur de lege, non est appetitus sensitiui, sed intellectiui: quia est secundum hominem interiorem. Neq. hęc delectatio deletur per illum conflictum & certamen quod in homine est, inter carnem, & spiritum. Nam postquam vir sanctus, carni non consentit, licet carnis molestias sentiat secundum intellectum condelectari potest in lege. Paulus enim Angelum Sathanæ habebat, qui eum colaphizabat: & nihilominus condelectabatur legi. Secus esset si quis in carne voluptatem & oblectamentum haberet.

Posteriorisad cor. c. 12.

sequitur.

Video au. aliam leg. in memb. meis. &c.

IN aliam se vertit hic partem Apostolus nec mirum. Constatus quippe est homo, & ex duabus coaluit partibus; altera nobiliori, nempe, intellectuali, & altera ignobiliori animi rum, carne: & non quacunque, sed efferi & procace siue rebelli. Illam priorem partem, cõponit lex spiritualis. quæcunq. sit: istam distemperat obturbat lex membrorũ & lex peccati. Vnde postquam Apost. declarauit legem spiritualem esse, & se carnalem: restabat ei, vt ostenderet verum esse, id quod illis duabus rebus adiunxerat: scilicet, se sub peccato esse venundatum, & hoc loco istud prestat & facit cum ait.

Video au. aliam leg. &c.

SEnsu visus probat quod dicit Apost. vt maiorem rei certitudinem ostendat. Qnæ. n. oculis cernimus, certiora esse reputamus. Dicere poterat Pau. Ego, qui ex vna parte condelector legi Dei secundum hominem interiorẽ, cognosco alia ex parte, hoc est secundum hominem exteriorem, aliam legem, nempe ipsam concupiscentiam & fomitem in carne mea habitantem: legem, in quã peruersam, quæ me quadam violentia captiuum ducit, & peccato me seruire facit. Sic poterat Pau. dicere, tamen maluit vti verbo video, quam cognosco, vt clariorem nobis de hac re suppeditaret cognitionem.

Sed eedo Paule, quibus oculis vides? vtrisque. Habet homo carneos, & mẽtis oculos. Ambobus videbat hanc pra uam legem membrorum. Intus & in cute (vt dicitur) exteriorem hominem, hoc est. carnalem agnoscebat. Quid videbas? An id quod Hieremias, nimirũ ollam succensam? vel quod Moses, rubrum ardentem, & incombustum? Ollam succensam videbat, hoc est, concupiscentiam incensam. Caro corrupta verè olla est, in qua decoquuntur animalium & brutorum carnes, sicin carne nostra vitiata brutales appetitus & desyderia carnalia coquuntur, & ibi fouentur, non secus quam fouere solet aues oua sua. Istam ollã videbat Apost. Sed vbi erat? vbi residebat? in qua parte?

Hiere. 1.

Exod. 3.

Simile.

Simile.

In membris.

NOn in membro, sed in membris. Membra hominis sunt instrumenta & organa nostri corporis, qualia sunt sensus, tam interiores, quam exteriores, oculi, aures, pedes, manus & reliqua id genus. Poterat dicere, in carne mea, sed dixit, in membris, vel clarius explicatius loqueretur. Sed quomodo tribuit Apost. legis nomen huic tam praue rei, quę indigna est hac tam nobili

nomenclatura? Respondemus fortè Apostolum appellasse fomitem & cõcupiscentiam legem, eò quod ligat hominem, ne valeat assurgere ad id quod bonum & honestum est. Lex a ligando dicitur. Aliam autem appellat, eò quod teuera alia est, quia aliud dictat, quam lex Dei, in qua delectatur homo spiritualis. Contrariæ sunt istæ duæ leges. Sed audi huius legis officium & actum. Legem, inquam, *Repugnantem*. Hoc est illius munus, repugnare, & teluctare. Sed cui repugnat auscultа.

Legi mentis meæ

REpugnat & contradicit alijs legibus, tam legi naturali, quam scripiæ, quæ tuni leges, non carnis, sed mẽtis meæ. Leges, inquit, quæ docent mentem meam, quid bonum, quidue malũ sit. Ista repugnantia apud Paulum clarius habetur ad Gal. cap. 5. *Ad Gal. 5.*

Sed quid amplius machinatur ista lex membrorum? dicit.

Et captiuantem me in leg. pecc. q. e. in men. mea

ECce eius dominium, ducere homines captiuos, eosque facere seruos peccati. Ecce vẽditionem hominis sub peccato. Hanc porro captiuitatem tribuit legi peccati, quam dicit esse in mẽbris, & non attribuit legi carnis. Nam re ipsa & secũdum naturam, licet istæ duæ leges sint idem, tamen secundum formam & rationes (vt dicunt Theologi scolastici) formales differunt, eò quod vna sit a natura, alia verò a peccato. Subiecto tamen non discriminantur, nam in eodem sunt subiecto, hoc est, in membris nostris. Porro hæc nostra captiuitas, analogia & proportione ad ad captiuitatem primi hominis clarius agnoscitur. Nec mirum, nam eam a nostris parentibus hæreditamus. In pecato enim modo, nos filij, nostros parentes imiramur. Illos, illa naturalis propẽsio ad fructum pulchrum visu, & gustu delectabilem, ad peccatũ pelliciẽs fuit, & seruos fecit peccati, sic nos filios, bona delectabilia ad seruiturem & captiuitatem adducunt. Et quia hæc lex pœna est illius peccati, quia sicut lex & ad instar eius edita a peccato fuit. Sed dicis, Quomodo potuit peccatum ferre nobis legem quæ adduceret ad peccãdum? Hoc non fecit positiuè, sed priuatiuè. Quia per peccatum ablatum fuit id quod prohibebat concupiscentiam nimirum, ipsa iustitia originalis. Sicut qui remouet columnam, est causa ruinæ domus: & qui aufert ab equo indomito frenum, causa dicitur esse casus hominis qui equitabat illum (vt iam supra diximus,) Sic peccatum primi hominis, abstulit iustitiam originalẽ (quæ erat frenum carnis) & sic ipsa remansit effrenis, inimica spiritus, & legi mentis contraria, crudelissimum, inrestinũ, & assiduum ei ingerens bellũ facescens(q; horatim spiritui quas potest molestias. In quibus positus homo, lamentabili voce suam, miseriam & captiuitatem agnoscẽs, se miserum profitetur dicẽs. *Respon.* *Simile.* *Simile.*

sequitur.

Infælix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem, legi peccati. &c.

PErinde est, *Infælix ego homo*, ac si dicat. Heu me infœlicem & misẽrũ, quis me liberabit à corpore isto morti obnoxio? Q. d. Quis à tanto hoste me liberabit? per quem euadere potero ab hoc tyranno? In manus huius latronis (non vnius autem tantum, sed multorum)

rum incidi, figuratus per illum, qui in Euangelio dicitur incidisse in latrones: expoliatus, & multis plagis plagatus. Vocem meam non audiuit sacerdos, surda aure pertransiit Leuita, nullus mei miseretur. Infœlix homo, quis me liberabit? An Moseos vetus lex. vel ipsa circuncisio? Nunquid ritus legales, in quibus vos Iudæi gloriamini? Nihil horum profecto. Igitur absq; vllo sum remedio? Non restat mihi aliud nisi in cœlũ (sub hoc iugo repressus) alta & magna transmittere suspiria. Sed pietatis erit opus, hunc hominem, in tot, tantisq; calamitatibus positum, vel tantisper cõsolari. Consolamini, consolamini populeus dicit Deus vester. At respõdet dicens, Et quis cõsolari me poterit? Tersiquidem Dominum meum rogaui, vt à me amoueretur hic Angelus sathanæ qui me colaphizat, & repulsam passus sum, dictumq; est mihi, sufficit tibi Paule gratia mea, O vtinã tale mererem ur audire responsum omnes quotquot in simili infœlicitate sumus. Esto contentus Apostole hoc tibi dato responso, nec in hac vita aliud prœstolari velis. Quod à Domino ter postulasti, si non impetrasti, mirari noli. Adeo enim penitus insita lege cõmuni est nostræ carni peccandi procliuitas, tantaq; vires vsurpauit consuetudo (quæ velut est altera natura (vt tanquam captiuus, etiã reluctando, præstruare se minimè valeat, quin ad peccatum pertrahatur. Pete tu quicunq; homo es, fomitis mortificationem, & noli quærere in præsenti vita omnimodam liberationem.

Luc. 7.

Non petit ad iutorem, sed liberatorem.

Isaiæ 40.

2. Cor. 12.

Sed a quo cupit liberari Apostolus? Dicit,

De corpore mortis huius,

Qvi moriuntur, liberantur a corpore mortis. Nonne tu ille es qui dicebas, Nolumus expoliari sed supervestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita? Quomodo nunc dicitis, quis me liberabit de corpore mortis huius? Facili negocio potest Apostolus se expedire ab hac apparẽti repugnantia. Nõ enim hæc duo loca sunt dissona. quoniam nõ optat se poliari a corpore absoluté, sed quatenus est occasio mortis vel quatenus est corpus mortis.

2. cor. ca. 5.

Respon.

Emphasim habet hic genitiuus mortis. Insinuare voluit Apostolus quod sustinere & pati has carnis molestias & cõflictus, quẽdam mors sit, vel saltim similes esse morti, non corporali (secundum quam semel morimur tantum iuxta illud, Statutum est hominibus semel mori) sed hæc mors, quam in præsenti vita sustinet & patitur homo, morti gehẽne est similis: de qua dicitur. Mors depascet illos. Isti, vbi fuerint adusti & combusti, denuo incẽdio reuiua reuiuiscũt. Talis est hæc mors, quæ si semel mortua fuerit, reuiuiscere potest. Non omnino potentia carnis exinaniri & anihilari potest, quin a dæmone, mundo. vel concupiscentia sufflante non possit a mortuis non resurgere, non solun in iustificato, verum etiam in sancto viro. Verum est illud: nam hæc vox non solum est iustificatorum, & regeneratorũ sed etiam sanctorum, non in alia vita existentium, sed eorum qui in præsenti versantur. Isti namq; cupiunt liberi fieri ab istis molestijs, motibus, & stimulis, & hoc, vt non solum mente, sed etiam carne, possint inseruire Deo. Nec contenti sunt quod mente inseruiant, & secundum illam, iam sint actu liberi (licet rursus captiuari possint) nisi diligenter se præseruauerint, vitantes occasiones. Caro ad pugnam semper est prõpra, licet ad opera iustitiæ sit tarda. Castiganda est, & alijs nos oportet remedijs illi obuiam ire, quæ gratia breuitatis tacemus.

Ad Heb. 9.

Psal. 48.

Interrogando, quærimoniam facit Apostolus eò quod huic malo ab ipsis hominibus nullam sperabat medelam lex Moysi adiutrix esse nequibat, nec liberum arbitrium præsidium præstabat.

Quis

Quis igitur? Ne in desesperationem veniret Pauli auditor, existimans in tanto malo nullum inueniri remedium, mox adiecit tanti mali liberationem, cum ait.

Gratia Dei per Iesum Christum.

AC si dicat, Non desponeatis animo. Præbeo & presto, do vobis anydotum: accipite, gratiam Dei per Iesu Christi. D. N. manus transeuntem. Quoniam gratia per Iesum Christum facta est. Hæc est sanè, quæ liberat hominem à corpore mortis: primò quidem, remouendo consensum ab istis carnis motibus, tum etiam, comprimēdo insultum. Istud in presenti vita inchoabitur, & in futura consumabitur. Consolatus est nos Apostolus, in eo quo Deus solatus est ipsum, dicens: sufficit tibi Paule gratia mea. Istam hic asserit tanti mali esse liberatricem & adiutricem. Sed Paulo dicere possumus, quomodo post hanc receptam ipse exclamet. Quis me liberabit de corp. mor. hu? Si iam tu accepisti, quid causæ est quod non sis liberatus à principio? Respondere possum eò esse factum, quod licet hoc remedium sit certum, non est tamen præsentaneum. Gratia quidem istius medicamē est: sed oportet granum in terram proijcere & corrumpi. Sic oportet vt nostra caro corrumpatur & sic homo totus liber erit. Modo est secundum partem, tunc perfecta erit liberatio.

Ioan.

similc.

Ista dicimus iuxta vulgatam nostrā versionem, quæ sic habet: non tamen nescij sumus, apud Græcos, & etiam latinos aliquos, aliam esse huius loci lectionem: secundum quā, referunt istū textum ad gratiarum actiones, quas dicūt Paulum dare Deo per Iesum Christum. Sed cum ille sensus, non sit ab alio multum alienus nos maluimus sequi vulgatam lectionem (vt nostrum est propositum) lector de hac re alios consulat. Apost. verò coronidem imponere volens, concludit statum hominis spiritualis, sic dicens,

sequitur.

Igitur ego ipse mente, &c.

LEgi Dei: carne autem legi peccati, Quod hic Apostolus dicit, licet clarissimi sensus sit: tamen fecerunt obscurum Lutherani, pestilentissimam doctrinam existis Pauli verbis extortè & perperam intellectis, colligentes. Quare æstimanda & ponderanda paulò altius à nobis veniunt, quam ipsa ex se necessario exigebant, sed intendamus primo literæ seriem, deinde verba explanabimus. Dicit Apostolus, Igitur. Concludit ex supradictis, quod homo legi Dei seruit mente & appetitu rationali perimpulsum synderesis. Nec mirum. siquidem talis homo spiritualis est & non carnalis: carne autem, hoc est appetitu sensitiuo irascibili & concupiscibili, sub qua venundatus homo propter peccatum seruit. Ex his duabus periodis palam fecit Apostolus crudele istud prælium inter carnem & spiritum quod nobiscum toto vitæ mortalis curriculo portamus, quod bellum multo clarius ad Galatas declarauit dicēs. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Istud est implacabile & ininstinguibile prælium. Sed iam verba Apostoli incipiamus expendere. Et inter alia non sunt dissimulandæ illę duæ dictiones, Ego ipse, Emphasim habere videntur. Cū enim homo per varios status vagatus fuerit, primū sub felice, postea sub infælice, & Apostolus hic loquatur de honore. Scire oportet sub quo statu hic considerauerit homine. Et vt cito nos expediamus certum est, quod hæc Pauli verba nihil attinent ad primum statum hominis

in quo

in quo fuit creatus multis donis prædi-
tus & gratia ornatus, In hoc statu nulla
fuit lucta, nullumque prælium inter
spiritum & carnem, caro erat subiecta
spiritui & iste sub Deo. Nō igitur in hoc
primæuo hominis statu poterat dicere
Apostolus: Ego ipse mente legi Dei ser
uio: carne autem legi peccati. Quoniā
neq; hęc in rerum natura erat. Cæterū
secundo homo cōsiderari potest in sta
tu naturę corruptæ, qui status subdiuidi
potest in duos in illum scilicet qui erat
ante legem scriptā, & in illum qui fuit
post legem latam. Atin vtroq; horum
verificari possunt hæc Pauli verba. Et
hoc secundū magis & minus. Quoniā
in vtroq; statu homo effrenē habebat
concupiscētiam, sed maiorem post ac-
ceptā quā antea. Quoniā accepto man
dato à lege, Ne concupiscaret, magis ca
ro mouebatur ad cōcupiscendū. Neq;
ob id culpandus est ille qui dedit man
datum. Nam istud factum est in homi
nis bonum & non in malum. Nam sic
agnouit se carnalem esse & infœlicem
& vt talis clamauit dicens. Infœlix ho-
mo quis me liberabit, &c. Quid habes
homo? Cur clamas? Quid dolet? Es ne
infirmus? Maxime. Voca medicū, Iam
quæro. Sed quem? Voca legem, vade
ad Circuncisionem. Respondet. Lex
quidem vel digito monstrare potest
morbum, sed non curare. Iam video
morbū, iam agnosco, iā sentio, iam que
oculata experientia experior, expertus
clamo, medicum & medicinam quæ-
re, legem consule, ipsa de medico tibi
nouiam dabit, in tabulis scripta ideo
est vt tibi præsto sit quādo tibi opus erit.
Sed heu, dicis, in promptu est lex, at lex
iram operatur. Infœlix ego homo quis
me liberabit? Inuoca patrem illum A-
brahamum more illius diuitis qui cla-
mabat. Pater Abraham miserere. Iste
pater est circuncisorum, tu qui clamas
si Iudæus es, Circuncisionis filius es.
Confuge ad eam de qua iam Paulus
dicit multum esse vtilitatis. Respondet
homo iste dicens. Expoliaui me iam
meo præputio, Circuncisioni me sub-
iecci, eam suscepi, filius sum Abrahæ per
carnem. Sed heu me infœlicem ecce
video aliam legem in membris meis.
Adhuc maneo infelix & miser homo,
siue præputiatus siue circuncisus verius
fortè dicam, nihil profuit circuncisio.
Nam adhuc ego ipse carne seruio legi
peccati. Quare eandem cogor adhuc
canere cantilenam dicens. Infœlix ho
mo, quis me liberabit de corpore mor
tis huius? Sed iste hic pauliſper Apo-
stole bone, dicito, mors habetne cor-
pus? Si habet, doce quale corpus sit
istud. Mors non est corporea res, quo-
modo igitur habet corpus? Quod si nō
habet frustra petit Apostolus liberari,
in vanum expectat tanti mali aliquod
remedium. Non incassum Apostolus
præstolatur remedium, etiam si certus
esset a quoquam homine se haud pos-
se habere remedium. Satis persuasus
erat se habere potētem tāri mali libera
torem. Cedo Apost. quis est iste libera
tor? An naturæ lex, vel ipse Moses, aut
quius alius præpotēs homo? Ira, Vnus
& solus est, sed non purus homo, sed
homo Deus, quem cælestis pater tan-
to hominis malo compatiens misit in
mundum. Quisnam iste est? Ille nempe
de quo scriptum est: Et quem misisti Ie
sum Christum. Homo Iesus medicus
& medecina huius morbi & mali, iste
erat quem è cælo in terram misericor-
diarū pater transmisit, de quo Aurelius
pater noster August. piè, dōctè, & accu-
tè cecinit dicens, Magnus de cælo venit
medicus, quomiam magnus in terra
iacebat ægrotus. De quo quęso ægroto
loquebatur nisi de illo in cuius perso-
na noster Apostolus clamat dicens, In
fœlix homo, &c, Quis infœlicior homo
iure dici potest quam ille prothopa-
rens noster, qui in summam infœlici-
tatem incidens, tot, tantosque fecit in-
fœlices filios? Pater si suam fœlicita-
tem seruasset, fœlices filios perpetuò
habuisset. Quod igitur de filijs primo
dicit Apostolus, est nihil quod vetet

Reſponſio.

Reſponſio.

Ioann. 1.

in presentem adaptari posse eo potissime quando illud quod filij habent a paterna hæreditate hæreditarnnt. Infælicitas ista de qua Apostolus lamentatur primo patrem inuasit. & subinde tempore procedente quotquot genuit filios momordit. Pater comedit vuam acerbam, sed mox filiorum dentes stupuerunt. Non fuit solius patris infœlicitas illa, sed patris & filiorum. Quare in eorum persona clamare potuit Apost. se appellitās iufœlicem hominē. Vtrū autem propriam personam compræhenderit sunt qui affirmant & non desunt qui negent. Beatus autem Hieronymus existimauit hæc verba Pauli sub omnium hominū persona fore dicta, licet nonnulli ipsammet personam exclamantem exceptam faciant & nihil ad Apostolum pertinere existiment. Nos saluo multorum meliori iudicio, illam sententiam magis approbamus, quę asserit Paulum loquutum fuisse in persona humani generis, sub qua compræhenduntur tria hominum genera. Primò homo sine lege. Secundò homo sub lege scripta, & Tertiò homo sub gratia constitutus. In omnibus istis verificari potest ista Pauli tam quæruloſa exclamatio de qua hactenus sit dictum. Nunc reuertamur ad illud quod dicebamus, de corpore mortis, requirētes quid per corpus mortis intelligere debeamus. Peritissimus doctor Origines per corpus mortis, intellexit corp⁹ peccati. Illud enim corpus in quo habitat peccatum est corpus mortis. Sed dicis peccati sedes anima est, & nō corpus. Respōsio vtrobique potest peccatum habitare & in anima & in corpore. Istud subiectum est, & obnoxiū affectibus peccandi & hoc corpus dici potest corpus mortis hac ratione. Potest etiā hoc nostrū corpus vocati corpus mortis, eò quod mortiiure & non vno solo ad moriēdū sit obligatū. Vnū est naturæ ius & alterū peccati, tametsi credendū magis est Pau. hic ad peccati ius oculū habuisse, quā ad naturale. Fortassis non multum incongruè dici posset hoc nostrum corpus, mortis corpus eò quod ostium & porta sit per quā facilissimè ingreditur ipsa mors. Scriptum quippe est in sacro eloquio. Ascendit mors per fenestras. Sensus & membra nostri corporis quid aliud sunt quam fenestræ? Intuetur homo & prospicit mulierem aliquā. Intueri & respicere non est lege vetitū: sed si captus oculus quadam concupiscentia fuerit, iam videns & intuens a morte est raptus, & captus, & fortassis captiuatus. Vnde hoc? Vnde ingressa est mors per fenestram visus? Per quam portam introiuit mors ad regium Prophetam Dauidem? per quam? Per fenestras oculorū. Et illos senes inueteratos & concupiscentia plenos, ad illam castissimā Susannam violandā? Quis introduxit? Quis? concupiscentiæ oculus. Nam viderant eam in pomerio se lauantem. Et deniq; vt de nostra matre Eua vel vnum verbum dicamus. Per quam fenestram ad eam ingressa est inimica mors? perquā lanuam? per quam fenestram? per oculorum fenestras. Consule scripturam Gen. primo scribitur. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile, Vidit mulier, vidit, & comedit protinus ingressa est mors per istam fenestram. Habet alias corpus nostrum mortale, fenestras, vt sunt gustus, auditus, tactus, & reliqui isti, & alia membra corporis partes sunt corporis mortis, per quas ad animum mors introitum habet Sed quale remedium habet homo. Perutile remedium erit curare vt istæ fenestræ, quoad fieri poterit sint semper clausæ, & dare operam vt mēbra nostra tam interna, quam externa sint arma iustitiæ Deo, quibus viriliter & strenuè aduersus mundum, & carnem militemus. Vndique & vbique pericula sunt, circundati sumus inimicis, nedum foris stant, sed intus non desunt. A domestico inimico liberari cupiebat homo ille qui hic cla-

Hiere.9.

Geminū ius mortis.

clamat iste inimicus corp' mortis erat. Quare non dicit, Quis me liberabit de corpore: sed de corpore mortis. Non cupit à corpore dissolui, sed a corpore mortis, hoc est, a corpore peccati. Hoc est quod nos suspirare & meritò facit. Quis tanta miseria onustus nō emittet suspirium? Reuera aut stolidus, aut saxeus esset qui in tanta miseria haud suspiraret. In hac lachrimarum valle positi clamemus, & suspiremus filij Euæ, Sed dicis forte, Quid prodest quod clamemus, suspiremusq;, si non adest liberator? Quem nobis Apostole præbes tu leberatorem? Inter enarratores & Apostoli explanatores sunt qui estimāt huic exclamationi quam formauit nullam daram fuisse responsionem. Quoniam non habebat in promptu diuinus Apostolus. Neque idcireo mihi dicas. Cur igitur eam formauit si ei non suppetebat responsio Nam responderent isti dicendo, geminam esse responsionem, alteram tacitam, & alterā expressam. Et pro more habet sacra scriptura interrogare & tacere responsionē maximè quando responsio vel est multū difficilis vel impossibilis, cuius generis videtur esse ista interrogatio Pauli dicentis. Quis me liberabit de corpore mortis huius? quasi dicat. Nullus. Petin de valet in hoc loco, Quis interrogatiuè, ac si dixisset, nullus. Et idem est dicē dum inferius quando Apostol. dicet. Quis nos separabit a charitate Christi? quasi dicat, nullus. Vtrobique eandem vim habet, particula, Quis, nempe negādi. Et iuxta istud, sensus horum verborū Apost. esset, nullū esse pro ptęsentis vitæ statu, qui posset liberare à corpore mortis huius, hoc est, abista carnis miseria, Est veruntamen pro alia parte, non parua Interprætum multitudo, qui inuenerunt expressam & præclaram responsionem huic interrogationi ab ipso Apostolo factæ, eamq; esse dicunt, id quod proximè & immediatè post exclamationem Apostolus dixit, scilicet,

Mos sacræ scripturæ.

Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum.

EN hæc est responsio remedium & medella. Non erat expectanda ab Apostolo alia responsio, neque nobis dari poterat salubrius antydotum, quā gratia Dei, quę liberum facit hominem a corpore mortis. Dicis, Et hoc potuit præstare grati Christi? Respondemus, Maximè & si non ita exactè & complete in præsenti mortali vita fiat, sicut fiet in futura immortali vita in qua nō erit periculum relabendi sicut nunc est, neque erit bellum inter carnem & spiritum, neque corpus nostrum aliquo grauamine grauabitur, quoniam erit incorruptibile & immortale, & tunc perfectè & completè liberabitur homo a corpore mortis. Cæterum in præsenti vita cum hominis vita, (teste Iob sit militia super terram) & militia inter carnem & spiritum, hinc fit vt homo interdum seruiat legi Dei, & interdum carne legi peccati. Et autem ista seruitus secūdum enm, qui prænalet & vincit, vincente spiritu seruimus Deo, vincente carne legi peccati. Faxit Deus per suam misericordiā vt noster spiritus semper ptęualeat & vincat vt eo victore nos secūdum illū perpetuò Deo inseruire possimus,

FINIS.

CAP. VIII.

Nihil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum, &c.

PRIVSQVAM aggrediamur hoc octauum caput, auspicari operepretium duximus, ab eius laude, & à commendatione, quodiusta de causa nos facere opinamur. Nam est hoc caput præ cæteris & inter cætera excellentius, auream & oppidò illustrem habens doctrinam. Omnia enim Pauli verba melliflua & spiritu plena sunt. Redolent quippe penè omnia verba, magnam fragrantiam, & suauitatem. Quare æquum erit, vt lector, multò maiore diligentia, studio, & attentione, istud percurrat capitul. Hæc enim altera fuit occasio, quæ nos mouit, vt ab ipsa commendatione huius capitis exordiremur, quod hactenus non fecimus, nec alia istud exigebant, veluti hoc, in quo Paulus spiritu totum se demõstrat esse plenũ. Porro, a propositis verbis initiũ capituli dedit, vt receptissimũ est ab omnibus ferme interpretibus (tametsi haud desint aliqui, qui arbitrati sunt, postremam elapsi capitis clausulam, esse initium & principiũ huius octaui capitis.) Sed hoc modicam habet probabilitatem. Proinde melius est, vt in hac re communem sequamur sententiam, & friuolas missas faciamus controuersias. Veruntamen, vt pro more nostro faciamus: principio capitis oportet in præcipuas portiones ipsum caput distribuere: quę (vt summatim dicamus) quatuor esse possunt. Prima, docet nos saluatos esse à culpæ dãnatione, per spiritũ & gratiã Iesu Christi. Quicunque hæc dona receperunt, nil damnabile habent. Secundum membrum est, creptos nos esse ab altero malo, videlicet, à morte. Ad hæc namque duo mala, propter peccatum Adami, cõdemnati eramus omnes. Tertium membrum est ostendere, nos protectos esse per eundem spiritum, ab illis molestijs & incommodis, quibus molestari solemus in præsenti vita. In quarto autem & vltimo membro, concludit, illos qui membra sunt Christi, liberos ab omni impugnatione & accusatione esse. Alia quoque istis præcipuis quatuor membris connectit, quę consideratione dignissima sunt. Hinc que forte factum est, vt præsens cap. in plures quã partes quatuor minutiores, sit ab aliquibus distributum quas nos, gratia breuitatis, complexi sumus sub quaternario numero,

Hoc tamen vnum pro certo lectori sumendum est, in hoc scilicet capite nullum esse alium scopum Apostolo, nisi explanare & perspectiora & clariora reddere ea quæ in quinto, sexto, & septimo capitibus præcedentibus disseruit. Vnde, hoc caput est veluti commẽtarius expositorius illorum, docens, relinquendam fore viam carnis siue legẽ. & amplectandam esse viam & legẽ spiritus. Sed primum insistendum nobis est, circa nexum & seriem huius capit. Nam vt prima eius verba indicant pendulum caput est à superiobus, vt palam docet illa particula illatiua, ergo. Et tamen nexus, nullus apparet: quin potius, si calcem superioris capitis attente considerem us, oppositum esset colligendum ei quod Paulus colligit, videlicet, esse aliquid damnationis etiam

his qui sunt in Christo Iesu. Siquidem & isti, licet legi Dei mente seruiant, nihilominus, carne seruiunt legi peccati. Seruire autem legi peccati, aliquid est damnationis. At Apostolus omnem damnationem excludit; tam culpæ, quam pœnæ, tam animæ, quam corporis. Vniuersalis est hęc Pauli enūciatio, cum ait, Nihil ergo nunc damnationis est, &c. Vnde non consentimus cum illis qui limitant hunc Pauli textum, & illum restringunt ad solam animæ damnationē: nam isti procul sunt a germana Pauli mente. Quare quinō considerarunt superiora quæ Paulus dixit in elapsis capitibus, cō eam penetrare haud potuerunt. Qui verò ad illa respexerunt, facili negocio inuenerunt. Cæterum sunt aliqui, qui eam venantur à primo capite. Sed istud non est necessarium. Nam tametsi hic fluuius ab illo dimanet fonte: tamen (vt breuiores simus) non oportet (vt vulgo dicitur) haurire aquam à tam remoto fonte. Sed vt nexus huius collectionis clarior nobis detur, sufficiet a proximioribus eruere & haurire illum.

Exordiamur ergo à quinto capite, in cuius principio Paulus concludens ex superioribus, hanc collegit propositionem, dicens, Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus, &c. Vbi quinque recensuit dona largita ipsis iustificatis. Primò pacem, secundò accessum ad Deum, tertiò gloriationem in spe gloriæ filiorum Dei, quarto gloriationem in tribulationibus, quintò & vltimo, gloriationem in ipso Deo. Deinde inferius descripsit miserum illum statum in quem primus homo peccato suo totum genus humanum constituit. Et quando dixit, Præterea sicut per vnum hominem, &c. Et sic in finem vsque illius capitis occupatus fuit Apostolus in enarrando statu illo generis humani sub peccato, cui statui è regione collocauit alium, videlicet statū gratiæ Christi & hoc illis verbis quando dixit, Propterea sicut per vnius hominis delictū &c. Conferens autem hos duos status dixit, quod non sicut delictum, ita & donum, quia vbi abundauit delictum superabundauit & gratia. Porro hanc superabundantiam gratiæ inuiolabili nexu & serie est prosequutus, quæ prosequutio durat vsque ad præsens caput, etiam inclusiuè, ad illam vsque clausulam, in qua dicit, scilicet. Quicunque spiritu Dei agūtur, hi filij Dei sunt. At hæc superadundantia huius doni, ponderanda & considerandaveniebat in his duobus, in liberatione damnationis (non solius animæ, sed etiam & corporis) & huius rei causæ considerandæ erant: causæ huius liberationis, & media quibus iustificati liberati sunt. Cum igitur Apostolus vnica illa clausula scilicet, Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, intellexisset omnia damna quæ peccatum Adæ intulit toti suę posteritati, & illa non solum spectarent ad animam, sed etiam ad corpus, consequens est, vt liberatio huius damni esset copiosior, & abundantior, vt esset liberatio non solum ab anima, sed etiam a pœna corporis. Et ideo congruè dicitur, sermonem Apostoli esse vniuersum, & non fore limitandum, Secus donum Christi remansisset imperfectum, vt quod non se extendisset ad omnes partes damnationis, nec superasset dona legis veteris. Vnde eleganter (vt solet) discooperuit hic doctissimus Caietanus differentiam, quam Paulus ponere volebat, inter illos iustificatos qui ambulant secundum spiritum, & illos qui ambulant secundum legem.

Est autem discrimen tale, quod in primis, nihil damnationis committitur, protegente, & adiuuante illos dono Dei, per quod effugere, & cauere possunt quidquid est damnationis: in alijs vero, qui sectantur legem Dei, & qui ambulāt secundum legem, nedum aliquid damnabile cōmittitur, sed multa, quoniā lex est impotēs, caro vigens, lex non conferens gratiā, nec in car-

in carne damnans peccatum. Propter has impotentias legis & imperfectiones, multa sunt in ambulantibus secundum legem, quę damnari possunt, quæ non reperiũtur in illis qui sunt in Christo Iesu, & ambulant secũdum spiritũ. Et licet dictum sit a nobis, quod prima verba huius capitis, nexum habent cũ illis, quę dixit capite quinto de dono gratię Christi tamen quia multa interposuit Apostolus inter caput quintum & hoc octauum aliquantulum videtur minus credibile, quod Apostolus conclusionem tam diu dilatauerit ponendam. Magna videtur esse hæc parenthesis. Si istud alicui videtur aliquo modo absurdum, & tanto Doctori indecens, is confugere potest ad verba proximi elapsi capit. & non videbitur hæc illatio tam ab accedentibus verbis remota & distanse esse. Sunt autem verba præteriti capitis, a quibus colligitur hęc conclusio, quę in principio octaui ponitur, ista, scilicet, Gratia Dei per Iesum Christum, quæ erat responsio illius exclamationis, scilicet, Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Inde nunc infert & colligit, quod si liberamur per gratiam Dei Christo mediante, & eam dante, sequitur optimè, quod nihil erit dominationis his qui sunt in Christo Iesu. Nam iam ostensum fuit, nos reuocatos fuisse a malo culpæ & pœnæ per Iesum Christum. Nam ipso concedente pacem, & nos Patri reconciliante, quis est qui timere debeat? Qui enim sem-
Iob 34. mel insiti & complantati sunt per fidem & baptismum, isti cum non habeant graue aliquod delictum, non sunt digni damnatione culpæ, & criminis remissionem sunt iam cõsequuti, Quod si in horum carne hæreat fomes, sed propter Christum non imputatur ad culpam. nec ipse vere culpa est. quo verbo, ille Lutheranorum pestiferus error explodit, quo contendere non sunt veriti (sequuti ducẽ & præceptorem suum Lutherum cunctos concupiscentiæ motus, dicere esse peccata, & talia. vt neque per baptismũ neque per quoduis aliud sacramẽtum expiari possint, Irremissibilia faciebant ista peccata in præsenti vita, licet fatercntur non esse imputabilia propter fidem. O hominum demẽtiam, omni refutatione dignam. Nam si peccatum est, profecto dignum est, quod à iudice iustissimo damnari debeat. Est ne criminũ dissimulator vel fautor Deus? Si (Sapiente teste) Simul sunt odio, Sapien. 14. Deo impius, & eius impietas, quid stultius effari potest, quam dicere Deum non damnare peccatũ, maximè grãdo & indelebile per sacramenta? Et si tale peccatum est in iusto, quomodo iustus est? Adde tu aduersus istos stolidos homines, quod si isti motus ex natura pullulant, vel primo primi sunt, præuenientes rationis iudicium, quomodo erunt peccata, si in illis deest ratio voluntarij, & in istis iudicium rationis?

Sed hæc horrenda sunt, ea missa faciamus, quibus missis, iam ad textum Pauli accedamus, sigillatim omnia verba expendentes. Dicit ergo Apostolus.

Nihil ergo nunc damnationis est. &c.

QVum primo dicit nihil, hoc vno verbo, ferit hæreticos, qui insulse asserunt, etiam iustificatos in Christo Iesu, obnoxios esse damnationi, licet illis Deus non imputet. Hos nouos hæreticos, verbum, nihil, iugulat. Neque bona est euasio, si dicant Paulũ nõ dixisse nihil peccati, sed dãnationis, Tacuit, inquiunt, peccatum, & nominauit damnationẽ, eò quod (vt inquiunt) ab ista præleuantur, quia amplexi sunt fidem Iesu Christi, per quam fit, quod non imputetur. Sed hoc dementia quædam est. Isti cæci videre nolunt, neque attendere ad ea quæ superius

dixit Apostolus, scilicet, quòd iustificatis in Christo, condonata sunt omnia illorum peccata, peccatis autem cõdonatis non remaner aliqua subeunda damnatio. Quis non videt, quod cum aliquis parcit & condonat alteri noxam, nulla illi cura est de condemnãdo reo? Alioqui, quomodo cõdonauit, si vult condemnare? Condonatio & cõdemnatio, ad inuicem pugnãt. Si igitur per efficatiam & superabundantiam gratiæ Christi iustificati liberati sunt a peccato, & ab augmento peccati, ab occasione peccati, à morte animæ & corporis, & ab omnibus pœnalitatibus, quomodo audet aliquis dicere (nisi sit stolidus) aliquid esse damnationis his qui sunt in Christo Iesu? Si Christus illos suo sanguine liberauit, nonne verè liberi sunt? Sileant ergo, & tantam blasphemiam loqui erubescant. Nihil est profectò his qui sunt in Christo Iesu, vel peccati vel damnationis Cæterum, de alia particula, videlicet, *Ergo*, iam cũ de nexu diceremus, diximus vnde educeretur ista conclusio. Sunt tamẽ aliqui qui eam referunt ad illam clausulam, quando scilicet dixit, Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Ex hoc autem quod ipse erat dispositus ad seruiendum legi Dei per gratiam, dicit se & omnes alios spirituales viros (quos ipse ibi in sua persona repræsentat) ex hoc, inquiunt, bene colligit Paulus, se nihil habere damnationis, neque etiam illos qui erant in Christo Iesu, quoniã peccatum non est in illis, hoc est, in mẽte illorum, cum sint fide purificati. Et si quis obijciat dicens. Si non est in mente macula, est tamen in carne concupiscentia, & fomes. Respondent, istud nihil obstare dictis, eo quod fomes ipse non est peccatum. Peccarũ enim actus est, & peccatum oportet esse voluntarium: quæ voluntas si carni resistat, & spiritus cum ea non consentiat neque eat post concupiscentiam, nihil periculi habet de condemnatione incurrenda. Nam tales spirituales homines, nõ secundum carnem ambulant, sed secũdum spiritum. Hæc secundum aliquorum sententiam dicta sint, quæ nõ sunt mox respuenda. Nam licet ij qui sunt in Christo Iesu patiantur carnis molestias & titillationes, tamẽ si sunt non cõsentientes carni, nihil habent damnationis, quoniam non ipsi operantur illud, sed fomes qui habitat in carne. Iam antea dixerat Apostol. in persona sua, & aliorum, quod si ipse agebat malum quod ipse odio habebat, ipsũ non operari illud, sed quod in eo habitat peccatum. Ipse enim cõdelectabatur legi Dei secundum interiorem hominem. Et sic cum ipse non consentiret, non operatur ipse.

Ex ijs patet, quod etiam cum illis præcedentibus verbis, nexum habere possunt istà quæ in frontispicio & initio huius, 8. capitis posita sunt. Sed illud aduerbium temporis, scilicet, *Nunc*, suam quoque habet emphasim. Non enim temerè appositum est. Potest namque referri ad duo tempora, vel ad excludendum tempus legis scriptæ (de qua supra dixerat quod per eam occasionabiliter passiones peccatorum insurgebant) in tempore autem legis tale donũ nõ erat. Nam lex illa etiã appellata fuit ab eo lex mortis. Quæ verba intelligenda sunt, vt iam supra à nobis explanata fuerũt. Ad differentiã igitur illius temporis, Adiecit Apostolus particulã nunc. Vel fortassis adiecit istud, ne quis referret suum sermonem ad aliam vitam. Nam in illa futura beata vita, certum est, nihilq; noui dixisset, cum ait. Nihil ergo nunc damnationis est. &c. Certissimum quippe est, quod ille status excludit quicquid est damnationis ab his qui sunt in Christo Iesu. Et ideo, ne quis crederet Apostolum loqui de illis beatis, & iam prorsus a carne liberatis, apposuit particulam, nunc, ac si diceret, de præsentis vitæ statu loquor, non de futuro. Est autem sensus & mẽs Apostoli, in hoc loco, loqui de his qui sunt in Christo Iesu, existentibus in hac

mor-

mortali vita, quos dicit nullam cōtrahere damnationem: ad differentiam illorum hominum qui degebant sub statu veteris legis, qui de Iesu Christo fidē tantummodo possidebant de futuro Messia, Isti damnationi obnoxij erant, nec per legem ab ea liberari poterant: nunc autem hoc est, in statu affluentis gratiæ quæ superabundauit, ob istam affluentiam & spiritum abūde effusum (charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis) per hāc nouam legem quæ spiritus est (vt statim dicet Apost,) per hanc factum est vt qui sunt in Christo Iesu, nil habeant damnationis. Neq; obstat, quod secum comportēt angelū sathanæ qui illos vna cum Apost. Paulo colaphizet & molestet, relicta namque est in illis rixa illa & pugna, ad maioris augmentum meriti. Neque istud in istis aliquid causat damnationis, alioqui nō in vniuersum dixisset, nil in eis inesse damnationis.

Supra ca. 5.

2. Cor. 12.

Sed non incongruè requirit a nobis acutus lector, quam latè pateat huius damnationis ambitus. Fuse percurrere omnes damnationis partes, longū nobis esset negotium, & lectori fortè tædiosum. Et proinde breui sermone eas comprehendemus. Nam Paulus videns in multas esse distributum partes damnum quod primus homo suo peccato nobis intulit, prolixitatem fugiens, eas partes recensere & enumerare noluit, sed vnico generali verbo eas exclusit ab his qui erant in Christo Iesu ambulantibus secundum spiritum, cum ait, Nihil ergo nunc damnat. &c. Nos vero, vt id quod promittimus opere cōpleamus, has quæ sequuntur, dicimus esse damnationis partes, & hęc mēbra: alia quæ sunt in anima, alia quæ sunt in corpore, alia in toto compositō, & alia communia animæ & corpori. Animæ porro sunt ista duo; primum, ipsum peccatum originis, & posterius, inclinatio ad malum ab adolescentia & tarditas ac segnities ad bonum. Illud aperuit Paulus quādo dixit, Sicut per vnū hominem peccatum in hunc mūdum intrauit, hoc posterius ostensum fuit, quādo dixit aliquos ambulare secundum carnem, & non secundum spiritum. Et rursus cum dixit, non enim quod volo bonum hoc ago, & alibi, velle adiacet mihi perficere autem non inuenio. Alia est damnatio (à primo quoque parente in nobis causata) quæ respicit nō animam, sed corpus, qualis est eiusmo & separatio animæ a corpore, quādo corpus expoliatur anima, quæ est eius vita. Et hęc damnatio, ex alia originem traxit, quod palā satis propalauit Paul. quando dixit, Et per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrāsiit. Alia & tertia damnatio, totum compositum respicit, cum anima in præsenti vita vnita est corpori, & hæc est appetitus sensitiuus siue effrenis concupiscētia. Quam damnationem discooperuit Apostolus quando dixit, Video aliam legem in membris meis, &c, At quartū membrum siue pars quarta est, quæ secum ambit & affert omnes pœnalitates communes animæ & corpori, sentire famem, sitim, frigus subijci infirmitatibus quamplurimis, sentire spinas & tribulos, quos nobis gignit hæc nostra terra, subijci periculis multis: molestari ab omni creatura, parturire, ingemiscere & alia id genus multa. Ista sunt membra damnationis Adami, quibus infectum remansit totum genus humanū, & tota hominum, tam præteritorū, & præsentium, quam futurorum posteritas: quibus addita fuit extrinsecus aduenies damnatio, scilicet, augmētum peccati & fomitis ex occasione legis, quod incrementum aperuit Paul. quando dixit, Lex autem subintrauit vt abūdaret delictum. Huius autem abundantiæ delictorum etiam Adam aliquo modo causa fuit. Nam si ille perstitisset in illo fœlici statu, in quo conditus a Deo fuerat, & illam armoniam quam habebat non fregisset suo peccato, caro rationi non fuisset rebellis & contumax,

Respon.

max: neque opus erat lege scripta adeō domādam. At postquam ipse effectus est rebellis legi Dei & eius mandato, iustum fuit iudicium, vt caro insurgeret contra eum, & non omne quod vellet ipse facere posset. Et hac de causa etiā hæc dānatio retorqueri potest in illū.

Ista sunt damna a primo parente nobis illata, quæ vnico vocabulo insinuauit iam esse abolita & abrasa per gratiam Iesu Christi, vt in præcedentibus capitulis abundè latis reserauit Apostolus Cæterum, ostendere ad longum quomodo simus liberati ab vnaquaq; damnatione illarum, paucis dicere nequimus, multo namq; sermone & longa oratione nobis opus esset. Pertransennam tamen placet aliquid de hac re dicere. Ab his tribus quidem damnis, scilicet, peccato originis, ab augmento peccati, & pronitate ad malum, & tarditate ad bonum, per gratiam Iesu Christi, perq; eius sanguinem in cruce effusum liberati sumus, cui morti cōformamur (vt supra diximus) per sacrosanctū baptisma, per quod cōmorimur cum Christo, & priori vitæ, sicut Christus per suam passionem, & mortem mortuus est priori vitæ, amplius non moriturus. Sic nos cōmorimur cum illo, amplius non victuri vita peccati. Et amplius resurgit tantum Dei donum, & beneficium nobis collatum vt faciat nos idoneos, vt in noua vita ambulemus. Hæc autem liberatio a Paulo reserata fuit quādo dixit, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Qui autem insiti sunt morti & resurrectioni Iesu Christi, liberi sunt ab omni animę damnatione, & a propensione ad malum, & expediti & prōpti sunt ad bonum & non tardi. Cæterum ab ipsa effreni concupiscētia (quæ erat alia damnatio) etiam gratia Christi nos liberauit. Sed dicis, Quomodo est istud? Respondemus, per virtutem crucifixionis Iesu Christi. Nam ipsa simul cum Christo in cruce crucifixa fuit, vt destrueretur corpus peccati; vt vltra nec peccato, nec effreni concupiscentiæ seruiremus.

Colligamus igitur, & sic dicamus, qui non seruiunt effreni concupiscentiæ liberi sunt ab illa, nos crucifixi cruci Christi non seruimus illi, igitur ab illa liberati sumus per Christi crucifixionem, & ex consequēti ab ista damnatione. Sed rogas, Quomodo nostra concupiscentia dicitur esse crucifixa? Responsio est Per communicationem capitis ad membra. Quando enim sacratissimum illud corpus Christi (ex purissimo Mariæ matris eius sanguine formatum) affixum fuit cruci, simul cum illo nostra effrenis concupiscentia etiam cruci appensa & affixa fuit: quin potius, cū ipsa obnoxia esset damnationi, & Deo ingrata corpus Christi in cruce appēsum cum esset suppositū vnitum quod infinitā virtutem habebat, nō solum Patriæterno satisfaciebat pro damnatione nostra, quæ debebatur animæ nostræ, sed etiam pro illa; cui obnoxium erat corpus nostrum, & ipsa concupiscetia nostra. Quod si hoc verum est (vt reuera est) satisfaciēs Christus pro nostris damnis, iure liberatos nos esse dicere possumus, etiam ab hoc damno.

At nunc restat scire, quomodo simus liberati a morte corporea, & a cæteris penalitatibus, ipsa etiam gratia Iesu Christi. Ad hoc efficatiā habuit mediante ipsa Christi resurrectione, per quam, sicut ipse noua & iam immortali vita viuit, & immuni ab omni pœnalitate: ita regenerati in Christo per Baptismum, tali & consimili vita viuere debent, vt membra conformia sint capiti. Caput quoad corpus viuit vita immortali: quia Christus resurgens à mortuis iam non moritur, &c. Sed viuit Deo: sic & membra vita immortali & immuni, & libera ab omni pœnalitate viuere debent Deo. Vnde Apostolus dicebat, Itaque fratres mei existimate vos quidem mortuos esse peccato viuentes autē Deo. Porro hi qui sic Deo viuunt & non peccato, tam secundum

Simile dictum & mem bris. supra eod.

homi-

hominem interiorem, quam exterio-
rē,&'sic nihil damnationis ipsius Adæ
siue pertineat ad animam,siue ad cor-
pus,siue ad totum; nihil damnationis
tangere poterit,illos.Iam non erit lu-
ctus nec dolor quoniam priora tran-
sierunt.

Postremò hoc vnum restat discutiē
dum,quomodo liberati simus ab aug-
mento peccati, quod adiunctum fue-
rat per aduētum legis damnationibus
quæ venerunt ex peccato Adæ.Ab hac
manifestè liberauit nos Christi gratia.
Siquidem mortuo Christo,iam non e-
ramus sub lege,sed sub gratia. Hęc e-
nim nos eripuit ab efficacia legis: quia
non dominatur peccatum ipsis in Chri
sto iustificatis & baptizatis.A vinculo e
tiam legis liberati sunt:nam non domi
natur lex,nisi quamdiu ipsa viuit, vel
homo viuit.Supra enim diximus,quod
lex Mosayca,erat similis legi matrimo
niali,in qua vnus coniugum liber erat
per mortem alterius.Et sic mortuo ve
ro Messia in cruce & sepulturæ dato,
cessauit illa lex,per quam populus ille
antiquus desponsatus erat Messiæ. Ces
sare ergo ista lex debebat per mortem
Messię,& populus Christianus ab eius
iugo liberari.Cum igitur abundātia de
licti,& augmentum peccati,veniret ab
ipsa effreni concupiscentia,& hæc acce
pisset occasionem à legę(creuerat nāq.
per aduentum legis occasionaliter) li-
berati à lege & ab eius vinculo soluti
fuimus liberati ab ipsa effreni concu-
piscentia,& per consequens ab augmē
to peccati.Lex namq.erat,vnde effre-
nis concupiscentia occasionem acci-
piebat augendi peccatum.Sublata igi-
tur & abrasa lege,sublatum fuit incre
mentum peccati.Fuimus autem morti
ficati legi per corpus Christi, vt esse-
mus illius qui ex mortuis resurrexit,
ad fructificandum Deo. De qua re in
7.cap.Apost.plenè differuit: precipuè
quando dixit. Nunc autem soluti su-
mus à lege mortis,in qua detinebamur
ita vt in nouitate vitæ ambulemus, &
non in vetustate literæ. Patet igitur ex
his,quæ, quot, & qualia sint membra
damnationis, & quomodo ab omni-
bus illis nos liberauit gratia Christi per
Iesum Christum.Nec solum liberauit,
sed & cōcessit nobis,vt ambularemus
in nouitate vitę. Vnde optimè Pau.in-
tulit hanc conclusionem,scilicet,

Nihil ergo nunc damnatum est,ijs,qui.s.in Christo Iesu.

HOc est,ex istis à nobis enumeratis.
Hæc autem beneficia Dei donata,
aduenient nobis virtute & efficacia vir
tutis baptismi.Vide ergo Christiane le
ctor,quanti sit æstimandus sacer baptis
mus,& in quantis delitescant & ma-
neant miserijs & damnis,qui eo priua-
ti sunt. Sed iam hora est vt dicamus,
quibuscum loquitur Apost. & quibus
promittit has liberationes.Audi illum
lector.

His,inquam,qui sunt in Christo Iesu.

NOn omnibus hominibus,sed certis
Cedo,& qui sunt isti. Respondet,
Hi quidem fideles,qui non viuunt se-
cundum carnem,sed studeant conuer
sari & viuere secundum spiritum. Istæ
sunt personę ab omni damnatione im
munes.O ter,quaterq.fœlices vos.Sed
heu,fortassis isti pauci sunt. Ve multis,
& nobis similimis,qui nō ambulamus
in nouitate spiritus,nec studemus am-
bulare secundum spiritum. Ambulare
siquidem in nouitate,& in omnibus se
qui viam spiritus, heroicorum & per-
fectorum virorum est.Licet enim per
baptismum nobis etiam facta sit facul
tas ambulandi in nouitate vitæ, nos ta
men experimento oppositum cōpro
bamus.Sumus namq. sub appetitu sen
sitiuo reclusi,quē libentissimè insequi-
mur,

mur. spiritu, relicto, à bona parte. Et hoc diligentissime animaduertens in nobis Apostolus, præceptum non fecit nobis vt ambularemus in nouitate vitæ, quoniam istud munus proprium & peculiare est viris heroicis, qui sunt summum iustificationis gradum consequuti. Nobis autem, solum datum est mandatum, vt non simus peccato obedientes in concupiscentijs illius. Hoc est præceptum nostrum, aliud virorũ perfectorum. Nam in nobis, velimus, siue nolimus, in nostro mortali corpore regnat effrenis concupiscentia, etiam in nobis baptizatis. Veruntamen, cum simus liberi, possimus resistere, & non obedire concupiscentijs, quas ipse appetitus sensitiuus effrenis nobis proponit & præsentat. Nam peccatum nobis dominari non potest nolentibus nobis.

Ex his quæ dicta sunt, clarè colligere possumus, hæc verba Pau. non posse verificari in vniuersum in omnibus hominibus: nam multæ sunt hic limitationes, ob quas hęc verba ad omnes & singulos mortales nequeunt adaptari, sed dumtaxat baptizatis. Nam isti sunt incorporati in Christo Iesu. Vnde merito Pagani, infideles, Iudęi, & (vt vno verbo dicamus) omnes non baptizati excluduntur ab isto dono & beneficio propterea quod non sunt vniti & copulati ipsi Christo. Sed multo difficilius est, adaptare hęc verba ad omnes illos qui fide per baptismũ sunt iã incorporati. Nam licet ista incorporatio fiat per baptismum, tamen non videtur se qui mox incorporatam, esse liberum ab omni damnatione, & saltim non est ita securus & a timore liber sic, quin relabi non possit in illam damnationem a qua per baptismum liberatus fuit. Ad hæc enim habet aliquid veteris hominis. Neque tãtam Spiritus Sancti recepit gratiã. vt gloriari possit in spe filiorum Dei, nec cum Paulo clamare & dicere, Quis nos separabit à charitate Christi? Propter ista quæ dicimus, restringunt aliqui hæc verba Pauli, tantũ ad viros heroicos & consumatos, in quibus nihil est damnationis, eò quod continuo ambulent in nouitate vitæ. Alij verò interpretes nõ tam precisè & strictè interprætantur hunc Pauli sermonem, sed eum extendunt ad alios viros, qui non sunt in summo gradu iusti & boni, sed sunt in gradu proficiẽtium, tendentes ad gradum perfectorum. Habet namque sanctitas suos gradus, neque omnes iusti, æquales sunt in iustitia. Vnde, si hoc beneficium, quod est, nõ habere aliquid damnationis, expendamus ex parte effluentiæ gratiæ Christi, & secundum sufficientiam eius mensuremus, absque dubio vim & efficatiam habet, ad omnes in vniuersum baptizatos, & cum Christo copulatos. Nam abundè satis Christus suæ Ecclesię effudit spiritum, tametsi omnibus datus sit ad mensuram, sine ea solus Christus habuit. Si igitur hanc virtutem spiritus copiosissimam spectemus, reuera latissimè patet hoc beneficium, de quo hic loquitur Apostol: cum dicit, Nihil ergo nunc damnationis est, ijs qui sunt in Christo Iesu. Si verò loquamur ex parte ipsorum hominum, qui sunt in Christo Iesu, profectò oportet ponere aliquod discrimen. Nam in viris heroicis magis cõpletè & cõsumate verificãtur hæc verba, quam in his qui vel sunt incipiẽtes ambulare secũdũ spiritũ vel proficiẽtes in via spiritus. Porro de pueris recẽter natis, & baptizatis, indubiè credimus, non esse intelligẽda. Nã licet carnem hebeant, hoc est, carnale corpus, tamen non ambulant secundũ carnem, cum sit in eis sopitus fomes. Nullam habent rixam carnis cum spiritu. Sicut enim inepti sunt infantes ad carnalem militiam, ob ætatis & virium imbecillitatem: ita inidonei sunt ad spiritualem militiam, quæ consistit in spõtanea exhibitione membrorum, vt sint arma iniquitatis. Istud autem est propriè ambulare & militare secundũ carnem. Cæterum viros illos bonos & iustos

stos qui degebant sub Moysi lege exclusos & exhibitatos esse ab Apost. hoc in loco, valde credibile est, nam excludunt̃ per particulam. nunc: quæ tantum includebat homines in statu gratiæ & Euangelico. Quare excluſi sunt qui sub lege erant quales erant Patres illi, qui ducebant vitam. tam in lege naturæ, quam in lege scripta. Solum de hominibus no.le, loquebatur Apostolus, qui erant vniti Christo, non futuro, sed præsenti. Illorum enim Patrum fides erat tantum de Iesu Christo futuro, nostra vero, de præsenti. Quare, illi, non erant omni ex parte liberi ab omni dānatione in illo statu, sicut nos in nostro statu, qui magis liberati sumus: vt pote qui copiosius Spiritus Sancti donum nacti sumus, excellentiora sacramenta & maiores vires & plura auxilia ad debellendam carnem. Nec mirum, nam illo statu superabundabat peccatum, in nostro superabundauit gratia Dei. Sed væ nobis. Nam quo plura suppetūt nobis præsidia & auxilia, eo sumus culpabiliores, si caro victoriam habuerit de nobis. Nam tunc segnitiem & desidiam nostram palam manifestamus, nec nos excusabit excellētia nostri status, quin potius nostrum torporem accusabit magis, Nam hoc donum libera tionis à tota damnatione, & ab omnibus partibus eius, nobis collatum fuit, non illis qui erant in lege naturæ, vel scripta. Siquidem in lege naturæ aliquid erat damnationis, imo multum, cum agnus adhuc non esset actu occisus, qui tolleret peccatum mundi. Sub lege autem scripta aucta fuit damnatio quia lex subintrauit vt abundaret delictum. At in statu nostro Euāgelico iustificati sumus gratis, Dei gratia, & per redemptionem quę fuit facta à Christo Iesu, quem Deus Pater proposuit nobis propiciatorem per fidem in sanguine ipsius per cuius effusionem condonata fuerunt omnia peccata, præterita, præsentia, atq. futura, & huius sanguinis lotiones lota & deleta fuit omnis damnatio in quam induxerat nos peccatum primi hominis. Stantibus igitur sic rebus, rite infert & colligit Apostolus dicens.

Supra. c. 3.

Nihil ergo nunc dam-

HIs qui sunt in Christo, Iesu quales sunt omnes baptizati. Incorporari autem siue esse in Christo Iesu, in præsentiarum, non est tantum per fidem ei esse vnitum, sed vnitum per sacramētum baptismi. Vnde colligitur, hoc donum Patribus priscis non fuisse concessum, cum non fuerint baptizati. Nos soli dicere possumus, Nō fecit taliter omni nationi. Et sic hoc beneficium, singulare est huic nostro statui & peculiare ipsis regeneratis per baptismum. Psal. 147.

Sed commodè nos rogabis dicens, Hoc beneficium est ne collatum omnibus qui sunt in Christo Iesu regenerati per baptismum, vt exempti & liberi sint ab omni damnatione? Neque te mere aut frustra fit hęc interrogatio. Si quidem, Paulus nō dicit, omnibus qui sunt in Christo Iesu, sed his qui sunt in Christo Iesu. Indefinitè loquitur, & nō in vniuersum. Magna profecto esset mortalibus consolatio, ingensq. data spes salutis, si omnes baptizati nihil haberent damnationis. Verba proximè sequentia huic interrogationi faciunt satis, ait enim. Respons

Qui non secundum car nem ambulant, sed sec. spi.

MOdificantia verba sunt ista, & limitantia Pauli sermonem, quæ si nō fuissent addita, amplior & latior remāsisset Pauli oratio, nunc autem limitata est ad certas personas. Vnde obserua lector, quas esse necessarias conditiones in personis quę nihil habent damnationis, altera est, vt sint in Christo Iesu

su, altera vero, vt non ambulent secũdum carnem, sed secundum spiritum.

Sed dicis, quid hic Apostolus appellatione carnis intelligit? Quis quęso si viuus est (cum omnes compositi simus ex spiritu & carne) non ambulat secundum carnem? Ea enim induti sumus, dũ mortalem vitam ducimus. Nõ est hęc sane Pauli mens, nec sic intelligit ambulare secundum carnem, sed carnis nomine effrenem concupiscentiam intelligit. Ambulare secundum carnem, est neglecto & relicto spiritu, obtemperare & obedire effreni concupiscentiæ. Hoc est ambulare secundum carnem. Proh dolor, quot sunt nunc (& vtinam nos non simus de illorũ albo) in Christo Iesu baptizati, non suis meritis, sed Dei gratia, & tamen multum est in illis damnationis. Et vnde hoc? Quia ambulant secundum carnem, & non secundum spiritum, Istis non dicit Paulus nihil esse damnationis, sed tantum illis, qui via carnis relicta, ab ista abducti, sequuntur viam spiritus.

Respon.

Sed dicis, Quænam est hæc via spiritus, & quid sibi vult ambulare secundũ spiritum? Priusquam istud dicamus, volumus admonere lectorem quod in exemplaribus latinis, non sunt hæc duo verba, scilicet, secundum spiritum tametsi nõ ignoremus, in quibusdam codicibus Græcis haberi. Sed de istis contendere, friuolum iudicamus. Siquidẽ ex negatione eius quod erat non ambulare secundum carnem, ista verba adiecta intelligi poterant: imo necessario intelligenda veniebant, cum necesse sit omnem illum qui ambulat, vel secundum carnem, vel secundum spiritum ambulare. Excludendo Apostolus ambulationem secundum carnem, supplẽda & intelligenda erat altera, quæ est secundum spiritum. Adde tu quoque, quod Apost. voluit apponere vtramq. iustitiæ partem, alteram quæ declinat a malo, & alteram quæ ducit ad bonum. Et propter hoc Paul. adiectionem istã expressim apposuit. Et hinc factum est, vt ex Interptætibus multi illam apponant absque nota & culpa aliqua.

Sed hoc omisso, dicamus quid præferat, ambulare secundum spiritum. Est quidem sequi inclinationem spiritus, in Christo Iesu; & nõ sequi inclinationem carnis, semper per incrementa virtutum gradum facere, & ascendere de virtute in virtutem donec videatur Deus Sion: non quidem per speculum vt nunc, sed facie ad faciem. In Christo Iesu adiecimus. quoniam licet his quis iret quantuncunque de virtute in virtutem, & non esset in Christo Iesu incorporatus, non diceretur ambulare secũdum spiritum. Qui non habet Christũ. non habet eius spiritum, qui datus fuit à filio.

Respon.

Et non dicit Apostolus qui ambulauerunt secundum spiritum, sed qui ambulant secundum spiritum. Non sine mysterio, dicit qui ambulãt. Qui enim ambulat, duo facit, primo, non pausat, sed semper vltetius properat, & secundo, ad ea quæ retro sunt non respicit. Progressus noster in via spiritus, fieri debet continuus expulsa & exclusa omni negligentia & desidia. Quare non satis est bonum operari, & studiosè agere, sed oportet per singulos dies ad meliora proficere, si coronam adipisci volum⁹. Oportet nos illis animalibus esse similes, quę semper ibãt & non reuertebantur, nec retrocedebãt. Oportet semper ascendere per augmẽta virtutum ad montem Domini. Ascendere quidẽ non vna tantum ala volantes; sed duabus. Hoc quidem est ambulare secundum spiritum. Sed attende diligenter, quod aues quæ nimium carnosæ sunt, in altum conuolare nequeunt, retardat & impedit eas copia carnis, quæ verò modicæ carnis sunt, & multas habẽt pennas, expeditissimè & citissimè per alta volitant. Quis dabit mihi, dicebat Regius Propheta, pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam. Sic nobis vsũueniet, si crassi & carne onerati simus, retardamur & impedimur in via spiri-

Exerc.

Simile.

Psalm. 54.

Spiritus. Oportet nos ad hanc viam pet agendam, vt expediti simus, exonerare nos sarcina carnis. Vnde Apost. prius dixit ne ambulemus secundum carnē. Prius oportet abstinere nos à carnalibus, si volumus profectus facere in spiritualibus, in quibus perseuerare oportet ad extremum vsque diem. Cato siquidem nobis aduersatur vsq; ad mortem. Citius nos deserunt alij duo inimici nostri, scilicet, mundus, & dæmon, sola inimica caro perpetuò comittatur. Quare non sine causa clamabat ille bonus senex Anachoreta, dum in agone mortis esset, Adhuc igniculus viuit. Latet namque veluti sub cineribus fauilla ignis. Abisto nos oportet diligētissimè custodire hoste & inimico: qui quo est magis domesticus, eò est crudelior. Alij duo exteri facilè deuinci possunt ab eisque auertere nos possumus. Resiste diabolo, & fugiet à vobis, ait Iacob. Apostol, Mundus quidē facili negocio respuitur & conculcatur. Heroici non pauci (etiam ante Christum dicentem, Ego vici mundum) quinimo plures ex Philosophis, luce fidei destituti, illum suppeditarunt; & nihil fecerunt. Proh dolor, inimicam carnem omnes diligimus, nutrimus, fouemus: & (quod longè crudelius est) ad nos ipsos necandos ea veluti instrumento vtimur; melius sanè dicemus abutimur. Et ideo si istū hostem debellare volumus de eoq; victoriam & triumphum reportare, non laxemus ei habenas, non ei blādiamur; eum more Pauli castigemus, & in seruitutem redigamus: & tunc in via spiritus multum proficiemus: & si dominus dederit, forsitan perueniemus ad illum statum illorum virorum, qui nihil habent damnationis. Interim tamen viriliter militemus in hoc certamine carnis nobis proposito; memores quod non coronabitur nisi qui legitimè certanerit. Et de hac prima clausula huius capitis hæc dicta sufficiant: quæ si alicui lectorum visa fuerint aliquantulum prolixa, hanc prolixitatem recompensabit candidus lector per tantarum rerum ingentem vtilitatem. Plura difficiliaq; & eadem pulchra pancis non est fas dicere verbis. Etat namque hic Pauli locus campus latissimus & fons exuberātissimus, ex quo isti scaturierunt riuuli. Cęterum admonentur hac Pauli doctrina duo Christianorum genera; primum, illi homines qui semel exempti ab omni damnatione modica est illis cura vt seruent se à relapsu. Admonentur etiam alij homines qui tantum curant crucifigere carnem suam (quod est non ambulare secundum carnem) & spirituales & studiosas actiones non exercent: spiritum suum otio indulgere & dormire permittunt. Carnis maceratio bona est, & à desyderijs carnalibus se continere bonum est: istud oportet facere. sed hoc allud, quod est operibus spiritualibus vacare, nō oportet omittere. Illa facere hæc autem nō opus est præterire. Neque nobis aliquis dicat, Ego non omitto, vtrunque facio vno tempore, nempe quadragesimæ, totus sum spiritualis. Carnem desero, exteriorem hominem relinquo, sed cum ad sacrum Pascha peruenio, ieiunijs, orationibus, & studiosis actionib⁹ concionibus audiendis, lucrandis indulgentijs, & alijs similibus, non intendo, sed istis, valete dico, & opiperè cutim curo. Sed sic viuere non satis est ad fugiēdam omnem damnationem. Nam sic perseuerantia deest. Non sufficit semel, bis, ter, quaterq; victorem fuisse, sed semper persistere oportet, omniq; tempore spiritu ambulare, & desideria carnis non perficere. Non sunt pro nihilo ducenda pericula, sed timenda. Beatus homo qui semper est pauidus. Simus cauti ergo pericula, tam intraria, quam extraria. Non tantum extraneos & extetos, sed etiā fallos metuere oportet fratres. Pericula quoque sunt in falsis fratribus. Sic randem nos gerere debemus, vt in nostra quotidiana pugna nunquam captui ducamur.

Sed antequam sequentem proximè tex-

similē.

Iacob. 4.

1. ad Thim. cap. 2.

Matth. 25. & Luc. 11

1. Cor. 14

textum enucleare incipiamus, operepretium ducimus admonere lectorem vt vnum & alterum caueat errorem, quos ex praua intelligentia horum verborum, somniauerunt hæretici & Lutherani homines. Prior est, per ista verba ab Apostolo tolli de medio purgatorium, alter est, omnia opera bona moralia, quæ sua vi & specie bona sunt, in infidelibus damnabilia esse, qualia sunt ista. Oos sequium præstare amicis, vindictam non sumere de inimicis, subuenire oppressis, succurrere miseris, Parentibus & præceptoribus honorem præbere & multa alia huius farinæ. Hæc eò contendunt mala esse, quod sint facta ab hominibus qui non sunt in Christo Iesu. A contrario enim sensu argumentantur, dicentes, Paulus asserit nihil esse damnationis his hominibus qui sunt in Christo Iesu. Igitur alijs qui per fidem non sunt vniti Christo Iesu, omnia erũt damnabilia. Non est hæc sanè Apostolica mens, neque argumentatio rectè colligit. Alias enim etiam opera bona moralia, facta a Christiano existente in peccato mortali, essent damnabilia. Siquidem licet Christianus homo per fidem informem dici possit Christianus (cum sit Christi membrum) tamen secundum vitam Christianam, quæ à charitate est, non conuiuit Christo, quoniam fides illa mortua est. Neque qui in peccato mortali est, dici potest ambulare secundum spiritum, sed secundum carnem. Neque tamen dicenda sunt illa opera bona ex suo genere esse mala & damnatione digna. Sic dicendum nobis est de operibus moralibus bonis Gentilium & Philosophorũ qui lumine fidei orbi fuerunt. Alio modo respõdere possumus, dicẽtes, ad hunc sensum posse dici damnabilia, quia nõ sunt æterna mercede præmianda, sed temporali tantum præmio retribuẽda.

Porro longè difficilius est, quod nobis obiectant de purgatorio, quod volunt reprobatum esse per hæc verba ab ipso Apostolo. Sed istud ipsi falsissimè Paulo impingunt atque tribuunt, qui tantum abest vt eum hoc loco velit de medio tollere, quod ipsũ in suis epistolis manifestè doceat. Nec obstat quod Lutherus dicat in sacris literis non inueniri purgatorium. Iste non est locus istud refellendi. Est alibi apud eundem Paulum propius & accommodatius locus, ad quem cum peruenerimus (Deo adiuuante & vita comite) contra illos hæreticos negantes illud pro nostra virili pugnabimus. Nunc autem quia isti noui hæretici se armãt & muniunt istis verbis Pauli perperam intellectis & extra propositum & mentẽ Apostoli retortis, per transennam & occasionem datam nobis, aliquid de purgatorio loquemur, supposita tamen ea fide, quã de eo tenet nostra mater Ecclesia Romana. Cui & dicta, & dicenda, volumus esse subiecta.

Inter multa quæ isti nouatores nobis obijciunt argumenta, illud vnum est (quod existimant insolubile esse) proponitur autem ab ijs sub hęc verborũ forma. Qui moriuntur in gratia Dei, sunt in Christo Iesu, & in eo viuunt vita gratiæ: ergo quando moriuntur, vel conuolant recto tramite in cælum, vel purgatorium ingrediuntur. Nam non ad limbum, & multominus ad infernũ pergunt. Si recto itinere se in cælum recipiunt, iam non est necessarium ponere purgatorium: nã ad istum locum nõ veniunt qui in peccato mortali decedunt. Istis namq; paratus est infernus. Si igitur Paulus dicit hoc loco quod ijs qui sunt in Christo Iesu nihil est damnationis, iam isti non sunt reuocandi ad purgatorium. Frustra ergo ponitur. Ecce argmuẽtum illorum quod dicunt esse insolubile.

Sed vt mentiatur illis iũa iniquitas, presto adest eius dissolutio. Purgatoriũ non ponitur in vniuersum pro omnibus illis qui in gratia Dei ab hac vita discedunt, sed pro illis qui dum viuerent, exactè, perfectè, & completè noluerũt pœnas in prȩsenti vita soluendas: quales

Dissolutio argumẽti.

les sunt qui aliquid pœnæ secum affe runt purgandum in alio sęculo, qui tepidé egerunt pœnitentiam viuentes in hoc mundo. Pro istis & illis qui decedunt ab hac vita cum macula & sordibus peccatorum venialium, purgatorius locus à Catholicis assignatur. Nam percontemur hæreticos purgatorias pœnas negantes, vt dicant nobis, in quem alium locum recipiuntur illæ animæ quæ migrant ab hac vita habentes sordes peccatorum venialium, & illæ, quæ exactè & completè non satisfecerunt illis debitas pœnas quas meruerunt pro suis delictis? Dicant nobis, an sint remittendæ ad inferos? Haud quaquam certè, quando data & crudelis esset talis punitio, pro venialibus dãdas esse pœnas æternas in inferno. Nullus sanæ mentis vnquam dixit. Quo igitur detrudentur tales animæ? Nunquid in cœlestem & sanctam Hierusalem ciuitatem? Neque hoc æquum est, donec efficiantur aurum purum, & mundatum ab omni sorde & scoria. Nam in illam sanctam ciuitatem nihil intrat coinquinatum. Necessario igitur restat vt detur alius locus tertius, præter infernum & paradisum, & hunc mater Ecclesia iure vocat purgatorium, hoc est, locum purgandi. Proh Deum immortalem, quis luce rationis ita est orbatus, qui non vincatur & adducatur ad cõtendũ purgatorium? Si animæ ad istum locum iusto Dei iudicio non deducuntur, cur mater nostra Ecclesia, pro illis inibi existentibus, tum sacrificia offert, tum precesad Deum transmittit? Sunt ne cassæ & fruſtraneę? an laborat in vanum? An laterẽ lauat, vel oleum (quod aiunt) & operam perdit? Hęc solus Hæreticus admittet fortassis: nam Catholicus syncerã hanc veritatem edoctus, manibus ac pedibus negabit.

Responsio, pœnæ, ar-

Dicamus ergo & concludamus, pro istis animabus positum esse purgatorium. Insurgis modo vrgens, ac dicens, istæ animæ cum recesserunt ab hac vita erant in Christo Iesu: nam cum eius gratia & charitate recesserunt. Gratis damus: quid tum? Quid? Igitur cum essent in Christo Iesu, nil damnationis pati & experiri debent, si Paulus in suo sermone verus est.

Nihil, inquit, damnationis est ijs qui sunt in Christo Iesu.

O Lutherane, quomodo tuum praeuum morem prodis. Hoc habent hæretici & Lutherani quasi innatum, vt dentibus laceret sacras scripturas; eisque trũcatim vtãtur. Similes sunt illi qui dicebat, Omnia probate, omnia probate, subticẽs quod sequebatur, & quod bonũ est tenete. Sic Lutherani abutentes hoc Pauli loco truncatim allegant. Perge Lutherane, & absolue totum Pauli testimonium, & inuenies tui argumenti (quod tu tanti facis) solutionem. Dicis, Recedunt cum Christo, mortui sunt in Christo, igitur beati, fatemur de illis qui nihil sordis, vel obligationis & debiti habẽt. In purgatorio sunt illæ animæ certa spe beatæ, postquam autẽ compleuerint debita, erũt inre. Et hinc fugatur alia hæresis Lutheri, qui dicit, animas in purgatorio non esse de sua salute certas: quod tam falsum est, quam ipsa ratio, quam pro hac hæresi tuenda adducit, scilicet, quod animæ illic mereri, & demereri possunt, quod inquã tam falsum est, quam id quod est falsissimum. Non enim in tali sunt statu, nec quoad hoc viatrices sunt. Clausa est illis iam ad id muneris ianua. Perge ergo tu Lutherane, & tuis dictis adiunge quod Paulus addidit, dicens, Nihil est damnationis his qui sunt in Christo Iesu. Adde tu, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Hæc verba tuum iugulant argumentum, quæ si diligenter perscrutatus fuisses, tuum hoc non dixisses fore indissolubile ar-

gumentum, nec Achilem feciſſes ip ſum. Intellige ſi neſcis, illos qui in præ ſenti vita tepidè & remiſsè ſatisfaciunt pro peccatis ſuis, & corpori parcunt, nec illud vigiliis & ieiunijs macerãt, intellige, inquam, hos, aliquo modo am bulare ſecundnm carnem, eam fouentes: nutrientes, & caſtigare nolentes. Tales, licèt per baptiſmum ſint incor porati Chriſto Ieſu, tamen ambulant ſecundum carnem, & non continuum habent ſpiritus exercitium. Et de iſtis non loquitur hic Apoſtol. Et ideo re manet in illis aliquid dãnationis, non culpæ, ſed pœnæ: quam expiant & ſoluunt in purgatorio. Si vero decedant cum peccato veniali (quod damnatio culpę eſt) eam purgare habent, priuſ quam in cœlum euolent. Vides cæce Lutherane, ſi erat tuum argumentũ in ſolubile? Digito compeſce labellum.

Aliter euadere poſſemus haſce calũ nias hæreticorum, ſi dicamus Apoſt. loqui de illis, qui ſunt in Chriſto Ieſu regenerati per baptiſmum & ſeruant ſe in innocentia baptiſmali. Nam bap tiſma omnem damnationem, tam pœ næ quam culpæ, abſoluit, & vtramque remittit, neque pro peccatis ſic dele tis quis remittitur ad purgandi locum. Si autem poſt acceptam iſtam gratiã quis eſt ei ingratus, & rurſus pecca t, ſi incidat in damnationem, vel culpę vel pœnę nihil ad Paulum attinet, qui non loquebatur de iſtis: ſed de illis qui a peccatis ſe ſeruarunt immunes: relin quentes opera carnalia, & ſeruientes iugiter operibus ſpiritus. Et hanc intel ligentiam iſtius loci ſi ſequi volumus (quam nos ſaluo meliori ſententia, ve riorem putamus) à multis nos abduci mus moleſtijs & laberinthis. Profecto Apoſtolus de efficatia baptiſmi de que eius virtute loquebatur, de quo ſupra multa œconomia dixerat: quæ hic con ſulto non repetimus. Ad memoriam ſuam reducat lector diligens & obli tioni non tradat, quæ de eo in præte ritis capitibus elegãter ſcripta reliquit, nos ad aliam clauſulam pertractãdam accingimur, quam paucioribus expe ditam dabimus, quam fecimus de iſta, quæ initium huic capiti dedit.

Solutio.

ſequitur.

Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege pec cati & mortis. Nam (quod impoſſi bile erat legi, in quo infirmabatur per carnem) Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne: vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. &c.

Lex enim ſpiritus, &c.

HAec ſane clauſula præcedẽtis pro batiua eſt. Cauſam namque & ra tionem importat à priori. Ex natura enim & efficatia Euangelicę legis, do cet verum eſſe quod dixit: nimirum, nihil eſſe damnationis his qui ſunt in Chriſto Ieſu. Quoniam lex ſpiritus vitæ illos liberat à lege peccati & mor tis. Huius legis virtute & efficatia, libe ri facti ſunt. Igitur palam eſt, ambulanti bus ſecundun ſpiritum, & non ſecun dum carnem, nihil eſſe damnationis. Expende quęſo lector diligens, quan ta ſit vis & virtus huius legis, quę po tens fuit ipſa ſola tantum beneficium præſtare nobis, & talem cauſare effe ctum. Nulla quippe alia lex valuit ge neratum in Chriſto hominem ab ef reni concupiſcentia & lege mortis li berare, præter iſtam ſpiritus legem. Neque mirum. Oportet namque effe ctum, reſpondere ſuę cauſæ: quę quã to eſt potẽtior excellẽtiorem produ cit effectum. Gratia Ieſu Chriſti (vt fusè

in

in 5. ca. diximus (potentior est ipso peccato: ergo lex spiritus (quæ est effectus gratiæ) necessario debuit esse virtute & efficatia potentior. Peccatū fecit & causauit alijs damnationē, gratia est potentior: igitur poterit liberare ab omni damnatione. Iam enim dixerat Apo. in 1. cap. Euangelium esse vertutem, hoc est potentiam, in salutem: non in damnationem, omni credenti, tam Iudæo quam Græco. Igitur nihil est damnationis his qui sunt in Christo Iesu. Vt que enim ad finē huius octaui cap. naturam, fructum & vtilitatem Euangelicæ legis decurrit Apostol. Exactè de ijs dicere longum esset. Tanta namq. est Euangelij excellentia, vt paucis nō possit cōprehendi verbis. Multa consumpsit capita Apost. in hac re tractanda.

Cæterum series & nexus horum verborum cum precedentibus, tam est clarus & perspicuus, vt velle eum declarare, esset soli addere lucem. Illa nanmq; particula enim satis apertè monstrat; rationem hic assignari præcedentis dicti. Enim, quippe, dictio est præferēs causam eius quod proximè antecedebar. Si requiramus quænā sit ista lex. Est ne illa quę simul congenita est cum nostra natura, quæ naturalis solet appellari? Minimè. Quæ ergo? An illa quæ digito Dei scripta fuit in tabulis lapideis, cuius promulgator fuit Moyses? Neq; est ista: sed illa quæ populo Christiano publicita fuit per os Hierem. Prophetę. Olim hic Propheta nescio cuius legis nobis spem dedit dicēs. Dabo legem meā in visceribus eorum, & in corde illorū scribam eam. Ista reuera est lex à Deo nobis promissa, quam hic Apost. vocat legem spiritus vitæ, quam etiam in 1. ca. appellauit Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis. Hieremias est vnus testis ex illis Prophetis, per quem prenunciauit Deus Euāgelium & legēi istam vitæ.

Hierem. 31.

Sed dicis. Qua de causa Euangelium dicitur lex, & talenomen sortitum est? Responsio est, istud multiplici de causa esse factum. Primò, quia cū finis cuiusuis ferentis legem, sit efformare & efficere homines bonos, hocq; per seipsos legislatores præstare nequeant, faciunt per leges, quæ viā & modū ostendunt. (Leges sunt veluti lapides siue cruces in itinere repositæ ostendunt viam qua eundum est illis qui iter ignorant.) Nulla autē lex est, quæ tā cōmodè ostēdat hominibus viam qua ad cœlestē patriam perueniendū est, nec quæ securos illuc dirigat, sicut Euangelium ipsum. Meritò igitur lex nuncupatā est Euangeliū, & lex spiritus, qui noster ductor est. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam dicebat gaudens & exultans Regius Propheta. Secundò, legis officium est ligare homines, Euangeliū istud præstat. Obligat enim ad sui obseruantiam cunctos mortales. Tertiò alia est legis functio, scilicet docere, instruere, erudire, bonos præmio donare, & iniquos ac malos punire, hæc omnia diligētissimè præstat Euangelium, quare non immeritò Euangelium appellatur lex. Sed qualis lex? Dicit Apostolus.

Sanct.

Psalm.

Lex spiritus vitæ.

ANtea appellauit Apostolus legem Mosaycam legem (spiritualem, Euāgelium autem nūc dicit legem spiritus. Sunt ne isti duo tituli pares? Aequantur ne in epithetis, istæ duæ leges? Minimè. Nam lex ista, ab Apostolo contraponitur non solum duabus illis legibus quas supra posuit, scilicet, peccati, & legi mortis: sed etiam legi Moysi. Nā sola lex Euangelica potuit nos liberare ab omni damnatione. Et licet lex vetus sit lex spiritualis, non tamen spiritus & vitæ. Vnde eleganter Beatus Chrysostomus in his duobus titulis, magis honoratam fuisse dicit, Euangelicam, quam Mosaycam legem, quam appellauit Apost. spiritualem. Nec citra rationem hoc factum est. Quoniam licet vtraque à Spiritu Sancto dictata fuerit, non tamen

Cap. præc. decas.

illa dabat Spiritum Sanctum, hæc autem communicat Spiritum Sanctum illis qui eam profitentur, & nō quomodocunq. sed copiosè satis. Nos dicebāt Apostoli, habemus primitias Spiritus Sancti. Et istis dictum fuit, Accipite Spiritum Sanctum, quorū remiseritis, &c. Ista verba nō fuerunt dicta Moysi promulgatori legis veteris, nec priscis Patribus, tametsi non omnino negemus illapsum Spiritum Sanctū in corda priscorum Patrum. Tamen illis non dabatur sub signis visibilibus, sicut Ioannes dicit, Non enim erat Spiritus Sanctus datus, quia nondum Iesus erat glorificatus. Nondum erat Spiritus Sanctus datus, intellige tu sub signo visibili. Ad de his, quod licet lex illa vetus esset data a Spiritu Sancto, tamen fuit scripta in tabulis lapideis: nostra Euangelica in cordibus ac mentibus nostris. Illa vetus, per purum hominem, nempe Mosem, promulgata fuit, at nostra data & condita Per Iesum Christum Deū & hominem. Lex vetus non erat lex spiritus vitæ, hoc est, viuificantis spiritus, quatenus in nobis habitat. Hic spiritus secum affert vitam, non quomodo spiritus vitalis, dat corpori nostro vitam, morti obnoxiam, & temporariam: sed vitam submini strat, quæ nescit mortem, & in æternum durat, iuxta illud Christi verbum. Si quis sermonē meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Qui custodiunt hanc Euangelicam legem, liberi sunt a morte. Si enim viuunt secundum spiritum, qui secum vitam affert, habentes istum cur timebunt mortem? Nunquid talis spiritus fugabit mortem? Maxime. In lege illa Mosayca homines tremebundi & pauore pleni erant. Quid ergo causæ erat? Num non habebant spiritum vitalem aliqui? Quomodo viuebant? Habebant quidem vitalem spiritum. sed non spiritum vitę in Christo Iesu. Nunquid illa vetus lex timorem & tremorem incutiebat? Nōne passim mortem minabatur? Sed ista tantum abest vt vitam dent, vt contraria & aduersa sint vitę. Non raro vsuenit, prætimore & pauore mori homines. At nostra Euangelica lex leu amore plenissima est, & nil aliud quam amorem redolet. Amor autem vt est vnitiuus amantis cum re amata, ita est vitæ conseruatiuus. Quidni conseruabit amans amatum. cum indissolubili nexu & vinculo isti sint vniti? Cedo, amor Euangelicæ legis, quid pro scopo habet? Nonne ipsum Deum qui est ipsissima vita, & fons omnium viuentium? Et Christus qui dedit hanc legem, & autor eius fuit, nonne est vita? Nonne in mūdum venit vt homines vitam habeant, & abundātius habeant illi, quos Pater cœlestis dedit ei? Igitur lex eius meritò lex amoris & vitæ dicta est. Quod cum ita sit, qui ambulant in hac lege & secundum istum spiritum, quo pacto habere potuerunt aliquid damnationis? Concludo igitur tu erudite lector, & pro exploratissimo habeto, nihil esse damnationis his qui sunt in Christo Iesu, quales sunt qui viuunt in spe, fide, & charitate Iesu Christi, eum imitantes: quales etiam nos esse oportet, si liberi esse volumus à lege peccati & mortis, & ab omni damnatione. Supplices oremus illum, qui postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus, hoc est, non facit postulare (spiritum illum dicimus omnis doni datorem (vt mentes nostras ad suprema eleuet, & corpora nostra hostiam sanctā, viuētem, & Deo placentem efficiat & reddat, Amen,

Infra in hoc eodem cap. &. 2. ad Thessalon. 2. Ioann. 20.

Iohn. 7.

Ioann. 8.

Ioann. 12.

sequitur.

Liberauit me à lege peccati & mortis,

Iste Paul. & hic pedē fige. Paulisper te alloqui volumus, priusquā aliò properes, De regeneratis in Christo supra mentionē feceras, & nūc te solum libe-

liberatum asseris? Quid sibi vult iste transit? Colligere debebas, illos qui sunt in Christo Iesu fuisse liberatos: & tu temet ipsum solū ostendis esse liberatū? Tu de te ipso testimonium præbes. Quis est iste argumentandi tam nouus modus? Quod dictum fuit in vniuersum & in genere, probatur verum esse per vnū singulare? Non approbant istud dialecticorum canones. Quod enim in vniuersum dicitur, multis singularibus cōprobari debet. Iam alias à nobis obseruatum fuit, quædam esse proloquia & axiomata vniuersa, in veritate tam perspicua, quę vnico singulari exemplo approbantur vera esse, eo quod de omnibus alijs videatur idem esse iudicium. Tale est hoc proloquium, scilicet quod lex spiritus vitæ liberet homines ambulantes in Christo Iesu a dānatione. Et ideo ad reddendam veram hanc propositionē, exēpli loco semetipsum mōstrauit, Sed quare se potius quā alium? Fortassis non sine mysterio. Nō ostētationis gratia, sed pronomine: se vsus est quoniam (sicut admonuimus in elapso cap.) Paul. non tā in persona sua quam omnium loquebatur. Persona communem induit hic Apost. ambulātium nō secundū carnē, sed secundū spiritū. Vel aliter dici potest, Paulū de se mentionē fecisse, eo quòd hęc liberatio nō cōpetat omnibus, sed sibi tātū similibus. Paulus præcipuū & supremum gradū iustificationis erat assequut⁹. Erat Apostolus vnus ex illis qui exactè & perfectè erāt iustificati. Et ad istos solūmodo volunt aliqui referēda esse hæc Pau. verba, nō ad illos, qui licet sint in Christo Iesu regenerati, tamē ambulāt secūdū carnē, & istos lex spiritus vitæ non liberat a lege peccati & mortis. Nam hęc liberatio ad mentem Apost. solum cōgruit illis regeneratis qui ambulant secundū spiritū & non secundum carnē: qui vero nō sunt tales (quales communiter sumus, nos qui regulariter non attingimus gradum (supremū iustificationis) subditi sumus legi peccati interea dum viuimus. Quod & pro nostro commodo etiam est, vt coronati possimus. Si. n. nullum bellum, aut certamen haberemus, corona in cœlo indigni essemus. Hæc namque iure alteri non est dāda, nisi ei qui legitimè certauerit. Et licet in continuo semper versari bello, res iniucunda sit, tamen Deus mitius egit nobiscum, quam cum illis qui non sunt regenerati in Christo Iesu: qui non habent Antidota aliqua contra venenosum istum carnis morbum, sicut nos habemus sacramenta: non qualia erant in lege veteri, sed viuificantia. Nam illa, ex opere operato, vt dicitur, vitam gratiæ non conferebant, sicut faciunt nostra, quæ vel puram (vt baptisma, & sacramentum pœnitentiæ) vel augmentum gratiæ: vt Eucharistia, conferunt. Quæ quidem Eucharistia, præter hoc quod alimoniæ nobis vice datur, contra luctam carnis valet. In lege autem veteri, nil tale erat. Quare infœliciores nobis erant, qui sub ea degebant, vt pote. qui cum infirmi essent, ad curandum se ipsos medicamen deerat. Nos si hanc carnis infirmitatem patimur, multis præsidijs & medicinis, & eisdem salubribus adiuuamur. Et ideo aliquantulum patienter ferre possumus, spectantes pro istis molestijs & bellis (si victores fuerimus) triumphalem & gloriosam coronam. Non debet de fructibus percipere nisi laborans agricola: vt Apostolus dixit suo charissimo Timothæo:

Dicit ergo Pau. *Liberauit me.* Sed a quibus, dicito Apostole, te liberauit lex spiritus vitę? Respōdet, A duobus, *A lege vt delicet pecc. & mort.* Hæc est gemina damnatio quā Adā nobis cōmunicauit damnatio peccati & mortis, Cōtra has duas leges dicit Apost. esse legē Euangelicā spiritus. Cōtra legē peccati, cum dicit esse legem spiritus, contra legē verò mortis. cum illā vocat legē vitæ. Istis duabus legibus è regione opposita est lex spiritus vitæ. Duæ leges erant, lex peccati, & lex mortis: & istæ inferebant homini dānationē. Illa quidē lex pec-

Ggg 5 cati

respondeo.

2. ad Timo. cap. 2.

nagl

vbi supra.

cati, effrenis dicitur concupiscentia, quæ facit hominem carnalem & captiuum ducit. De ista loquens, dixit Paulus. Lex quidem spiritualis est, ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Lex autē mortis est illa, quæ nos obligat ad mortem corporalem, ob ipsum peccatum. Et per hanc quoque sumus subiecti omnibus illis pœnis, tam animæ quam corporis. Ab istis duabus legibus dicit Apostolus se liberatum esse, per legem spiritus vitæ.

Et hinc palam colligere potest lector quicunque sit, tres leges, scilicet, peccati, mortis, & spiritus vitæ, quibus si duas alias adiungas (quas infra adnumerauit Apostolus) quinarius erit legum numerus. Sunt autem aliæ duæ leges, istæ, lex Dei, & lex mētis. Cum istis quatuor legibus (vt communis est consensus Interprætum) confert Apostol. istam quintam, quam appellauit legem spiritus. Sed forte rogas dicens. Est ne alia lex ista spiritus ab illa quæ dicitur lex mentis? Ita: nam ista lex mentis nō est aliud quam quædam naturalis impressio legis Dei. Ipsa synderesis in mētibus nostris sigillata & sculpta, quæ nos docet malum cauendum, bonum verò amplectendū, est ipsa mentis lex. lex autem spiritus vitæ, est supernaturalis & infusa. Ipsa fides infusa quæ est donum Dei, vel aliquid parum differens: quod quidem donum vno modo dicitur fides, & alio modo, dici potest lex spiritus vitę. Nā & fides (illa quidē non informis, sed formata) est per quam iustus viuit, sicut scriptum est: Iustus autē ex fide viuit. Commodè igitur potest fi desdici lex spiritus vitæ: maximè cum est informata charitate, & ornata cæteris alijs virtutibus.

Respōsio.

Abac. 2. & ad Rom. 1.

sequitur.

Nam quod impos. er. le. in quo infirmab. per carnem.

OCcurrit hic Apostolus cuidam petitioni tacitæ. Poterat siquidē quispiam petere, an necessaria fuerit hæc lex spiritus vitæ, siue Euāgelica. Et ratio est, eo quod homini datæ fuerant illæ duæ leges, naturalis videlicet & scripta, quæ possent liberare eum a lege peccati & mortis: non igitur opus erat addere hanc legem spiritus. Respōdet Apost. docēs imbecillitatem, ac infirmitatem legis scriptæ ad præstandum istum effectum, quē præstat lex Euangelica. Nam licet illa vetaret peccatum (quo nomine dicta est spiritualis) tamē illud remittere non vālebat. Lex autem spiritus & peccata prohibet & ea condonat. Hæc legem peccati & mortis repellit, non illa, nec spiritum vitę suppeditabat, sicut Euangelica facit. Non igitur lex Moysi adeo fortis & potens erat, vt posset extinguere legem peccati & mortis, & à manibus mortis nos eripere. Dum esset homo sub legis & peccati statu, merito clamabat, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Quasi non videns; nec in lege naturali, nec in lege scripta, remedium. Non dicit autem de morte, sed de corpore mortis. Mors vna est, corpus mortis multiplex. Corpus siquidem multa membra habet, & eorum quodvis mors est. Quid est hoc? Audi attente, & intelliges. Quot sunt in corpore nostro partes & membra, tot sunt foramina, per quæ ingredi ad nos mors potest ipsa. Nonne in sacro eloquio scriptū est, Ascēdit mors per fenestras vestras? Fenestra est oculus, fenestra est auris, fenestra est bucca, fenestra est guttur, fenestræ sunt nares, & deniq; omnis hominis sensus externus. Sed dicis, Quomodo intrat mors per has fenestras? Iam diximus in cap. præcedēti, placet iterū dicere. Aspicis & contēplaris fæminā, subrepit mox cupido, cui si præbes cōsensum, ibi intus in te est mors. Peccatū cum cōsumatū fuerit, ait Iacob⁹ generat mortē, præterea audis turpia loquentē, blasphemantē, lasciua verba resonātem, cōplaces, voluptatē in illis

Hieremias

Iacobi.

capis

capis, iam te inuasit mors, & per fenestras aurium tuarũ ingressa est ad te. Itẽ bibis vinum, non modicum, (vt Paulus iubebat) sed veluti alter Lot inebriaris in vino: bibisti luxum; Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, iam tecũ habes mortem. Luxuria mortifera est. Quod autem de istis fenestris dictũ est, dicito tu de alijs, Mẽbra.n. carnis, omnia sunt foramina mortis: per ea intrat mors in nostras animas. Clande istas fenestras, si mortis pericula vis effugere. Vulgo dicitur in nostrato sermone, In os clausum, nõ ingrediuntur muscę. Has occasiones agnoscẽs Apost. eas q; vitare volens, nec valens, dũ adhuc esset sub lege in persona tali loquẽs, exclamat dicẽs. O me miserũ, & infœlicẽ hominẽ, quis me liberabit de corpore mortis huius? Q. d. Lex potens nõ est, illa, inquã, Mosayca: sed gratia Dei, hoc est, lex spiritus vitę. Ipsa sola non illa Mosayca, aut naturalis (nam istud prẽstare, scriptæ legi, Erat, inqnit Paulus, impossibile.

1. ad Thim. 5. Ged. 19. ad Ephe. 5. An vbrietas sit lethale peccatum,

Cæterũm cum hæc Pauli sentẽtia valde sit difficilis, & multis sacramentis refecta, oportebit nos eam paulo altius rimari & scrutari. In manifestis moram non trahimus, at in abditis obscuris, & difficilimis, si non tam cito nos expedimus, boni consulere debet amicus lector. Non enim semel, sed sæpe diximus, oppido difficilem fore hanc Pau. epistolã præ cæteris alijs. Quare vt eam clariam demus, multis opus est. Sed ad rem veniamus. Quod hic Pau. intẽdit, non est aliud, quam docere necessitatem Euangelicæ legis: quam Christus in mundum veniens nobis administrauit. Nam per Esaiam manifesto confitetur, se a Patre suo fuisse missum ad id muneris. Ad euãgelizandũ, inquit, pauperibus, misit me. Et alibi clarius. Pauperes euangelizantur, & beatus qui nõ fuerit scandalizatus in me. Et hic etiam fuit scopus Apostolo in hac epistola, monstrare excellentiam Euangelicæ legis, & efficatiam iustificationis fidei. Quam iustificationem remouet & repellit hic Apostolus à lege Mosayca, propter illius infirmitatem & impossibilitatem. Vnde apte quidem postquã ostendit nos liberatos fuisse per legem spiritus vitæ a lege peccati: ostendit legem Moysi, imbecillem & impotẽtem ad istud muneris perficiẽdum, & quod ipsa non valuit, suppletum, & consumatum fuisse, per ipsam legem spiritus, mediante filij Dei Iesu Christi incarnatione. In qua assumpta fuit virginea caro, omni concupiscentia effreni expoliata. Et iustè quidem. Nam ad mundandam nostram carnem infectã concupiscentia, talem oportebat a verbo diuino assumi carnem. Caro, inquit Pater noster Augustinus te infecerat, caro te sanat. Nam verbum caro factum est. Hæc igitur est mens Apostoli in hac, quam præ manibus habemus clausula, quam auspicari incipimus à particula illa, *Nam*.

Esa. 61. & Luc. 4, Matth. 11

Dixerat Apostolus nos liberatos fuisse in Christo Iesu, hoc est, per Iesum Christum datorem legis spiritus vitæ, nunc per particulã, Nam, declarat quo modo sit facta ista liberatio per Iesum Dei filium, ac si diceret. Non sine causa dixi, nos liberatos fuisse in Christo Iesu. Siquidẽ solus ipse. perfectè poterat noster esse liberator, non autem lex vetus, quæ impotens erat & innalida ad nos liberandos. De lege Mosayca hoc dicit Apost. Sed dicis; Videtur notare legẽ Apost. quã antea commẽdauit. Dixit bonam esse & sanctam, nunc vero videtur calumniare illam. Nõne tibi videtur calumnia esse cum dicit, illam imbecillẽ et insufficientẽ esse ad iustificandũ, & ad cõplenda omnia opera legis?

D. Thom. 3. p. q. 48. art. 5.

Sup. cap. præcedenti.

Beatus Chrysostomus calumnia ista excusat Apostolum dicitq; quod Paulus non dicit legem malam esse, sed impotentem. Nec inquit, imbecillitatem legi ascripsit, sed carni. Contra istud obijci potest, quod impotentia & infirmitas ista legis vt nõ posset iustos efficere homines, nõ accidebat ex carnis infirmitate, sed ex ipsa natiua cõditione iustifica

Responsio.

tionis: quæ superat, non solum vires scriptæ legis, sed etiam omnes leges, ex se. Est enim iustificatio, res transcēdens omnis creaturæ efficatiam, cum ipsa sit supernaturalis. Nihil.n. agit supra suam naturam. Pro beato Chrysost. respondemus (non quod ipse nostra defensione opus habeat. sed ad maiorem rei claritatem.) Nam apud doctos, satis notum erat, duplicem fuisse impotentiam in statu legis veteris, ad obtinendam iustificationem intentam: altera quę cōmunis erat omni statu & legi. quia finē supernaturalem nemo attingere poterat, absque diuina gratia, quam illa lex non cōtinebat. Et hæc impotentia nō solum fuit in lege scripta, verum etiam in Angelis, & in primo homine, etiam ante quam peccassēt. Isti duo, Angelus & homo, non poterant fieri iusti corā Deo, nisi beneficio gratiæ Dei. Quod beneficium, necessarium fuit primo homini prēter iustitiam illam originalem. Vnde fortè hæc fuit causa si beato Augustino credimus (sicut credere debemus tanto doctori) quare Deus in Angelis, & in primo homine, simul fuit cōdens naturam, & largiēs gratiam: vt videlicet intelligerēt ambo, mox vt creati fuerunt, quod iustificari & finem supernaturalem attingere, haud poterāt suæ naturę viribus; sed quod indigebāt gratia Dei. De ista impotentia, non est loquutus Apostol. hic: tum quod communis esset, tum etiā quod ipse loquebatur de homine existente in lege sub statu peccati, & sub lege carnis, cuius causa fit, vt lex esset infirma. Nam caro nullum adiutorium præstabat spiritui, vt pugnaret contra concupiscentias carnis: quin potius eas fouebat, & nutriebat. Quod si dicas, Ergo frustra erat lex si non iuuabat, nec partes spiritus agebat? Nequaquam, sed apetiebat & ostēdebat peccatum: per legem enim cognitio peccati. Ad iustificādum & opus perficiendum, ad hoc infirma erat: hoc est inualida, parumq; efficax Ex vtraq; igitur parte lex infirma erat, licet Apostolus de altera tantum mentionem fecerit, nempe de illa quę legi forinsecus aduenerat: qualis erat illa, quę ex parte carnis, propter rebellem illam pugnā, quam habet ad spiritum. Quam rebellionem impotens erat lex de medio tollere. Et ex hac parte infirmam vocat Apostolus legem, in qua cum homo esset, præstare non valebat bonū quod volebat, sed faciebat malū quod odio prosequebatur. Respiciebat lex talem hominem, & nullam ei ferebat opem. Iam alias diximus, quamobrem Deus dimisit hominem sub tanta calamitate & infirmitate, vt scilicet infirmum agnoscens sese, de medico quærendo curā haberet: quo inuento, cum Regio Propheta clamaret, ac diceret, Infirmus sum sana me domine. Psalm. 6.

Infirmabatnr igitur lex, per carnem.

CArnis nomine non vult Apost. intelligi hoc nostrum carnale corp', sed fortè allusit ad illud quod antea dixerat, scilicet. Cum essemus in carne, passiones peccatorum quæ per legem erant, operabātur in membris nostris: Vel fortè appellatione carnis intellexit statum carnalium hominum, in quo lex Moysi illos relinquebat, non valens eos liberare a concupiscentia, quin potius ipsam augebat. gratiam non conferens. Idcirco ne homines perpetuo sub tanta miseria & calamitate persisterēt. Deus Pater Opt. Max. illorum misericors factus.

Misit Filium suum in similitudine carnis peccati, &c.

TRia docet circa hanc missionem: mittētem, missum, & modum quo missus est. Dei mittentis nomine, Patrē intelligit: vel si mauis totam Trinitatē, à qua etiam facta est hæc missio. Quæ cum


image
not
available

In libro de verbis Apo-

caro obnoxia) non erat. Omnis verò alia caro hominum (vt Augustin. dicit) caro peccati est. Verum est tamen, o pu rissime Iesu, quod tuam voluisti (non si ne magna tua prouidentia) esse nostri si milem. Obmutesce hic tu Manichee, & noli propalare blasphemiam, qua dicis Christum assumpsisse carnem phantasticam, & non verum corpus. Quod si verum diceres, nec verè esset mortuus nec verè resurrexit. Verum corpus assumpsit, & habens carnem, & ossa, & ve ram carnem: quæ similitudinem tantū in aliquibus habebat cum carne peccatis, cilicet in mortalitate, & in passibilitate. Caro enim istis duabus conditionibus ex sua natura subiecta est, nisi aliun de extrinsecus præseruetur ab eis. Et sic carnem habebat nostri similem in calore, siti, frigore, & alijs pœnalitatibus. In istis nobis assimilari voluit Christus. Excludit igitur Paulus blasphemiā Manicheorum & etiam hæresim non minorem Valentini, qui asserebat Christū assumpsisse corpus cæleste. Quomodo corpus eius esset simile carni peccati? Hæ tā infandæ blasphemiæ, procul sint ab ore Christianorum. Dicamus ergo Paul. de carne Christi vnum affirmasse & aliud negasse; negauit de ea obnoxiā esse peccato, & affirmauit eam similem tantum carni peccati.

Sed nunc ex his quæ Paulus dicit & nos cum illo magna est nobis data occasio discutiendi, an caro Christi postquam dicimus eam nō esse obnoxiam peccato) vtrum hæc Christi caro quatenus erat in Patribus, esset obnoxia

3. p. q. 31. a. 7. peccato. Nam in illis & quatenus illorū erat, expeditè & resolutè asserit princeps Theologorum D. Thom. obnoxiam esse: quia tota caro patrum priorum ex concupiscentia erat. Alter verò Thom, prioris subtilis interpræs (Caiet. dicimus) de hac re subtiliter & ingeniosè sic philosophatur, dicens. Potest nihilominus verè dici quod caro Christi in Patribus, vt in Patribus erat, fuit subiecta peccato: & cum hoc verè dici potest, quod caro Christi in patribus, vt ad Christum deducenda, non erat peccato obnoxia, quia munda per spiritū sanctum deducenda & non ex virili semine. Hæc ille verbo ad verbum. Hæc sunt subtilia, ad limam Theologorum scolasticorum deducantur. Pro explicatione huius loci, nobis satis esse debet, si confiteamur Dei filium missum fuisse in vera carne: nō quę est caro peccati (qualis est nostra) sed in vera carne, quæ similis est carni peccati: nō in hoc quod propagata sit per seminalem rationem ex Adamo post peccatum, sed talis caro, qualis fuisset in statu innocētiæ, quātum attinet ad rationē peccati.

Obiectus pro illo loco spiritus sanctus superuenit in te.

Sed dicis, Quomodo cum caro nostra & Christi sint eiusdem rationis, & similes, quid causæ est, quod nostra caro saporē habet peccati, & ipsum olet: at caro Christi nullum habet peccati odorem? Nonne videmus, quod riuuli sapiunt naturam sui fontis? Si fons amarus est, participant & riuuli aliquid amaritudinis. Attende erudite lector, & vide, ac certo crede, hoc singularissimum fuisse in Christo priuilegium, nulli alteri concessum, scilicet, quod ex carne Christi scaturiunt aliqui riuuli, qui non habent saporem fontis. Passibilitas, & mortalitas, & aliæ pœnalitates (quas Christus voluntariè accepit pro beneficio redemptionis complendo) in nobis saporem habent peccati, quoniam nos pro peccato ista patimur, at in Christo, minimè. Siquidem caro Christi nō erat subiecta peccato, nec mortuus, nec passus est pro peccato suo: sed nostro: potissimè originali, quod in Christo ex modo suæ conceptionis, impossibile erat haberi. Cōceptus quippe est ex Spiritu sancto. Veruntamen quia in nobis istas pœnalitates dicimus euenire ex peccato originali, hanc nostram carnem vocamus peccatricem, cui similis est caro Christi, in istis, sed sine odore & sapore peccati, cum mūda fuerit assumpta ab ipso verbo diuino, mūda esse debebat, vt quę nostram inimū

dam

dam erat mundatura. Caro nostra infirma, sanata est per carnem sanam & purissimam, ex purissimis virgineis sanguinibus conflatam. Non enim actu ex alia carne, sicut Eua ex osse Adę conflata fuit. Sanguis enim non est actu caro, nec pars: os & caro sunt actuales partes corporis, ex quibus conflatur integrum corpus. Istæ partes subtrahi nequeunt absque diminutione vel corruptione corporis. Christus cum venisset corrupta reparare, noluit vt corpus suum formaretur ex aliqua partiuncula corporis virginis, vel de carne, vel de ossibus (vt prima mulier) sed de sanguine, qui non est actualis pars: sed in potẽtia tantum. Et hoc modo verificatur quod Christus sumpsit de Virgine carnem, non actu carnem, sed quod erat in potentia caro.

Vide d. Thom 3. p. q. 3. ar. 1. ad. 1.

sequitur.

Et de peccat. damnauit peccatum in carne.

Hic textus subobscurus est, tam in nostra versione, quam in græcanica. Obscuritas autem, non solum est in sensu, sed etiam in verbis. Primum hic textus truncatus videtur, & eclypsim patiens. Aliunde supplendus est. Vnde aliqui Interprætes desiderant in hac clausula aliquod supplementum, sicq; volũt esse legendum. Quod impossibile erat legi, Deus istud suppleuit, hoc modo, videlicet mittendo filium suum, in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnando peccatum. Per hoc supplementum sensus Apost. clarissimus est: in quo duo referantur beneficia: alterum est donatio filij. alterum vero dãnatio peccati. Neque refert, quod ista explanatio, magis sapit paraphrasim, quam textus translationem: eo quod Apost. in hac epistola, multas habet eclypses: quibus nisi aliquid suplementi addatur, intellectu difficilimę sunt & obscurissimę. Ipsæ. n. sunt inter alia, quę reddunt Pauli sermonem difficilem. Sunt tamen qui dicunt, quod si particula hæc de textu isto rolleretur & expungeretur, nullo opus esset suplemento & remaneret perspicua oratio Pauli. Sed si Apost. apposuit, quis audebit eã expungere & amouere Particulam? &, apposuit Paulus non temere, sed vt doceret, quanta fuerit Dei Patris charitas erga nos: vt pote qui non contentus tantum misisse Filium suum primogenitum & sub passibili carne, verum etiã voluit, vt per istam carnem, in cruce damnaret Filius suus peccatum, quod erat in carne nostra. Hac de causa apposuit Apostolus copulãdi particulam &, quam si Apostolus commutasset in particulã, vt, causam finalem huius missionis subindicasset: alludisset q. ad illud, quod Christ⁹ dixit, sic Deus dilexit mũdũ vt Filium suum vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Noluit tamen Apostolus, sed vsus est particula, &. Nihilominus tamen fructus redemptionis ostensus fuit, qui erat liberatio à lege peccati & mortis. Nota quoque facta est, porentia & efficatia incarnationis, & missionis Filij Dei in mundũ.

Responsio,

Ioann. 3.

Sed iam ad explananda verba huius textus accedamus.

De peccato, inquit: damnauit peccatum.

Mira res. Vnum contrarium per aliud expellendum est, & Paulus dicit, vnum peccatum per aliud peccatum exulasse. Vtamur hoc argumento (quo Christus vsus est, contra Scribas & Phariseos, qui asserebãt illum in Beelzebub principe Demoniorum, ejicere Demonia) Si sathan in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? Hoc est, si alter alterum ejicit. Dicimus a simili, Si vnum peccatum damnat aliud, quo-

Lucæ 11.

quomodo stabit regnum peccati? Hic discussus nos cogit. vt dicamus quid nomine peccati in primo loco, & quid in secundo: Nam geminatum est vocabulum peccati hic. Nulli mirum sit hic loquendi modus: emphasim habet suam. Sicut enim mors per morte mortua fuit, & caro per carnem sanata: sic peccatum peccato damnatum, & superatum fuit. Peccatum tamen priori loco hic, alio modo vsurpari debet, quã in secundo. Sunt qui nomine peccati in priori loco intelligunt peccatum Iudeorum, quod causa fuit mortis Christi: & ipse Christus mortuus, condemnauit peccatum, propter mortẽ ipsius. Sed hæc explanatio non videtur mẽti Apost. in hoc loco esse affinis. Quare alij referunt ad hostiam pro peccato: quæ in scriptura, nomine peccati gaudet: secundum quam metaphoram Sacerdotes antiquæ legis dicebantur comedere peccata populi, hoc est. oblationes pro peccatis. Deus enim Pater misit Filiũ suum vt esset hostia pro peccatis nostris. Sunt alij (& hi fortè rẽ magis attingunt) qui nomine peccati intelligunt carnem Christi similẽ carni peccati, quam Christus assumpsit, ad damnandum peccatum: vt peccatum hic tãtum valeat, sicut caro habens speciem & similitudinem peccati, non tamẽ est peccatrix hoc peccato. Hoc est hac carne Deus Pater damnauit peccatũ. Mirares. Deus vt suam cunctipotentiã ostenderet, voluit vt remedium morbi, esset assimile ipsi morbo, quoad fieri potuit. Non sic nostri medici corporeos valẽt curare morbos: sed isti dissimilibus remedijs.

Inter has expositiones, hanc vltimã credimus accõmodatiorem Apostolicæ mẽti: & hęc, illam secundum conatinet. Quoniam caro Christi in cruce, hostia fuit pro peccato, & in ea, & per eam, damnatum fuit peccatum

Porro per peccatum quod Paulus dixit esse damnatum, quidam intelligunt tam peccatum actuale, quã originale, Alij verò ipsam effrenem concupiscẽtiam, quã sæpe Apostolus appellat peccatum, attribuendo ipsi effectui nomẽ causæ. Vtcunq; autem intelligatur nomen peccati, semper rectè colligit Apostolus abolitum & exterminatum fuisse peccatum per mortem Iesu Christi: quem Pater misit in mundum indutũ carne, simili carni peccati. Porro Paul. damnatum dicit per mortem Christi, & nou dixit extinctum. Plus est extingui, quam damnari. Quòd extinguitur, prorsus aboletur, vt cum ignis est extinctus. Quod damnatur, secundum iudicium addictũ est damno, etiam si mox non extinguatur. Vnde cum experientia comprobemus, etiam in baptizatis, remanere fomitem & concupiscentiæ fauillam interea dum hanc vitam ducimus morti obnoxiam: dicitur effrenẽ concupiscentiam esse damnatam, non extinctam omnino. Hæc extinctio erit, quando dicemus, Vbi est mors victoria tua? Satis fuit quod quantum attinet ad culpam, non solum damnauit peccatum, sed etiam extinxit: licet fomes omnino non fuerit extinctus: debilitatus & infirmatus relictus est, non tãtum nos vrit, quantum illos qui erant sub Mosayca lege. Plura sunt enim nobis arma & velentiora ad compugnãdum cum eo.

Respõsio.

Similia.

Origenis est hæc expositio.

Morbus & remediũ morbi similia.

I. Cal. 15.

An fomes sit reputatus in vere proprie in illo qui fuit baptizatus.

sequitur.

Vt iustificatio leg. impl. in nob. qui, &c.

PArticula, vt, finem denotat & fructum incarnationis, & ad quid fuerit necessaria incarnatio, ad complendum, scilicet, id quod legi impossibile erat facere, quatenus infirma & ineficax erat: cum non haberet gratiæ adiutorium. Sed quæ erant ista, quæ lex nó valebat perficere? Respon. Perfectam iustificationem, & peccatorum remissionem

sionem, & tandē promissa illa in lege (quę lex ipsa tantum carnaliter complebat, sed non secundum spiritum) quæ Christus adimpleuit veniens in mundū vt ipsemet cōfessus est dicens. Non veni solnere legem sed adimplere. Dilectio est plenitudo legis. Optabat lex Mosayca, sed nō complebat: nam nihil ad perfectum adducit lex. Non igitur per legē erat iustitia: aliàs Christus gratis mortuus esset, vt eleganter Paul. ad Galat. argumentatur. Per legem fieri non poterat, cum esset infirma.

Matth. 5, Ad Rom. 13. Ad Hæb. 7.

Ad Galat. 4

Er nota lector, quomodo Paulus, si recusauit appellare legem malam, non tamen impotentem. Illud tacuit, ne irritaret Iudæos: esse autem imbecillē. non tam ægrè ferebant: rametsi oppositum ipsi persuadebāt sibiipsis & alijs, Sed in hoc (vti in multis alijs) toto cœlo errabant. Qui hanc peccati damnationem latiùs intelligere cupit, beatū Chrisost. legat, qui pulcherrimè eam depingit, docens, non solum factam esse Dei potentia, sed seruatam fuisse ibi iustitię rationem: & nedum æquam, sed etiam rigorosissimam. Satisfecit namque Christus Deo Patri pro peccatis nostris, de toto rigore iustitiæ, infinitè merendo, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Er sic completa fuit nostrorum peccatorum iustificatio in nobis.

Sequitur.

Qui non secundum car. ambulant, sed secundum spiritum,

QVuales fuerint personæ in quibus iustificatio completa est per incarnationem & passionem Christi, declarat, scilicet illæ quæ non ambulant secūdum carnem, sed secundum spiritum. Intellige tu istud, quantum ad efficatiā non quoad sufficiētiam. Passio Christi non in omnibus regeneratis habuit efficaciam. quoniam multi sequuntur carnem, & multis non fuit applicata, ob suam ipsorum culpam, ipsa tamen ex se sufficiens erat. Apostolus duas dixit necessarias conditiones in illis esse, qui nihil damnationis habebant: alteram, vt essent in Christo Iesu, hoc est, quod essent membra illius per baptismum. & secundam, quod non ambularent secūdum carnem, sed secundum spiritum: nunc declarat Apostolus hanc secundam conditionem, declarando, quod vna sola non sufficit, sed exigitur secunda, scilicet ambulatio secundum spiritum.

Sed obserua lector, quod Paulus nō dixit, Qui nō in carne ambulamus, sed qui non secundum carnem ambulamus, in præsenti namq. vita, non possumus non ambulare in carne, donec exspoliemur ea. In carne etiam ambulant qui eam mortificant, sicut Apostol. docebat. In carne ambulantes, non secundum carnem militamus Qui autē sunt qui ambulant secūdum carnem, & qui secundum spiritum, iam mox explanat Apostol. ponens & assignans differentiam, inter illos qui ambulant secundum carnem, & illos qui ambulant secundum spiritum. Audi itaque.

4. Carnē

Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt, &c.

QVod antea dixit ambulare hic appellat esse secundum carnem, non quantum attinet ad esse naturale, & substantiale, hoc est esse in carne: sed quantum ad esse morale: habere mores carnales, hoc est esse carnalem. Homo autem carnalis ille dicitur, qui vitæ carnali sic est affectus, vt non recusset etiā apponere in ea vltimum finem. Qui tales sunt, & voluptatibus carnis operam dant

dant: hos dicit Apostol. esse secundum carnem, in eaq; militare. Hos depinxit Paulus alibi, quando dixit, Homines magis voluptatis amatores quam Dei. 2. ad. Timo. cap. 3. Et alibi, Quorum deus venter est. Ad Philip. 3. Homines qui diligentissimam curam habent de curanda cuti, isti sunt qui ambulant secundum carnem. Qui verò secũdum spiritum ambulant, illi sunt qui toto affectu rapiuntur ad cœlestia, & de carne curam nõ habent, nisi illam, quã naturæ necessitas exigit, ad tuẽdam corpoream vitam: & etiam non rarò de istis aliquid subtrahunt, & ad plenum complent, quod vulgo dicitur, nimirũ Natura paucis est contenta. Quodcunque faciunt, vt liberius assurgere, & adnolare possint ad cœlestia. Est igitur carnalis homo ille, quem alibi Paul. appellauit animalem: qui nõ sapit ea quæ Dei sunt, & sectatur tãtum carnalia, spiritualis verò, qui propensionem habet ad spiritualia. Quemadmodum loquimur de amore carnali & spirituali, ita de homine carnali & spirituali. 1. Cor. 2.

Vt nihil desideret curiosus lector (tametsi amplè satis de his duabus clausulis diximus) duo illa vocabula, scilicet, in carne & nobis, paulò altius scrutari volumus. Prius scrutinium est, de particula illa, In carne, an scilicet, sit referenda ad nostram carnem, vel ad Christi carnẽ. Fermè omnes interpretes Pauli eam referunt ad nostram. Potest quoque adaptari & ad carnem Christi. Ad nostram, quia effectus incarnationis, causatus fuit in carne nostra (quæ caro non erat subiecta spiritui, sicut erat caro Christi) & in sua etiã propria, in qua facta est redemptio nostra. Per solam autem carnem Christi, & non per aliã poterat damnari peccatum, hoc est, extingui effrenis concupiscentia. In alia enim carne si facta fuisset satisfactio, nõ fuisset perfecta, quia omnis alia caro, erat infecta præter carnem Iesu Christi. Igitur in hac sola fieri poterat. Cum ergo Christus suam carnem cruci affixerit, & in ea passus sit, de peccato bene dicitur damnasse peccatum in carne sua propria.

Est alia particula, illa scilicet, Nobis. Cum Paulus dicit, nobis, sciendum est, an loquatur de se & sui similibus, an generaliter de omnibus iustificatis.

Vt iustificatio, inquit, legis impler. in nobis,

Scilicet, Apostolis, & alijs similibus.

In nobis, inquit. qui nõ ambulamus secundum carnem, sed secundum spiritum.

NOn videtur hoc loco agere personam communem iustificatorum, sed tantum illorum qui consumatam habent iustificationem. Nam in istis cõtendunt aliqui, omnino esse extinctum fomitem, in alijs verò non. Et quãdo quæritur ab istis, quando, & quomodo sit facta: Respõdent, factam esse post ascensionem Christi in cœlum, in die Pentecostes, quando datus est illis Spiritus Sanctus. Ille ignis Spiritus Sancti, sic inflamauit illorum corda, quod illos omni ex parte effecit spirituales, & quidquid erat effrenis concupiscentiæ, extinxit in illis. Et hoc vnum est ex principuis priuilegijs Apostolorum non minimum, ob quod vna cum alijs, meritò de eis canimus dicentes, Nimis honorati sunt amici tui Deus. Et non immeritò tantus Apostolorum chorus, tanto beneficio est donatus, cum (vt inferius dicemus) ipsi primitias spiritus fuerint assequuti, & nulli aliorũ sanctorum. Et vt melius istud persuaderi possit, adnotabis lector ingeniosè, quod damnatio effrenis concupiscentiæ tanta est, quanta est iustificatio & receptio Spiritus Sãcti. Et hinc est quod qui maiorem habet iustificationẽ, & magis cõsumatam, & maiora dona Spiritus Sancti, iste magis dicitur esse immunis & liber ab ista Psalm. 138.

lege

lege peccati (quę dicitur effrenis concupiscentia) quæ tres gradus habet, Primus fuit gradus abundans: qualis fuit in hominibus qui erant sub lege Mosayca. In hoc statu multum abundauit delictum, & effrenis concupiscentia. Nondum enim actu erat affixa cruci, quia Christus nondum erat crucifixus. Porrò secundus gradus fuit in statu Euangelico, qui multò minor fuit, eò quod Christus esset iam Cruci affixus. Quoniam iã Christus passus fuerat, in carne sũa qua vsus est veluti instrumẽto reparationis nostræ. Et tunc non ita viguit lex peccati in nobis. Sed cum in hoc statu fuerint quidam viri adeo (spirituales & heroyci (& si non multi) qui perfectam iustificationem sunt cõsequuti (quales fuerunt Apostoli & sui similes) isti non vt primi, nec vt secundi homines (qui communem vitã ducunt non omnino spiritualem (sicut acceperunt supremum iustificationis gradum, ita prorsus & omnino fuerunt etiam dum viuerẽt sic, liberi ab ipsa effreni concupiscentia. Isti quidẽ sunt quos credimus per aduentum Spiritus sancti confirmatos fuisse in gratia & vltra hoc liberatos fuisse omnino a lege peccati (quę dicitur effrenis concupiscentia.) Nam isti perfectè & modis omnibus, viam spiritus sunt consequuti, & in ea ambulauerunt, & nullo modo secundum carnem.

Porrò hanc expositionem excogitam à quibusdam, existimabit fortassis lector nouam esse, & non inueniri apud priscos interprætes, tam Græcos quam Latinos, nec etiam apud multos neotericos non tamen hoc solo nomine quod noua sit: damnanda venit. Non. n. omnia noua, eò quod talia sint condemnationi obnoxia sunt: sed tantũ illa quæ vel sacris literis, vel diuinis concilijs, vel orthodoxorum Patrũ cõmuni doctrinæ, repugnãt (& vt vno verbo dicamus) doctrina noua omnis quæ reprobata sit à matre nostra Ecclesia Catholica Romana a cuius censuranemo se abducere & auertere debet, Dicere autem Apostolos per copiosissimã Spiritus sancti, in sancto die Penthecostes, receptionem: liberatos fuisse omnino a lege peccati, id est a lege effrenis concupiscentiæ, sicut dicimus quod confirmati fuerunt in gratia: non videtur primo esse contra sacram scripturam: ad minus, (quod nos sciamus) pro nunc, non apparet aliquis locus in sacra scriptura, cui hęc doctrina siue expositio aduersetur. Quin potius nisi obstaret & terreret nos prolixitas, adduci possent multa loca apud Paulum, quæ eam magis confirment. Ille enim locus Pau. supra posit, suffragari videtur huic expositioni, Quando Paulus, de se & de alijs dixit Apostolis quoque. Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ Sanctum qui datus est nobis. Quę datio post virginem beatissimam, nullam habuit secundum Fauet & huic alius locus, quem exponednum expectamus inferius, Paulus palam confitetur de se & de suis coapostolis, recepisse primitias Spiritus Sancti. Et in hoc met cap. dicit. in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Si enim donorum ratio inspiciatur, in manifesto est, plura recepisse à Deo Patre & a Christo beneficia & dona, quam cęteri alij sicut forte fusius adnotabimus inferius in expositione huius loci. Multa nobis sese offerũt, sed reuera deterret nos prolixitas: quam (quoad fieri possit) excusare volumus & intendimus. Quamquam aliquando obruat nos superabundantia mysteriorum in verbis Apostolicis. Hæc quæ diximus de hac expositione, nolumus vt lector existimet, a nobis pertinaciter esse tuẽda & defendẽda. Auertat a nobis Deus vt quidquam secundum pertinatiam dicamus. Filij sumus nostræ matris Ecclesiæ, cui, vt tales, in omnibus, & per omnia parere volumus, nunc pro semper. Sed hæc dicta sint, primo, pro gloria Dei, qui dedit tam singulare donũ

Supra cap. 5.

& pro

et pro honore & deuotione, qua mouemur ad tam illustrem chorum Apostolorum, & pro exercitio ingenij nostri. Memores quoque sumus, cum in Lutetia Parisiorum perficeremus nostra studia, & auditores huius epistolæ essemus, sic istum locum Apostoli fuisse interpretatum, a quodam doctissimo Parisiensi doctore. Nihilominus tamen, quia (sicut iam alias protestati sumus (nos nolle, vel in vno pilo, discedere a communi Patrum doctrina & sensu: iam cõmunem expositionem cum multis amplecti intendimus. Cõmunis autem Interpretum sententia est, quæ non coarctat hæc verba, tantũ modo ad Apostolos: sed extendit ad omnes illos, qui sunt Christo vniti, velut palmites ipsi viti: & non ambulant secundum carnem, sed secũdum spiritũ. Hoc est non exhibent carnalia sua mẽbra seruire iniquitati, quales sunt qui vitam degunt carnalem, qui non se dedicant & consecrant spiritui, sicut faciunt viri spirituales. Et isti, iametsi fomitem & effrenem appetitum non habeant in hac vita omnino extinctum, tamen quia opera carnis non exercent, neq; ab ipsa effreni concupiscentia superantur, licet molestẽtur ab ipsa, dicuntur nõ ambulare secundum carnem, sed secundum spiritum, & liberari a lege carnis, & a lege peccati, & ab augmẽto peccati. Quod priuilegium non habuere illi patres degentes sub lege Moysi, etiã illi, qui magna pollebant sanctitate, virtute, & religione, eò quod nondũ erat exhibita adhuc passio Christi. Causa autem efficiẽs perfectiorem producit effectum, cum sit prẽsens, quam causa finalis, quæ est absens, licet sit præsens in intentione. Neq; etiam illi priſci patres, legem spiritus habebant sicut nos habemus: per quam dicit Apostolus nos liberatos esse. Sed vrges dicens, Quomodo sumus liberati: si remanet fomes in carne nostra? Nam baptismus nec vita spiritualis non extingunt in nobis fomitem, siue effrenem concupiscentiam totaliter: imo nec hoc Christus effecit sua passione, & carnis suæ crucifixione: quanquam passio Christi esset ex sua parte sufficientissima, ad extinguendam in nobis totaliter effrenem concupiscentiam, tamẽ de facto non est factum, propter bonum nostrũ (vt supra diximus.) Vnde acutè (vt solet) Card. Caietan. adnotauit, quod Paulus non dixit, de peccato extinxit peccatum, sed damnauit peccatũ. Multum interest inter extinguere peccatum & damnare peccatum. Si fuisset extinctum, nihil peccati remansisset, in damnatione autem peccati non oportet sic fieri. Cum igitur in nobis remaneat fomes, peccatum non est omnino extinctum, sed tantum damnatum: aliquando tamen omnino extinguendum. Hic modus loquendi clarior, & communior est: quem cum plures sequantur illustres & doctissimi professores, horum vestigia nos sequi debemus. Et de his satis sint ista, Solum remanet hic vnus nodus siue scrupulus, non parui momenti. Nodus profecto non facilis dissolutionis, qui talis est. Si nos dicimus Apostolum hic loqui de omnibus baptizatis, qui non ambulant secundum carnem, sed secundum spiritum, & isti habent fomitem & effrenem cõcupiscentiã, mox consequitur quod habẽt aliquid damnationis Adæ, non quidem culpæ, sed pœnæ. Fomes namque nõ est culpa, sed pœna. Quod si admittas, iam sequitur falsum esse Apostolum, qui dicit in primis verbis huius cap. nihil esse damnationis, neq; pœnæ, neque culpæ ijs qui sunt in Christo Iesu. Istę sunt contradictoriæ. Nihil est damnationis, Aliquid est damnationis. Si hæc particularis vera est (quæ nostra est) hoc est a nobis affertur, restat vt illa (quæ Apostoli est) sit falsa. Hoc autem nedum absonum esset, sed etiam quasi blasphemum.

Similè.

Ad hoc vno & altero modo occurrere possumus. primo dicẽtes, Apostolum de duplici damnatione loqui. Primò

mò de damnatione quæ causatur a peccato originali, vel ab actuali mortali. Hæc est vna damnatio à qua liberantur, qui manent in Christo Iesu. Et hoc beneficium habent illi qui ambulant secundum spiritum, & non illi qui carnalem vitam ducunt. Alia est damnatio quæ est effectus prioris, & provenit ab ea: hæc autem est damnatio ad gehennam. Ab ista quoque liberantur, qui sunt in Christo Iesu. quoniam eam non experientur, si iugiter manserint in Christo Iesu. Et de istis damnationibus vera est Pauli propositio vniuersalis negatiua dicens, Nihil damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. Vnde probabile satis est, Apostolum hoc in loco nomine damnationis, non intellexisse nec comprehendisse ipsam effrenem concupiscentiam siue fomitem, sed illas duas damnationes. Nec propriè fomes (licet putulet ab eo quod verè damnatio est, nimirũ à peccato originali) damnatio est: cum relictus sit in nobis, pro nostro bono & pro nostra vtilitate.

2. Responsio. Altera solutio huius scrupuli esse potest, si dicamus, eos qui sunt in Christo Iesu, liberatos esse in præsenti vita, completa & consumata liberatione à damnatione fomitis, per legem spiritus. Communicabitur autem hæc plena liberatio his qui sunt in Christo Iesu, qui ambulauerunt secundum spiritum, in fine vitæ, quando recesserint à viuis. Nam tunc finitum erit tempus belli, & complebitur in illis illud Psalm. 147. Dauidis. Posuit fines tuos pacem. Et illud 2. Cor. 15. Apostoli. Absorpta est mors in victoriam. Absorbetur enim omnis fomitis lucta, & sic ab omni damnatione liberi erimus. Et verificabitur quod adnectit Paulus, dicens.

Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax, & cet.

Effectum carnalis vitæ & spiritualis, aperit hic Apostolus. Qui enim carnaliter viuunt, & operibus carnis afficiuntur (quæ secum afferunt mortem) non iam immerito ij, quibus placent opera carnis & ea sectantur, digni sunt morte: eò quod spretis cœlestibus & spiritualibus rebus, eligũt carnalia. Vnde optimè subdit hęc verba Paulus dicẽs,

Nam prudentia carnis mors est.

CVm igitur homines carnales eligãt opera carnis, & ista sint mortalia, hoc est, merentia mortem: igitur qui viuunt secundum prudentiam carnis, in mortem incidere necessum est. Ipsa namque prudentia carnis, mors est: hoc est, mortem affert. Pro more habet Apostolus appellare & dicere mortem esse id omne quod mortem affert & causat.

Sed per contaris, Quomodo ista prudentia carnis mortem causat, cum scriptum sit. Nemo vnquã carnem suam odio habet sed fouet. Et ideo quia fouet quod castigare debebat, si in mortem eum præcipitẽ ducit, nihil mirum. Vulgo dicitur apud nos, Quicunq; inimicũ fouet, in illius manibus moritur. Caro inimica nostra est. Quod dicimus nostra, parũ est, imo inimica est Deo, hoc est, causat inimicitiã inter nos & ipsum Deũ. Non. n. est subdita legi Dei, nec esse potest, si bene scrutemur illius naturam. Siquidem caro vt caro est, ex sua natiua conditione semper concupiscit ea quæ carnalia sunt, nisi refrenetur per spiritum. Quare hac ratione qua aduersa est legi Dei & ei subiecta esse nõ vult digna est morte. Quid remedij esse & aduenire potest huic malo? In prõptu est remediũ, si illo vti volumus. Mortificemus carnem, & sic non erit quod eius cõcupiscentias timeamus. Ad 2. phes.

Adnotant hic quædam de prudentię virtute nonnulli Interpretes, quę fortè parum faciunt ad Pauli institutum. Nã

non loquitur de prudentia quæ coneo mitatur virtutes omnes morales, sed de illa quæ teuera non est prudentia, sed similis est prudentiæ in multis conditionibus. Conditiones autem veræ ptudentiæ sunt istæ: cogitare, consulere, discurrere, iudicare, ptæcipere ad attingendum propositũ finem. Hæc sunt prudentis officia. Sic qui est affectus ad carnem, nõ sicut medium, sed tãquam finem: cogitat, consulit, discurrit, iudicat & præcipit, ordinãdo omnia ista ad carnem: dicitur esse prudens secũdum carnẽ: quia ita se haber, sicut verè prudens in suis actionibus. Sed dicis, Quomodo appellabitur actio hominis sic se habentis? Responsio est, Diligens studium & solicita cura de carne. Hæc est prudentia carnis. Et è diuerso intelligẽda est ptudentia spiritus: quæ non est aliud nisi diligens cura de his quæ spiritus: qui genitor & authot est vitæ, & pacis. Vitæ quidem gratiæ, sicut prudẽtia carnis est mors gratię. Et sicut prudentia carnis causa est belli, ita prnden tia spiritus est causa pacis: nedum in altera vita, sed etiam in præsenti. Nam vt Ad Gal. 5. Paulus dicit, gaudium & pax sunt fructus spiritus.

Sequitur.

Quoniam sapientia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei nõ est subiecta. Nec enim potest. Qui aurẽ in carne sunt, Deo placere nõ possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spititum Christi non habet: hic non est eius. &c.

PRrobat Apostolus prudentiam carnis esse malam, quia sapientia carnis inimica est Deo. Ac si dicat, Quod inimicatur Deo, malum est, at prudentia carnis est inimica Deo, restat vt mala sit. Sed forte insurgis dicens, Paulus sapientiam dicit esse inimicam Deo, & non prudentiam. Istud non obstat. Nam sicut homines prudentes appellare solemus sapientes, & econtra (maximè in agendis & pertractandis negocijs) ita sapientia & prudentia pro vna & eadem re non raro vsurpari solent. Et sic prudentia carnis, & sapienria carnis, hoc loco idem sunt. Proinde non est culpandus Interpres, si vnum & idẽ verbum quod in Græcis habetur, modo dixerit prudentiam, modo carnis sapientiam. Consulat autem D. Thomã lector qui validè & mirificè authorem vulgatæ editionis defendit. Apud grauissimos expositores pro nihilo ducta est prę sens obiectiuncula: imo nec cõmemorata. Indiscriminatim vsi sunt vtroque vocabulo. Responsio.

Sed obserua Apostolum non dixisse sapientiam absolutè esse inimicã Deo, sed sapientiam carnis. Additio hæc tã in prudentia quam in sapientia maculam ponit. Sapientia namq; de genere honestorum bonorũ est, quæ autẽ est carnalis, infra cãelestes boni vtilis vel delectabilis cõprehenditur tantũ. Hincq; fit, vt cũ virtus sit bonum honestum, & prudẽtia carnis gignat mortẽ, indigna est, quę vel virtus, vel vera prudentia dicatur. Et merito, nã tota est diabolica, vel animalis, nihil habens de spiritu, qui semper sectatur bona honesta: quę hominibus peculiaria sunt. Prudentia autem carnis tota versatur circa illa quę homlnibus & bestiis cõmunia sunt. Neque refert quod bonum a Philosopho distributum fit in bonũ vtile delectabile, & honestum: nã solum hoc vltimum ex sua natura, habet rationẽ boni & finis: licet carnales homines neglecto honesto bono, sibi pro fine præscribant bonũ vtile vel delectabile. Spiritualis homo econtra, studiosissimam curam habet de bono honesto adipiscendo. Quod autẽ carnalis anhelet ad carnalia semper, nihil mirum, Qualis quisque est talia diligit, Similis namque est palato, quod si vini vel alio humore infectum fuerit, omnia quæ gustat, talia Simile.

lia esse iudicat. Amara dicit dulcia, & econtra. Carnalis homo amarum dicit dulce, & dulce amarum: lucem ponit tenebras, & tenebras lucem, carnem affirmat esse spiritum, & econuerso, & denique carnalia & temporalia anteponit spiritualibus, & æternis rebus. Si rationem non sequitur, quomodo iure reputari debet prudēs vel sapiens huiusmodi homo? Nec refert, quod mundus talem existimet, vel reputet: mundus namque iudex cæcus est. Indignum igitur est, vt illam sapientiam carnis, quam Apostolus dicit esse inimicam Deo, aliquis Christi discipulus nominet sapientiam; nisi adiungat, diabolicam vel animalem: sicut fecit Beatus Iacobus. Iacob. 3.

Neque hic detinere nos debet, quod in Græcis exemplaribus legatur, inimicitia est, & non inimica est; nam tanto magis detestanda venit. Et fortassis Apostolus vt eam abominaremur magis, dixit, nō solum inimicam esse Deo sed etiam ipsissimam inimicitiam. Magis enim prauitas prudentiæ carnis pāditur per verbum inimicatur. Sed rogas, Quare est inimica Deo? Audi Apostolum.

sequitur.

Legi enim Dei subiecta non est.

GRande malum est, retrahere se ab obedientia Dei, cui ad nutum omnis alia creatura paret præter sapientiā carnalem. Aperit igitur Apostolus rationem quare sit inimica, quia non est subiecta Deo. Sed insurgis dicens, Nunquid potest Deus eam subijcere, cui omnia alia sunt subiecta? Homini subiecit Deus sub pedibus omnia, & Deo non erunt omnia subiecta, quantumcunq; sint ferocia? Quis Deo fortior? Quis omnipotenti potentior? Qui de morte triumphauit, vinci poterit à prudentia carnis? Tam rebellis & pertinax est carnis sapientia, vt audeat insurgere erecto collo contra Deum & cum illo præliari? Tam dura est eius ceruix vt sub pede Dei, hoc est virtute, suppeditari nequeat? Si talis est carnalis prudentia, igitur peccatum est. Nec sic etiam effugit Dei imperium & potestatem. Nam pecata subiecta sunt Deo. Mira res. Infernus & dæmones subiecti sunt Deo, & Paulus dicit carnalem sapientiam non esse subiectā Deo? Quid sibi vult istud? Et quod magis admiratione dignum est, illud quod sequitur, scilicet. *Nec potest.* Cedo quid non potest Deus si vult subijcere sibi? Voluntati eius quis resistet? Neq; quæso Christiane lector turberis cum hoc audis, te non conturbent hæc Pauli verba tam insolita, sed omnia boni consule: expecta ad hęc responsum, & omnia bene habebunt. Euadere curant aliqui hunc laqueum dicentes, Paulum non dixisse quod sapiētia carnis consit subiecta Deo, sed legi Dei. Legem Dei contemnit homo carnalis. Lex dicit non concupisces vxorē proximi tui, nec rem eius: ipse claudit aures, & non obedit legi, sed suæ voluntati satisfacit: non vult informari secundum legē, nec eam imitari in vita sua. Sed istud videtur magis euasio quam aliud. Nam Paulus nō dicit sapientiam carnis esse inimicitiam in legem, sed in Deum. Non enim geritur inimicitia cū lege: sed cum Deo, qui dedit legem. Dicis, Quare ergo non dicit Paulus, Deo enim subiecta non est, sed legi Dei subiectanō est? Ratio est, eoquòd nos subijcimur Deo mediāte lege. Et sicut qui non vult legibus Regis subijci, efficitur inimicus Regis: ita qui non vult subdi legi Dei, efficitur Dei inimicus. Talis est ipsa sapientia carnis, quæ contraria est legi Dei, & sic dicitur inimica Deo, & non subdita legi Dei. Psalm. 8. ad Rom. 8. Responsio. finis.

Ad illud verò quod magis absurdum videbatur, nēpe quod nō possit subdi. Nam cum ipsa natura carnis etiam sit à Deo, quidquid obganniant Manichæi qui docebāt ipsum appetitū concupiscē-

bilem non esse a Deo nescientes distinguere inter potentiam appetitiuam & appetitum sensitiuum effrenem. In illo n. appetitu sensitiuo sunt gemini motus, alij sunt naturales qui emanant a natura sensitiua vt in se est, & isti motus sunt nobis communes & brutis. Si prudentia carnis accipiatur pro istis motibus reuera non est talis prudentia inimica Deo. Nam ista natura sensitiua cum sua naturali conditione à Deo est. Quod est à Deo, non inimicatur Deo: naturales enim sunt isti motus qui rationem culpæ non habent. Nec dicendi sunt peccata, sed defectus naturales. Et si aliquando apud aliquo modo dictos dicãtur peccata, intelligẽdum est eo modo quo deformitates naturales dicuntur peccata naturæ: vt enim nascitur homo monoculus, vel claudus. Isti & similes defectus sunt peccata naturalia, quæ cum sint naturales motus, legi Dei non sunt subiecti. Nulla. n. lex est quę reprimat motus naturales. Istis tamen si volũtas assensum præbuerit, tũc non sunt illi motus immunes a culpa ex ea parte qua aliquid volũtarij habẽt. Et sic hæc carnis prudentia dici potest sic inimica Dei. Alij posũt esse motus carnis, quibus aliquis nimis studiosè & cum magna cura cutim curat & carnẽ suam nutrit: isti motus iam nõ sunt tantum naturales, sed multum volũtarij. Nam natura non exigit è nobis tantam curam, tantumque studium erga carnem nostram: sed tantummodo moderatam & mediocrem curam, quæ si modum cura ipsa transgressa fuerit, mala & inimica Deo erit. Ista igitur carnis cura siue prudentia indubiè inimica est Deo, & per cõsequens mortifera, eo quod aduersetur Deo, qui est ipsa vita. Quid namque aduersari potest fonti vitę, nisi ipsa mors? Cum igitur prudẽtia carnis mors sit animæ & corporis, vtrique inimicari debet. Corporis quidem eo quod qui nimis curiosè curant cutim, oppiperè & lautissimè viuere volunt, quo pinguiores fiunt eò citius corpus consumunt. Plutes namque videmus crapula & gula interire, quã gladio interfici. Ideo hęc nimia carnis cura illis mors est. Animæ autem, ea parte mors est, qua inimica est Deo: quod effectũ probat Apost, quoniã legi Dei nõ est subiecta. Nullus est alius effectus qui tam palam ostendat inimicitiam Dei, quam nõ subijci legi illius. O quot sunt inimici Dei, cũ tam pauci sint qui legi diuinę subdlti sunt. Subijci aliud nil est, quam legem profiteri, & ab ijs qui profitentur adimpleri. Isti (o Deus bone) quam sunt pauci. Multi Christiani legem profitentur, heu dolor, pauciss̃imi eam opere adimplent.

Non abs re alibi Paulus dicit, Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Et Christus, Beati qui audiunt verbum, ideſt, legẽ Dei. nõ hoc solo nomine, sed quia custodiũt illud. O quomodo erat subiectus legi Dei ille qui dicebat, Da mihi intellectũ & scrutabor legem tuã: & custodiam illam in toto corde meo. Non debet nobis esse satis legem scrutari, sed eam custodire debemus & tenemur, nã scienti bonũ & nõ facienti peccatum est illi. Sed multò durius est quod consequitur, nempe. Rom. 4. Luce, 11. Psalm. 118. Iacobi 4.

Neque enim potest.

NEmpe subijci Deo sapientia carnalis. Sed cur non? respõdet quidam ideo esse, eò quod talis sapientia carnis vitiosa sit, & auertens homines, tam à Deo quam ab eius lege. Non enim possunt simul coire vitium, & lex Dei. Et hinc intelliges quod Paul, per prudentiam carnis nõ intelligebat appetitum sensitiuum, sed effrenem concupiscẽtiam, quę nullo modo legi Dei subiecta esse potest. Est namque auersio à lege cura carnis. Ex instituto intendit auertere nos à lege Dei.

Sed dicis, Interea dum aliquis viuit in hoc sæculo, non ne potest migrare à lege, siue prudentia carnis, ad legem

Dei

Responsio. Dei? Nunquid homo liber est? Si de ipso prudente secundum carnem loqueris, libenter fatemur, si autem de ipsa prudentia, diffitemur. Dicis, quid sibi volūt ista? Capè. aliter more scholę In abstracto, vel in concreto, Dicis, Minus istud capio. Dicamus clarius. Appetitus effrenis non potest, sic manè, si autem permittat se refrenari à ratione, legi Dei subiici potest. Sed quandiu vagatur absque freno, nec ipsa sapiētia carnis, nec homo sapiens per istā sapientiam subijci potest; si verò deserat hanc carnis sapientiam, bene potest homo sapiens subijci. sed non ipsa sapientia. Informis contrarij, in abstracto, non fit migratio ab vna in aliam: frigiditas non transit in calorem, licet homo frigidus migrare possit à frigiditate in calorē, quia potest fieri calidus, sed frigiditas nō potest fieri caliditas. Sic qui viuit in sapientia sine prudentia carnis, bene potest relicta illa prūdentia, transferre se ad prudentiam spiritus: tamen vna prudentia non in aliam. Illud primum iam est confessus fieri posse, quando dixit, Liberati nunc à peccato, serui facti estis Deo. Accommodatum quoque exemplū huic proposito est istud quod Theologi dicunt de attritione, quæ fieri nequit contritio, attritus tamen bene potest fieri cōtritus. Sed de his satis.

2. Responsio.

3 Responsio.

Appositissima huius loco.

Ad Rom. 6.

sequitur.

Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt.

ERige aures tu homo carnalis, qui totus affectus & deditus es carni. Dixerat & docuerat Apostolus ipsam curam carnis inimicam esse Deo, & rebellem legi Dei: ostendit nunc, non solum ipsam curam tālem esse, sed etiam illos qui eam procurant, volunt, & libenter ea delectantur: isti quoque sunt inimici legi Dei, & Deo. Alluſit Paulus ad illud quod dicit in sua canon. Iacobus Apostolus. Quicunque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei cōstituetur. Sicque qui sunt in carne, hoc est, qui viuunt secundum carnem, super omnia diligunt corporeas voluptates, & eas anteponunt & præferunt amicitiæ Dei, fieri nequit vt placeant Deo. Alluſit etiam ad illud Christi apud Matthæum. Nemo potest duobus dominis seruire: contraria, scilicet, præcipientibus: ciuiusmodi sunt prudētia spiritus, & sapientia carnis. Nam vt docet Diuus Thomas, vnius hominis non possunt esse plures vltimi fines. Qui autem plus diligit voluptatem carnis, quam Dei amicitiam, in illa constituit suum vltimum finem, neglecto Deo. Disputare autem, an in creatura possit constitui vltimus finis, nec ne, ad scholasticos theologos spectat istud nobis non est fas transgredi nostros fines & limites.

Iac. 4.

Matth. 6.

1. 2. q. 1. ar. 6.

Lege Media. & Adrianū de hac re.

Quod autem dicit Apostolus:

Deo placere non poss.

CVm grano salis (vt vulgo dicitur) venit Intelligendum; nisi recipiscant, Tunc fieri potest. Nam formaliter (vt more scholæ loquamur) intelligebat Paulus, quod qui sunt in carne, Deo non possunt placere: & in sensu (vt dicunt composito, non diuiso. Hoc est, prout perseverant in illo statu, tamen si recipiscere voluerint, bene possunt placere Deo. Derelinquat impius vias suas, dicit ipsemet Deus per Isayā, & conuertatur ad Dominum & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Sic Deo placere poterit, & illi fieri amicus, Fac mecum, ait ipsemet Dominus: amicitias, & erit manus mea tecum.

Isayæ 55.

3. Reg. 3.

Sequitur.

Vos autem non estis in carne.

POstquam Apostolus declarauit & depinxit illos qui ambulant secundum carnem, vt completa esset doctrina, & vt nos doceret illos qui etãt secũdum spiritũ, & quę sint requisita ad hoc quod quis sit in spiritu & nõ in carne; conuertit se ad Romanos regeneratos in Christo, vt secũdum illorum statum declaret & doceat quæ sunt necessaria ad iustificationẽ quę fit per legem spiritus vitæ. Scopus autẽ Apost. erat ostẽdere candidatos in Christo per baptismum, nõ esse amplius subiectos carni.

EXhortatoria & laudatoria sunt hæc verba, & ex paterno animo emanãtia, quę profecto non modicam eommendant in Romanis viuẽdi normã. Si,n. non erãt in carne sed in spiritu igitur non ducebãt vitam carnalẽ, sed spirituale secundum animũ, quod inter humanas laudes nõ infimũ tenet locũ. In carne esse, & prẽter carnẽ viuere (beato illo Heronymo teste) angelicũ est magis quam humanum. Nõ omnium est istud præstare, nec facili negocio fit, vt quis, post terga relinquat omnia quæ carnis sunt, & totus absorbeatur in his quę spiritus sunt. In hoc.n. posita est pugna & lis inter carnẽ & spititum, vt horum quisq; alterum in seipsum cõnerte re conatu toto laboret. Caro quidẽ trahere ad seipsam conatur spiritũ, vt carneus fiat, cõtra autẽ spiritus pro sua vili conatur carnẽ conuertere ad se. In hoc positus est totus carnis & spiritus cõflictus. Pau. autẽ hic postquã iam erudietat mentẽ Romanorum, nũc voluit mouere affectũ illorũ, exhortãdo illos, ad illa quæ sunt spiritus dicendo. Vos nõ estis in carne sed in spiritu, ergo debetis prosequi & perficere illa quę sunt spiritus secundũ quẽ sentire debetis, fugatis illis quæ ad carnẽ facere possent. Et hoc iure à vobis exigo, cum sciam, vos nõ esse in carne, sed in spiritu, hoc est, non esse carnales, sed spirituales, & hoc nomine incumbit vobis sentire secundum spiritum, & illa quæ ad ipsum faciunt probare & complere. In prima persona loquutus est supra Apostolus, nunc autem non estis in carne. Non temerè facta est hæc personarũ mutatio: sed in hoc insinuauit, quod ambulare secundum spiritum nõ erat sibi & alijs Apostolis tam peculiare, vt nullis alijs cõuenire possit. Communis namq. est hic viuendi modus, etiam illis qui non fuerunt Apostoli, sed ducebant vitãm Apostolicam. Sed adiecit Apostolus hæc quæ sequuntur verba, scilicet.

Si tamen spiritus Dei habitat in vobis.

PRobat Apost. Romanos non esse in carne sed in spiritu, eo quod in illis habitaret Spiritus Sanctus: dicit autem,

Si tamen spiritus Dei habitat in vobis.

LEgunt ex Interpretibus quidam dubitatiuè, alij verò affirmatiuè. Et hi dicunt, quod si tamẽ perinde valet ac si dixisset, quandoquidem spiritus Dei habitat in vobis In quibus verbis docet non sufficere esse baptizatos homines, vt viuãt secũdũ spiritũ: sed necessariũ esse, & opottere, vt spiritus domini habitet in illis. Spiritus domini, Spiritus sanctus est, tertia persona in trinitate. Huius spiritus inhabitatio necessaria est vt non viuamus secundum carnem. Alij verò interprætes dubitatiuè legunt, nã inhabitatio Spiritus Sancti deperdi potest: quod si depetdatur, deperditur etiam lex spiritus vitæ. Quare perseuerantia Spiritus Dei necessaria est, vt quis non sit in carne, sed in spiritu. Et hæc perseuerantia significata est in verbo habitare Est autem Spiritus aliquando per modum hospitis, aliquando habitantis & perseuerantis, Apostolus hic de spiritu inhabitante loquutus est.

Est tamen hic adnotandũ Spiritum san-

sanctum posse in nobis inhabitare, vno modo per virtutem charitatis, altero modo per se, & per suam essentiam. In telligendus est hic Aposto. primo modo, scilicet, per charitatē inhabitare. Nā si per suam essentiam daretur Spiritus sanctus, non indigeremus habitu charitatis. Inhabitare autem dicitur, in suo effectu, nimirum, per charitatem quā ipse effundit. Et licet charitas donū Dei sit, & dona Dei sint a tota Trinitate, in ratione autē attributionis, Spiritui sancto adaptari debent & solent. Cuius rei causa & ratio petenda est a Theologis scholasticis. Donātur nāq; hęc dona sola diuina voluntate, ad modum quo Spiritus sanctus à Patre, Filioque procedit ac spiratur. Addere possumus & aliam rationem specialē, quę talis est. Scilicet propterea quod Spiritus sanctus amor est, quo Pater & Filius vniūt nos cum illis, & mutuo inter nos: hæc autem conglutinatio & vnio non fit immediatè, per hoc quod spiritus sanctus per essentiam suam nos inhabitet sed mediante charitate, quam diffundit in corda nostra. Vnde Ioannes dixit, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo, Et nō tantū in corda nostra inuisibiliter, sed etiā in Apostolis, signo visibili, in die Pentecostes, ad remittēda peccata & plātandā fidē catholicā secundum opulentiā charitatis 1. Ioan. 4.

Neq; obstat, quod nō dicitur habitare charitatē sed Spiritū sanctum in nobis, & eundem donatū fuisse nobis intelligēdum quippe est, datū esse, eo loquendi modo, quo dicimus causam dari in suo effectu. Non n. intelligere debemus Spiritū sanctū datum esse in persona, sicut datus fuit Christus. Sed cur dicit Paulus hic, Spiritus Dei, & nō Patris vel Filij, vel Christi, in proximo textu dicemus. Admonemus tamē hic illos, qui quadā pertinatia cōtendūt nos certo posse sciri existentē in nobis gratiā siue charitatē (de qua re inferius copiosior erit sermo) hic per transennam & obiter excitamus lectorem vt noter, quod forte Apost. dixit hæc verba dubitatiue, scilicet, Si tamen Spiritus Dei habitat in vobis, propter incertitudinē quam habemus de inexistētę in nobis gratia & charitate. Et propterea hic Apostolus refragari videtur opinioni illorū qui partem affirmantē mordicus tenēr. Scire autē an Spiritus sanctus habitet in nobis, Deo soli reseruatum est: Ipse tantūmodo nouit quando venit, quando ve recedit, iuxta illud, Si venerit ad me nō videbo eū, si autem abierit non intelligam. Neq; propterea diffitemur quasdā esse cōiecturas & signa, de quibus aliās fortassis fusius loquemur. Ad præsens sit satis quod dictū est. Interim tamen curemus nos quęrere tanta cura & studio quę spiritus sunt, quanto studeant carnales quęrere ea quæ sunt carnis, sicq; si fecerimus, nō leue coniecturā nobis ipsis promittere poterim', de existentia gratiæ & charitatis in nobis, secus inter carnales adnumerandi sumus. Sunt tamē aliqui, qui intelligūt hanc habitationem esse intelligendam per præsentiam & assistentiam Spiritus Sancti, & gratiam gratum facientem, non autem per donum gratis datum. Et eodem modo volunt esse intelligendum illum locum capitis quinti, vbi dicit Apostolus, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritū sanctum qui datus est nobis. Necessariam asserunt esse assiduam habitationem Spiritus Sancti & perseuerantem & vltra, ne per peccatum Spiritum sanctum extorrem faciant. Quamobrem dicunt, appositam esse conditionem istam, Si tamen Spiritus Sanctus habitat in vobis. Iob. 9.

sequitur.

Si quis aut. spir. Chri. nō habet, hic non est eius,

SPiritū quē antea vocauit Dei nunc appellat spiritū Christi. Vnus & idē

est spiritus Dei & Christi: veruntamen cum Christus designet duas naturas, humanam, & diuinam: secundū vtram que mittitur à filio Dei vt Deus est, & vt homo: non tamen pari modo. Nam à filio procedit Spiritus Sanctus, æterna processione: a filio autem vt homo est, mittitur temporali missione: iuxta illud. Si autem abiero mittam eum ad
Ioann. 16. vos. Vnde per primam originem Spiritus Sanctus dicitur procedere à Patre & à Filio; per secūdam autem (quæ propriè non est origo) non dicitur Spiritus Sanctus procedere ab ipso Christo, ea ratione qua homo est, sed tantum dicitur missio ad extra. Veruntamen cum meriro Christi iungamur ipsi Spiritui Sancto, dicitur Spiritus Christi, & quia impellit, mouet & ducit nos ad ipsum Christum. Vel alio modo dicere possumus, quod nomine Dei Apostolus intelligit Deum Patrem, & nomine Christi Filium, & per Spiritum Dei & Christi, intelligit tertiam personam, scilicet, Spiritum Sanctum: & per consequens expressim habetur tota Trinitas, a qua est ista operatio. Nam viuere secundum spiritum, & placere Deo, operationes sunt totius Trinitatis: & non magis vnius personæ quam alterius. Et ideo vbicunque habitat Spiritus Sanctus, & Pater & Filius, sicut Christus palam est confessus dicēs,
Ioan. 14. Si quis diliget me, sermonem meū seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. En habitationem totius Trinitatis, quæ in nobis reperitur, quādo charitatem habemus, si autem hæc deperdatur, mox Spiritū Dei & Christi abducit secum. Peccatum autem aufert & Spiritum Dei, & Christi. Vnde Dauid. Spiritum Sanctum tuum ne
Psalm. 50. auferas à me, hoc est, ne permittas auferri à me. Quātę autem vilitatis sit habere Spiritum Christi, declarat Apost. quando dicit, quod qui hunc Spiritū Christi non habet, non est eius, scilicet Christi vel Spiritus Christi. Sicut enim non est membrum corporis viuificantis quod non viuificatur per Spiritum nostrum vitalem: sic non meretur dici membrum Christi qui non habet Spiritum Christi. Vnde anima duerte diligenter lector erudite, quod esse membrum Christi viuum, plus est quam esse Christianum. Nam vt dicatur aliquis Christianus (etiam absolutè) sufficit ipsa fides informis, & accepisse factū baptismum: sed non dicimur Christiani viui sed mortui, quia nec Dei nec Christi Spiritum habemus. Expoliati namque sumus Charitate quę vita animæ nostrę est. Hæc est enim ille spiritus de quo dilectus Christi dicit, Spiritus est qui viuificat, caro nō prodest quicquā. Manet igitur qui charitate caret sicut membrum mortuum, & non est Dei, vel Christi, nisi vt lapides, arbores, & bruta animantia. Collige ex his Christianam vitam in charitate Dei & Christi esse collatam. Vide interim lector diligens Pauli modestiam circa Romanos. Non dicit, Si autem vos non habetis Spiritū Christi non estis eius, sed, Si quis non habet. Hactenus Romanos alloquebatur & à secunda persona trāsitum fecit ad tertiam quod fecit ne tristitia afficeret Romanos, vnde visus est de alijs loqui non de Romanis. Conde eet hunc morem aliquando concionatores Euangelicos imitari, potissimè quando timent suos auditores contristare.

Simile.

Caput 6.

simile.

sequitur.

Si autem Christus in vobis est, corpus quidē mortuum est propter peccatum, spiritus autē viuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesū Christum a mortuis viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. &c.

Ad

AD Romanos ipsos dirigit hos sermones Apostolus, & illos alloquitur qui Christo insiti & incorporati erant. Isti namque dicere potetant Apostolo. Tu dicis & doces nos liberatos esse a peccato & a lege illius: quomodo est istud: si nunc patimur pœnã mortis quæ inflicta fuit propter peccatum? Diluit hanc obiectionem Apost. dicens quod si Christum habent (idem est habere Christum & spiritum Christi) tametsi corpus sit mortuum, id est, mortale, obnoxiũ morti tamen ipsum peccatum extinctum est. Propter peccatum originale corpus remansit morti obnoxium & alijs erumnis & calamitatibus sed consolari oportet, eò quod spiritus viuit propter iustificationem. Hæc namque est quæ occidit peccatũ. Et postquam spiritus viuit, conqueri debemus si in præsenti vita non liberamur a morte corporali, nam nec ipse Christus liberatus fuit. Nos mẽbra sumus, conformari debemus corpori nostro Christo qui passus & mortuus intrauit in suam gloriam. Si cum illo glorificari volumus oportet nos etiam cũ illo compati & commoti.

Simile.

Luce 24.

Sed Paulò altiùs sigillatim sunt discutienda quędam vocabula huius clausulæ. Primo cum dicit, Si autem in vobis Christus est, verbum, est, non est referendum ad illum essendi modũ cõmunem quo Deus dicitur esse in creaturis, sed loquitur Apostolus de esse spirituali per fidem, spem, & charitatẽ, per quas virtutes dicitur Christus esse & habitare in nobis, id est in mente & animo nostro. Et quantum attinet ad hanc habitationem non est differẽtia inter habitationem Christi & Spiritus Sancti. Ambo dicuntur esse in nobis per easdem virtutes. Et per hanc Christi inhabitationẽ sumus nos Christo similes. Et sic in corpore & spiritu assimilamur Christo. Ipse quidem assumpsit corpus mortale & nos quoq; habemus. Et sicut Spiritus Christi fuit vnus, ita & noster viuit. Sed est nõ modicum discrimen inter nos & Christũ, quod corpus illius non fuit mortuum propter peccatum illius (quippe peccatum nõ fecit.) Nostrum autem corpus dicitur mortale propter peccatum nostrum. Peccatum originis commune est vnicuique nostrum. Quilibet nostrum meritò dicere potest & iure, peccatũ meũ cõtra me est semper vno dũtaxat solo Christo excepto per naturã. Ipse non valet verè dicere, peccatum meum. Mortale igitur fuit corpus Christi pro peccato non suo, sed nostro. Ipse peccata nostra tulit super lignum & attritus est propter scelera nostra. Et sicut fuit differentia & est in corpore ita & in vita spiritus; nostra causata fuit a iustificatione Christi non autem sua. Est & aliud discrimen quod vita spiritus Christi non pendet à iustitia sed à principio suæ conceptionis fuit beatus sicut & ipse homo Christus vita autem spiritus illorum in quibus habitat Christus pendet à iustitia Christi. Nam secũdum iustitiam Christi iustificati sumus nos. Hęc autem est illa satisfactio qua Christus per Crucem & per mortem suam æterno patri satisfecit pro peccatis nostris. Hac satisfactione cõmunicata nobis est vita spiritus nostri. Per istã viuimus spiritualiter & per istam liberati sumus à lege peccati & etiam à lege mortis, non solum æternę, sed etiam temporalis. Quæ liberatio si hic non completur in præsenti vita, executioni mandabitur in regeneratione cùm venerit caput nostrum Christus in magestate. Et hoc sic prouidenter statutum est vt nos membra Christo capiti conformaremur sicut antea diximus. Ipse namque in sua resurrectione effectus est immortalis amplius non moriturus. Ita & nos spiritualem hic ducentes vitam tales erimus.

Psalm. 50.

Is. 53.

D. Thom. 3. p. q. 57.

Hom. ad Rom. 6.

Sed dicis fortè. Hæc mors temporalis quæ pena est peccati non tollit vitã spiritualem. Responsio est, Neqnaquam. Spiritualis mors bene tollit spiritus vitam, sed non mors corporis quæ non

non cõtrariatur vitæ spirituali. Et hinc sit quod hæc remansit simul cum vita spirituali. Alia verò mors abrupta & dissipata fuit. Quinimo hęc mors corporis, nõ modicè iuuat vitam spiritus. Nam qui assiduè cogitant se morituros, præter hoc quod à morte animæ (quæ est peccatum) se abstinent & custodiunt (iuxta illud. Memorare nouissima tua & in ęternum non peccabis) etiam a carnis voluptatibus se abstinent intelligẽtes quod corpus caducũ putredini aptum & morti obnoxium non debet delicatè foueri & nutriri & sic cura carnis a tergo relicta toto pectore vitę spiritus operam nauãt. Vnde colligimus liquido mortem corporis pro nostro relictam fuisse commodo. Et etiam colligimus aliud scilicet quod mors ista corporis non fuit nobis impedimento quominus liberaremur a lege peccati postquam per Christum sortiti sumus spiritum iustificantem nos si modo vitam duxerimus spiritualem & non ambulauerimus secundum carnem sed secũdum spiritum.

Ecclesiast. 7.

Cæterum circa literam contentio est inter etiam grauissimos Interprætes Pauli, an legere debeamus, viuit, vel vita. Sunt qui vnum, sunt qui aliud verbũ se quuntur. Sensus parum diuersus est: Cõsulat illos lector diligens: nos cum nostra vulgata legimus viuit & non vita. Qui legunt, vita, referunt hoc ad Christum, & sensus est, spiritum Christi esse vitam. Alij vero de nostro spiritu intelligunt qui etiam dicitur spiritus Chtisti eo quod ab illo sit causatus Si vero intelligamus nomine spiritus illum sanctum etiam hic spiritus Christi enim per ipsum fit in nobis habitatio Spiritus Sancti. Quoniam ipse Christus largitor illius est. Et vt cõcludamus de nomine, corpus, etiam lis est inter graues enarratores de quo corpore loquatur Apostol. Nos breuiter de corpore nostro mortali intelligimus eo quod statim Paul. de resurrectione loquitur. Dicant alij quod magis libuerit. De resurrectione enim mortuorum & viuificatione corporum mortalium mox loquitur Apostolus. Quod magna est coniectura Apostolum corporis nomine nõ intelligere aliud quam nostrum mortale corpus. Si quis autẽ Ambrosium maluerit, sequi sequatur in domino. Ille corporis nomine hominem totum intelligit qui morietur propter peccatum. Alij deniq; per corpus intelligunt veterem hominem cuius vita aliud nil est quam peccato operam dare. Et de hoc satis.

Sequitur.

Quod si Spiritus eius qui suscitauit. &c.

MAnifestat Apostolus efficatiã habitationis Dei in nobis. In prȩsenti enim vita liberauit nos a lege peccati in futura autẽ a lege corporalis mortis. Vita enim gloriosa est liberatio ipsius mortis corporalis. Recta igitur procedit Apost. metodo in hac secũda parte huius cap. Nam postquã ostendit nos emancipatos esse a lege peccati per legem Christi restabat ei ostẽdere quomodo ipsa lex Christi etiã liberos nos effecit a lege mortis quã patiebamur propter peccatum commune nobis. At quia hæc libertas non datur nobis interea dum hic sumus declarat quomodo plenè dabitur in vltima resurrectione, in alio sęculo. Dicit ergo.

Quod si spiritus eius.

CVius eius? Dei Patris scilicet, ipsẽ namque est qui suscitauit Iesum à mortuis, ipsemet suscitabit corpora nostra.

Sed mox insurgis, dicens, Quid sibi vult Paulus hic? Nonne Christus seipsum suscitauit a mortuis? Quod efficere po-

ne potuit Christus Paulus videtur hic detrahere à Christo hãc potestatẽ excitandi seipsum. Dixit istud factum esse à Deo Patre. Abſit vt hoc de noſtro Paulo cogitemus. Christum non vno in loco ſed in multis confeſſus eſt Deũ eſſe & æqualis potestatis cum Patre: quomodo ergo nunc eum faceret minorẽ? Accipe Christiane lector paucis huius ſcrupuli reſolutionẽ. Paul. alluſit ad illud quod ipſemet Christus confeſſus eſt dicens, Pater maior me eſt. Sed quomodo maior eſt Pater Filio ſi in hac Trinitate nihil maiuſeſt? Audi. In Trinitate, non ſed in humanitate quę vt ſic fecit filium minorem. Minor inquit, Athanaſius in expoſitione ſymboli fidei, Patre, ſecudã humanitatem. Apoſtolus hic rationem humanitatis habuit: idcirco dixit Christum ſuſcitatũ fuiſſe à Deo Patre. Locutus eſt de Christo ea ratione qua homo erat non qua Deus Patri per omnia æqualis. Sic enim ipſe ſeipſum excitauit à mortuis. Ego, inquit, dormiui & ſoporatus ſum & exurrexi. Ego per meipſum. Cęterum vt homo à Deo Patre ſuſcitatus tanquam ab illo in quo primò poſita eſt omnis facultas & autoritas. Et ſic Pater dicitur eduxiſſe Christum ab inferis. Sicut Pater eſt fons & origo aliarum duarum perſonarum ita eſt caput & fons vnde emanant non tantum actiones immanentes ſed etiam tranſeuntes Filius, inquit Christus, non agit à ſe quicquã. Sed ſicut à Patre accepit poteſtatẽ excitandi alios à mortuis, ita excitandi ſeipſum. Omnia, inquit, tradita ſunt a Patre meo. Quid clarius? Cũ igitur Apoſtolus locutus ſit de Christo quatenus homo erat, nihil detraxit à Christo. Aiitque Apoſt.

Reſponſio.

Ioann. 14.

Pſalm. 3.

Ioan. 5. Lucæ 10.

Si ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis habitat in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ a mortuis, hoc eſt, idem ipſe Deus, viuificabit & mortua corpora veſtra. Et hoc, propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis.

VNum & eundem oſtendit Apoſtolus eſſe ſuſcitatorem Chriſti & noſtri. In quibus verbis præter hoc quod dignitas noſtræ reſurrectionis patefecit etiam magna nobis & certa ſpes datur de futura noſtra reſurrectione. Qui nõ intelligũt iſtud de reſurrectione dubij ſunt qui verò credunt noſtram reſurrectionem faciendam eſſe ab illo qui ſuſcitauit Ieſum nihil dubitant. Nam qui potuit illud præſtare & iſtud valet. Credo quod redẽptor meus viuit, dicebat quidã. & poſtea adiecit; & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Poſſibilem exiſtimabat reſurrectionẽ carnis imo & facilem ex eo quod redẽptor eius viuebat', hoc eſt, vita erat. Quod enim eſt ipſa vita bene poteſt mortuis communicare illam. Spiritus Dei ipſa vita eſt. Bene igitur poterit viuificare corpora noſtra mortua. Nam iam iſte ſpiritus Dei viuificauit corpus Chriſti mortuum, ergo & noſtra. Cõſequutio optima eſt, quoniam poſita eadẽ cauſa ponitur ſimilis effectus niſi aliunde impediatur. Conſimilem diſcurſum habet Paul. ad Corinthios, colligens noſtram reſurrectionem ex reſurrectione Chriſti. Sic hoc loco per hoc quod Deus ſuſcitauit Ieſum colligit & nos ab eodem eſſe ſuſcitandos ſi habitauerit ſpiritus illius in nobis.

Iob. 19. ibidem.

1. Cor. 15.

Magnã nobis faceſcunt & ingerunt hæc verba difficultatem. Hinc enim primò inferri videtur quod qui carent hoc ſpiritu Dei & Chriſti non ſuſcitabuntur à Deo & ſic verum erit quod Dauid dicit, Ideo non reſurgunt impij in iudicio. In iſtis non habitat ſpiritus Dei & Chriſti, Hic Apoſtolus. hoc aſſignat pro cauſa.

Pſalm. 1.

Propter inhabitantem, inquit, ſpiritus eius in vobis.

VBi igitur non inuenietur talis habitatio ſpiritus nec erit corporum reſurrectio. Ab hoc ſcrupulo (certè hoc loco digno) bifariã nos liberare poſſumus

sumus. Primò, si dicamus resurrectionem communem esse futuram tam bonis quam pravis & malis sed sorte tamen inæquali. Resurgent siquidem mali ad luendas suorū criminū pœnas ad supplicium? sed nō ad gloriam Dei participandam nec secūdum corpora nec secundum animam: boni vero, cū iam in anima erunt participes gloriæ Dei resurgent eorum corpora ad participium gloriæ animarum illorum: ad participandam & recipiendā etiam illā gloriam cuius corpora capacia sunt vt sunt dotes corporum sicque erit correspondentia inter dotes animæ & corporis. Ad hanc participationē non resurgent pravi & reprobi homines. Vnde nunc lector acute intelligere poteris locum illū Pauli qui dicit, seminatur in corruptione, surget in incorruptionem. Seminatur in ignobilitate? surget in gloriam. Seminatur in infirmitate surget in virtutem. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Hoc intelligendum est de corporibus bonorum per dotes quas non habebunt mali, sed tantum boni & iusti. Et sic quādo Propheta dicit. Non resurgunt impij in iudicio generali, intelligi debet de resurrectione ad participādam gloriam corporis. Vnde ipsemet Christus manifestauit hunc geminum modum resurgendi, dicens, alios esse resurrecturos in resurrectionem vitæ, alios verò in resurrectionem iudicij, hoc est, supplicij. Primum de bonis, secundum de malis vsuepari opertet. Sed dicis, Apostolus nō dicit, suscitabit mortalia corpora nostra, sed viuificabit. Corpora damnatorum viua erunt, nam immortalitatem consequentur. Non morientur rursus, sed mors ista corporalis fugiet ab illis. Nihilominus sub lege mortis erunt, quoniam lex mortis non tantum comprehendit ipsam expoliationem animæ à corpore, sed alias pœnas corporeas à quibus nō erunt liberi donati. Viuificatio corporis de qua hic loquutus est Paulus excludit non solum mortem, sed etiam omnem aliam passionem. Et per hoc etiam dissoluitur scrupulus a nobis propositus.

1. Cor. 15.

Ioann. 5.

Apoc. 9. & 20.

Sed fortè emphasis est aliqua in hoc quod dicit corpora mortalia, & nō dicit corpora mortua. Nam quando aliquis viuificatur per resurrectionē quæ fit in hoc mundo, tunc dicitur viuificari corpus mortuum, quoniam adhuc remanet in potentia mortale. In illa viuificatione perfecta in vltima die corpora nec actu, nec potentia remanebunt mortalia, quoniam liberabūtur omnino à lege mortis & ab omnibus illis quę sapere possunt mortē. Vnde isti insultare poterunt morti dicentes. Vbi est mors victoria tua? vbi est sti mulus tuus? Absorta est mors in victoria. Primi parentes beneficio immortalitatis donati fuerunt, sed non tanto quanto donabuntur electi. Illi mortalia corpora habebant & reipsa postea mortua experti fuerunt mortem: in resurrectione autē vltima, auferet Deus omnem lachrimā ab oculis sanctorum & illorum corpora resurgent sine potentia ad mortem. Nulla erit necessitas mortis, nec sentient aliquas passiones vel mortis reliquias. Ab omni namq; pœnalitate liberabūtur. Et hoc propriè est liberari à lege mortis quod singulariſſimum erit tantum electis. Reprobi tantum a morte, sed non à lege mortis eo quod cū infernus sit perpetua mors hac morte in æternum cruciabuntur. Quod fortè significatum fuit per Prophetam quando dixit. Quasi oues in inferno positi sunt mors depascet eos, hoc est, infernus, vbi suum pabulum habebunt: An verò illi qui in die iudicij intuenientur viui recepturi sint talia corpora qualia electi sancti discutere non est præsentis loci, alibi de hac re disputandum erit. Dubitandi ratio ex eo originem habet quod non sunt experti mortem semel. Si tamen verū sit quod non morientur. Verum sive moriātur, sive non credibile valde est quòd si reperiantur viui non secum ducent talia corpora qualia in hac mortali vita habebant, sed immortalia & gloriosa sicut

1. ad Cor. 15.

Apoc. 15.

Psalm. 48.

1. ad Cor. cap. 15. & 1. ad Thess. 4. Responsio.

cut cæteri electi sancti. Huic sententiæ fauet Apostolus & ad Corinth. & ad Thessalon. Sed quomodo viuificabuntur hæc corpora si nunquam fuerunt mortua? Viuificatio erit ab ipsa mortalitate ad immortalitatē. Mortalia erunt licet non mortua manebunt in eternū libera & à morte & à lege mortis.

Propter inhabitantem spiritum eius in vobis

CVm tot tantaq, dona & beneficia recensuisset Apostolus causam illorum ostendit nunc, dicitque causam fuisse illam inhabitationē Spiritus sāncti in nobis. Iustū quippe erat vt sciremus vnde proueniret nobis futura immortalitas in alia vita. Sicut enim iā docuerat vnde esset orta in præsenti vita mortalitas nostra cōsequens erat vt nos doceret vnde veniret etiam ipsa immortalitas. Illa à peccato, ista autem à Spiritu sancto inhabitatore nostro. Porro ista inhabitatio cōmunis est omnibus electis post mortem. Discedit namque cum illis cōsque perpetuò comitatur, Qui spiritus mox vt à viuis discedūt dicit illud Apocalip. scilicet, vt requiescāt à laboribus suis. Vtrum autem hæc cōcomitantia spiritus fiat vel per præsentiam, vel per dona, in controuersia est apud quosdam. Cōtendūt aliqui quod Spiritus sanctus illabitur animabus electorum cum ab hac vita decedunt in gratia Dei. Istud beneficium singulare dicūt esse quibusdā heroicis viris dum viuunt mortali vita communicant tamen omnibus electis post mortem. Et hoc propter hæc verba quæ hic dicit Apost. Propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Quoniam dicunt viuificationem corporum nostrorum in die iudicij pendere ab ipsa inhatione Spiritus sancti tanquam à causa propria. Et sic dicunt necessariam esse illam inhabitationem Spiritus Sancti.

Apoc. 14.

Sed cum electi consequuti sint non tātum Spiritum sanctum sed etiam spiritum Christi quid causæ est quod Apostolus tantum fecit mentionem de Spiritu sancto & non de Christo? Nunquid generalis illa resurrectio causabitur etiam ab ipso Christo? Ipse enim vniuersalis iudex est viuorum & mortuorum. Igitur Paulus mentionem facere debebat de ipsius Christi Spiritu. Omnes enim (vt inferius dicturus est ipsemet) stabimus ante tribunal Christi. Et alibi, Omnes nos, inquit, manifestari oportet ante tribunal Christi vt referat vnusquisq; propria corporis pro vt gessit siue bonū siue malum, Ad hoc dicimus quod cū idem sit spiritus Dei & Christi faciens Apostolus mentionem de Spiritu Sancto fecit mentionē de Christo. Dei enim & Iesu Christi vnus est tātum spiritus. Et alio modo dicimus quod iā est facta mentio in hoc loco de Christo. Imo de tota trinitate quæ est causa nostræ resurrectionis. Relatiuum eius referri potest ad Christū vt dicamus. Propter inhabitantem spiritum eius Christi scilicet in vobis. Is autem Spiritus Sanctus est. Adduxit autem totam Trinitatem Apostol. in confirmando negocio de futura resurrectione quò nos maiorem fidem tribuemus resurrectioni mortuorū, quæ res difficillima erat. Idcirco vt firmius figeretur mentibus nostris fecit hoc Apostolus. Etiam tertio dici potest, quod quia viuificare est actio spiritus, ideo Apostolus dixit istam corporum viuificationem esse faciendam per Spiritū Sanctum vitę datorem. Spiritus est qui viuificat. Est autem quasi appropriatū Spiritui Sancto viuificare. Et cum illa sit completa corporum nostrorum viuificatio attributa fuit Spiritui Sancto, non tamen per exclusionem aliarum diuinarum personarum.

Cap. 14. 2. ad Cor. 5

Responsio. 1.

Responsio. 2.

Responsio 3.

2. cor. 3.

Habet tandem & suam emphasim participium illud, *Inhabitantem*, vt ante nos bene adnotauit D. Chryso. Antea verbo habitare vsus est Paulus, nunc autem spiritum vocat non tantum habitantem sed inhabitantem. Habitat in multis

multis Spiritus Sãctus, sed forte inhabitat in paucis. Inhabitare designat continuam præsentiam: Insinuat Apostolus differentiam inter electos in via & ante mortẽ & ipsosmet post mortem quod ante mortem spiritum habẽt habitantem, post mortem, spiritum inhabitantem. Ante mortem est aliquando secũdum aliquã morulam vel per aliquod spacium tẽporis spiritus inhabitãs post mortem per continuam mansionem Hæc insinuata est differentia per participium inhabitantem.

Ex hoc porro Pauli loco manifestè exploditur error & hæresis Saducæorũ qui inficiebantur mortuorum resurrectionem. Miseri homines non intellexere omnipotentiã Spiritus Sancti ad opus præclarum resurrectionis sufficiẽtissimã esse. Sed dicis, Paulus hic etiam ostendit possibilem esse nostram resurrectionẽ ex resurrectione Christi qui 2. Cor. 13. est caput nostrum sicut alibi facit, sed nostra videtur esse longe difficilior quã Christi, nam corpus Christi non fuit datum corruptioni nec conuersum in cineres sicut corpora nostra & ideo videtur, Apostolus ratiocinari à minori ad maius qui modus non est approbatus in scholis. Qui potest facere minus nequit præstare maius, sed vice versa. Si ergo Christi resurrectio facilior erat, non recta consequutione ex illa colligitur & nostra. Ad hoc detur ista responsio. Si ad Spiritus Sancti omnipotentiã respectus habeatur ambę resurrectiones æquo sunt faciles vel difficiles, si autẽ inter sese conferantur non inconuenit ob rationem assignatam constiti nostram esse difficiliorem. Apostol. autem quando probat nostram futurã nõ respicit ad hoc sed ad id quod Christus est caput & nos membra, & absurdum esset caput esse absque membris. Et sic quia oportet membra cõformia esse capiti, quoad fieri potest, optima est Pauli collectio quando ex Christi resurrectione nostram suadet. Si ergo corpus Christi fuit clarificatum & dotibus ornatum talia oportet & nostra esse quando tempus erit iuxta illud. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suę. Quare nobis haud displicet quod quidam dicunt sed licet Apostolum probasse resurrectionem nostram duplici medio altero per resurrectionem Christi altero verò per sanctificationem Spiritus sancti

Ad Philip. 3.

Sed animaduertat ingeniosus lector quod quando loquutus est de resurrectione Christi, dixit, Suscitauit Iesum Christum: quando autem de nostra, dixit, viuificabit, non dixit suscitabit, quoniam resurrectio tam bonis quam malis cõueniet, viuificatio autem ipsis solis electis qui ibunt de morte in vitam æternam. Alij verò non dicuntur viuificati quia ibunt de morte in mortem sicut scriptum est apud Matthæum, Ibũt ij in supplicium æternum iusti autem in vitam æternam. Vel si mauis dicito Paulum mutasse verbum suscitauit in verbum viuificabit vt altius mysterium insinuaret scilicet. quod corpus Christi eum non esset obnoxium legi peccati & per consequens nec legi mortis quę prouenie bat ex lege peccati sic non indigebat viuificatione quia ratione peccãti non erat corpus mortale. Tantum fuit corpus vere mortuum. Corpora autem electorum erant & mortua & mortalia & ideo indigebant viuificatione.

Matth. 25.

Responsio.

sequitur.

Ergo fratres debitores

sumus non carni vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. &c.

POstquam doctor Gentium tradidit nobis doctrinam quę superiorẽ partem nostram mentem nimirũ com-

polit

posuit transit nunc ad componendam alteram videlicet affectum & voluntatem nostram. Hæc namque est vtilitas Paulinæ doctrinæ quæ totum hominẽ componit perfectumque facit. Vt autẽ talis sit homo non satis est vt intellectũ bene edoctum habeat, sed opus est etiã vt affectus a recto tramite non se subducat, Declinamus autem a via recta & à bono quoties relicto spiritu carni inseruimus. Quare Apostolus egregius doctor & nostræ salutis cupidus in his verbis adhortatur omnes Christianos vt reiecta carne spiritui inseruire conentur. Vnde palam vides, quod nos iam aliàs commemoranimus nempe Pauli doctrinam non solum valere ad illustrandum intellectum sed etiam ad affectum & voluntatem inflamandam: Et ideo Apostolus post doctrinam speculatricem tradit hic moralem. Dicit igitur,

Ergo fratres &c.

SEd vnde venit istud ergo? vnde cõsurgit hæc collectio? ex quo antecedenti pendet ista illatio? Manifestissima est ista illatio, & rectè deducta ex illis quę supra dixit tum etiam ex proximis verbis. Nam si tot tantaque recipimus beneficia & bona à spiritu & à carne aliud nil præter mortem quis non videt seruiendum esse spiritui & nõ carni? Et cum vita nostra posita sit inter carnem & spiritum, & iustificatio legis Christi impleta est in nobis qui nõ ambulamus secundum carnem sed secundum spiritum qui viuit secundum iustificationẽ, ergo vnusquisque nostrũ in suo ordine debitor est. Si spiritualis est exercere se debet, operari debet in operibus spiritus. Nam esse ad operari ordinatur. Nunquam esse dicitur nisi propter operari vt egregiè docent Philosophi. Ergo debitum operandi habẽt quicunq; aliquod esse receperunt.

Responsio.

Sed dicis, Cui sumus debitores carni aut spiritui? Respondet, Non carni hoc est effreni concupiscentiæ vel appetitui sensitiuo qui radix est effrenis concupiscentiæ, qui appetitus distributus est in irascibilem & concupiscibilem. Sed dicis, si carni non sumus debitores quorsum in ea positus est vnus & alter appetitus. Preuenit Apostol. mox hãc obiectiunculam dicens, Carni dico nõ esse seruiendum vt secundum carnem viuamus. Quasi dicat. Non omnino destruo carnem nec de medio tollo hos appetitus qui necessarij sunt ad conseruandam hanc nostram mortalem vitã alterũ ad procurãdum illud quod conueniens est naturæ nostræ sensitiuæ, alterũ verò ad depellẽdum contrarium propulsandumq; quod est naturæ corruptiuum. Ad hæc duo necessarij sunt istidno appetitus, sine quibus mox periret nostra natura sensitiua. Ad hanc igitur conseruandam non negat Apostolus nos non esse obligatos & constrictos, sed quod remouere intendit tale est, vt non viuamus secundun carnem hoc est effrenem concupiscentiam & appetitum tantum sensitiuum hoc vetat Paulus. Cuius prohibitionis mox adiecit causam dicens.

Si enim secund. carnem vixeritis moriemini.

SEd dicet acutus lector. Quod non debeamus viuere secundum effrenem concupiscentiam æquum videtur & iustum nam ista bellum gerit assiduũ contra nostrum spiritum & ei inimicatur nec data est nobis à natura nisi propter peccatum, istud autem dici non potest de ipso appetitu sensitiuo qui connaturalis est nobis & non concessus & causatus à peccato. Homo namque si in statu illo primo permansisset, etiam illum habuisset. Non igitur vita secundum appetitum sensitiuum prohibenda est nobis. Ad hoc dicimus nõ esse concessum nobis vt viuamus secũdum istum appetitum quoniam cum ipse sit de genere agẽtium naturalium quæ agunt secundum vltimum potentiæ

Responsio

Mortificaueritis.

NOn dicit extingueritis. Nã in præsenti vita non valemus prorsus extinguere & interimere concupiscentias beneautẽillasmortificare qui.n.debent ſtimulos carnis vel opera carnis mortificare ſignum non leue eſt illas eſſe ſub effreni cõcupiſcẽcia conſtitutas nam impugnantur ab illis: ſecus mortificatione haud indigerẽt. Tales erant Romani & omnes iuſtificati cõmuniter et regenerati in Chriſto. Vnde hęc verba ad iſtos refert Apoſtolus dicens. Si autẽ ſpi. facta car. mor. viu. Ad Romanos dirigitur iſte ſermo qui ſicut & nos ſub appetitu ſenſitiuo effreni erant. Quando vero Pau. ſupra loquutus eſt de ſe ſuiq; ſimilibus non dixit ſi ſecundum carnem vixerimus moriemur quia iam dixerat ſe non ſecundum carnem ambulare ſed ſecundum ſpiritum. Romani ſic ambulabãt ſecundum ſpiritum quod poterãt ambulare ſecundum carnẽ, ſicut et nos nunc. Vnde eſt vt aliqui dicãt hæc verba nullo modo pertinere ad Apoſtolos ſed ad illos qui ſunt ſub effreni cõcupiſcẽtia, quales ſumus nos qui nõ ſumus perfecte iuſtificati. Colligat prudẽs lector & alta mẽte recogitet quod cum tot tantaq; mala eueniant nobis ex carnali vita et tam ingẽtia bona ex ipſo ſpiritu an ſit iuſtum et æquum repellere carnem et amplecti ſpiritum. Si.n. qui ſecundum ſpiritum viuunt liberi ſunt ab ipſa mortalitate & etiam ab omnibus pœnalitatibus quæ âpecca to origimẽ trahũt dicat Chriſtianus (nã cum Paganis nobis negotium nõ eſt) dicat Chriſtianus, qua fronte audet viuere ſecundum carnem & non ſecũ dum ſpiritum? Nunquid preferenda eſt caro aut plus diligenda quam ipſe ſpiritus. Si omnia bonum appetũt et malum fugiunt quis homo niſi demẽs reijciet ſpiritum et carnem amplexabitur? Abrahamo dictũ eſt Eijce antillam et filium eius. Hæc caro eſt et filius eius ipſum carnale opus. Et nos cũ Paulo abijciamus opera tenebrarũ (quæ carnis opera ſunt) & induamur armis lucis, hoc eſt ſpiritus. Sicut caro tenebra eſt ita ſpiritus ſplendida lux eſt. Cuius typus erat illa quæ filios Iſrael per deſertum ſecuros ducebat. Spiritus tuus bonus, dicebat Dauid Rex, deducet me in terram rectam; hoc eſt, mihi dux et lux erit. Hunc igitur tam fructuoſum tamq; vtilem ſpiritum toto conatu procurare debemus â quo multũ frugis ſperare certiſsime poſſumus et præcipue inter alia adoptionẽ filiorum Dei. Per Spiritum ſiquidem Sanctum filij Dei nominamur et ſumus. Et hoc nobis indicant præſentia verba quæ proxime ſequuntur.

Gen. 21.

Infra cap. 13.

Exod. 13. Pſalm. 142

Sequitur.

Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur hi filij Dei ſunt. &c.

SEd quid conſequentię habent hæc verba cum præcedentibus? Particula nãque, enim, quę cauſam præſeferunt non connectit hæc verba cum præcedẽtibus neque alicuius nexus eſſe videtur cum ſequentibus. Sunt hoc loco interpretes aliqui qui conſtringũt hæc verba ad iuſtificatos perfecta iuſtificatione hoc eſt ad viros Apoſtolicos. Sed multi ſecurius dicitur hic fieri ſermonẽ de omnibus in vniuerſum iuſtificatis quales ſunt omnes in Chriſto regenerati. Iſta autẽ adoptio filiationis diuinæ cõmunis eſt omnibus regeneratis & nõ eſt peculiaris tãtũ viris Apoſtolicis. Quare Apoſtolus ſub perſona Romanorũ omnes in Chriſto regeneratos intellexit ſiue ſint perfecte ſiue inperfecte regenerati. Et intelligẽdo de iſtis regeneratis et adoptiuis eſt nexus inter hanc clauſulam et proxime elapſam. Cauſam. n. reddunt hæc verba

qui mortificant spiritu carnem suam vitam habent & qui viuunt secundum carnem morte. Rursumque discurrit Apostolus. Omnes qui aguntur spiritu Dei sunt filij Dei qui mortificat carnem suã aguntur spiritu Dei, sunt igitur filij Dei.

Sed dicis, Hic syllogismus nihil dicit de vita vel morte & sic non apparet cõnexio cum verbo illo viuetis. Vide lector: Paulum inciuatio aliquid ecclypsis patitur. Addere oportet istud. Si sũt filij Dei paterna hæreditate illis vita debita est. Ego, iuquit, vitam æternam do eis. Quibus eis; Illis qui sunt per adoptionem filij Dei. Igitur si spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis vita scilicet beata, quę debita est filijs Dei. Collige lector ante beneficiũ hoc vnum non vulgare quod confert illis Spiritus sanctus in quibus habitat cõsti tuere illos nimirum filios Dei. Sed caute & prudenter intelligere debes nos agi spiritu Dei. Agi conditio est brutorum & hominum amentiũ qui quodam impetu & nimio furore agitantur. Absit vt credamus sic spirituales homines agi ab spiritu quem habent, sed ideo hac metaphora vsus est vt denotaret promptitudinem & expeditum animũ ad illa quæ sunt opera spiritus. Et sic quemadmodum bruta & furentes suas actiones cum furore agunt & promptissimi sunt in hac parte. Spirituales homines sunt prõptissimi ad implenda illa ad quæ spiritus impellit illos. Ideo vsus est verbo agi. Aguntur non inuiti sed spontanei. Amor Dei magnum calcar est vt agatur qui illum habet. Da inquit beatus Augustinus amantem & cognoscet quæ dicimus. Imo magna voce clamauit ita esse. Ita homines spirituales habentes Spiritum sanctum in illũ transformati per amorem Dei & Dei formes effecti agũtur spiritu Dei, nam ei prõptissime & libentissime obediunt & parent. Isti agũtur a spiritu Dei. O quo modo agebatur regius Propheta hoc spiritu quando dicebat. Heu mẽ quia incolatus meus prolõgatus est. Et Quẽ admodum desiderat seruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Et rursus quando acclamabat dicens. Conuertere anima mea in requiem tuam quia Dominus benefecit tibi. Sed cur dissimulandus nostrũ Apostolum Paulum? Audi eum. Viuo ego iam non ego; viuit vero in me Christus. Cupio dissolui & esse cum Christo. Nonne agebatur spiritu quando dicebat; Ego paratus sum. Hiero solymis non solum alligari verum etiã & mori propter nomen Domini Iesu. Vnde quæso Christiane lector. tã ingens animi prõptitudo? vnde tanta voluntas; vnde tanta propensio? Non aliunde esse poterat nisi â Spiritu sancto in habitante a quo agebatur. tãquã effectus ab eo filius Dei adoptiuus. Oportet (imo conditio est filiorum) vt sint quam absequentissimi patribus suis ad complenda iussa patrum suorũ. Spiritus promptus est & qui eum habent prompti esse debent. Nescit, ait beatus Gregorius, Spiritus sanctus in operãdo esse tardus, operatur sed velociter & repente. Ideo quos mouet potius agi dicũtur quã mouerí. Quod ãm pertu & impulsu ducũtur sicut de Christo dicitur apud Lucam agebatur a spiritu in desertũ. Et apud alium dicitur, Ductus est. Et in alio, Impulit eum spiritus in desertum.

Pſal. 119. Pſal. 41. Pſal. 114. Philip. 1. Act. 21. Ioan. 16. Luc. 4. Matth. 4. Mar. 1.

Iam omnes iustificatos agi spiritu Dei ex differentia quæ est inter Euangelij statum & legis Moysi ostendit Apostolus dicens.

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater &c.

Sidi

Si diligenter scrutari volumus modũ quo data fuit lex Mosayca istud verũ esse cõprobabimus. In lege erat timor. Vnde beatus Augustinus dicit. Breuis differentia legis & Euangelij timor & amor. Illa timoris est Euangelica lex amoris dicitur. Et licet vtrũq; sit donum Spiritus sancti tamen ab vno denominata est vna lex & ab altero altera. In collatione legis veteris legimus strepitus, fumigationen montis, fulgura, voces populi clamantis: Non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur, sed loquere tu nobis Moyses in collatione autẽ Euangelicæ legis nil tale auditum est. In timore igitur data fuit lex vetus. Nec immerito. Siquidẽ propensiores & procliuiores erant homines ad malum. Maior ergo erat indigentia timoris quoniã timor retrahit a malo. Amor inducit impellitq; ad bonum. Porro magnus hic nobis datus est campus tractandi de timore de quo si pro eius amplitudine agere vellemus multis opus esset. Neque eius exacta & accurata discussio absque prolixitate haberi potest. Ex theologis querat lector quid sit timor & quotuplex quod eius obiectum de quo malo sit, si de culpæ vel pœnæ quis sit timoris effectus; laudabile an sit timore pœnæ obseruare legem. Hæc & quamplurima alia de timore pertractari possunt. Quorum omnium si ratio haberetur in longum profecto ducẽda esset oratio. Consulant super hæc omnia lectores theologi theologorum principem D. Thomam & alios. Nobis tantum cordi est ex his multis vnum persequi scilicet aliquantis per loqui de illo timore qui in scripturis commendatur a Spiritu sancto. Is est de quo dicitur: Timor Domini initium sapiẽtiæ. Et alibi Timor Dñi sanctus permanet in seculũ seculi. De illo autẽ qui charitatem foras mittit nec vnũ verbũ sed tantum de illo qui in vita beata permanet qui timor non versatur circa malũ quod expectamus futurũ vel circa malum pœnæ. Nam beati (vt supra dixim⁹) iam liberati sunt ab omni malo actuali & possibili.

Exod. 19. & 20.

D. Tho. 12. q. 142 totũ

Eccli. 1. & Prouer. 1. Psal. 18.

Sed dicis, Quare scriptura vocat timorẽ quod non respicit malũ? Timor pro principali obiecto habet malum. Ad hoc dicitur quod scriptura sacra hunc habet loquendi modum vt reuerentiam, cultum & pietatem appellet timorẽ. Quare illa reuerentia quam beati Deo habent dicitur timor Domini. Et hæc reuerentia non solum in beatis sed etiam In bonis viris in præsenti vita dici potest timor filialis vel reuerentialis. Filiorum nãque est reuereri patres suos. Quare non immerito Deus de quibusdam querelam habebat dicens. Si ego Dominus vbi est timor meus? Dijs, parentibus, & Dominis talis timor debitus est. Cui honorem, honorem: & cui timorem, timorem, dicebat Paulus. Et hæc attigisse de timore nunc sufficiant, ad nostrũ Paulum reuertamur.

Obiectio.

Respon.

Esa. 1.

Rom. 13.

Dicit ergo Paulus. Vos Romani non accepistis quãdo initiati fuistis & incorporati Christo per sacrum baptisma non accepistis spiritum seruitutis, iterum in timore. Hunc timorem solent habere qui serui sunt. Vos iam dixi nõ esse seruos. Ego gratias egi Deo pro vobis quod cum serui essetis peccati facti estis liberi. Liberi estis a peccato ab augmento peccati & a carne si secundum spiritum viuitis. Et si mihi dicitis: Ab istis verum est sed non a lege quia veterem legem obseruamus quæ est lex timoris ex iram operatur gladium euaginatum habet aduersus illos qui eam violant. Respondet Paul. dicens. O fratres mei Romani ne istud dicatis. Erratis si hoc creditis & qui hoc inter vos volunt hallucinãtur. Iam enim non estis sub iugo illius legis. Illa mortua est. Non estis memores eius quod vobis dixi cap. 7 scilicet quod lex non dominatur nisi quamdiu viuit? Nonne istud vos docui exemplo mulieris vxoratæ que viuente marito alligata est legi veruntamen mortuo viro solutã dixim⁹ (experiẽtia istud

Supra ca. 6

mŏstrante â lege viri. Sic & vos soluti estis ab ista graui lege. Iam nil vobis cŏmune esse debet cum Moyse. Abolita est lex quam ipse tulit. Audiendus est alius legis lator Christus scilicet qui nouam dedit vobis legem. Istā amplectimini alteri vale facite.

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore.

SI non seruatis legem veterem nihil vobis timendum est. Euangelica lex quam modo profitemini à vobis excutere debet omnem timorem. Angelus pastoribus dixit. Nolite timere euangelizo vobis saluatorem & liberatorem qui vos liberabit nedum a peccato (ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum) sed etiam ab illo iugo legis & ab illis pœnis quas dura illa lex (quæ potius seruorum erat quam liberorum & filiorum) vobis minabatur. Vos iam liberi effecti estis: exinanite, exinanite eam vsque ad fundamentum eius. Fundamenta ceremoniæ erāt quæ apud illos in magno honore & præmio habebātur. Exinanite itaque ista fundamenta. Abigite, repellite, fugate & funditus eradicate. Recedant vetera vobis noua sint omnia. Amplectimini pulchram Rachelem hoc est Euangelicam legem & eijcite oculis lippam Lyam id est legem veterem quæ spiritum timoris suggerebat. Hunc cum essetis vos sub illa lege accepistis spiritum sed iam iterum nolite concipere velin eo perseuerare quod facietis si seruaueritis veterem illam legem. Intelligite vos per baptismum & per legem Euangelicam non talem recepisse spiritum quoniam in lege noua nō est talis spiritus sed spiritus adoptionis filiorum Dei. In veteri autem erat spiritus seruituris & timoris. Timore nāque pœnæ tantum modo cauebatur peccatum. In lege autem noua odio habetur peccatum non timore pœnæ, hæc enim malorum hominum conditio est. Vt vulgo dicitur: oderunt peccare mali formidine pœnæ. Quam sententiam celebrauit Horatius. Hic spiritus erat in lege sed vos, inquit Paulus, non estis afflati isto spiritu sed spiritu libertatis qui non est seruorum sed filiorum secundum quem spiritum audemus clamare & appellare Deum ipsum (ABBA PATER) Iste spiritus est de quo mox subiungit dicēs. Sed accepistis spiritum adopti. Non intelligas aliū spiritum. Nam vt alibi Paulus dicit, Spiritus vnus est sed dona sunt varia.

Lucæ. 1. Matth. 1.

Hæbraismus est hic quo Hebræi solent tribuere nomen causæ ipsi effectui sicut dicunt secundum spiritum sanctificationis pro secundum spiritum sanctificantem. Vnus ergo & idem est Spiritus sanctus qui in lege veteri timorem incutiebat illis quos tanquam seruos sub lege illa constituerat & qui nobis existentibus sub lege Euangelica tribuit spiritum adoptionis filiorum. Si modum quo illa lex (lector bone) data fuit diligenter inspexeris luce clarius videbis hoc quod diximus. Quondam Moyses legis lator virgam in manu ferebat lex Euangelica vetat virgam portare. Illa lex bona terræ promittebat Euangelica saccum & peram portare prohibet. Illa lex vinum, oleum frumentum & manna porrigebat & reliqua id genus. necessaria sunt hæc dona & aliquantulum præclara, sed si comparentur cum dono adoptionis filiorum exigua & parui momenti sunt, nam ad caducam & temporalem vitam tantum valebant, at donū adoptionis vitam animæ conferebat æternam. Quanto anima corpori præstat tanto dona animæ donis quæ in beneficium corporis dantur. Nonne, inquit Christus, anima plus est quam esca? Non igitur paruifacere debemus hoc donum quod dicitur adoptionis filiorum Dei, quod commu-

Deut. 18. Luc. 6. Matth. 6.

municatum fuit nobis non cum timore sed magno cum amore. Grande & excellens beneficium est adoptio in filium Dei, Spiritussanctus est qui nos adoptat in filios Dei. Eramus omnes nos filij iræ qua Adã filij nati sumus at tales nos Spiritussanctus cõtẽplãs nostri miſertus quia nos non poterat efficere filios Dei naturales (vnus.n. tãtũ est) procurauit vt quod per naturam cõcedi nõ poterat fieret per adoptionem & quem solus filius Patrem dicere poterat nos quoq; vna cum illo nõsine magna fiducia & audacia appelli taremus etiam patrem dicẽtes. Pater noster qui es in cœlis. Parũ ne tibi videtur o Christiane vt nos homunculi & vermiculi Deũ qui tanta maiestas est patrẽ nominemus? O sancte Deus quis non obstupescit? quis in extasim non rapitur? inimicos quis vnquam effecit filios adoptiuos? Quis audiuit vnquam tale? O præclarum adoptionis beneficium. Tibi profecto Spiritus sancte hoc tam magnum donum totum debemus. Ad hoc quis ius præbere poterat nisi tu qui es copiosissimũ nostræ hæreditatis pignus? Sane creatura nulla nec terrena nec cœlestis quãtacunque polleret excellentia aliquid habet ex seipsa iuris vt dicatur & sit fili? Dei. Hoc nec auris audiuit, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit nec luce naturæ agnoscibile est, superatn. cuiuscunque naturæ vires. Hincque est vt a nullo creato appetitu optari aut desiderari possit. Est tãta vis & energia in istis verbis Pau. vt vix possimus nos extricare ab illis.

Adoptio ista filiorũ dicitur. Nec est nobis nũc cura si accurata & polita est oratio hæc an nõ. Dicunt quidam non satis latine dici adoptio filiorũ pasiue pro eo quod dicendum erat adoptio in filios. Nam præter hoc quod grauissimi Interprætes tam Latini quam Græci hoc nõ animaduerterunt etiã in his tam minimis dedecet graues expositores occupari. Præstat magis occupatos esse circa emphases quæ sunt in verbis. Non enim venamur in Paulo verba, sed latentia mysteria. Quare verbum adoptio filiorum suã habet emphasim. Nam cum nõ omnis adoptio sit filiorum) nam potest esse nepotum & aliorum consanguineorum) Apostolus non dixit quod spiritussanctus adoptet nos in nepotes, sed in filios quæ excellentior adoptio est. Quę non est aliud nisi admissio ad participandam naturalem filiationem filij Dei naturalis, & admissio ad suam beatitudinem participatio est diuinæ beatitudinis & hæreditatis. Quando enim aliquis homo alium adoptat in filium, admittit illum in hæreditatem suam. Sic fit apud homines adoptio; Verum tamẽ est: differentiam esse in causa adoptandi. Nam homo quando adoptat, mouetur â bonitate quam videt in illo qui venit adoptandus. Deus autem non sic, sed quando adoptat nos, tunc reddit nos bonos & dignos illa adoptione. Et præterea homines non solent adoptare nisi quando patres vel matres carent filijs, pro quorum defectu supponũtur & subrogantur alij. Deus autem cum non possit esse absque filio, non adoptat nos ex penuria & carentia filij sed istud facit quo suam communicet nobis diuinitatem, cuius vult (sua tantum bonitate motus nõ nostris meritis) nos esse participes.

Ab hac adoptione solum excludimus Iesum Christum Saluatorem nostrum, qui nec vt homo, nec vt Deus adoptionis capax est. Qui.n. adoptatur in filiũ antea nõ erat filius alioqui non opus erat adoptari. Christus semper fuit verus, proprius & naturalis Dei patris filius. Neq; eius anima (nisi abstue) dici potest adoptari eo quod suppositorũ est adoptari nõ naturę vel partis naturę. Deniq; nõ dicit adoptionis filij in singulari sed filiorum vt nos doceret hanc adoptionẽ esse multorum non vnius solius, & quo latius patet & D. Tho. 3. p.

in plures se diffundit eo est excellentior. Quanto enim virtus causæ in plures se extendit, tanto est perfectior. Et etiam filiorũ dixit vt intelligeremus differentiam inter filiationem illam diuinam naturalem & hanc nostram. Illa vnius tãtum est, hæc nostra multorum.

Sed dicis forte, Ad quid vult Deus tot tãtosque filios? Nunquid satis erat æterno Patri vnus filius de quo ipse dixit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui? Homines optãt multos filios, eò quod si in vnum non complacẽt poterunt in alio. Pater æternus totam complacentiam habet in vno, non igitur debebat adoptare alios in filios. Adauget scrupulum quod habere pluros filios successu temporis magis arguit defectum in potentia generandi quam commendet illam. Non enim tota virtus in vna generatione ostenditur sicut fit quando pater æternus suum genera uit filiũ. Vnde factũ est vt vnicum tantum genera uerit filiũ. Ad hoc talis potest esse resolutio si dicamus ex Dei parte nullã esse necessitatem. Satis illi erat suus vnus primogenitus & vnigenitus filius. Ex nostra autem parte tota pendebat necessitas. Nam si Paulus dixit, quod si sumus filij & hæredes, si non essemus filij nec hęredes vitæ æternæ. Si enim affirmatio est causa affirmationis, & negatio erit causa negationis, vt Philosophus eleganter docuit. Nostri ergo causa Deus bonorum suorum largus effusor vt suam exuberãtissimam bonitatẽ communicaret, recepit nos & immeritos in adoptionẽ filiorum suorum & potestatem dedit nobis vt esse mus filij Dei, & subinde cohæredes cum filio suo naturali.

Matt. 3. Lucæ 1. & Marci 3.

Responsio.

inferius hoc eodem cap.

Sed longe grauior dubitatio & scrupulus se nobis ingerit in his verbis Pauli, qui non est dissolutione facilis. Oritur autẽ suapte natura ex verbis Apostoli qui talis est. Num debeamus priscos patres & alios iustos qui erant sub lege veteri dicere adoptatos in filios Dei: Et dubitandi ratio in eo posita est quod illi acceperũt spiritum seruitutis. Paulus nõ dicit ipsos esse adoptatos in filios Dei, sed illos qui acceperunt legem libertatis. Ex alia parte durũ satis videtur quod saltim illi patres virtute & sanctitate refertissimi nõ adnumerẽtur inter filios Dei adoptiuos cũ scriptũ sit. Ego dixi, Dij estis & filij excelsi omnes. Et alibi, filios enutriui & exaltaui. Accedit & ratio non leuis, Illi habebant gratiam & charitatem, hæc filios Dei faciunt adoptiuos. Profecto satis dubij habet præsens quæstio hinc & inde. Partẽ negantẽ fixe tenent quidam aliquot locis sacræ paginæ muniti. Et inter testimonia fortissimum existimant locum istũ Pauli quem manibus versamus in quo luculentissimus testis esse videtur Apostolus, quod Patres prisci dum erant olim sub lege non habuerunt spiritum adoptionis filiorum Dei, quia habebãt spiritum seruitutis in timore. Adiungunt quod hic spiritus non est datus ante Aduentum Christi, ipsomet Paulo attestante qui ad Galatas sic ait. Vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret vt adoptionẽ filiorum reciperemus. Ergo ante Christi Aduentum non erat adoptio filiorũ Dei. Concordat Ioannes cum Paulo, dicens, ipsum verbum carnem factũ, dedisse potestatem hominibus vt fierent filij Dei. Et apertius alibi idem dicens: Videte qualem charitatem dedit nobis Deus Pater (nota verbum nobis) vt filij Dei nominemur, & simus. Hæc profecto clara sunt quibus se subscribit non parua turba Doctorum grauissimorum. Augustinus, Ambrosius, Chrisostomus, Cyrillus, Theophilus, & Athanasius, & illi videntur esse in hac sententia.

Psalm. 81. Isa. 1.

Capite. 4.

Ioan. 1.

1. Ioan. 3.

Contrariam autem veriorem, & probabiliorem existimãt alij multi & nõ absque

absque probabili satis ratione. Veruntamen quia hæc quæstio satis exactè limanda est citò & breuiter expediri nõ potest, nos breuitati (quam semper præoculis habemus) operam dantes breuissimè quoad fieri poterit nos expediemus, aliquot priusiactis ceu fundamentis.

Principio hoc pro explorato habere debemus quod Apost. hic non comparat personas quæ sunt in lege Euangelica cum alijs quæ erant sub lege Moysayca, quoniam hæc comparatio per se non est legis cum lege vel status cum statu. Non enim omnia illa quæ dicun conuenire statui Euangelico reperiuntur in omni persona quę degit sub illo statu. Stat namque statum esse bonum & personam malam. Et vt à nobis ipsis & non longius exempla petamus, statio statu nostræ religionis (qui non intũ mũ locũ tenet inter alias religiones) multa & præclara statuta habere quorum nec vestigium in me qui sum segnis & otiosus religiosus reperiatur vllum. Quinimo (quod amplius est) fieri potest vt alii qui seculares qui in mundo degũt præstantiores & perfectiores sint quibusdam otiosis & deperditis religiosis. Status tamen religionis non ob id deterior vel saltim inferior erit. Cõparatio ista inter personas est, nõ inter status. Nam si quis temerario ausu dicere auderet & assereret statum coniugatorum perfectiorem esse statu religionis erronicè & hæreticè loqueretur, vel si virginitatem postponeret cõiugio, iste hæresis nota, esset notandus. Statũ cum statu confert & nobiliorẽ dicit esse inferiorem. Et idem putamus ferendum esse iudicium de illo qui assereret legẽ veterem præstantiorẽ esse Euangelica: Dicimus ergo nos Apostolum hic collationem habere inter status & non inter personas singulas.

Deinde secundo scire oportet quam obrem lex vetus dicta sit lex seruitutis & timoris. Duplici de causa tale attributum sortita est. Primo eo quod data fuerit cum illis quæ solent gignere timorem. Inter alia quæ homines terrere solent sunt signa quę veniuntè cœlo, qualia sunt tonitrua, & fulgura, de quibus orat Ecclesia dicens. A fulgure & tempestate libera nos Domine. Et Deus confortans dicebat, A signis cœli nolite metuere. Cum igitur (vt in sacra pagina palam habetur) lex illa vetus recepta fuerit ab Hæbræis magno cum pauore & timore propter micantia tonitrua & fulgura quæ terribilia erant tam in sonitu quam in visu propter istum effectum ab extrinseco dicta est illa lex timoris. Stupefacti qui recipiebant illam, clamabant dicẽtes Moysi. Non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur, loquere tu potius nobis. Secundo dicta est lex timoris & seruitutis, eo quia data est illis cum multis minis & inflictionibus pœnarum. Vnde cum sic sit data insinuatum est data esse ad instar & modũ quo leges seruis & pueris dari solent. Pedagogus enim manu tenẽs ferulam instruit pueros & dominus seruis virgam ostendit quibus visis, tam serui quam pueri iussa præceptoris & domini diligenter adimplent, quod faciunt, potius timore pœnæ, quam amore. Talis fuit lex respectu illorum qui eam acceperunt, vt Apostolus confitetur dicens. Lex pedagogus noster fuit. Illa pedagogia cũ magno timore & seruitute operatur adeo, vt dens pro dente & oculus pro oculo daretur.

Heeremi. 10.

Deuter. 18. & 20.

Exod. 20.

Similia.

Ad Gal. 3. Exod. 20.

Sed dicis, Quorsum istud factum est, cum illa lex data fuerit à Deo & à Spiritu Sancto qui dulcissimus est spiritus? Cum dulcedine & amore danda erat, & non cum rigore & furore. Quod sic fit factum caue tu doctè lector ne Spiritui Sancto impingas. Duræ ceruici qua populus ille indurat us erat, ascribere debes. Propter duram ceruicem illius populi, qui benignitate & amore duci nolebat, factum est, vt non amoris, sed timoris, & seruilem legem reciperent. Rege eos, inquit Psalres,

Psalm.

in virga ferrea. Sed iterū vrges. Si à Spiritu sancto istud factum est timor quo illi timebant bonus erat. Nam à Sancto illo Spiritu dimanare minimè potest nisi quod bonum est. Gratanter tibi damus lector candide quod intulisti. Nā seruilis timor nō est suapte natura malus veluti est homicidium.

Quare non recusauit quidam dicere vnum & eundem esse spiritū qui duos facit timores seruilem & castum. Neuter ergo malum culpæ ex sua natura affert. Et hinc Christiane lector habes exploratum aduersus Nouatores hæreticos approbandam esse pœnitentiam illam quæ originatur à timore seruili quidquid murmurent praui Lutherani dicentes talem pœnitendi modum hypochrisim sapere & maiorem efficere peccatorem. Allucinati sunt & in hoc. Si autem peccator incipiens resipiscere ab hoc timore seruili ibi pausam faceret & persisteret non vlterius progrediens gratis illis dan us timorem illum esse exitialem & malum. Sed de hoc dicant Theologi copiosius. Non omnia dicere possumus nos.

Tertio notandum est quod legem vererē habere spiritum adoptionis bifariā intelligi valet vno modo quod lex verus ex tua natura illū suppeditet alio modo quod aliunde in ea detur. Sicut n. de grana loquimur ita de spiritu adoptionis philosophari possumus. Gratiā enim lex vetus ex se haud conferebat dabatur tamen in ea (sicut in circuncisione videre erat quæ delebat peccatū originis & iusti etiam qui erant in lege veteri gratiam habebant) non tamē virtute legis quę ad perfectum neminem adducebat. Pari modo dicere possum' quod in lege antiqua erat quidem adopno filiorum Dei Nec obstat quod nō esset regeneratio ex aqua & Spiritu sancto Nam in Angelis est adoptio (filij. n. Dei adoptiui fuerunt & antequā essent beati & modo) & in eis nulla fuit regeneratio ex aqua & Spiritu Sancto. Sine hoc modo haberi potest adoptio, puta per gratiam gratum facientem & per charitatem. Licet ergo in lege antiqua non esset illa regeneratio quæ est modo innoua nihilominus poterat esse adoptio. Ipsam tamen non dabat ipsa lex quæ ex sua cōditione homines seruos potius quam libros faciebat, cum quo tamen stabat multos Patres in illa lege assequntos fuisse adoptionē & hoc beneficio donatos fuisse. Et (nisi fallimur proximum & affine errori existimamus dicere oppositum. Imo (si licētius loqui licet) nedum Patres nec omnes illos qui habuerunt grariam gratū facientem credimus hoc munere fuisse affl.tos. Nam eum gratia gratum faciens in lege veteri non esset alterius speciei, sed eiusdem cum gratia nouæ legis poterat ergo illos constituere filios Dei adoptiuos. Vnum tamen confiteri apertè debemus nimirum quod adoptio in lege veteri non erat ita acurata & perfecta sicuti in lege noua eo quod lex Euāgelica tota est libertatis & amoris. Et per hoc resoluta manet præsens quæstio & dissolura argumenta. Si loquamur igitur de lege veteri ex virtute sua non causabat spiritum adoptionis sed seruitutis ex alia verò parte in ea reperiri nihil ineonuenit. Quando verò hoc in loco Apostolus comparauit has duas leges dixit quin Euangelica reperiri spiritum adoptionis filiorum Dei & non in Mosayca istud Intelligebat ex virtute legis. Et sic conciliari possunt illi doctores grauissimi quod negantes intelligebant non esse adoptionem quantum erat ex vi legis qui verò asserunt esse nō intelligebant ex vi legis sed alia ex parte. Vel aliter dicere possumus quod ex doctoribus vni cōparabant legem cum lege & sic optimè negabār in lege veteri esse adoptionem filiorum Dei, alij eōparabant personas cum personis, & sic in vtraque erant personæ adoptatæ. Sed reuera Apostolus collationem faciebat status non personarum cum personis sed status eum statu & sic dissimulauit & silen

ad Heb. 7.

tio

tio inuoluit hanc quæstionem de Pátribus, quam ad vnguem satis non minus doctè quã acutè neotericus quidã doctor qui nominari dignus est inter theologos nostræ ætatis Religiosus Pater Magister Bartholomæus à Medina reseruit & ante illum peritissimus Magister Viguerius Granaten. nostrietiã instituti.

In quo clamamus Abba Pater.

QVid sibi Paule volunt hæc verba? Romani acceperunt spiritũ adoptionis & nos clamamus? Illi qui acceperunt clamare debebãt. Aptius igitur dixisses, In quo clamatis, Abba Pater & non clamamus. Non est nouus apud Paulus hic personarum transitus, iatis est illi familiaris & non illi soli, sed linguæ Hebreæ quæ ei naturalis erat. Trãsire in locutionibus ab vna persona in aliam, & à prima ad secundam hæbraismus est, sicut transitus à numero ad numerũ qui etiã à Paul. passim reperitur.

Sed fortè altius latet in hoc mysteriũ, Mutatio hæc personarum insinuat nobis (vt quidam volunt) duplicem modum iustificationis vel duplices iustificatos, alios qui perfectè, alios verò qui imperfectè iustificantur. Illos represen tat quando de se suiq; similibus loquẽs Apostolus dixit, Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Quãdo dixit charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis & quando dixit vt iustificatio legis impleretur in nobis qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum. Et quando dicet inferius, Nos habemus primitias spiritus. Quando sic loquitur in prima persona de se denotare vult differentiam inter perfectè iustificatos & nos & Romanos qui erant de numero illorum qui iustificati fuerunt. Sic in proposito mutatio est personæ. Illi acceperunt adoptionem & nos inquit clamamus Abba Pater, Vos accepistis adoptionem filiorum vestro modo hoc est moũ à timore initiali à quo regulariter primo moueri solent homines. A timore tuo Domine concepimus & peperimus spiritum salutis. Nos autem qui perfectissimè consequuti sumus iustificationem clamamus Abba Pater. Q. d. Multò certiores vobis sumus quod spiritus habitet in nobis, quod indicat clamor existens in nobis. Et vos clamare potestis si tamen spiritus habitat in vobis. Ecce modificationem qua non est vsus cum de se loqueretur Pau. De se certissimus erat quod habebat Spiritum sanctum de Romanis autem talem non habebat certitudinem, & ideo dicit, Clamamus Abba Pater. Iam Apostolus non dicit quod Isayas qui cum iussus esset clamare respondit, Quid clamabo? Iam Paulus dicit quid clamat nec opus habet vt inter roget quẽquam. Iam scit in quo & per quem & quid clamare debet. In quo ideſt spiritu, per quem id est per Spiritum Sanctum. Ante legem Euangelicam laram Deus dicebatur Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Alij dicebant nos patrem habemus Abraham: at lata & data lege aliq audiuntur voces & alius clamor. Media nocte dum silentium tenerẽt ommia clamor factus est ecce sponsus venit. Bene veneris dilecte sponse non venis solum vt sponsus sed etiam vt pater. Te Patrem nostrum supercœlestem agnoscimus te tali nomine appellitamus cum dicimus Pater noster qui es in cœlis. Iam non clamamus cum diuite illo epulone Pater Abraham mitte Lazarum. Vnum tãtum modo habemus Patrẽ & hũc Deum esse cõfitemur & dicimus cum clamamus Abba Pater.

Sed quis est iste clamor? Quomodo fit? Non est ille sanguinis Abel qui clamat vindictam sed clamor Christi clamantis Pater ignosce illis. Sic & nos Pater noster qui es in cœlis dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. O dulcissimum clamo

Respõdeo. epi. 102.

Supra ca. 5.

Ibidem.

Hoc eod. ca.

Hoc eod. cã.

Isa. 26.

Isa. 40.

Ioan. 8.

Matth. 25.

Luc. 16.

Gen. 4.

morem. Iste non sit externa vociferatione, non grandi voce, sed magno spiritus feruore. Tacebat Moyses necdabia mouebat & dictum est ei a Domino. Quid clamas ad me? Ille clamor intima cordis deprecatio erat ad Dominum. Et quemadmodum ille qui clamat magno impetu vocem emittit sic Spiritus Sanctus nos clamare facit cū magno nostri spiritus impetu & affectu. Clamabat bona illa mulier Chananea pro filiæ suæ liberatione dicēs. Miserere mei fili Dauid, clamamus nos pro nostra animæ saluatione, Salua nos Domine sancte Pater.

Cæterum hic dicit Apostolus nos clamatores, esse ad Gal. autem nō nos sed spiritum huius muneris dicit esse factorem. Sic namque ait, Quia estis filij Dei misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, Abba Pater. Nihil est repugnantiæ sed spiritus dicitur clamare quia instigat nos vt clamemus. Quare idem pollent imo vnum & idem dictum est spiritum clamātem esse & nos clamare per spiritum. Phrasis ista loquendi satis cōmunis est. Dicere quippe solemus & hominem audire & aurem, oculum videre & hominem, ipse tamen homo verè & propriè dicitur videre sed per oculum. Sic nos sumus qui clamamus sed per spiritum habitātem in nobis. Nos cum illo & ille nobiscum clamamus. Et quo explodituer error illorum qui volunt Deum in nobis operari omnia sine nobis, contra quos est illa egregij doctoris Auguſt. sententia, scilicet, Qui fecit te sine te non salua bit te sine te. Adiutores Dei sumus, inquit alibi Apostolus. Non in creando. Nā in hoc negocio nec deus op' habet adiutorio nec creatura ei coadiutrix esse valet. Peculiarissima est ista virtus Deo soli. Veruntamen in alijs compaticeps & socia esse potest.

Sed iam hora est vt dicamus quid clamat spiritus vel nos per illum,

Abba pater.

Deut. 14.

Matth. 15.

Cap. 4.

conciliatio.

similia.

1. Cor. 3.

D. Tho. 1. p. q. 8.

DVo sunt nomina & diuersi dialectis primū Hebræuæ siue Syriacum, posterius autem Græcum & Latinum, πατὴρ. Græcum est Prius dixit. Abba, deinde, Pater. Vnius sunt significatiæ tamen ad diuersos spectant populos Abba ad Hæbræos patria siue Pater. ad Gentes. Coniuncta sunt hæc duo nomina vt intelligeremus in Christo (qui lapis angularis est) duos illos populos conglutinatos esse in vno cuili qui vt vnius & eiusdem pastoris, ita filij erant vnius patris. Vnde non vt populus clamat, Abba Pater, nimirum Iudæus sed ambo populi. Hæc enim adoptatio nō pertinebat solum ad Iudæos, sed etiam ad Gentes. A Christo didicit Apostolus hunc clamandi modum & ad illum alluſit qui Patrem rogans vt trasiret calix ab eo sic clamauit dicens. Abba Pater omnia tibi possibilia sunt, si vis trāsfer à me calicem istum. Calicem bibiturus erat Christus nō tantum pro Hæbræis sed etiam pro Gētibus & pro omni natione quæ sub cælo erat. Non protulit autem verba illa Christus nisi in hora passionis suæ. Multoties loquutus fuerat de Patre suo & non vocauerat eum Abba Patrem, sed iātum Patrem cum iam propinquissimus esset nostri hac dulcissima voce alloquutus est Patrem dicens Abba Pater. Curistud dulcissime Iesu? Hoc tactū est lector Christiane eo tēpore quo filius Iesus Christus mundo patefacere voluerat promptissimam obedientiam & suæ voluntate conformitatē omnimodam. Ideo quod opere & voluntate habebat verbo, mundo declarabat dicens Abba Pater. Q. d. O Pater, pater, vt cognoscat mundus quod diligo te patrem & voluntatem meam tuæ per omnia conformare volo non sem el sed bis te Patrem appello. Patrē te cognosco quia in die æternitatis me genuisti & secundo patrem te non ino quoniam in die meæ temporalis natiuitatis non noui alium preterte patrem. Abba ergo Pater. Bis te appello patrem quoniam bis tu mihi

Ephe. 2. & Act. 4.

Matth. 14.

tu mihi pater fuisti. Et nos bis quoque illum patrē appellare debemus iure duplici, tum propter specialem nostrā creationem (quę ad sui imaginē facta est) tum etiam ob specialem adoptionem quod adoptati sumus in filios Dei.

Gen. 1.

Sunt tamen qui diçunt geminationem eiusdem dictionis esse factam & positam ad maiorem habendam fiduciam & confidentiam. Sed interim intuere & apertis oculis comtēplare) nā fari min. me licet) cōtemplare in quā Christiane lector immensam & inæstimabilem Dei erga nos charitatem & bonitatem, qui nedum vt seruos redimeret tradidit suum vnigenitū filiū, sed etiam per odoptionis beneficium voluit vt suus filius cōfratres nos haberet. Quęso vbi est ille filius natu maior hominis illius qui duos filios habebat quorū alter prodigus fuit dissipauitque omnia bona sua luxuriæ indulgens? Qui cum in se reuersus venisset ad patre diceretq; : Pater peccaui in cœlū &c. Et cū gratulāter esset receptꝰ à patre ad oscŭlum pacis filius maior insurgēs & spīritu inuidię concitatus ausus est contra patrem suum obmurmurare eo quod fratrē suū tam benigne & charitatiue & hilari vultu ad suū gremiū admisisset & ad ius paternū & in domū suā reclusisset. Proh dolor. Nonne homo filius prodigus est qui accepta portione sua dissipauit suā substantiam? Quem pater ille æternus nō expectauit vt veniret reuerteretur, quę ad paternam domum: sed ipse ad illum quærendum misit filium suum in mundum factum de muliere, factū sublege qui nō venit vocare iustos sed peccatores, quos inuentos adduxit ad Patrem suum vt reciperentur ad oscŭlum pacis, & sic recepti fierent filij Patris sui & admitterētur ad partem hęreditatis suę. Ad partē dicimus & non ad totam, nā in lege sançitum erat vt primogenito omnia darentur duplicata, cum igitur Christus frater noster ipse esset primogenitus secundum totum recipere debebat hæreditatē nos vero partem nostram. Omnia dicebat ille, mihi tradita sūt â patre meo. Nostrum autem quilibet dicit cū Dauide, Dominus pars hęreditatis męę. Vnde ille minor filius cum non esset primogenitus nō postulauit hęreditatē, sed dixit, Pater da mihi portionē substantiæ quæ me contingit. Christo autem â Patre dictū est. Postula â me & dabo tibi gentes hæreditatem tuā, & possessionem tuā terminos terræ. Tua est tota alijs confratribus tuis portio nes dabūtur. Portio mea clamabat Propheta Regius dicens, sit in terra vi uentium. Sed ad Patris bonitatem reuertamur & ad filij charitatem. O insinitus & inuincibilis Patris amor, o inęstimabilis filij charitas, qui cum filius esset primogenitus, & natu maior, nō ægre tulit nec indignatus est cōtra patrē suum, nec murmurauit contra nos eo quod recepti fuerimus in partem suę hęreditatis nec stomachatus est aduersus patrem suum quod nos prodigos & homines peditos sibi cohæredes constituerit præbens nobis ius per gratiam & charitatem per pignusque Spiritus sancti adoptionem filiorū Dei & eum appellaremus, Abba Pater Tā tum abest vt egro animo ipse tulerit vt ipse pro sua virili hoc beneficium per effusionem sui præciosissimi sanguinis nobis ipse procurauerit atq; effecerit. Assurgamus ergo ad agnoscēdū tātū Patris & filij nobis collatū beneficium. Hæc assurrectio forte nos effecit paulò prolixiores quam volebamus, sed facti non nos pudet. Sic namque ostensus est admirabilis filij Dei candor qui nobis eam dignitatē quæ sibi propria erat non inuidit, cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

Luc. 15.

Luc. 4.

Psalm. 15.

Luc. 15.

Psalm. 4.

Psalm. 144

Ad Gal. 4. Luc. 5.

FINIS.

STVDIOSO ET CANDIDO Lectori. S.

NVNQVAM adduci potuit Auctor vt hæc commentaria, quæ summis vigilijs ac laboribus parauerat, in lucem prodire pateretur, quāuis eruditorum precibus desiderantium nectaream illius doctrinam ex scripti codicis riuulo potare, nō mediocriter vrgeretur. Cōtinuit itaque apud se opus istud, non tantummodo sicut Poeta censuit nonum in annum, sed plusquam in duodecigesimum, interim amicorum quos eruditiores arbitrabatur permittens iudicio, interdum ad lydiū, quod aiunt lapidem singula examinans, & reposita post aliquantulum tēporis resumpta considerans & denuo limans, emendans, ac locupletans: timens admodum sibi (licet egregie doctus & qui ætatem in euoluendis Sanctorum scriptis pene contriuerat) ab Aristarchis, quorum hac tēpestate prouentus est nō modicus, cum interim quæcunque non capit sciolus audeat carpere. Qua in re præter viri Christiani et humilis modestiam, admirari licet veram et solidā doctrinam eius qui non fastu intumuit cæterorum spernens censuras sed e contrario plurimi fecerit aliorum de suis lucubrationibus futurum iudicium. Noluit scripturire ac repente proferre fœtum informem rudem immaturum, ac plane abortiuū, ac vt vno verbo dicā miseras perdere chartas vt nonnulli ea scribētes quæ nemo vel legere audeat vel contingere: Auctore igitur cunctante factum est vt ante paucos annos compulsus sit tandem hoc opus prælo cōmittere. Quod non semel interminissum est tum propter graviora religionis negotia quibus Apostolicæ sedis ac Regiæ maiestatis iussu cū collegis Auseta no et Helenēsi Præsulibus oportuit eum intendere; tum etiam ob multa valetudinis incommoda ingrauescēte iam senectute vrgentia, quorum bonam partem citra controversiam debebat suæ Mineruæ. Vnde factum est vt prius quam opus perficeretur à Domino sit auctor ad superos euocatus, magno sui desiderio nobis relicto, qui patre et Doctore tota Aragonia celebri orbari molestissime ferebamus. Accurrimus quasi ad Heliæ pallium ad hos ingenij fructus quorum licet non plenum perceperimus emistrum id sane quantumcunque fragmentū operis mirum in modum refert de mortui auctoris grauitatem acumen intellectus, lectionē variam, et quod in eo eminebat lucidissimam in enodandis quæstionibus facilitatem, denique Raymūdi spiritum habes lector in his scriptis ad viuū expressum. Noluimus ergo efflagitātibus abnuere, et tantū iubar studiosis inuidere, sed permisimus in publicum sub hac forma quod typis iam excussum erat prodire ad cōmunem omnium vtilitatem: Vale lector benevole et ijs frugibus fœliciter fruere. Quæ autem Typographorū incuria exciderunt tu pro tuo candore poteris emendare.

LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRAE QVI SPARSIM AB AVTHORE CITANTVR ET EXPLICANTVR IN HOC VOLVMINE index secundum ordinem librorum & capitulorum veteris & noui testamenti prout inueniuntur digestus.

ANIMADVERTENDVM CIRCA EVM EST: NVMERVM PRIOREM folium. a. primam paginam folij. b. secundam, in super numerum. 1. primam columnam paginæ numerum vero. 2. secundam Columnam denotare.

GENESIS.

In principio creauit Deus celum & terram. 21. a. 1. 26. a. 2.
Tenebra erant super faciem abyssi. 6. a. 1.
Fiat lux, & facta est lux. 26. a. 1. 99. a. 1.
Creauit Deus hominem. ad imaginem. & similitudinem suam: 1. a. 245. b. 2.
Masculum & faminam creauit eos. 26. a. 1.
Benedixitque illis Deus. 170. a. 2.
Crescite & multiplicamini. 324. a. 1.
Dominamini piscibus maris. 1. a.
Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde. bona. 26. a. 2. 152. b. 2.
Ex omni ligno paradisi comede. 324. a. 1.
De ligno scientia boni & mali ne comedas. 3. b.
In quocunq. die comederis ex eo morte morieris. 324. a. 1.
Non est bonum hominem esse solum. 323. b. 1.
Hoc nunc os ex ossibus meis. 63. a. 2.
Quam obrem relinquet homo patrem. 63. a. 2.
Serpens erat callidior. cunctis animantibus terræ. 395. a. 1.
Cur precepit vobis Deus. &c. 393. b. 1.
Nequaq; moriemini. &c. 67. a. 2. 389. a. 2.
Aperientur oculi vestri. 345. a. 1.
Vidit mulier quod bonum esset lignum. 409. b. 2.
Vocem tuam audiui in paradiso. 151. a. 1.
Mulier quam dedisti mihi. 151. a. 1. 261. a. 1.
Serpens. decepit me. 394. b. 2.
In dolore paries. 324. b. 1. 377. b. 1.
Quia audisti vocem. vxoris tuæ. 345. b. 2.
In sudore vultus tui vescêris pane tuo. 11. a. 2.
Pulvis es, & in pulverem reuerteris. 173. b. 1.
Respexit Deus ad Abel. 215. a. 2.
Nonne si bene egeris recipies. 401. b. 2.
Vbi est Abel frater tuus. 168. a. 2.
Nunquid custos fratris mei ego sum. 168. a. 2.
Vox sanguinis fratris tui clamat. 168. a. 2.
Maior est iniquitas mea quod &c. 340. a. 2.
Ecce ejcis me hodie. 225. a. 1.
Pœnitet me hominem fecisse. 26. b. 1.
Hic vir iustus atq; perfectus fuit. 131. b. 2.
Omnis caro corrupeat viam suam. 243. b. 2.
Ingredere tu & domus tua. 131. b. 2.
Remansit autem solus Noe. 25. a. 1.
In malum prona sunt. &c. 403. b. 2.
Bibensq. vinum inebriatus est. 420. a. 1.
In te benedicentur. vniuersa cognationes terræ. 292. a. 1.
Domine quid dabis mihi. 207. b. 2.
Suspice in celum & numera stellas. si potes. 277. a. 1.
Credidit Abraam Deo & &c. 290. b. 2.
Anima qua non fuerit circuncisa. 210. a. 1.
Clamor sodomorum multiplicatus est. 173. b. 1.
Vbi sunt viri illi qui educ illos. 243. b. 2.
Respicienſq; vxor eius post se. 373. b. 1.
Ejce ancillam hanc & filium eius. 433. a. 1.
Benedicentur in semine tuo omnes gentes. 74. b. 2.
Maior seruiet minori 52. a. 2.
Data est illi Lya. pro Rachele. 309. a. 2.
Fera pessima comedit eum. 178. a. 1.
Merito hæc patimur quia &c. 225. a. 1.
Non auferetur sceptrum de Iuda. 228. a. 1.

EXODI.

Quis te constituit principem. 8. a. 2.
Et videbo quare rebus non comburatur. 407. a. 2.
Mittante ad Pharaonem. 59. a. 2.
Indurabo cor. Pharaonis. 90. a. 2.
Nunquam defuit columna nubis. 433. a. 2.
Quid clamas ad me. 437. b. 1.
Omnis quem tetigerit mons: m &c. 12. b. 2.
Ecce caperunt audire tonitrua. 434. a. 1.
Non concupisces domum. &c. 231. a. 2.
Non loquatur nobis Dominus 35. b. 2.
Dentem pro dente &c. 125. b. 2.
Maleficos non patieris viuere. 196. b. 2.
Omnia qua locutus est Dominus faciemus. 235. b. 1.
Hi sunt Dij tui Israel. 231. b. 2.
Noli adorare Deum alienum. 231. b. 2.

LE-

LEVITICI.

11 Sancti estote quia ego sanctus sum. 104. b. 1.
12 Cumque expleti fuerint dies purificationis sua.
19 — 336. b. 1.
Non morabitur opus mercenarij tui apud te usq. mane. 200. a. 1.
Non considere personam pauperis. 214. a. 1.
20 Si quis dederit de semine suo Idolo. Moloch. 383. a. 1.
Qui maledixerit patri suo aut matri. 383. a. 1.
Dentem pro dente oculum pro oculo. 125. b. 2. 294. b. 1.

NVMERI.

5 Et respondebit mulier amen amen. 171. b. 2.
16 — Aperta est terra & deglutiuit Datham. 105. a. 2.
21 Quem cum percussi aspicerent sanabantur. 359. a. 1.
23 Non est Deus quasi homo vt mentiatur 64. a. 2.

DEVTERONOMII.

4 Nec est alia natio tam grandis. 296. b. 1.
5 Non facies tibi sculptile. 231. b. 2.
Non concupisces uxorem proximi tui. 249. a. 2.
6 Audi Israel Dominus Deus noster Deus unus est. 21. a. 2.
7 Te elegit Dominus Deus tuus vt sis ei. 228. a. 2.
10 Circumcidite præputium cordis vestri. 236. a. 2.
24 Si acceperit homo uxorem &c. 378. a. 1.
Scribet libellum repudij 23. b. 1.
25 Pro mensura peccati erit plagarum modus. 164. a. 1.
Quando habitauerint fratres. &c. 378. b. 1.
27 Maledictus qui non permanet &c. 295. a. 1.
31 Tollite librum istum & ponite &c. 43. b. 2.
32 Dei perfecta sunt opera. 1. b.
Interroga patrem tuum. 4. a. 131. a. 2.
Vtinam saperent & intelligerent. 180. b. 2.
Venenum aspidum, & insanabile. 244. a. 2.
Percutiam & ego sanabo. 294. b. 1.

IVDICVM.

7 Quod me facere videritis facite. 111. b. 2.

1. REGVM.

12 Absit a me vt cessem orare. 115. a. 2.
Melior est obedientia quam victime. 98. b. 2.
15 Homo videt ea quæ patent. 236. a. 2.
16 Decem derunt Dauid decem milia. 170. a. 1.
18 —

2. REGVM.

3 Fac mecum amicitiam. 427. a. 2.
6 Quia & mortuus est tibi. 383. a. 2.
Ego ero illi in patrem. 296. b. 2.
7 Peccatum Dominus quoq; transtulit. 74. b. 2.
12 Omnes morimur. & quasi &c. 333. a. 1.
14 Reuertatur in domum suam. 318. b. 2.
18 Filiumi Absalon quis mihi det. 113. b. 2.
24 Ego sum qui peccaui. 160. b. 2.

3. REGVM.

8 Impleuerat enim gloria domini. 157. a. 1.
19 Surge & comede &c. 398. b. 2.
22 Egressus est spiritus & stetit &c. 67. a. 2.
Egredere & facies ita &c. 67. b. 2.

4. REGVM.

4 Caput meum doleo. 100. a. 1.
Mors in olla vir Dei. 306. b. 1.
19 Propter Dauid seruum meum. 198. b. 2.

1. PARALIPOMENON.

29 Tua sunt omnia & quæ de manu tua accepimus. 170. a. 2.

3. ESDRAE.

3 Super omnia vincit veritas. 136. a. 1. 168. b. 1.

TOBIAE.

4 Omni tempore benedic Deum. 116. b. 1.

IVDITH.

14 Vna mulier hebræa fecit confusionem. 385. a. 2.

ESTHER.

6 Homo quem rex honorare cupit. 283. b. 2.
13 — in dextera tua cuncta sunt posita. 243. a. 1.

IOB.

1 Fugi ego solus vt nuntiarem tibi. 334. a. 2.
Dominus dedit dominus ablatit. 306. b. 2.
2 Cuncta quæ habet homo dabit. 314. a. 1.
3 Pereat dies in qua natus sum. 1. b.
4 In angelis suis reperit prauitatem. 149. a. 1.
5 Stultus homo qui corripitur a Deo. 6. b. 2.
Paruulum occidit inuidia 178. a. 1. —
7 Militia est vita hominis super terram. 402. a. 2.
Parce mihi Domine. 210. b. 2.
Quid est homo quia magnificas eum. 63. a. 1.
Factus sum mihimetipsi grauis. 164. a. 2. 249. a. 2. 400. a. 2.
Cur non tollis peccatum meum. 165. b. 2.
9 Si venerit ad me non videbo eum. 428. a. 2.
Sciens quod non parceres delinquenti. 210. b. 2.
11 Vir vanus in superbia erigitur. 153. a. 1.
13 Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam. 201. b. 1.
14 Homo natus de muliere. 1. b. 149. a. 1.
Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine. 167. a. 1. 421. a. 2.
17 Non peccant & in amaritudinibus moratur occipitum. 201. b. 1.
Infernus domus mea est. 166. a. 1.
19 Scio quod Redemptor meus viuit. 86. b. 2.
21 Rece de a nobis & scientiam viarum tuarum nolumus. 35. b. 2. 154. a. 2.
22 Nec nostra confiteretur. 135. a. 2. 201. a. 1.
23 Vestigia eius secutus est pes meus. 289. b. 2.
24 Dedit ei dominus locum pœnitentiæ. 202. a. 2.
27 Neque reprehendit me cor meum. 216. a. 2.
31 Si osculatus sum manum meam. 154. b. 2.
34 Ipso concedente pace quis est qui condemnet. 411. a. 1.
36 Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. 142. a. 2. 278. a. 1.

PSAL.

1 BEatus vir qui non abijt in consilio impiorum. 245.a.1.
In lege Dñi meditabitur die ac nocte. 227.a.1.
Omnia quemcunq; faciet proper abuntur. 117.a.2.
Non resurgunt impij in judicio. 80.a.2. 430.a.2.
2 Qui habitat in celis irridebit eos. 326.b.1.
Tunc loquetur ad eos in ira sua. 326.b.1.
Ego autem constitutus sum. 56.a.1.
Ego hodie genui te. 26.a.2.
Postula a me & dabo tibi gentes. 291.a.2.
Reges eos in virga ferrea. 436.b.a.
3 Tu autem domine susceptor meus es. 357.a.1.
Tu es gloria mea &c. 264.a.2.
Ego dormiui & soporatus sum. 430.a.1.
4 Vt quid diligitis vanitatem. 238.a.2.
Quis ostendit nobis bona. 293.b.2.
Signatum est super nos lumen vultus tui. 293.b.2.
In pace in idipsum dormiam. 278.a.1.
5 Perdes omnes qui loquuntur mendacium. 169.a.2. 238.a.2.
6 Domine ne in furore tuo arguas me. 134.b.2.
Infirmus sum sana me domine. 313.b.1.
7 Deus index iustus fortis, & patiens. 239.b.1.
8 Admirabile est nomen tuum. 55.a.2.
Celos tuos opera digitorum tuorum. 143.b.1.
Minuisti eum paulominus ab angelis. 79.a.2.
Gloria & honore coronasti eum. 207.a.1.
Omnia subiecisti sub pedibus eius. 52.a.2.
9 Fecisti iudicium meum &c. 109.b.2.
Perijt memoria eorum cum sonitu. 351.a.1.
Cognoscetur dominus iudicia faciens. 80.a.2.
Dixit in corde suo non requiret. 245.b.1.
11 Diminuta sunt veritates a filijs hominum. 137.a.1.
Vana locuti sunt unus quisq; ad proximum suum. 153.b.1.
Disperdat dominus vniuersa labia dolosa. 178.b.1. 246.a.1.
13 Non est timor Dei ante oculos eorum. 97.a.2.
Illic trepidauerunt timore vbi &c. 159.a.2.
Dixit insipiens in corde suo non est Deus. 154.a.2.
Omnes declinauerunt &c. 264.b.2.
Non est qui faciat bonum. 246.b.2.
14 Qui ingreditur sine macula operatur iustitiam. 12.b.2
Qui non egit dolum in lingua sua. 244.a.1.
15 Beatorum meorum nemo. 101.a.1. 381.a.2.
Dominus pars hereditatis mee. 438.a.2.
Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum. 170.b.1.
Non derelinques animam meam in inferno. 356.a.1.
Delectationes in dextera tua vsq; in finem. 215.b.2.
16 Perfice gressus meos in semitis tuis. 116.a.1.
Oculos suos statuerunt declinare in terram. 243.a.1
17 Et retribuet mihi dominus secundum &c. 130.a.1.
Posuit tenebras latibulum suum 350.b.1.
18 Celi enarrant gloriam Dei. 143.b.1. 157.a.2.
In omnem terram exiuit sonus eorum. 308.a.1.
Exultauit vt gigas ad currendam viam. 268.a.1.
Lex domini immaculata &c. 261.b.2. 396.b.1.
Sapientiam prestans parvulis. 76.b.2.
Timor domini sanctus permanet. 245.a.1
Ab occultis meis munda me. 284.b.1.
Ab alienis parce seruo tuo. 405.a.1.
21 Verba delictorum meorum. 24.b.1.
Oprobrium hominum & abiectio. 82.a.2.
Tribulatio proxima est. 210.a.1.
Foderunt manus meas. 99.b.2.
24 Vnicus pauper sum ego. 99.b.2.
Vide humilitatem meam. 261.a.2.
26 Pater meus & mater mea. 344.b.2.
27 Loquuntur pacem cum proximo suo. 178.b.2.
Da illis secundum opera eorum. 202.a.1.
28 Afferte domino gloriam &c. 158 a.1.
31 Beati quorum remissa sunt &c. 283.b.2.
Beatus vir cui non imputauit. 284.b.1.
Delictum meum cognitum tibi feci. 160.b.2.
Dixi confitebor aduersum me. 261.a.2.
Tu es refugium meum. 284 b.1.
32 De celo respexit dominus &c. 135.a.2.
Non saluatur Rex per multam virtutem. 54.b.2.
Fallax equus ad salutem. 54.b.2.
33 Gustate & videte quoniam suauis est dñs. 293.a.2.
Quis est homo qui vult vitam. 2.a.
Prohibe linguam tuam à malo. 246.a.1.
Diuerte a malo, & fac bonum. 23.b.2.
Multa tribulationes iustorum. 305.b.2.
Mors peccatorum pessima. 325.b.1.
34 Retribuebant mihi mala pro bonis. 206.a.2.
35 Homines & iumenta saluabis domine. 55.a.1.
In lumine tuo videbimus lumen. 137.b.1.
36 Spera in domino & fac bonitatem. 305.a.1.
Vidi impium super exaltatum. 356.a.1.
38 Et substantia mea apud te est. 73.b.1.
41 Quemadmodum desiderat cervus. 316.b.2.
Sitiuit anima mea ad Deum. 26.b.2.
43 Propter te mortificamur tota die. 380.a.2.
Confusio faciei cooperuit me. 286.b.1
44 Lingua mea calamus scriba. 5.b.1.
Speciosus forma præ filijs hominum. 381.a.2.
45 Sanctificauit tabernaculum suum. 85.a.1.
47 Sicut audiuimus sic vidimus. 4.a.
48 Vocauerunt nomina sua. 57.a.1.
Homo cum in honore esset non intellexit. 2.a.2. 172.a.1.
Sicut oues in inferno positi sunt. 430.b.2.
Mors depascet eos. 199.b.1. 360.b.2.
Confitebitur tibi cum benefeceris ei. 314.b.2.
49 Quare tu enarras iustitias meas. 95.a.2.
50 Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. 340.a.2.
Amplius lava me ab iniquitate. 343.b.2.
Peccatum meum contra me est semper. 197.a.2.
Tibi soli peccaui &c. 239.a.2.
In peccatis concepit me mater mea. 330.a.1.

Cor mundum crea in me Deus. 101. b.1.
Docebo iniquos vias tuas.101.b.1.
Domine labia mea aperies.13.a.2.
53 Voluntarie sacrificabo tibi.371.b.1.
54 Quis dabit mihi pennas, &c. 415.b.2.
Descendant in infernum viventes. 166.a.1.
Iacula super Dominum curam tuam.305.a.1.
Viri sanguinum & dolosi.244.b.1.
56 Exurge gloria mea.356.b 1.
61 Filij hominum mendaces. 65.b.1. 198. a.2.
62 Landabuntur omnes qui iurauerunt eo.112.a.2.
63 Accedet homo ad cor altum. 62.b.2.
64 Beatus quem elegisti & assumpsisti.75.b.2.
66 Benedicat nos Deus.170.a 2.
67 Prosperum iter faciet nobis Deus. 116.b 1.
68 Quia non rapui tunc exolvebam.268.a.2.
70 Inte Domine speraui non confundar. 308.a.1.
Ne proijcias me in tempore. &c.147.a.2.
71 Vsque ad terminos orbis terrarum.55.b.2.
72 Mihi autem adherere Deo bonum est.62.b.2.
Posuerunt in celum os suum.103.a.2.
73 Operatus est salutem in medio terra.130.b.2.
superbia eorum qui te oderunt.&c.180.a.1.
74 Cum accepero tempus ego.&c.82.b.1.
Bibent omnes peccatores terra.204.b.1.
75 Notus in iudea Deus.93.a.2.322.a.2.
Factus est in pace locus eius.107.a.1.
76 Renuit consolari anima mea.119.b.1.
77 Spiritus vadens, & non rediens. 201.b.1.
80 Dimisi eos secundum desideria.&c.161.b.1.
81 Ego dixi Dij estis. 63.a.1. 305.a.2.
83 Gratiam & gloriam dabit Dominus.77.a.1.
Beati qui habitant in domo tua Domine.283.a.2.
84 Misigasti omnem iram tuam.135.b.2.
Audiam quid loquatur in me Dominus.219.a.1.
Veritas de terra orta est.135.2.
86 Syon dicet homo.&c.421.a.2.
87 Factus sum sicut homo sine &c.360.b.2.
88 Tui sunt cœli & tua est terra. 152.a.1.
In lumine vultus tui ambulabunt.158.b.2.
Quæ procedunt de labijs meis &c.64.b.2.
Quis est homo qui vivet &c. 92. b 1.
90 Non accedet ad te malum. 84. b.2.
91 Bene patientes erunt vt.206.a.2.
92 Testimonia tua credibilia.262.b.2.
93 Qui plantauit aurem non audiet.201.a.1.
Non videbit Dominus nec &c.75.a.2.
Dominus scit cogitationes hominum.153.b.2.
94 Hodie si vocem eius audieritis.203.b.2.
95 Omnes Dij gentium demonia. 158.b.1.
97 Indicabit orbem terrarum.239.b.1.
99 Ipse fecit nos, & non ipsi nos.364.b.1.
100 Misericordiam & iudicium &c.165.b.1.
101 Quia tempus miserendi eius.82.b.2.
Mutabis eos & mutabuntur.158.b.1.
102 Qui coronat te in misericordia &c.294.b.1.
103 Aperiente te manum tuam omnia.100.a.1.
105 Peccauimus cum patribus nostris. 335.b.1.
Aperta est terra & deglutiuit.105.a.2.
108 Fiant dies eius pauci &c.199.a.2.1.
109 Dixit Dominus Domino meo &c.26.a.2.
Donec ponam inimicos tuos.319.a.1.
Tu es sacerdos in eternum. 56.a.1.
113 Non nobis Domine non nobis.170.a.2.
114 Conuertere anima mea in requiem tuam.433.b.1.
115 Omnis homo mendax.169.a.2.
Quid retribuam Domino.95.a.2.
117 Dominus mihi adiutor non timebo.406.b.1.
Bonum est sperare in Domino.308.a.1.
118 Beati immaculati in via. 167.a.1.
Viam mandatorum tuorum cucurri.243.a.2.
Da mihi intellectum & scrutabor. 426.b.2.
Hæc me consolata est. 86.b.1.
Funes peccatorum circumplexi sunt me. 164 b 2.
Bonus es tu & in bonitate tua. 89.a.2.
Narrauerunt mihi iniqui fabulationes.5.b.1.
Latum mandatum tuum nimis. 116.b.1.
Iniquos odij habui.177.a.2.
Confige timore tuo carnes meas.199.a.1.
Iustus es Domine & rectum iudicium.92.a.2.
Septies in die laudem dixi tibi. 25.b.2.
119 Domine libera animam meam.244.a.1.
Cum his qui oderunt pacem eram.180.a.1.
120 Per diem sol non vret te &c. 84.b.2.
121 In domum Domini letantes ibimus.245.b.1.
406. b.2.
Stantes erant pedes nostri.303.b.2.
123 Laqueus contritus est & nos &c. 201.a.1.
125 Qui seminant in lacrimis. 304.b.2.
127 Labores manuum tuarum.279.a.1.
Vxor tua sicut vitis habundans.381.a.2.
128 Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.361.a.2.
129 Si iniquitates obseruaueris domine.320.b.2.
Sustinuit anima mea in verbo eius.305.b.1.
Apud Dominum misericordia. 267. a.2.
131 Iurauit Dominus Dauid veritatem.238.b.2.
De fructu ventris tui ponam &c. 74.b.2.
136 Adhereat lingua mea faucibus. 95.a.2.
Exinanite exinanite &c.434.b.1.
138 Quo ibo a spiritu tuo.199.b.2.
Imperfectum meum viderunt oculi tui.145.a.1
Nimis honorati sunt amici tui. 58.a.1.
139 Vir linguosus non dirigetur.179.a.1.
140 Pone Domine custodiam ori meo.246.a.1.
Cadent in retiaculo eius.329.a.1.
141 Portio mea in terra viuentium.438.a.2.
142 Non in iudicium cum seruo tuo.247.a.2.
Doce me facere voluntatem tuam.117.a1.
Spiritus tuus bonus deducet me. 433.a.2.
143 Homo vanitati similis factus est.323.b.1.
144 Fidelis Dominus in omnibus verbis suis.85.b.2.
145 Nolite confidere in principibus. 133.a2.
147 Velociter currit sermo eius.5.b.1.
Non fecit taliter omni nation.45.b.1.

148 *Ipse dixit & facta sunt. 99.a.1.*
149 *Exultabunt sanctis in gloria. 305.b.1.*

PROVERBIORVM.

1 *A Viliens sapiens sapiensior erit. 6.b.1.*
Filij si lactauerint peccatores &c. 383.a.2.
Sapientia foris prædicat. 156.a.2.
Vocani & renuistis. 99.b.2. 162.b.2.
2 *Lætantur cum malefecerint. 264.a.2.*
6 *Eum qui seminat inter fratres &c. 179.b.1.*
Mandatum lucerna est, & lex lux. 249.b.1.
Vt custodiant te a muliere. 396.a.1.
Præcium vnius scorti vix est 395.b.2.
9 *Aquæ furtiuæ dulciores sunt. 397.b.2.*
10 *Filius sapiens lætificat patrem. 119.b.1.*
11 *Simulator ore decipit amicum. 178.b.2.*
13 *Spes quæ differtur affligit animam. 200.a.1.*
14 *Doctrina prudentium facilis. 15.a.2.*
15 *Occuli domini semper contemplantur &c. 199.a.2.*
16 *Vniuersa propter semetipsum. 26.a.2.*
17 *Stultus si tacuerit sapiens &c. 154.b.1.*
18 *Impius cum in profundum venerit. 200.b.2.*
Iustus prior est accusator sui. 261.a.1.
21 *Vir obediens loquetur victoriam. 99.a.1.*
23 *Præbe fili mi cor tuum mihi. 310.a.2.*
24 *Septies in die cadit iustus. 359 b.2.*
25 *Auser rubi inde argento. 283.b.1.*
Qui scrutator est magestatis &c. 73.b.2.
27 *Laudet te alienus, & non os tuum. 154.b.2.*
28 *Beatus homo qui semper est pauidus. 416.a.2.*
31 *Panem otiosa non commedit. 381.a.2.*
Laudent eam in portis opera eius. 207.b.2.

ECCLESIASTES.

1 *Vanitas vanitatum &c. 152.b.1.*
Omnia flumina intrant mare. 37.a.2.
Stultorum infinitus est numerus. 156.b.2.
3 *Cognoui quod non esset melius nisi lætari &c. 213.a.2*
Vnus interitus est hominum &c. 243.b.2.
4 *Væ soli quia cum ceciderit &c. 323.b.1.*
Funiculus triplex difficile rumpitur. 62.b.2.
7 *Virum de mille vnum reperi. 334.b.1.*
Non est homo iustus in terra, &c. 242.b.2.
Inuenj quod fecerit Deus hominem. 249.a.1.
8 *Non profertur cito contra malos sententia. 200. b.2.*
9 *Bibe cum gaudio vinum tuum. 207.a.2.*
11 *Si ceciderit lignum in quocunq. 201.b.2.*
12 *Cuncta quæ fiunt adducet Deus. 201.a.2.*

CANTICORVM.

1 *O Sculetur me osculo oris sui. 24.b.1.*
Oleum effusum nomen tuum. 55.a.2.
Nigra sum sed formosa. 24.b.2.
Filij matris tuæ pugnauerunt. 233.b.2.
2 *Introduxit me Rex in cellam &c. 349.a.1.*
Ficus protulit grossos fuos. 4.a.
Tota pulchra es amica mea. 381.a.2.
4 *Vulnerasti cor meum soror mea. 6.4.a.1.*
Surge Aquilo, & veni Auster. 3.b.
5 *Veniat dilectus meus in hortum suum. 3.b.*
Expoliauj me tunica. 162.b.2.
Lauj pedes meos. 167.a.2.
Adiuro vos filiæ hierusalem. 115.b.1.
Vt nuntietis eq quia amore &c. 315.b 2.
8 *Quis mihi det fratrem meum. 115.b.1.*
Pone me vt signaculum. 310.a.2.
Fortis est vt mors dilectio. 316.a.2.
Soror nostra parvula est. 41.a. 2.

SAPIENTIAE.

1 *I Nmaleuolam animam non &c. 11.b.1.*
Os quod mentitur occidit animam. 394.b.2.
Deus mortem non fecit. 320 b.1. 333.b.2.
Impij manibus & verbis &c. 375.b.1.
2 *Venite ergo fruamur bonis. 371.a.2.*
Nullum sit pratum quod non. 399.b.2.
Morte turpissima condemnemus eum. 313.a.2.
Exacerbauit illos malitia eorum. 156.b. 2.
Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. 178.a.1 325. b.1.
3 *In paucis vexati in multis &c. 305.b.2.*
4 *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. 199.a.2.*
5 *Turbabuntur timore horribili. 88.b.1.*
Lassati sumus in via iniquitatis. 165.b.1.
Ambulauimus vias difficiles. 244.b.2.
6 *Iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. 200.a. 1.216.b.1.*
7 *Inuocauj & venit in me spiritus sapientiæ. 9.a.1.*
Honestatem illius non abscondo. 6.b.1.
Infinitus thesaurus est hominibus 156.a.2.
Quo qui vsi sunt participes facti sunt. 2.a.
8 *Attingit a fine vsq, ad finem. 80. b.2.*
Hanc amaui, & exquisiui eam. 87.b.1.
Non habet amaritudinem conuersatio illius. 2 b.
9 *Corpus quod corrumpitur &c. 359. a. 2.*
10 *Eduxit illam à delicto suo. 324.b.2.*
O quam bonus & suauis est domine spiritus tuus: 398.b.1.
13 *Vani sunt omnes homines in quibus non est scientia Dei. 152.b.1.*
Infelices sunt & inter mortuos spes illorum est. 244.b.2
14 *Simulter odio sunt Deo impius & impietas eius. 160.b.2 319.a.2.*
Incommunicabile nomen lapidibus, & ligniis imposuerunt 157.b.1.
Infundorum idolorum cultura malitia causa est. 161.a.1.176.b.2.

ECCLESIASTICI.

1 *I Nitium sapientiæ timor domini. 434.a.1.*
Timor domini expellit peccatum. 151.a.2.
2 *Nullus sperauit in domino & confusus est. 308.a.1.*
Væ duplici corde & labijs &c. 178.b.2.
3 *Altiora te ne quæsieris &c. 191.b.1.*
Cor durum habebit male in nouissimo. 202.a. 203.a.1

4 *Pro iustitia agonizare pro.&c.*314.*a.*1.
*Vsq; ad mortem certa pro iustitia.*227.*a.*1.
5 *Peccatu & quid mihi accidit &c.*201.*a.*2.
*Ne dicas miseratio domini magna est.*317.*a.*2.
*Ne tarde conuerti ad dominum.*201.*a.*1.
7 *Noli quærere fieri index nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.*191.*a.*2.
*Memorare nouissima tua & in eternum non peccabis.*429.*b.*1.
10 *Initium omnis peccati est superbia.*180.*a.*1.
12 *Altissimus odio habet peccatores.*120.*a.*1.
13 *Qui tetigerit piscem inquinabitur ab ea.*246.*a.*1.
Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia 216.*a.*2.
14 *Qui sibi nequam est cui alij bonus erit.*330.*a.*2.
15 *Qui timet Deum faciet bona.*151.*a.*2.
*Nemini dedit spatium peccandi.*353.*b.*2.
18 *Post concupiscentias tuas ne eas.*363.*b.*2.
*Si præstas animæ tuæ concupiscentias eius&c.*433.*b.*1 40
19 *Est qui nequiter humiliatur &c.*178.*b.*2.
24 *Ego quasi vitis fructificaui.*381.*b.*1.
*Qui elucidant me vitam æternam &c.*2.*a.*
25 *A muliere initium factum est peccati.*323 *b.*2.
27 *Si non in timore domini tenueris te &c.*175.*b.*2.
28 *Susurro & bilinguis maledictus.*178.*b.* 2.
31 *Quis probatus est in illo & perfectus inuentus est.* 307.*a.*2.
33 *Multam malitiam docuit otiositas.* 177.*b.*2.
37 *Qui sophistice loquitur odibilis est.*19.*a.*2.
40 *Ingum graue super filios Adam &c.*166.*a.*1.
41 *O mors quam amara est memoria tua.*199.*b.*2.
51 *Dedit mihi dominus linguam &c.*364.*b.*1.
*Modicum laboraui & inueni &c.*228.*a.*2.

ISAIA E.

1 *Filios enutrini, & exaltaui.*435.*b.*2.
*Cognouit bos possessorem suum.*25.*a* 1.
*Nisi dominus reliquisset nobis semen.*62.*a.*2.
*Manus vestræ sanguine plenæ sunt.*244 *b.*1.
*Qui scite agere perueresce.*212.*b.*2.
*Venite arguite me.*198.*a.*2.
*Si volueritis & audieritis me &c.*294.*b.*2.
*Socij furum omnes diligunt munera.*230.*b.*2.
*Vindicabor de inimicis meis.*166.*b.*1.
5 *Væ vobis qui dicitis malum bonum, &c.*149. *b.*1.
*Ponentes tenebras in lucem &c.*426.*a.*1.
*Væ qui potentes estis ad bibendum vinum.*127.*b.*1.
6 *Vidi dominum sedentem super solium &c.*359.*a.*1.
*Ecce ego mitto me.*124.*b.*1.
7 *Si non credideritis non permanebitis.*9.*b.*1.
*Ecce virgo concipiet &c.*92.*a.*1.
8 *Sume tibi librum grandem &c.*2.*a.*
9 *Multiplicasti gentem & non &c.*101.*b.*2.
*Parvulus datus est nobis.*71.*a.*1.72.*a.*1.
*Princeps pacis.*107.*a.*1.
11 *Non secundum visionem oculorum iudicabit.*202.*a.*2
*Et erit sepulchrum eius gloriosum.*355.*b.*2.
12 *Ecce Deus salvator meus.*55.*a.*2.
*Haurietis aquas in gaudio de &c.*348.*b.*2.
13 *Onus Babilonis super montem caliginosum.*25.*a* 2.
*Ecce dies domini venit crudelis.*25.*a.*2.
*Quomodo cecidisti de celo lucifer.*2.*b.*1.
22 *Comedamus & bibamus cras enim.*399.*b.*2.
23 *Erubesce Sydon ait mare.*125.*b.*2.229*.a.*1.
24 *Secretum meum mihi &c.*85.*b.*2.
26 *Et non videbit gloriam domini.*244.*b.*2.
*A facie tua domine concepimus &c.*437.*a.*2.
28 *Posuimus mendacium spem nostram.*169.*a.*2.
*Qui credsderit non festinet.*11.*b.*2.
29 *Populus hic labyis suis.&c.*227.*a.*2.235.*b.*2.
*Quis videt nos aut quis novit nos.*211.*a.*1.
30 *Propterea expectat dominus vt misereatur vestri.* 200.*b.*2.
33 *Vbi doctor parvulorum.*219.*b.*2.
38 *Ecce in pace amaritudo mea &c.*302.*a.*2.
40 *Consolamini consolamini populo meus.*119.*a.*1.
Quid clamabo? 437.*a* 2.
*Exciccatum est fenum, & cecidit flos.*3.*a.*
*Quis cognouit sensum domini, aut quis &c.*85.*b.*2.
45 *Vere tu es Deus absconditus.*85.*b.*1.
47 *Sapientia tua & c. decepit me.*156.*b.*2.
48 *Gloriam meam alteri non dabo.*157.*b.*2.
*Ego dominus deus tuus docens te &c.*1.*b.*
*Non est pax impijs dicit dominus.*304.*a.*1.
49 *Dominus ab vtero vocauit me.*60.*a.*2.
*Ecce in manibus meis descripsi te.*100.*a.*1.
50 *Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis.*399. *b.*2
52 *Solue vincla colli tui captiua &c.*137.*a.*1.
*Gratis venundati estis&c.*265.*a.*2.
*Et ingreter tota die nomen meum blasph.*56.*b.*2.
53 *Domine quis credit auditui nostro.*96.*a.*2.
*Vere languores nostros ipse tulit.*109.*b.*2.
*Atritus est propter scelera nostra.*429.*a.*2.
*Disciplina pacis nostræ super eum.*267.*b.*2.
*Quasi agnus coram tondente se &c.*82.*b.*1.
*Generationem eius quis enarrabit.*16.*a.*1.
55 *Omnes sitientes venite ad aquas.*349 *a.*2.
*Derelinquat impius viam suam.*427.*a.*2.
*Non via mea via vestra &c.*245.*a.*1.
56 *Omnes in viam suam declinauerunt.*243.*a.*1.
57 *Iustus perit, & non est qui recogitet.*315.*a.*1.
58 *Quasi tuba exalta vocem tuam &c.*6.*b.*2.
59 *Iniquitates vestræ diuiserunt inter &c.*283.*b.*1.
Vestitus, & contritio in vijs eorum 245.*a.*1.
60 *Tunc videbis & affluES.&c.*63.*a.*1.
61 *Ad annuntiandum mansuetis misit me.*69.*b.*2.
*Quasi sponsum decoratum corona &c.*24.*b.*1.
62 *Et vocabitur tibi nomen nouum.*55.*a.*2.
63 *Tortular calcaui solus.*267.*b.*2.
64 *Quasi pannus menstruate &c.*207.*b* 1
65 *Benedicetur in Deo amen.*171.*b.*2.
66 *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum.*11.*a.*1.
*Quis audiuit vnquam tale aut quis &c.*350.*a.*2.
Quis audiuit sicut istud.
*Vermis eorum non morietur.&c.*219.*b.*2.

HIEREMIAE.

1 Priusq; te formarem in utero nouite. 60.a.2.
Ecce constitui te hodie super gentes. 41.b.1.
Quid tu vides Iuillam? succensam. 407.a.2.
2 Populus meus mutauit gloriam suam. 357.b.1.
Duo mala fecit populus meus. 350.b.2.
Ego plantaui te vineam electam &c. 210.b.1.
Dicentes ligno pater meus es tu &c. 170.b.1.
3 Tu fornicata es cum amatoribus multis. 378.b.2.
4 Circumcidimini domino, & auferte. 235.b.2.
Laua a malitia cor tuum &c. 167.a.2.
5 Ita inuerauit facies suas supra &c. 203.a.1.
Prophete prophetabant mendacium. 67.a.2.
6 Amimore vsq; ad maiorem omnes &c. 180.a.1.
Pax pax, & non erat pax. 178.b.2.
9 Sagitta vulnerans lingua eorum &c. 244.a.1.
Ascendit mors per fenestras. 346.b.2.
Non glorietur sapiens in sapientia. 156.a.2.
10 Assignis celsis nolite metuere. 435.a.2.
12 Iustus quidem tu es domine &c. 130.a.1.
Quare via impiorum prosperatur. 199.b.2.
13 Si mutare potest æthiops pellem &c. 162.b.2.
16 Seruietis ibi Dijs alienis die ac nocte. 351.a.2.
17 Prauum est cor hominis &c. 354.a.2.
18 Si penitentiam egerit gens illa &c. 26.b.1.
22 Sepultura asini sepelietur. 356.a.1.
23 Non mittebam prophetas & ipsi &c. 59.a.2.
Nunquid non verba mea sunt quasi ignis. 203.a.1.
29 Ego cogito cogitationes pacis &c. 134.a.1.
31 In charitate perpetua dilexi te. 308.b.1.
Cre uit dominus nouum super terram &c. 350.a.2.
Patres comederunt vuam acerbam. 327.a.2.
Ecce dies veniunt dicit dominus &c. 67.b.1.
Et dabo legem meam in visceribus eorū &c. 225.a.2.

TRENORVM.

1 Vide si est dolor sicut dolor meus. 267.b.2.
3 Misericordiæ dñi quia non sumus &c. 160.b.2.
Mutatus est color optimus. 1.b.
Paruuli petierunt panem &c non erat. 41.a.2.

BARVCH.

3 In terris visus est & cum hominibus. 421.a.2.

EZECHIELIS.

1 Et non reuertebantur cum incederent. 415.b.2.
Et totum corpus oculis plenum &c. 27.b.1.
18 Anima quæ peccauerit ipsa &c. 137.a.1.
Filius non portabit iniquitatem patris. 328.a.2.
Omnium iniquitatum eius non recordabor. 285.b.1.
20 Dedi eis præcepta mea & judicia &c. 394.a.2.
28 Tu signaculum similitudinis. 25.b.1.
Effundam super vos aquam mundam. 349.a.1.

DANIELIS.

Sed est Deus in cœlo reuelans mysteria. 20.b.1.
2 Potestas eius potestas eterna quæ &c. 147.b.1.
7
13 Augustæ sunt mihi vndiq; &c. 209.a.2.
Reuertimini ad iudicium quia &c. 198.b.1.
14 Miserunt eum in lacum leonum. 164.a.1.

OSEAE.

1 Vade sume tibi vxorem fornicationum. 23.b.1.
2 Despondabo te mihi in fide. 377.a.2.
Vocabo plebem meam plebem meam. 104.b.1.
4 Sanguis sanguinem tetigit. 244.b.1.
6 Ipsi sicut Adam transgressi sunt pactum. 330.b.2.
10 Dicent montibus operite nos &c. 135.b.2.
13 Perditio tua Israel tantummodo &c. 133.b.2.
Ero mors tua mors &c. 338.b.1.

AMOS.

3 Si erit malum in ciuitate quod &c. 208.b.2.
Non faciet dñs verbum nisi reuelauerit. 67.b.1.

IONAE.

2 Paraurauit dominus piscem grandē &c. 164.a.1.
3 Adhuc quadraginta dies & Ninniue &c. 238.b.2.

MICHEAE.

2 Ascendi pandens iter ante eos. 116.b.1.
6 Populemeus quid feci tibi. &c. 210.b.1.
Nunquid dabo primogenitum meum &c. 421.a.1.

NAHVM.

3 Reuelabo pudenda tua in facie tua. 284.b.2.

HABACVC.

2 Vitus in fide sua viuit. 203.b.2.
3 Exultatio eorum sicut eius qui &c. 395.b.2.

ZACHARIAE.

3 Et ostendit mihi dominus Iesum &c. 56.b.1.
9 Dicite filiæ Sion ecce Rex tuus. 72.b.2.
Tu quoq; in sanguine testamenti &c. 338.b.1.
13 His plagatus sum in domo eorum &c. 99.b.2.
14 In illa die erit dominus vnus &c. 142.b.2.

MALACHIAE.

1 Si Pater ego sum vbi est honor. &c. 15.b.2.
Si dominus ego sum vbi est timor meus. 97.a.2.
3 Ego dominus & non mutor. 168.b.2.

2. MACHABEORVM.

1 Sanctum dicunt fratres qui sunt &c. 105.b.2.
12 Vir fortissimus Iudas collatione &c. 99.b.1.

MATHEI.

1 Filii Dauid filij Abraam. 27.b.1.
Iacob genuit Ioseph. 71.b.
Ioseph autem vir eius cum esset iustus. 131.b.2.
Ipse saluum faciet populum suum 434.b.1.
2 Vbi est qui natus est Rex. 269.a.1.
Rex turbatus est. 269.a.1.
Stella antecedebat eos. 229.b.1.
Obtulerunt ei aurum thus &c. 158.a.1.
3 Penitentiam agite a propinquat. 203.b.2.
Facite fructum dignum penitentiæ. 97.a.1.
Potens est Deus de lapidibus istis &c. 127.b.1.
Omnis arbor quæ non facit fructum &c. 97.a.1.
Ego debeo baptizari a te &c. 355.b 1.
4 Duelus est Iesus in deserturn a &c. 433.b.2.
Si filius Dei es die vt lapides isti &c. 90.b.2.
Non in solo pane viuit homo. 398.b.1.
Vade retro sathana &c. 398.a.2.
5 Aperiens os suum docebat eos. 100.a.1.

Beati pauperes spiritu.283.a.2.
Beati misericordes.181.b.1.
Beati mundo corde.310.a.2.
Beati pacifici.304.a.1.
Beati qui persecutionem patiuntur &c.305.b.2.
Beati estis cum maledixerint vobis.206.a.2.
Gaudete & exultate quia merces.173.b.2.
Vos estis sal terra.61.b.1.
Vt videant opera vestra bona. 232.a.2.
Non veni solvere sed adimplere.273.b.2.
Qui solverit unum mandatis istis &c.398.a.2.
Qui fecerit & docuerit hic &c.12.b.1.
Nisi habundauerit justitia vestra &c.293.a.2.
Qui viderit mulierem ad &c.231.a.2.
Si oculus tuus scandalizat te &c.23.b.1.
Dico vobis non jurare omnino.112.a.1.
Diliges proximum tuum.263.a.1.
Diligite inimicos vestros.318.b.1.
Pluit super justos & injustos.240.b.2.
Si diligitis qui vos diligunt quam &c.113.b.2.
6 *Attendite ne justitiam vestram faciatis &c.269.b.2*
Amen dico vobis receperunt mercedē suā.174.a.1.
Intra in cubiculum tuum &c.112.b.1.
Pater noster qui es in celis.107.a.1.
Et dimitte nobis debita nostra.404.b.2.
Nolite thesaurizare vobis in terra.204.a.1.
Vbi fures effodiunt & furantur.157.a.2.
Thesaurizate vobis in cele.204.a.1.
Nemo potest duobus dominis servire.52.a.1.
Nonne anima plus est quam esca.434.b.2.
7 *Nolite judicare & non &c.184.b.2.*
Vides festucam in oculo fratris tui.199.a.2.
Ejice primum trabem de oculo tuo.192.a.2.
Nolite dare sanctum canibus.125.b.2.
Attendite à falsis prophetis &c.67.b.1.
Nunquid colligunt de spinis uvas &c.372.a.2.
Arbor bona bonos fructus facit.122.a.2.
Arbor bona non potest malos fructus &c.403.a.1.
Arbor mala non potest bonos fructus &c.402.b.1.
Arbor qua non facit fructum bonum &c.372.a.2.
Non omnis qui dicit domine domine &c.219.b.1.
Domine nonne in nomine tuo &c.212.b.2.
8 *Domine non sum dignus ut intres &c.110.a.2.*
Dice servo meo fac hoc &c.89.a.2.
Multi ab oriente & occidente &c.23.a.1.
Filius hominis non habet ubi caput.99.b.1.
Domine salva nos perimus.54.b.2.
Quid nobis et tibi Jesu fili Dei.338.b.1.
9 *Confide fili remittuntur tibi &c.277.b.1.*
10 *Dignus est operarius cibo suo.101.b.2.*
Ecce ego mitto vos sicut oves.59.a.2.
Nolite cogitare quomodo, aut quid.125.a.2.
Non estis vos qui loquimini sed &c.122.b.1.
Tradet frater fratrem in mortem.108.a.1.
Qui perseveraverit usq; in finem &c.205.b.1.
Cæci vident surdi audiunt.90.a.1.
Pauperes evangelizantur &c.420.a.1.
Quid existis in desertum videre &c.399.b.2.
Inter natos mulierum non surrexit.58.a.1.
Abscondisti hæc à sapientibus &c.130.b.1.
Omnia mihi tradita sunt à &c.114.b.1.
Nemo novit filium nisi pater &c.60.b.1.
Venite ad me omnes qui laboratis.99.b.2.
Invenietis requiem animabus &c.228.a.1.
Jugum meum suave est & onus &c.348.b.1.
12 *Ex habundantia cordis os loquitur.153.b.2.*
Bonus homo de bono thesauro &c.105.b.1.
Generatio mala, & adultera.238.a.1.
Sicut tenas fuit in ventre cati.25.a.1.
Viri Ninivitæ surgent in judicio.235.a.2.
Ecce plusquam Salomon hic.25.a.1.
13 *Venit inimicus, & superseminavit &c.24.b.2.*
Simile est regnum celorum grano &c.120.a.2.
Simile est regnum celorum fermento.120.a.2.
Simile est regnum celorum sagenæ &c.24.b.2.
Omnis scriba doctus in regno &c.13.b.1.
Nonne hic est filius fabri.92.a.1.
15 *Hypocrite bene prophetavit de vobis.227.a.2.*
Populus hic labijs me honorat.235.b.2.
Cæci sunt & duces cæcorum.102.b.1.
Cecus sit ecce ducatum præstet &c.229.a.1.
De corde exeunt cogitationes &c.235.b.2.
Miserere mei domine fili David.437.b.1.
Non sum missus nisi ad oves &c.45.a.2.
Domine adjuva me.269.b.1.
Non est bonum sumere panem &c.188.a.2.
O mulier magna est fides tua.277.b.1.
16 *Generatio mala signum quærit.378.b.2.*
Quem dicunt homines esse filium &c.83.b.2
Tu es Christus filius Dei vivi.91.a.2.
Tu es petrus & super hanc petram.58.b.1.
Porte inferi non prævalebunt.157.a.2.
Tibi dabo claves regni celorum.196.b.2.
Quodcunq; solveris super terram.348.b.1.
Vade post me Sathana.27.a.1.
Si quis vult post me venire.306.a.2.
Quid prodest homini si universum.101.a.2.
Quam dabit homo commutationem.264.b.2.
17 *Et transfiguratus est ante eos.91.a.2.*
Hic est filius meus dilectus.70.a.1.
18 *Si manus tua vel pes tuus &c.159.a.2.*
Si peccaverit in te frater tuus.6.b.2.
Si ecclesiam non audierit sit tibi &c.28.a.2.
Patientiam habe in me.306.b.2.
19 *Quod Deus conjunxit homo non &c.264.a.1.*
Magister bone quid boni &c.220.a.1.
Si vis ad vitam ingredi serua.366.a.2.
Si vis perfectus esse vade vende &c.7.a.2.
20 *Quid hic statis tota die otiosi.279.a.1.*
Voca operarios & redde illis &c.200.a.1.
Amice non facio tibi injuriam.281.a.2.
Tolle quod tuum est & vade.214.b.1.
Multi sunt vocati pauci vero &c.334.a.2.
Tertia die resurget.25.b.2.

Sedent

21 *Sedens super asinam & pullum* 85.*b*.1.
*Benedictus qui venit in &c.*263.*a*.2.
*Ves autem fecistis illam spelunc*am.230.*b*.2.
*Males male perdet &c.*174.*a*.1.
Auf.*retur a vobis regnum,&c.*235.*b*.1.
22 *Amice quomodo huc intrasti &c.*59.*b*.1.
*Quid me tentatis hypocrita.*227.*a*.2.
*Reddite quæ sunt cæsaris.&c.*138.*a*.1.
*Reddite quæ sunt Dei Dec.*158.*a*.1.
*Diliges dominum Deum tuum &c.*243.*a*.1.
*Diliges proximum tuum &c.*246.*a*.1.
*Quid vobis videtur de Christo.*74.*a*.2.
23 *Omnia quæcunque dixerint &c.*204.*b*.2.
*Amant primos recubitus &c.*230.*a*.1.
*Va vobis hypocritæ quia &c.*243.*b* 2.
*Ego mitto ad vos prophetas.*67.*b*.1.
24 *Multi pseudo prophetæ surgent &c.*67.*b*.1.
*Qui legit intelligat.*2.*a*.
25 *Quinq*; *erant fatuæ & quinq*;.334.*a*.2.
*Et clausa est janua.*204.*a*.1.
*Nescio vos.*400.*b*.1.
*Euge serue bone,& fidelis.*52.*a*.1.
*Intra in gaudium domini tui.*334.*a*.2.
*Cum venerit filius hominis &c.*70.*a*.2.
*Venite benedicti patris mei.*200.*a*.2.
*Quod uni ex minimis meis fecistis &c.*114.*b*.1.
Discedite à me maledicti &c 343.*b*.1.
26 *Quid molesti estis huic mulieri.*207.*b*.1.
*Quod vultis mihi dare &c.*317.*b*.1.
*Filius quidem hominis vadit &c.*18.*a*.1.
*Accipite & comedite.*267.*b*.1.
*Bibite ex hoc omnes:*152.*a*.2.
*Spiritus quidem promptus est.*370.*a*.2.
*Pater si possibile est transeat a me.*306.*b*.1.
Pater si non potest hic calix transire.&c. 116.*b*.2.
*Aue Rabbi.*223.*b*.2.
*Amice ad quid venisti.*319.*a*.1.
*Omnes qui acceperint gladium &c.*244.*b*.1.
*An putas quia non possum rogare.*82.*b*.1.
*Amodo videbitis filium hominis &c.*80.*a*.1.
*Quid adhuc egemus testibus.*198.*b*.1.
27 *Peccaui tradens sanguinem iustum.*225.*a*.1.
Tunc dimisit illis Barrabam 204.*b*.1.
*Si filius Dei es descende nunc.&c.*267.*b*.1.
*Multa corpora sanctorum &c.*130.*b*.2.
*Vere filius Dei erat iste.*80.*a* 2.
*Seductor ille dixit adhuc viuens.*198.*a*.2.
28 *Data est mihi omnis potestas.*55.*a*.1.
*Euntes docete omnes gentes.*59.*a*.1.
*Ecce ego vobiscum sum vsq; ad &c.*266.*b*.1.

MARCI.

1 *TV es filius meus dilectus.*435.*b*.1.
*Spiritus expulit eum in desertum.*433.*b*.2.
6 *Non licet tibi habere vxorem &c.*125.*b*.1.
7 *Bene prophetauit Isaias de vobis.*227.*a*.2.
8 *Si dimisero eos ieiunos &c.*398.*b*.2.
10 *Quod Deus coniunxit homo non &c.*264.*a*.1.
14 *Aiba pater omnia tibi sunt &c.*437.*b*.2.
*Simon dormis non potuisti &c.*50.*a*.2.
15 *Cum iam sero esset factum venit.*356.*a*.2.
*Prædicate Euangelium omni &c.*127.*b*.1.
*Qui crediderit & baptizatus &c.*226 *b*.2.
*Qui non crediderit condemnabitur.*136.*b*.1.
*In nomine meo dæmonia ejcient.*127.*a*.2.
*Illi autem profecti prædicauerunt &c.*98.*a*.2.

LVCAE.

1 *ERant ambo iusti ante Deum.*130.*a*.1.
*Ecce concipies in vtero & paries.*71.*a*.1.
*Vocabis nomen eius Iesum.*54.*a*.2.
*Hic erit magnus & filius altissimi &c.*92.*a*.1.
*Dabit illi dominus Deus sedem &c.*74.*a*.2.
Regni eius non erit finis 55.*b*.2.
*Quomodo fiet istud &c.*288.*b*.2.
*Spiritus sanctus super veniet in te.*85.*a*.1.
*Non erit impossibile apud Deum.*300.*a*.2.
*Beata quæ credidisti quoniam &c.*98. *a*.1.
*Fecit potentiam in brachio suo.*82.*a*.2.
*Sicut locutus est per os sanctorum.*6.*a*.1.
Salutem ex inimicis nostris 30.*a*.1.
2 *Nolite timere Euangelizo vobis &c.*434.*b*.1.
*Gloria in altissimis Deo.*158.*a*.1.
*Et homo iste iustus & timeratus.*130.*a* 1.
*Nunc dimittis seruum tuum domine.*130.*a*.2.
*Lumen ad reuelationem gentium &c.*260 *b*.1.
*Positus est hic in ruinam.*347.*a*.2.
*Quæ non discedebat de templo.*105.*a*.1.
*In his quæ patris mei sunt &c.*267.*b*.1.
3 *Potens est Deus de lapidibus istis.*35.*a*.2.
*Contenti estote stipendijs vestris.*315.*a*.1.
*Tu es filius meus dilectus.*435.*b*.1.
4 *Agebatur in spiritu in deserto.*433.*b*.2.
*Euangelizare pauperibus misit me.*420.*a*.1.
*Medice cura te ipsum.*192.*a*.2.
5 *Per totam noctem laborantes &c.*152.*b*.2.
*Exi à me domine quia homo &c.*245.*b*.1.
*Non veni vocare iustos sed &c.*438.*a*.1.
*Virtus de illo exibat & sanabat.*126.*b*.2.
*Murmurabant publicanorum,& peccatorum.*198.*a*.2.
*Mulier quæ erat in ciuitate.*316.*b*.1.
*Stans retrorsum secus pedes eius.*357.*a* 2.
*Sciret quæ & qualis est mulier.*190.*b*.2.
*Cui minus dimittitur minus diligit.*352.*b*.2.
*Remittuntur tibi peccata tua.*286.*a*.1.
*Fides tua te saluam fecit vade &c.*277.*b*.1.
8 *Aliud cecidit supra petram* 121.*b*.2.
9 *Dedit illis virtutem & potestatem &c.*38.*b*.2.
*Qui erubuerit & meos sermones &c.*129.*b*.1.
10 *Messis quidem multa operarij autem &c.*101.*b*.2.
*Nolite portare saculum.*434.*b*.2.
*Neminem per viam salutaueritis.*127.*b*.2.
*Pax huic domui.*106.*a*.1.
*Sin autem ad vos reuertetur.*106.*b*.2.
*Dignus est operarius mercede sua.*281.*a*.1.
*Qui vos spernit me spernit.*303.*a*.1.

Gau-

Gaudete quia nomina vestra &c.316.b.1.
Omnia mihi tradita sunt a patre.430.a.1.
Beati oculi qui vident quæ &c.130.a.2.
In lege quid scriptum est.262.b.2.
Diliges dominum Deum tuum.348.b.1.
Homo quidam incidit in lat.1.b.
Maria optimam partem elegit.114.b.1.
11 *Pater sanctificetur nomen tuum.437.a.2.*
Et nenos in ducas in tentationem.164.b.1.
In belsebub principe demoniorum &c.232.b.1.
Si Sathanas in seipsum divisus est.422.a.2.
Si in digito Dei ejcio demonia.84.a.2.
Qui non est mecum contra me est.245.b.2.
Beati qui audiunt verbum Dei.219.a.2.
Vide ne lumen quod in te est &c.364.b.2.
12 *Nihil opertum quod non revel.199.a.2.*
Nolite timere eos qui occidum.133.b.1.
Anima habes multa bona 157.b.2.
Servus qui cognovit voluntatem.210.b.1.
Nisi pœnitentiam habueritis &c.136.b.1.
Ite & dicite vulpi illi ecce &c.50.a.2.
14 *Compelle eos intrare.97.b.2.*
15 *Peccatores recipit & manducat &c.92.a.1.*
Everti ut domum & quæri &c.26.b.2.
Pater da mihi portionem substantiæ.438 a.2.
Quanti mercenarij in domo &c.372.b.2.
Pater peccavi in celum &c.162.b.2.
Fili tu semper mecum es.272 a 1.
Fili omnia mea tua sunt.305.a 1.
16 *Dives qui induebatur purpura.20 .a.1.*
Mortuus est dives & sepultus est.355 b.2.
Pater Abraham miserere mei.409.a.1.
Magnum chaos est inter nos & vos.181 b.1.
17 *Adauge nobis fidem.131.b.1.*
Servi inutiles sumus.375.b.1.
18 *Oportet semper orare & non deficere.115.a.1.*
Deus gratias ago quia non sum &c.223.b.2.
Jeiunno bis in sabbato.202.a.2.
Deus propitius esto mihi peccatori s.162.b.2.
Descendit hic justificatus in domum.247.b.1.
Magister bone quid faciens &c.89.a.1.
Nemo bonus nisi solus Deus.63.b.1.
19 *Venit filius hominis querere &c.85.b.2.*
Nolumus hunc regnare super nos.351.a 2.
Si cognovisses & tu &c.27.a.2.
Venient dies & circundabunt te.203.b.1.
21 *In pacientia vestra possidebitis.205.b.2.*
Erunt signa in sole luna &c.135.a.2.
Tunc videbunt filium hominis.8.a.1.
Celum & terra transibunt &c.215.b.1.
22 *Facta est contentio inter eos.178.b.1.*
Quis maior est qui recumbit &c.52.b.2.
Ego in medio vestrum sum sicut.53.b.1.
Ego dispono vobis sicut.53.b.1.
Ego rogavi pro te ut non deficiat.136.b.2.
Tu conversus confirma fratres tuos.119.a.1.
23 *Nihil invenio causæ in hoc &c.320.b.2.*
Jesum tradidit voluntati eorum.161.b.1.
Dimitte illis non enim sciunt.100.a.1.
Nos quidem juste nam digna.&c.202.b.2.
Hodie mecum eris in paradiso.130.b.2.
Pater in manus tuas commendo &c.92.a.1.
Vere hic homo justus erat.130.b.2.
24 *Oportuit pati Christum & ita &c.305.a.1.*
Incipiens à Moyse & omnibus &c.263.a.1.
Spiritus carnem & ossa non &c.381.b.2.
Tunc aperuit illis sensum ut.59.a.1.

IOANNIS.

1 *IN principio erat verbum.40.a.2.*
Hoc erat in principio apud deum.76.b.1.
Omnia per ipsum facta sunt.95.a.1.
Tenebræ eam non comprehenderunt.6.a.1.
Vi testimonium perhiberet de lumine.96.a.1.
Erat lux vera quæ illuminat.91.a.1.
In mundo erat & mundus eum non.90.a.1.
In propria venit & sui eum non.90.a.1.
Dedit eis potestatē filios Dei fieri.63.a.1.
Et verbum caro factum est.200.a.1.
De plenitudine eius omnes accep.37.a.2.
Lex per Moysen data est.346.b.1.
Gratia, & veritas per Jesum &c.107.b.2.
Deum nemo vidit unquam 141.a.1.
Ecce agnus Dei qui tollit &c.263.a.1.
Vidi spiritum descendentem quasi &c.331.b.2.
Ecce vere Israelita in quo &c.11.b.1.
2 *Manifestavit gloriam suam &c.91.a.2.*
Cum fecisset flagellum de funic.101.b.2.
3 *Nisi quis renatus fuerit ex aqua.203.a.1.*
Quod natum est ex carne caro est.261.b.1.
Quod scimus loquimur &c.41.a.1.
Sicut Moyses exaltavit serpentem &c.359.a.1.
Sic Deus dilexit mundum ut filium &c.247 a 1.
Non misit Deus filium suum ut judicet &c. 78.a.2.
Lux venit in mundum, & dilexerunt.136.b.2.
Qui male agit odit lucem.245.a.2.
4 *Quomodo tu indeus cum sis.192 b.1.*
Qui biberit ex hac aqua sitiet 349.a.1.
Salus ex indeis est.128.b.2.
Veri adoratores adorabunt patrē.113.b.1.
Meus cibus est ut faciam voluntatem &c. 267.b.1.
Iam non propter tuam loquelam credimus.96.a.2.
Nisi signa & prodigia videritis non &c.98.a.2.
Credidit ipse & domus eius tota.90.a.1.
5 *Vis sanus fieri.329.a.2.*
Surge tolle grabatū tuum.165.a.2.
Iam noli peccare ne deterius &c.352.b.1.
Non potest filius a se facere quidquam.430.a.1.
Pater omne iudicium dedit filio.169.b.2.
Potestatem dedit ei iudicium facere.317.b.2.
Nolite mirari hoc.80.a.1.
Opera quæ ego facio testimonium.84.a.1.
Scrutamini scripturas.68.a.1.
6 *Vnde ememus panes ut manducentbi.390.b.1.*
Hoc est opus Dei ut credatis.223.a.1.

Nemo potest venire ad me.307.b.1.
Quomodo potest hic nobis carnem suum &c.12.a 1.
Nisi manducaueritis carnem filij &c.12.a.1.
Non sicut manducauerunt patres &c.25.a.2.
Durus est hic sermo.12.a.1.
Spiritus est qui viuificat caro non &c.234.b.2.
Verba vitæ eterna habes.127.a.2.
Nonne ego vos duodecim elegi.59.b.1.
7 *Tempus meum nondum aduenit.113.a.1.*
Non potest mundus odisse vos.179.b.1.
Quidam dicebant quia bonus est aliy &c.89.a.2.
Nonne Moyses dedit vobis legem.210.b.1.
Nondum erat spiritus datus.311.b.2.
8 *Quis ex vobis peccato est vestrum primus &c.191.a.1.*
Mulier vbi sunt qui te accusabant.194.b.2.
Nemo te condemnauit? nemo domine.194.b.2.
Ego sum lux mundi.67.a.1.
Tu de te ipso testimonium perhibes.419.a.1.
Duorum hominum testimonium &c.66.a.2.
In peccato vestro moriemini.162 b.1.
Cognoscetis veritatem & veritas &c.136.a.2.
Semen Abrahæ sumus & nemini &c.275.a.2.
Qui facit peccatum seruus est peccati.137. a.1.
Pater noster Abraham est.437.a.2.
Si filij Abrahæ estis opera Abrahæ &c.227.a.1.
Vos ex patre diabolo estis.233 b.2.
Mendax est pater eius.168.a.2.
Quis ex vobis arguet me de peccato.198.a.2.
Nonne benedicimus nos quia samaritanus es tu &c.194.a 2.
Demonium habes.223.b.2.
Ego non querogloriam meam.269.b.2.
Numquid maior es patre nostro Abraham.275.a.2.
9 *Da gloriam Deo.264.a.2.*
Scimus quia peccatores Deus non audit.316.a.2.
A seculo non est auditum.171.a.2.
10 *Omnes quotquot venerunt fures sunt 66.b.1.*
Ego sum ostium per me si quis introie.270.b.2.
Ego veni vt vitam habeant.334.b.1.
Animam meam pono pro ouibus meis.109.b.2.
Nemo tollit animam meam.356.b.2.
Ego vitam eternam do eis.433.b.1.
Ego & pater vnum sumus.26.a.2.
11 *Eamus & nos & moriamur cum eo.306.a.2.*
Scio quia resurget in resurrectione.86.a.1.
Nonne dixi tibi quoniam si crederis.277. b 2.
Expedit vobis vt vnus homo moriatur.264 b.2.
12 *Et clarificaui & iterum clarificabo.91.a.2.*
Et ego si exaltatus fuero a terra.80.a.2.
13 *Sciens quia venit hora eius.313.a.2.*
Cum dilexisset suos qui erant in mundo.318.b.1.
Non lauabis mihi pedes.364.b.1.
Si non laucro te non habebis partem &c.364.b.1.
Vos vocatis me magister & &c.89.a.1.
Quod facis fac citius.67.b.2.
14 *In domo patris mei mansiones multæ.60.b.1.*
Ego sum via veritas & vita.136.a.2.
Qui videt me videt & patrem meum.69.b.1.
Non credis quia ego in patre.69.b.1.
Opera quæ ego facio, & ipse faciet.58.b.2.
Ego rogabo patrem & alium parac.312.a.2.
Non relinquam vos orphanos.267.b.1.
Si quis diligit me sermonem meum &c.428.b.1.
Pacem relinquo vobis.106.b.2.
Pacem meam do vobis.128. a.2.
Pater maior me est.430.a.1.
15 *Iam vos mundi estis propter &c.68.b.1.*
Maiorem hac dilectionem nemo habet.274.a.2.
Iam non dicam vos seruos.53 a 2.
Ego elegi vos & posui vos vt eatis.121.b.1.
Si mundus vos odit scitote quia &c.206.a.2.
Non est seruus maior domino suo.206.a.2.
Si non vemissem & locutus eis fuissem.389.a.1.
16 *Omnis qui interficit vos arbitretur.206.a.2.*
Si non abiero paracletus non veniet.312.a.2.
Multa habeo vobis dicere sed non.59.b.1.
Petite & accipietis.106.b.2.
Vt gaudium vestrum sit plenum.63.a.1.
Exiui a patre & veni in mundum.421.a.1.
In mundo pressuram habebitis.398.b.2.
Confidite ego vici mundum.416.a.1.
17 *Pater venit hora clarifica filium.313.a 2.*
Hæc est vita eterna vt cognos.76.b.2.
Opus consumaui quod dedisti mihi 274.a.2.
Manifestaui nomen tuum hominibus.60.b.2.
18 *Mitte gladium tuum in vaginam.82.b.1.*
Calicem quem dedit mihi pater &c.82.b.1.
Si non esset hic malefactor.366.a.1.
Secundum legem vestrum iudicate eum.218.a.2.
Ego in hoc natus sum.13.a.1.
Ego nullam causam inuenio in eo.320.b.2.
19 *Ecce homo.227.b.1.*
Si hunc dimittis non es amicus &c.204.b.2.
Mulier ecce filius tuus.100.a.1.
Sitio.100.a.1.
Consumatum est.130.b.2.
Continuo exiuit sanguis & aqua.348.b.2.
20 *Vade ad fratres meos & dic eis.228.a.1.*
Ascendo ad patrem meum.&c.107.b.1.
Sicut misit me pater & ego &c.58.b.1.
Accipite spiritum sanctum quorum.294.a.2.
Dominus meus, & Deus meus.89.a.1.
21 *Pasce oues meas.58.b.1.*
Qui & recubuit in cena super &c.40.a.2.
Hic est discipulus ille.215.a.1.

ACTVVM APOSTOLORVM.

1 *Quæ cepit Iesus facere & docere.274.a.2.*
Eritis mihi testes in Hierusalem.96.a.1.
Hic Iesus qui assumptus est à vobis.135.a.2.
2 *Factus est repente de celo sonus 5.b.2.*
Caperunt loqui varijs linguis prout.3.a.
Omnis quicunq, inuocauerit nomen.341.a.2.
Viri Israelitæ audite verba hæc &c.84.a.1.
Quem Deus suscitauit solutis doloribus.356.b.2.
Hic est lapis qui reprobatus est.437.b.2.

Non est aliud nomen sub celo. &c. 247. *b.* 2.
5 *Obedire oportet magis Deo quam &c.* 125. *b.* 2.
Quamgaudentes a conspectu &c. 305. *b.* 1.
8 *Baptizati tantum erant in nomine &c.* 354. *b.* 2.
Putas ne intelligis quæ legis. 96. *b.* 1.
9 *Saule Saule quid me prosequeris.* 100. *a.* 1.
Domine quid me vis facere. 364. *b.* 1.
Audiui de viro hoc quanta &c. 48. *b.* 1.
Vade quoniam vas electionis est mihi. 119. *a.* 1.
Ego ostendam illi quanta oporteat. 51. *b.* 2.
10 *Non est persona rum acceptor Deus.* 199. *b.* 1.
Qui constitutus est a Deo index. 226. *b.* 2.
Huic omnes prophetæ testimoniũ. 66. *a.* 2.
11 *Quare introisti ad viros præputium.* 235. *a.* 1.
13 *Segregate mihi Saulum &c.* 59. *a.* 2.
Vobis oportebat primum loqui verbum. 121. *a.* 1.
14 *Per multos tribulationes oportet.* 306. *a.* 2.
15 *Iugum quod neq; patres nostri.* 166. *a.* 1.
21 *Ego non solum alligari sed & mori.* 125. *a.* 2.
22 *Vade quoniam ego in nationes.* 59. *a.* 2.
24 *In hoc & ipse studeo sine &c.* 216. *a.* 2.
29 *Insanis paule multæ te literæ &c.* 156. *b.* 2.

AD ROMANOS.

1 PAulus vocatus apostolus segregatus. 47. *b.* 1.
Per quem accepimus gratiam &c 61. *a.* 2.
Desidero videre vos. 30. *b.* 2.
Græcis & barbaris &c. debitor sum. 321. *a.* 1.
Virtus est in salutem omni &c. 206. *a.* 2.
Iustus ex fide vivit. 203. *b.* 2.
Revelatur ira Dei de celo. 189. *a.* 2.
Inexcusabilia ipsius a creatura &c. 236. *a.* 1.
Quia cum cognouissent Deum non &c. 232. *b.* 1.
Seruierunt creaturæ potius quam &c. 52. *b.* 2.
2 *Ignoras quoniam benignitas Dei.* 171. *b.* 1.
Non est acceptio personarum apud Deum. 199. *b.* 1.
Non auditores legis sunt iusti. &c. 248. *b.* 1.
Iudicabit Deus occulta hominum. 215. *b.* 2.
Prædicas non furandum furaris. 95. *a.* 2.
3 *Est Deus verax omnis autem homo.* 65. *b.* 1.
Per legem cognitio peccati. 384. *b.* 2.
Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. 326. *a.* 2.
Quem proposuit propitiationem per fidem. 415. *a.* 1.
An iudeorum Deus tantum nonne &c. 109. *a.* 1.
4 *Vbi non est lex nec præuaricatio.* 282. *a.* 2.
Traditus est propter delicta nostra. 381. *b.* 1.
5 *Tribulatio patientiam operatur.* 206. *a.* 1.
Charitas Dei diffusa est in cordibus. 413. *a.* 1.
Per vnum hominem peccatũ in hunc &c. 264. *b.* 2.
In quo omnes peccauerunt. 287. *b.* 2.
Non sicut delictum ita & donũ. 265. *b.* 2.
Per i obedientiam vnius peccatores &c. 98. *a.* 1.
Lex subintrauit vt habundaret &c. 385. *a.* 1.
Vbi habundauit delictũ superhabunda. 265. *b.* 2.
6 *Quicunq; baptizati sumus in Christo &c.* 417. *b.* 1.
Christus resurgens ex mortuis iam non. 220. *a.* 2.
Quod mortuus est peccato mortuus est &c. 355. *b.* 1.
Non regnet peccatum in vestro mortali &c. 353. *b.* 1.
Gratias Deo quod fuistis serui peccati. 434 *a.* 2.
Liberati a peccato seruistis estis iusti. 427. *a.* 1.
Sicut exibuistis membra vestra. 357. *a.* 1.
Quem fructu habuistis tunc in illis in quibus. 175. *a.* 1
Stipendia peccati mors. 174. *a.* 2.
7 *Scientibus legem loquor.* 385. *a.* 2.
Mulier viuente viro alligata est legi. 434. *a.* 2.
Nunc soluti sumus a lege mortis. 385. *a.* 2.
Peccatum non cognoui nisi per legem. 384. *a.* 2.
Concupiscentiam nescirem nisi lex diceret. 248. *b.* 2.
Lex sancta, & mandatũ sanctum. 347. *a.* 1.
Lex spiritualis est ego autem carnalis. 419. *b.* 1.
Non enim quod volo bonũ hoc facio. 249. *a.* 2.
Video aliã legem in membris meis. 163. *a.* 1.
Infelix ego homo quis me liberabit. 212. *b.* 1.
8 *Vt iustificatio legis impleretur in.* 437. *a.* 1.
Corpus mortium est propter peccatum. 333. *a.* 2.
Qui suscitauit ipsum Christum a mortuis. 356. *b.* 2.
Non accepistis spiritũ seruitutis &c. 52. *b.* 1.
Accepistis spiritum a doptionis filiorũ 63. *a.* 1.
Non sunt condigne passiones huius &c. 305. *a.* 1.
Vanitati creatura subiecta est. 123. *a.* 2.
Ipsa creatura liberabitur a seruit. 143. *b.* 2.
Omnis creatura ingemiscit &c. 143. *b.* 2.
Spiritus postulat pro nobis gemitibus. 11. *b.* 1.
Quos prædestinauit hos & vocauit &c. 87. *a.* 1.
Si Deus pro nobis quis contra nos. 35. *a.* 1.
Quis nos separabit a charite Christi. 410. *a.* 1.
Tribulatio, an angustia an fames. 207. *b.* 1.
Certus sum quia neq; mors neq; vita &c. 309. *b.* 2.
9 *Optabam ego ipse anathema esse &c.* 381 *b.* 1.
Iacob dilexi Esau autem odio habui. 199. *b.* 2.
Non volentis neq; currentis sed miserentis. 278. *a.* 2.
Voluntati eius quis resistit. 247. *a.* 1.
Vocabo non plebem meam plebem meam. 104. *b.* 1.
10 *Non est distinctio inder i greci.* 102. *b.* 1.
Omnis quicunque inuocauerit nomen. 263. *b.* 1.
Quomodo inuocabunt in quem non. 263. *b.* 1.
Quomodo audient sine prædicante. 95. *b.* 2.
Quomodo prædicabunt nisi mittantur. 124. *b.* 1.
Quam speciosi pedes euangelizantium. 200. *a.* 1.
Non omnes obediunt euangelio. 206. *a.* 2.
Fides ex auditu. 242. *b.* 2.
11 *Si autem gratia iam non ex operibus.* 106. *a.* 1.
Conclusit Deus omnia in incredulitatem. 329. *a.* 1.
12 *Rationabile obsequium vestrum.* 432. *b.* 1.
Sicut in vno corpore multa membra. 114. *a.* 1.
Spiritu fernentes domino seruientes. 371. *b.* 1.
Mihi vindictam, & ego retribuam. 216 *b.* 2.
Vince in bono malum. 240. *b.* 2.
13 *Quæ à Deo sunt ordinata sunt* 128. *a.* 2.
Qui resistit potestati Dei ordinationi. 185. *a.* 1.
Si malum feceris time. 191. *a* 1.
Non sine causa gladium portat. 185. *a.* 1.
Cui timorem timorem & cui honorem, &c. 434. *a.* 1.
Plenitudo legis est dilectio. 423. *a.* 1.
Hora est iam nos de somno surg. 35. *a.* 2.

1-6-3